177 §. 5. sententiam qua asseuerant † iudicem offitium eius ex postulat ione quærentem de leui culpa teneri, si alius diligentior fuisset: probabilem non censeo si iudex decidendis causis sit idoneus, & diligentiam rei controuersę commodã adhibuerit: & si alius accriori studio, & cura causam dirimeret. Censerẽ tamen iuxta prædicta, quòd cùm iudex errasse cognouerit, si citra infamiam eius errori prorsus mederi valuerit (vt supremi iudices quandoquè fecisse scio) ad hoc interiori iure illum esse astrictum: vel si errori omninò consulere nequiuerit, quòd saltem damnatæ parti ex occulto eius erratum prodere tenebitur, vt exindè appellatione alio ve remedio sibi ipsi consulte caueat: siquidem hisce in casibus iudex superiora prouidere possit. quod & cõstat ex his quæ in teste falsum citrà dolũ testante Caieta. æstimat 2. 2. q. 70. arti. 4. & quæ traduntur in. c. præterea. de testib. cogen. & locis similibus.

¶ PROINDE ex his quæ supra conscripta fuere, complura enascuntur.

178 ¶ PRIMVM † iudicem in re notissima errantem, ita quòd illi lata culpa imputari possit, & si accuratissimã diligentiam fideli animo adhibentem, in foro conscientiæ minimè eximi à damnorum expensarum quę restitutione. vt in. d. c. fi. de iniur. & quia lata culpa dolo assimilatur. ff. si men. fal. mod. dixe. l. 1. §. 1. cum allegatis per Bart. in. l. quod Nerba. col. 2. ff. de positi. & ita Abb. tenet in. d. c. cùm causam. col. 4. de testib. & docto. in dictis locis. & domi. meus Card. de Turrecre. in. d. c. illud. 11. q. 3. col. 1. & singulariter sanctus Anto. Floren. 2. par. tit. 1. c. 19. §. 4. quæ lata culpa inest in eo, qui legis casum expressum prætermittit, & illud quod omnes sciunt, ignorat. ex tex. in. l. culpæ. ff. de regul. iur. & in. l. regula. §. pe. ff. de iur. & fact. igno. & 7. partit. tit. 33. l. 11. notat Bart. in. d. l. quod Nerba. col. 10. ff. de posi.

¶ SVBINDE & ex his quæ diximus, etiam exit † iudicem iniustè iudicantè 179 qui regiarum legum ordinario studio (aduersus formam. l. 2. harum legum)

Universidad de Deusto
Biblioteca

prætermisso,volés eius ve petitu offitiũ acquisiuit, vtpoté imperitum, & ita iniusté offitium consequutum,citra culpam peccati in foro conscientiæ minimé esse,& á damni restitutione nõ esse immunem:& si causam solicita cura,& absque dolo dirimere studuerit. ad quod est tex.optimus in.d.c. tua nos.de homicid.

180 ¶RVRSVM & ex his oritur † iudicem assiduó in decidendis negotijs aberrantem,& si studiosé & absque fraude causam dirimẽtem,á peccato & dãnorum restitutione, vtpoté imperitum & causis dirimendis non aptum,non excusari.

181 ¶DEINDE ex his fit consequens † iudicem non rectè iudicãtem, á peccato & damnorum restitutione conscientiæ foro non liberari: & si causam dolo & incuria seclusis deffinierit, regias qúe leges,iurisqúevtriusqúe sanctiones ordinatim ante receptum offitiumvidérit,si iuris imperitus fuerit, & ad causas decidendas non commodus. quod plerunqúe euenit.vt constat ex.l. sed & reprobari.ff.de excusa.tuto.& inibi á doctoribus traditis & similib9.quem & ad interesse in foro iudiciali iura supra allegata constringunt:quia citra culpam hic esse,minimé potest.

¶PRETEREA & ex eadem officina prodit † iniusté iudicantem & si iuris minimé insciũ errore,non qúe dolo causam dirimentem,peccatum & dãna conscientiæ foro nõ euadere, si eius inertia incuria qúe pronunciauerit. vt supra nu.166.deffiniuim9.&abũdé scripsit frater Ioan.in summa confessorum. in rub.de rapto.sub rubricella.de iudicibus.cuius Bellame.ei assentiens meminit in.c.cúm inter.nu.12. de re iudi. quia huius culpa notissima est.

183 ¶EX eodem qúe fonte etiam fluit † iudicem malé,& si non dolosé iudicantem,& ad iudicandi munus eruditum, litigatores causarum ve patronos audire nolẽtem,á peccato & damnorum restitutione conscientiæ foro non excusari:& si incuriosé controuersiam diffinisse,ipse non æstimauerit,in librorũ qúe & processus reuolutione elaborauerit: cúm eius constet desidia. & constat ex his quæ infra nu. 292. & plerisqúe alijs describemus.&sat etiã suadetur ex tex. in.l.argẽtari9. §.cúm autem.ff.de edẽ. & ex Bald.in.d. §.proficisci.q.17.

¶VERVM & ex eadem radice procedit † iudicem ad controuersias dirimendas etiam aptum, in audiendis dijudicandisqúe causis velocem,in conscié tia nullam aduersus eius iniustam sententiam (& si fidè latam) excusationem habere.ex his quæ supra disseruimus. 184

¶EX eodẽ pacto deducitur † se se ad specialem causam iudicandam,siue cõsulendam peritum colligantibus asseuerantem,& huius rei causæ illius iuditio commissam,expensas & damna eius errore,& si non doloso prouenientia, persoluere in foro conscientiæ esse obnoxium:& si diserta,& non edormita ipsius iudicis diligentia res fuerit discussa siquidem eius assertione damna & expẽsæ ortæ fuerũt.ex.d.l.2.ff.quod quisque iur.& ex sententia Anto. & sequatium in.d.c.tua nos.de homici.& Paul.Cast. in.d.authẽti.hodiè. C.de iudic.Et ideo tutius est, causas partium ex voluntate & absque negotiatione dirimendas aut consulendas,quàm expresso petitu suscipere. plerunqúe enim expressa nocent,quæ tacita minimè lædunt. ff. de cond.& demonstr. l. nõnunquàm.& in l.expressa.ff.de regul.iur. 185

¶PLANE prædicta effitiunt † iudicibus coactis incuriosé tamen nec dolo iudicantibus,interesse aut damna eorũ imperitia seu errore litigatoribus obuenientia,in foro conscientiæ & iuditiali minimé esse imputanda: vtpoté qui culpa careant.Petr.Cin.Alberi.Fulgo.& 186

Paul.Cast.authorib9 in.d. authenti. hodié.& docto.in dictis locis. Quod ipse intelligo,de illis qui iustu metu iudicarũt at secus si iniusto:quia tunc ratio cessat. vt expresse interpretatur Bald.in.l.fi. C.de pæn.iudi.qui mal.iudi.col.fin. & Siluest.in verb.iudex.in.1. §.fin. Vel si quando offitium iudex absqúe vi recepit:sciuerit,aut illi fuit verisimile, iuxta causas dirimẽdas vim sibi ipsi esse inferendam: cúm in hoc casu eius culpa non absit.& ex tex.in.l.qui bona. §. de illo.ff.de damno infect. Idemqúe erit, si coactus reperit offitium iudicandi: & desiniẽdarum litium tempore liberam pronunciandi habuit facultatem. ex tex.in.l.2. C.quod met. cau. Vel si non difficulter á causis iudicandis recedere valuerit ex.d.l.qui bona. §. de illo.ff.de dam.infect.& quod Bald. profitetur in.d.l.qui bona. C. de pæn. iud. qui mal.iudica.col.fi.&Siluest.in verb. iudex.ad finem.&alij summistę in eod. verb.

187 ¶HINC & confestim educi videtur † doctorem offitij necessitate ad consilium dictandum astrictum,imperité cõsulentem,á damni restitutione in foro conscientiæ liberatum.vt expressim tenet Anto.in.d.c.ad aures.de æta.& qualita.in relect.col.8.Sed contrarium ve-

188 rius † & probabili9 est.vt videtur Felino in.d.c.tua.nos.col.2. siquidé doctor ex causa offitij minimé teneatur inscité respondere,iusto qúe timore non cõsilauit,& consilijs cõmodus esse debeat Item quia doctor ex cuius imperito cõsilio pars damnum incurrit,ad ipsius dãni solutionem in conscientia ligatur.vt voluit idẽ Anto.in.d.c.tua nos. & illic Ioan.de Anan.& Feli.& glo.& docto.in c. 2.de confes.lib.6. & alibi sæpe.

189 ¶PRETEREA ex prædictis etiá cõstat † iudicem delegatũ ex causa obedientię ad iudicandum compulsum,bona fide,& peritorum consilio non rectè iudicantem,ad damna & expensas seu interesse in foro conscientiæ, & iudicialí minimé teneri. & ex.d.l.2. ff. quod quisqúe iur.& abundé traditur in dictis locis.quibus recẽsetur Raymũ. & Gul. sic fuisse arbitratos.cui sententię accedit sanct9 Anto. sua summa. 2. part. tit. 1.c.19. §.4.& Grabi.in.4.distin.15. §.6. col.3.&Siluest.in verb.iudex.in.1.apud finẽ.& alij summistę in eod.verb.Quod ita explicandum est † cúm assessor ipse communiter causis dirimendis commodus peritus qúe censebatur:at secus si assessorem insciũ iudex sciens, aut incuriosé elegerit:siue cúm eius capite absqúe assessore pronũciauerit:quia hisce casibus citra culpam non fuit. vt tenent summistæ in.d.verb.iudex. & præcipuum Siluest.in.d.verb.iudex.in.1. § fi.Quim & idem censeo,si iudex delegatus iuris insciũ nõ fuerit, & causam studio prætermisso,& processu non scrutato deffinierit:quia hoc casu á culpa nõ est immunis.& ita palàm Bart.docet in l.bonorum.in fine.ff.de bono. posse. & Ray.cuius memor est Siluest. in. d. sua summa.in.d.verb.iudex.in.1. §.fi. 190

¶PARITER etiam ex supradictis infertur † quód si statuto aut collitigatorum voluntate & assensu iudex in eius sententia necessariè sapientis consiliũ sequi constringatur,& malé ipsius consilio pronuntiauerit,quód in foro conscientiæ & iudiciali ad expensas & interesse,seu dãna persoluẽda nequáquàm obnoxius est: siquidem hic statuto aut partibus coactus ita iudicauit:& statutũ & partes non iudicantis consilio,sed potius illius sapientis stare voluerunt.quę sententia etiam instruitur ex tex.in.l.fi conuenerint. & inibi expressim Bart. Alex.&Iaso.col.pe.ita tenent,alios plures citantes.ff. de re iudi. Quod tamen impugnat Bart.sibi non constans in relec.l.1. §.si plures.col.7.ff. de exercito. in discriminatim astruens,in hac spetie 191

Universidad de Deusto
Biblioteca

iudicē obligari. cui palām Abb. ſubſcribit in. c. cùm in veteri. col. ātepe. de electio. & in. c. ſi pro debilitate. col. fi. de offi. deleg. & ſummiſtę in verb. cōſiliū. maximè Silueſt. nu. 6. & Angel. de Cla.
192 mu. 5. ¶ At ſi conſilium illud ſequi † iudex ex ſtatuto ſeu partium conſenſu neceſſe non teneatur: & ſi volentibus partibus ſapientis conſilio res ſit cōmiſſa, & ipſius ſapientis conſilio cauſa ſit iudicanda, ſecus videtur: cùm tunc eius conſiliū iudex ſectari nequàquàm cōſtringitur: & ita an iniquum fuerit valeat inueſtigare. de arbit. c. cùm olim. & ſic Bart. tenet in. d. l. ſi cōuenerit. cuiꝰ ſententiam illic Alex. ſequitur. & palām Ang. in. l. filius famil. col. fi. ff. de iudic.. recenſens Iacob. Butric. idem tenentē.
193 Quæ ſententia ſuadetur † quia cùm in hoc caſu collitigarores ſapientis conſilio iudicem omninò cōſentire non cōſtringerunt: ita ipſi cōſilio adhærere voluiſſe cenſentur, ſi iniquum non fuerit: quia generalibus verbis nunquàm iniuſta continentur: niſi nominatim exprimātur, vt ſtabilitur in princip. per quos ſi. inueſti. cuius tex. hæc ſunt verba, */ſed de iuſta tantum actum intelligatur: niſi*
191 *aliud nominatim dicatur*. & huiꝰ tex. memor eſt Bald. in. l. cùm oportet. C. de bon. quę libe. in princip. col. 2. & pleniꝰ recentio. in. c. ad noſtram. de probat. & alibi ſæpe. Verùm Imol. & Paul. Caſtr. in. d. l. ſi conuenerit. Bart. & ſequatum prædictam poſteriorem concluſionem
194 ea præcipuū ratione infringunt † quia in hoc caſu ſapientis conſiliū obid fuit inæquitum: quia colligantes ſapientis cauſam committi voluerunt. quibus & Iaſo. inibi lucidè accedit. & Bald. in. d. l obſeruare. §. proficiſci. col. fi. q. 31. ff. de offi. procon. Sed hæc ratio facilè diruitur, cùm partes in hoc caſu iudicē ſapiētis cōſilio omnibus modis ligari nolluerunt.

¶ PROINDE tamē accuratius hanc rem penſitando prædictas cōtrarias ſen
191 tentias ita poſſe conciliari autumo † aut iudex eſt iuriſperitus: & tunc Bart. & ſequatium obtineat ſententia, cùm illi ſapientis conſilium iniuſtum ſectanti, culpa imputari poſsit: & eo maximè, quòd illud ſequi partium voluntas non cōpellit. At verò ſi iudex fuerit inſcius iuris, nihil eſt quod ipſum reum faciat: & ſi ſapientis conſilio crediderit: & in hoc caſu locū habeat Baldi. Imol. Paul. Caſt. & Iaſo. ſententia contra Bart. & ſequaces. ſaltem ſi ſapientem à partibus electum cōſuluerit: ſeu vt iam dicta indicant, ab eis conſiliario non nominato illum iudex elegerit conſultorem, quę populus eſſe commodum afferebat: tamen citra culpam non erit, ſi imperitū conſiliarium ſciens elegerit: vel quādo ſapientis conſilium iniuſtum, vel eius conſcientię aduerſum cognouerit. vt tenet Abb. in. d. c. ſi pro debilitate. aut quando manifeſtam iniquitatem conſilium contineat. vt Imol. & Paul. Caſtr. aduertunt in. d. l. ſi conuenerit. vel errorem expreſſum habeat. vt ait Bald. in. c veniens. in. 1. de teſtib. col. 1. Hoc tamē ipſe intelligerem, ſi iudici iuris imperito ipſa iniquitas error ve cōſtet, ſeu probabiliter illi pateſcat. ex tex. in. c. ſi. de præſcript. & traditis per Abb. in. d. c. ſi pro debilitate.

¶ SED obiter enaſcitur hic dubiū † 1[illegible]
an in caſibus quibus aſſeruimꝰ, iudicem conſilium iniquum ſequētem parti læſę ad damna & expenſas in conſcientia etiam teneri, conſilium pręſtans iudici ea perſoluere ſit obnoxius. Quod non videtur, cùm ille ex fide & à iudice electus, & non incurioſe conſilium pręſtitit. & ita tenet Iacob. Butri. cuius memi nit Ang. in. d. l. filius famil. ff. de iudi. & illum ab hoc immunem eſſe. Quod ex prædictis intelligo, niſi dolo lata ve culpa iudicem conſiliauerit. & hoc ſaltem cùm iudex iuris inſciꝰ fuerit, & doli, culpæ qúe latæ ignarus. At ſi iuris peritiā habeat, & doli aut latæ culpę ſciētiam, nihil eſt quod conſiliarium iudici obligatum efficiat. ex tex. in. l. cùm mulier. ff. ſolu. matri. cum ſimilibus.

197 ¶ VERVM an conſiliarius † ex imperito conſilio iudici pręſtito, parti etiā in conſciętia teneatur. & Anto. in. d. c. tua nos. de homicid. illum ad hoc obligari cenſuit: & ſi fide debito qúe ſtudio conſilium præſtiterit. Quod inibi Anā. interprætatur, præter quàm ſi iudex cōſilium ipſum ſequi minimè tenebatur (in qua ſpetie noſter eſt ſermo) ſiquidē iudici ſit imputandum, prauo conſilio aſſentienti. Quod illic Feli. (anceps tamen) infringit: eo præcipuum caſu, quo conſilium adhibens peritus communiter cēſebatur (& ſi in. d. c. paſtoralis. col. fi. de iudi. illum minimè impetat). Sed ipſe ex prædictis exiſtimarem, quòd ſi conſiliarius iure peritus, & rei aptus dolo lata ve culpa ſecluſis, & diligenti ſtudio adhibito conſuluit, ad damnorum expenſarumque ſolutionē nequàquàm ſit conſtringendus: prout & tunc iudex citra dolum & latam culpam, & inertiā iudicans excuſabitur. At verò conſiliarius dolo lata ve culpa iudicem cōſiliat ſeu abſque ſtudio, cura qúe diligēti, cuius rei iudex inſcius fuerit, æquabiliter qúe & iuris, & tunc exiſtimo conſiliantem tantùm ad expenſas & damna parti perſoluenda eſſe obnoxium. quod & conſtanter firmant Anto. Anani. & Feli. in. d. c. tua nos. Si tamen iudex conſiliarium imperitum ſciens elegerit, aut ex dolo fraude ve conſilium iniuſtum ſectetur, ſeu cùm iure peritus ſit conſilio iuſto abſque librorum reuolutione, & congruo ſtudio conſenſerit, & tūc iudex quidem ad damnorum & expenſarum reſtitutionē tenebitur. vt docet Bart. in. d. l. bonorum. in fine. ff. de bono. poſſe. & Alex. in. d. l. ſi conuenerit. col. pe. & palām ſanctus Anto. Floren. 2. part. ſuæ ſummæ. tit. 1. c. 19. §. 4. Conſiliator autē (vt expræſsim tenet Anan. in. d. c. tua nos) minimè tunc ex imperito conſilio ad ipſa damna expēſas qúe aſtringetur: cùm eius conſilium iudex ſequi non tenebatur: & ita non cōſiliario, ſed præcipuum iudici culpa ſit imputanda.

¶ EX his etiam quæ ſupra diſſeruimus, emergit † iudicem imperitè, ſeu eius 198
deſidia, aut inertia iudicātem, cuius ſententia à ſuperiore ad quem fuit appellatum, fuit immutata, ad expenſas & damna ex eius ſententia ipſius qúe iudicis cauſa contingentia teneri, & ſi bona cō trouerſa ſeu eorum extimationem quæ poſteriori ſententia ipſi cōdemnato nō fuerunt ſublata, etiam in foro iudiciali minimè ſit obnoxi⁹. ex. l. ſi ſine. §. cùm autem. & in. §. Marcell⁹. ff. rem rat. habe. vt Bart. d. 9. q. col. 4. tenet. & Bald. in d. §. iudices. col. 3. Imol. in. l. 1. in princip. ff. de appella. & in. d. c. fi. col. 7. de empt. & vendi. Alex. in addit. ad Bart. in. d. l. 1. in princip. ff. de appel. ſiquidē in illis bonis iudicis occaſsione ab eo condemnatus minimè fuerit læſus. Sed
199 quid † ſi iniuſtè condemnatus appellatione pendente, & cauſa ſuperioris ſententia non deffinita, ad expēſas tantùm ſeu ad totum intereſſe agat, an exteriori foro ſit audiendus. videre licet Bart. in. d. 9. q. & Bald. in. d. §. proficiſci. q. 20. & Alex. in. d. l. 4. §. fi. ff. de dam. infect. poſt Imol. in. d. c. fi. col. 8. de empt. & vēdi. Feli. in rub. de appellat. & illic Aug. Bero. nu. 95. Qui & ibi nu. 96. copioſe cō
200 trouerſatur † an ſi ſentētia iniuſta fuerit nulla, ex ea iudex ad expenſas & intereſſe teneatur. poſt Bart. in. d. 9. q. & Bald. in. d. §. proficiſci. q. 21. & Imol. in d. l. 1. in princip. ff. de appel. & docto. in d. l. fi. ff de var. & extra ordi. cognit. & alibi ſæpe.

¶ EX quibus etiam exiſtimādum videtur † in foro cōſcientiæ, exteriori qúe 201

Universidad de Deusto
Biblioteca

iudicis errore cõdemnatum, aduersum iudicem actionem ad rem controuersam, seu ad interesse minimé habere: si ab eius sententia damnatus non appellauerit: sed satis esse expẽsas illi persolui, cúm iudex totius dãni non fuerit causa: & condemnatus si non appellauit, sententiæ acquieuisse censetur: adqúe ideo à se ius ablegasse. vt in. l. ab eo. C. quomod. & quand. iud. Quod & suadetur, quia non appellans, seu appellationem contemnens, ius habere palàm dicitur. ex tex. in. l. 2. C. de fid. instru. & docto. in. d. c. pastoralis. §. quia veró. de offi. deleg.

¶ SED nihilominus in hac re dicendum ita videtur.

¶ QVOD aut à sententia iure appellare non conceditur † & tunc iudex
202 erit obnoxi⁹, & si condẽnatus nõ appellauerit: quia iudicis culpa damnatus læsionem patitur. Idemqúe erit, si appellare alia ex causa condemnatus non potuerit. & vtrunqúe infra subijcienda edocent.

¶ VERVM si appellare cúm potuit
203 † nolluit, aliud videtur: siquidem dãni condẽnatus fuerit occasio. Sed ipse contrariũ cénseo. Tũ ex tex. cum glo. in. d. l. 1. ff. de appella. Tum quia, damnato in hoc casu culpa atribui posse nõ videtur: sed iudici iniustè iudicãti † siquidẽ
204 & si nulla alia causa quàm execrandi lites ineat iusta, & citra culpã est. ex tex. in. l. itẽ si res. ff. de alie. iud. mutan. cau. fact. *hæc enim* (inquit tex. *verecunda cogitatio, eius qui lites execratur, non est vituperanda.* quod & Bart. docet in. d. l. ab eo. C. quomod. & quand. iud. & abundè Ioan. de Neuiza. eius silua nuptiali. char. 24. inter alia illud Saluatoris Math. c. 5. recensens, dicentis, *si quis voluerit tunicam tuam tollere, & in iuditio cõtendere: dimitte ei & palium*. & refertur in. c. 1. 14. q. 1. Quare Floria. in. l. fi. in fine. ff. famil. hærciſc. existimat, neminẽ nimis promptum in litigando esse oportere. Et ex hoc recentio. dicunt in. l. filio. ff. de leg. 1. boni viri esse lites execrari propter expensas, & laborem, litium qúe dubium euentum. Tum quia, condemnatus ex ipsa sentẽtia iniustè lata, ius contra iudicem quæsiuit. ex dicta. l. fi. ff. de var. & extra ordi. cognit. & similibus. & ita nihil est, quod ipsum condẽnatum iudicis fauore, suis expensis appellare cõstringat. dixerim inquàm iudicis fauore, quia condemnati appellatione eius qúe expensis sententia fortasis in melị⁹ reformabitur: ex quo iudex & si non ab expensis, á rei tamen cõtrouersæ restitutione erit immunis. vt supra explicuimus. Tum quia, appellatio (vt notissima concinunt iura) condemnati fauore, non iudicis conceditur: igitur non iustè iudex conquæri poterit, & si condemnatus minimè appellauerit. ex. l. si quis in conscribẽdo. C. de pact. cum similibus inibi traditis. & quia nemini iniuriam facit, qui iure suo vtitur: seu qui iuris executioni intendit. l. iniuriarũ. §. 1. ff. de iniur. Tũ etiã, quia & potest dici † iudici non esse inutile, nõ esse appellatum á eius iniusta sentẽtia: né eius inscitia, aut desidia apud superiorem detegatur. Tum item, quia iudicis culpa in faciendo est: at si nõ appellantis aliqua esset, in omitendo erat: & ita iudicis culpa pluris æstimanda est. l. 4. ff. de impen. in reb. dot. fact. &. ff. solu. mat. l. si constante. §. si maritus. Tũ quia, & si condemnatus minimè appellauerit, sententiá quo ad iudicem assensisse, nequàquàm existimandum est. ex tex. in. l. interdictę. C. arbi. tute. & in. d. l. item si res. ff. de al. iud. mutã. cau. fact. & docto. in. d. c. quoniam cõtra. de probat. & in locis supra citatis. Quod & cõfirmatur, quia tunc inter iudicem & cõdemnatum controuersia est: non autem inter victorem & ipsius iudicis sententia victum: & ita diuersæ sunt personæ

diuersa qúe & res: siquidem nũc de dãnis & expensis tantùm agitur: ergo consequens est, nihil nocere á sententia minimè fuisse appellatum: & ex hoc quo ad priorem colligatorẽ ipsam sententiam in rem iudicatam translatam: vt ipsi iudici hoc prosit. ff. de re iud. l. cúm quéritur. cum similibus. Tum & quia, cúm iudicis culpa patescat, iudex ipse condemnati non appellantis culpã allegare nequit. l. cúm infundo. §. planè. ff. de iur. doti. & nuncupatim Alber. in. l 1. in princip. col. 3. ff. quod quisqúe iur. Tum etiam, quia hæc est canonum ac iuris ciuilis professorum vna
206 nimis assertio † & iudicem malè iudicantem condemnato ad interesse & expensas teneri: & si condẽnatus non appellauerit, nullam qúe omittẽdi appellationem causam habuerit. authoribus glo. in. d. c. pastoralis. §. quia veró. & inibi scribentibus. & Innoc. & docto. in c. sacro. de sent. excomu. & docto. etiã maximè Deci. in. c. sæpe. de appella. & docto. in. d. l. 1. ff. quod quisqúe iur. & illic Iaso. nu. 16. complures citans. & scriben. in. d. l. item si res. ff. de alie. iud. mutan. cau. fact. & in. d. l. filius famil. ff. de iudi. Imol. in. d. l. 1. in princip. ff. de appella. & in. d. c. fi. col. 7. de emptio. & vẽdi. & hanc esse communem sentẽtiam fatetur Alex. in. d. l. 4. §. fi. ff. de dam. infect. & Augusti. Bero. in rub. de appella. nu. 87. cui consentit dominus Dominic⁹ Soto. de iusti. & iure. lib. 3. q. 4. articul. 5. & hanc veritatem ratione naturali, & lege muniri firmat. quibus adde videndum Alex. in. d. l. 1. in princip. ff. de appella. & docto. inibi abeo allegatos.

¶ NEC huic sententiæ ratio supra in contrarium excogitata, nec similes offi
207 iunt: cúm supra conscripta suadant † culpam á condemnato dimouendam esse, & sententiæ consensum quo ad iudicem condemnatum nequàquàm prę stitisse fulciant: cúm alia sit iudicis persona, alia verò condemnati, & alia collitigatoris. Vel dic, quód & si condemnatum sentẽtiæ assensisse profiteamur, ex eo quód non appellauit, illud pro vt sic latæ, non tamẽ vt rectè promulgatæ est concedendum. vt expræsim respondet Bart. in. d. 9. q. Aut dic, vt Deci. existimauit in. d. c. sæpe. col. 4. nõ appellãtem fictè, non tamen verè sentẽtiæ fuisse adstipulatum, esse cẽsendũ. ex Bart. in. d. l. ab eo. C. quomod. & quand. iud. sed in foro conscientiæ non fictionem, sed rei veritatem esse sequendam, constat. in. c. veritate. 8. distin. Innoc. & docto. in. c. quia plerique. de immu. eccle. cum similibus quorum meminit Deci. in. c. 1. de constitu. 1. lectu.

¶ EX his idem esse † cúm condemna 208
tus appellationem interpositam deseruerit, asseuerãdum est. vt spaciatim tenent Roma. Paul. Cast. Iaso. & docto. in d. l. 1. in princip. ff. quod quisqúe iur. & Ang. in. d. l. filius famil. col. 1. ff. de iud. docto. in. l. pe. C. de pact. & in. d. c. sæpe. de appella. Alex. in. d. l. 4. §. fi. ff. de dam. infect. & Augusti. Bero. in rub. de appella. nu. 87.

¶ EQVABILITER idem ex eisdẽ
209 causis est censendum † si partes á sententia non appellare pacisc̃atur. Bald. authore in. l. cúm anteriorib⁹. §. sin autẽ. C. de appella. & Feli. in rub. de appella. apud finem. Deci. in. d. l. 1. in princip. col. fi. ff. quod quisqúe iur. alios inibi citans. Ame. de Caste. in tracta. findicatus. nu. 138. & Augusti. Bero. in. d. rub. de appella. nu. 93.

¶ CETERVM si nominatim † cõ- 210
demnatus verbis qúe expræsis appellationem ab eo interpositã ablegauerit, tunc videtur, iudicem non iustè iudicãtem á rei controuersæ damno liberatũ. & ita dicit Bald. in. d. c. iudices. Verùm idem Bald. sibi non constans contrariũ probabilius esse censet. in. d. c. sæpe. & plerique alij illic á Decio citati col.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pe. quibus ipſe Deci. aſſentit. cùm & execrandę litis,& non aſſentiendi ſententię quo ad iudicem, & alię rationes ſupra nu.204.& ſequentib. congeſtę in hoc caſu etiam obtineãt. forſàm enim appellationẽ expreſsim omiſsit,né amplioribus ſumptibus, & vexationibus elaboraret.

¶PROFECTO& idem videtur, quando condemnatus ſententiam expreſsim comprobauerit. Sed contrariũ palàm Abb.tenet in.d.c.paſtoralis. §. quia verò. col.3. & Alex.in. d. l.4. §. fi. col.1.ff.de dam.infect.Deci.in.d.c. ſæpe.col.pe.Aug.Bero.in.d.rub.de appella.nu.93.quem inibi nu.88.& Feli.cad. rub. etiã videre licet. ſiquidem in hac ſpetie non aborrendæ litis ex cauſa cõdemnatus ſententiæ acquieuit : ſed omninò & indiſcriminatim ratione ſentẽtiæ parendi : & ita non tantùm quo ad colligatorem,ſed & quo ad iudicem,& ſi ob id non feciſſet. ſuperuacaneũ erat expreſsim ſententiæ adſtipulari, ſed & cauſam deferere, ſeu appellationi renunciare.Nec minimè mirũ eſt, in hac re diuerſe appellationis refutationem expreſsàm interpretari, quàm manifeſtam explicitam quę ſententię comprobationem : cùm expriori ſuboriatur fictus ſententię conſenſus:at ex poſteriori veriſsimus:inter quę longa diſsimilitudo eſt. vt aduertit Deci. in. d.c.ſæpe. iura hoc ſuadentia citans. quibus addẽdus eſt tex. in. l. filio. ff.de libe. & poſthu.&tex.in.l.fi. in princip.ff.de leg.2. & inibi Bart. Quibus & fit, quòd ſi pars expreſsim ſententiæ acquieſcens, quo ad iudicem aſſentire ſententię nolluit, & hoc conſtaret,non tamẽ iudicem excuſaret. ex his quę ſupra deducta fuere.

¶PROINDE & quendam diuinis literis non modicè inſtructum aſſerere quidem vidi,quòd ſi iudex condemnatum de iniuſta admonet ſententia, & illum ad appellandum, appellationẽ

qúe proſequendam ſuadeat, illi qúe appellationis expenſas, & damna exindè obueniẽtia ſoluturum polliceatur,quæ tamen damnatus renuerit:quòd in hoc caſu,non ad bona ei per ſententiã ablata,ſed tantùm ad primæ inſtantiæ expẽſas perſoluandas interiori iure erit aſtrictus. Verùm nihilominus & in hoc caſu videtur,iudicem aliquem perperàm condemnantem,non tantùm ad expenſas,ſed ad totum intereſſe teneri: ſiquidem & hoc in caſu rationes ſupra num. 205.& ſequentib . congeſtæ obtineant: vt poté litem & hac in ſpetie execrari damnato liceat: & ſi alienis expenſis ſi voluiſſet,litem eſſet ſequutur9. Et quia ex iniuſta ſententia iam ius quæſierat contra iudicem: alia qúe ſit iudicantis perſona,alia & damni. Demùm & quia condemnatus non aſtringitur,pro iudice(etiam ipſius iudicis expenſis) elaborare,litem ipſam ſectando, liti qúe accuratam curam adhibendo : nam quis ſuas operas alteri præſtare, ſiue locare, minimè tenetur.l.operis.ff.de oper. liber.l.ſi non ſortem. §. libertus . & illic Iaſo.col.2.ff.de cond.indebi.Sed fortaſſis ad ſolas expenſas primæ inſtãtiæ erit obnoxius,prior qúe ſentẽtia ſubſiſteret ſi iudex à condemnato tãtùm expoſcat, quòd à ſententia appellet : & legitimũ mandatum ad ſequendam appellationem ſuo nomine tribuat : & iudex cauſam ſuis expenſis, cura, & labore citra condemnati damnum, laborem, & expenſas ſequi nitatur: cùm in hac re rationes proximè excogitatæ,& dicto nu. 205. & pleriſqúe alijs conſcriptæ locũ habere non videatur. Nec litis execrationis conſideratio,& in hoc caſu culpa condemnato imputari queat,iudicis iuſtæ efflagitationi minimè aſſentiens. Præterea & quia contra charitatẽ videtur,iudicis petitioni prædictæ nõ ſuffragari,ex qua condemnatus damnum nõ ſit conſequuturus:ſed iudex vtilitatem

damnũ qúe eſt euitaturus. ¶ Deniqúe & quia cùm aliquid ab aliquo petitur, quod ſibi non nocet,alteri autem vt dãnum abiiciat ſit vtile, illud iure facere conſtringitur,quando res ad priſtinum ſtatum reduci tractatur (vt in hoc caſu contingit)vt in. l. 2. §. idem Varrus. ff. de aq. plu.arcen. Bart. & docto.in.l.2. in princip.ff ſolut. matri. & inibi Iaſo. nu.34.cum ſimilibus.

¶ S E D & illud iuxta prædicta minimè prætereundũ eſt,quod Bald. in hac materia aſſerit.in.d.c.iudices. primum
211 iudicem † imperitè iudicantem, cùm eius ſententia cõfirmatur, nequàquàm ad intereſſe poſſe conueniri. quia ex vltima ſententia, non ex priori agendum eſt.ff.de pact.l.tale pactum. §.qui prouocauit. & quia prima ſententia exſecũda fuit nouata,& in ipſam tranſfuſſa.

¶ At verò idem Bald.in.d. §.proficiſci q.28.dijudicat, contra priorem iudicẽ agi poſſe. poſt Innoc. ab eo ibidem citatum. quia in priori ſententia deliquit, ipſe qúe iniquitatis fuit initiũ (quod rationes contrarias euellit)quam ſententiam ſequitur Imol.in. d.c. fi.colu.8.de empt.& vend. ¶Verùm idem Bald.in.
212 d.l.fi. C.de pæn.iud.qui mal.iudi.cenſet,omnes ipſos iudices teneri, & vnius imperitiam alterius inſcitiam minimè excuſare. quod probabilius eſſe exiſtimo.ex.d.l.fi.ff.de var. & extra ordi. cogni.& ſimilibus. quæ generaliter diſponunt, iudicem iniuſtè pronunciantem litẽ ſuam facere:nullo in hac re diſcrimine conſtituto, inter priorem, & ſecũdum,aut tertium iudicem.& quia,iudices ipſi à culpa liberari nequeunt : ſiquidem omnes deſidioſè, aut imperitè iudicarunt.

¶PROINDE hic inueſtigari poſſet † vtrũ iudex ex imperita ſeu deſidioſa ſententia dãna ſeu intereſſe ſoluens,ab illo qui iniuſtè lucratur, ea quę perſoluerit,reuocet.& an expẽſas ab eo ſolutas inquib9 litigator iniuſtus erat dãnãdus,ab ipſo ligatore repetat. ad quod videre licet tex. in.l. miſsi. C.de exacto. tribu.lib.10.& inibi docto.& Specul. in tit. de impẽ. §. poſtremó. & tex.& illic Bald.in.l.mãcipia. C.de ſer.fugi.&eũdẽ Bald.in.d. §.proficiſci.quæſt. 22. & Imol.in.l.ſi tertius. §.Celſus.& ibidem Roma.ff.de aq.plu.arcen.Alex. in addit.ad Bart.in.d.l.1.in princip.ff.de appella.& Paris de Put.in tracta. ſindicatus.verſi.an iudex qui fecit litem ſuam. & in ſimilibus pleriſqúe locis . quibus adde Iaſo.in l. properandum. §. ſin autẽ alterutra. C.de iudi. Verùm in conſcientia videtur,iudici eſſe reſtituenda, né cũ iactura aliena quis locupletetur. contra notiſsima iura. An verò interiori foro quis ea quæ poſsidet ex iniuſta ſententia,reſtituere ſit obnoxius:& quãdo.abundè Inoc.& docto.docent in . c. quia pleriqúe.de immu.eccle. & Abb. & alij in.c.1.de conce.præben . & in. c. propoſuit.eod.tit.& docto.in. §.1. inſtitu.de offi.iudi. & ſanctum Anto. Flor. in.2.part.tit.1.c.19. §. 5.Grabi.in.4. diſt. 15.q.6.Ang.de Claua.in ſua ſumma . in verb.ſentẽtia. §.8. & Silueſt.eod.verb. §.fi.& Tabien.etiam in eod.verb. §.6.

¶ R V R S V M quæ de iudicibus ſum9 loquuti † ad aduocatos etiã pertinent, 213
vtpoté qui clientibus intereſſe, & damna eorũ imperitia,incuria ve, dolo,ſeu fraude,aut lata culpa ſuborta vtroqúe in foro perſoluere teneantur. quod aduocatorum conſtitutionibus.l.4. conſtituitur.& tradit Hoſtien.in ſumma. tit. de poſtuland. §.quod pertinet ad offitium.col.1.Anto.in.c.calumniam. in fine.de pœnis,Grabi.in.4.diſtin.15. §.6. concluſio.9. Hipol. complura congerens in.l.ſi ſciẽte.nu.9.ff.ad. l. Cornel. de ſicca.poſt Feli.in.d.c.tua nos.de homicid.quo in loco col.2.allegat Angel. in.l.ſi vacantia. C.de bon . vacan . lib. 10.contra aduocatos deſidioſos pergra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

214 uiter assurgentem. ¶At leuis † seu leuissima culpa illis imputari etiã in cõscientia non potest. vt palàm voluit Innoc. in d. c. sicut dignum. de homicid. & illi assencientes quorũ supra memores fuimus. & Paul. Cast. in d. authenti. hodiè. C. de iudi. Tabie. in d. eius summa. in verb. aduocatus. §. 14. quibus adde Silvest. eod. verb. §. fi. Quim & Bart. in l. 2. ff. manda. ex glo. ibi constanter tenet, aduocatum ex malo consilio (nisi eius dolus ineat) minimè obligari. & idem erit (& præter eum) si aduocati lata culpa, siue inertia, aut desidia interfsint. ex prædictis. V V. tamen cuius Silvest. meminit in eius summa in verb. aduocatus. §. fi. aduocatum suo clienti damnum eius inertia, aut imprudentia, aut ex simili re contingens persoluere esse obnoxium, existimat. & hoc quando aduocatus se peritum fallaciter asserebat. Quod ipse Silvest. interpretatur, quando eius cliens imprudẽtiæ eius inscius erat: at secus si eius insciam sciret: quia tunc de dolo, & culpa lata tantùm teneri censet. quo in casu V V. prædictam temperat sententiam. Quo palàm fit, V V. secundum Silvest. de leui culpa fuisse loquutum, illum que fuisse arbitratum, aduocatum eius 111 clienti de leui culpa esse obnoxium, si falsè se peritum dixerit: & si satis semper se prudentem & patrocinio commodum asseuerare videatur, causas publicè exorãdo. ex tex. in l. 2. ff. quodquisque iur. & his quę Alex. scribit in d. l. si conuenerit. ff. de re iud. col. pe. adnotãda tamẽ est prædicta Silvest. sententia, qua notabiliter dicit, in tantùm aduocatum de leui culpa non teneri, quòd hoc obtinet, & si se peritũ explicuerit si cliens patroni insciam sciuerit. quibus accedat glo. in l. 1. §. pueritiam. & illic Ang. & docto. ff. de postul. & latè domi. Greg. Lup. in l. 2. tit. 6. par. 3. quo in loco tractat, an si culpa aduocati iuuenis causa perdatur, ipse aduocatus dãna soluere constringatur.

¶EX prædictis & consluit † aduocatũ iniustam causam ignorantia exorantẽ iustam tamen esse censentem, á peccato & restitutione excusari: eo modo quo ignorantia excusabilis est. authore sancto Thom. 2. 2. q. 71. arti. 3. & beato Ant. Floren. 2. part. tit. 1. c. 19. §. 8. Grabi. in. 4. distin. 15. q. 6. Ang. de Claua. in verb. aduocatus. §. 14. Silvest. eod. verb. §. 10. & eodẽ loco cęteri summistę, & domi. Dominic. Soto. de iusti. & iur. lib. 5. art. 3. q. 8. & sat probatur in. c. nullus ex cõsilio. de reg. iur. lib. 6. Quod interpretãdum est, nisi ignorãtia ex aduocati culpa proueniat. vt explicant Ang. Claua. & Silvest. dictis in locis. Vndè Cayeta. super Thom. in d. q. 71. censet, aduocatũ ex contingentibus nihil omittentẽ, & si errantem in foro conscientiæ esse tutum. & ipse in ead. summa. verb. aduocatus. profitetur, ignorantiam tunc tãtùm aduocatũ excussare, quãdo & quod potuit, & quod debuit, nõ prætermisit.

¶SVPEREST tamen cùm in superioribus de iudicum aduocatorum quę diligẽtia, & incuria plerunque fuim? loquuti: confestim inquirere † quã curam iudices aduocati quę constringantur negotijs adhibere. & illã curã habere, necessum esse cẽsem?, quã causę rerum quę necessitudo postulauerint. vt prædicta palàm docẽt. Verùm & Ant. in d. c. tua nos. col. 2. dicit, eã curã esse cõstituendã, quam iudices eorum arte, at que scientia adhibere possunt. quod satis concinit tex. & inibi glo. in d. c. ad aures. de æta. & qualita. At Cayet. in dictis locis ex contingentibus nihil esse omissuros diiudicat. Cæterùm tamẽ ad quotidianam solicitudinem iudices nec aduocati minimè astringuntur: siquidem hoc ad procuratorum officiũ pertineat. vt expressè tenent Hostien. Anto. & Feli. in d. c. tua nos. de homici.

ex tex.

ex tex. in. c. fi. de frig. & malef. Quim & satis est, moderatam, & non edormitam curam præbere. vt notabilis tex. disponit in l. si bene collocatæ. ff. de vsuris. hisce verbis, *prospicere reipublicæ securitati debet præses prouintiæ: dummodo nõ acerbum se exactorem, nec cõtumeliosum præbeat: sed moderatum, & cum efficacia benignum, & cum instantia humanum: nam inter insolertiam incuriosam, & diligentiam non ambitiosam multũ interest.* quem tex. ad hoc expẽdit Paris de Put. de sindicatu. verb. officialis propter negligentiam. §. qualiter arguatur negligentia.

¶SED aduertendum est, quòd quandoque iudices aduocati qúe solicitã, & necessariam curam adhibuisse censent & si causas transcurrerint, & veloci manu, inertia desidia qúe illas peregerint: quorum excogitatio eos minimè reddit immunes. ex tex. in l. si fortè. ff. de castren. pecul. & sepissimè contingit, propriũ iuditium vt potè quod veritati aduersum, & celeri mẽte circunspectam, in causa qúe sua prolatum animam lædere. Ideo saltem in causis arduis alium quærere iudicem oportet. C. ne quis in cau sua. iud. l. 1. cum similibus. Quam obrem iudicem errantem, in conscientia non esse tutum existimarem, qui relato processu citra partium & aduocatorum informationem eidem oblatam ab eo qúe propulsam breui causam definierit. Nec illum regia cõstitutio qua constituitur (iudici informationem recusare licere) immunem reddet. Tum ex his quæ infra nu. 288. edicemus. Tum quia, dicta regia sanctio tunc obtinet, cùm iudex causam adamussim fuerit scrutatus. Tum etiam, quia dicta regia constitutio partium audientiam, nec defensionem tollere potest. element. pastoralis. de re iud. l. fi. C. de legib. & illic Bald. c. 1. de cau. posse. & proprie. & alibi sæpe. & si vt vidi, plerique iudices contrarium censeant.

¶POSTREMO tamen & obiter hic controuersari posset, cùm de iudicum aduocatorum qúe conscientia tractamus † nunquid aduocatorum ossium animæ periculosum, magis quàm iudicum sit. Quæ in re diuersas sententias ipse vidi: iudices nanque suam tutã tur partem: aduocati verò contrariam. Reor enim optimum esse hãc rem prętermittere: ne causam propriam dijudicemus: quam ob rem dubium hoc dirimere minimè censui. Et si verum sit, nõ modicè aduocatorum potius, quàm iudicum officio fauere licet: vtrisque dol? seu nocendi animus absit. quod aduocatorum errorib? etiam eorum desidia & imperitia cõtingentibus, quo ad rem controuersam saltem, & si non quo ad expensas factas, facilius quidem meditari potest. & multiformiter. Tum, eos infra tempus á iure statutum reuocando. vt in l. fi. C. de erro. aduoca. Tum, ex restitutione in integrum, si eorum sit causa, quibus ius restitutionem ipsam concedat. Tum quia, iudices patronorum incuria, imperitia qúe prætermissis, iuxta veritatem (vt regijs sanctionibus stabilitur.) iudicare tenẽtur. vt in l. 11. titul. 1. lib. 3. ordina. Ex quibus plura ad hanc rem suboriuntur. quæ copiosè Thom. Grama. complures citans congerit in decisio. 19. incipien. lata sententia. Tum quia, & iure communi iudicibus præcipitur, quòd aduocatorum imperitiæ seu inertiæ medeantur. C. vt quæ desunt aduocat. partium. in l. sup. lin. Proinde & iudicum ex desidia, insciaue graviora damna litigatoribus quàm ex patronum imperitia, aut inertia obenire, compertum est. & ita iudicum restitutionem esse difficiliorẽ constat. Iudices enim res litigiosas succidunt: aduocati autem scissus viam desiguant. Itẽ & cùm iudices errant, controuersa bona auferunt: at verò aduocati &

Universidad de Deusto
Biblioteca

si quandoqúe rarissimè. Præterea & dissimilia hæc officia quo ad plura esse fermè, sicut dictum & factũ videntur. Rursum aduocati causas quas vellint, exorare possunt: at iudices omnes definire, necessum est. l. de qua re. ff. de iud. quibus adde quæ infra nu. 269. dicem⁹. Denique & aduocati partium electione, voluntate qúe causas exorant: iudices autem vt plurimúm non partium consensu assumuntur. quod in hac spetie esse perpendendum, Paul. Cast. expræsim scribit in. d. authẽti. hodiè. C. de iudic. & alibi sæpe traditur.

¶ QVE dixisse satis sit iuxta hui⁹ procœmij prædicta verba, *que recebian mis subditos*. in quibus & si immodicus fuerim, materiæ vtilitas fuit occasio.

A CAVSA DE LA GRAN diferencia y variedad. Hic adnotare possumus † varias & contrarias opiniones rei publicæ maximum afferre damnum: nanqúe ex eis (inter alia) in regio sublimi qúe consilio, & in cancellarijs, alijs qúe prætorijs quotidiè iudices disconueniunt. Et sæpè lites quia ambiguæ remittuntur: ex quo complures sumptus partibus euenire, per quàm notum est: & ideo præcauendum.

218

EN EL ENTENDIMIENto. Huius text. hæc verba, & alia subsequentia expẽdenda sunt, & ex eis constat † legum varios intellectus & contrarios esse euitandos, & opinionũ conflictum. idem habetur in procœmio clemen. & in procœmio Gregor. & de nou. C. facien. §. quibus. & hoc ex ratione in hoc procœmio expræssa, cuius supra memores fuimus. idest, propter damna & expensas subditis ex hoc obuenientia. quod & tex. in procœmio. lib. 6. §. sane. hisce verbis docet, *ambiguitatem incertitudinem huiusmodi dispendium pluribus afferentem*. & adde. l. 6. titul. 1. lib. 2. fori iuzgo. quæ mala ex lege dubia prouenientia exprimit. Et prædicta suadentur † quia cùm lex humana ad ius vnicuiqúe tribuendum cõstituatur: & quasi lucerna (iuxta illud prouerb. 6. *mandatum lucerna est, & lex lux*) exigitur quód lex sit manifesta, certaqúe, & varijs non intelligatur modis: ne propter eius obscuritatem, & diuersos intellectus subditi in errorem incidant: & interdúm secundum legem facere credentes, ipsa abutantur lege. Lex enim quæ pluribus modis intelligitur, lucernæ mortuæ quæ neminem illuminat, assimilatur: quarè non ab re leges certas esse constituendas, sancitum est. vt in. l. sequenti. infra harum legum. ibi, *ciertas*. & 1. parti. titul. 1. l 4. & for. leg. lib. 1. titul. 6. l. 2. & in authenti. de testa. imperfect. §. nos omnia. colla. 8. & alijs iuribus in. l. sequenti citandis in dicto verbo, ciertas.

219

¶ EX QVIBVS sit † legem dubiã, multifariè qúe intellectam ad causarum decisionem citari non posse. vt ait glos. fina. in. c. 1. de constitu. lib. 6. & inibi docto. cuius glos. meminit Felin. in. c. 1. colum. penul. eod. titul. cui sententiæ adstipulatur Alexand. in. l. Gallus. in princip. colum. 3. versi. contra Bart. ff. de liberis & posthumis. & moder. in. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verborum obligationib. Iaso. in. l. 2. C. de bon. posse. cont. tabul. numero. 25. & in. l. captatorias. numero. 12. C. de testa. mil. & in. l. admonendi. in lectur. numer. 67. ff. de iur. iuran. Decí. in. l. quæ in testamento. ff. de regulis iuris. vbi benè probatur. Iacob. de sancto Georg. in. l. diem functo. numer. 4. ff. de offi. assessor. post Alexand. inibi columna. 2. in fine. Ioan. Ciri. in tractat. primogenitu. lib. 1. quæstio. 8. colum. penul. Ludo. Gome. in. c. 1

de iud. in. 6. nume. 54. post Bald. in. c. fi. de constitu. colu. fin. pro qua sententia & si citari soleat tex. in. l. cùm prolatis. ff. de re iud. vt recẽset Feli. in procœmio decretal. col. 1 & Iaso. in. d. l. captatorias. tex. ille eorũ pace hoc minimè probat: nec de hac re pertractat. Et præterea eos ipse ad hoc allegare sum solit⁹ tex. in. l. 1. §. supradictis. in verb. deductas. C. de emend. C. & in. l. 2. §. sed & si aliquid. C. de vet. iu. enucle. in verbis, *obscuritate inuolutum necessario derelictum est*. & etiam hæc sententia fulcitur in procœmio Grego. idem qúe & cõstat in l. non sine. C. de bon. qúe libe. Et ratione etiam hæc suadetur sententia, quia quod multiformiter intelligitur, eius veritas ignoratur. Boetio authore. cui Bald. consentit in. l. scire leges. ff. de legib. & Soci. in. l. in ambiguo. ff. de reb. dub.

222

¶ SED hic parumper expecta † nanqúe Feli. in. d. c. 1. de constitu. alij qúe recentio. in. d. locis consueuerũt Bald. allegare. in. d. l. in ambiguo. & asseuerãt ibidem Bald. huic adstipulari sententiæ. Nam quidem Bald. dictam. l. in ambiguo. minimè legit. Ideo ipse censeo, quód voluerunt citare Bart. in. d. l. in ambiguo. & si Bart. illic hanc sententiã nequáquàm teneat: sed tantùm dicat (& illi Paul. Castr. inibi adhæreat) quód si lex complures habeat intellectus, vterqúe bonus esse potest: si legibus & rationibus probetur: & si iurisconsultus vnũ tãtúm habuisse intellectum, sit credendum: & si apud nos quis ille fuerit intellectus, sit incertum, quód assimilè quidem est. ¶ Verúm Cuma. inibi dicit, Bart. ibidem voluisse (ei qúe adhæret) quód vbi lex multipliciter intelligitur & iuxta ei⁹ intellectum plures sunt sententiæ; & earum alteram probabiliorẽ esse non constiterit, quód earum nulli standum est. argum. l. duo sunt Titij. ff. de testamen. tute. & placet illic Socin. columna. 2.

223

¶ DENIQVE & non est obliuioni tradendum † quód Casiodo. in eius vltima decisione, quæ vnica est. de adquirer. domi. iam dictam impugnat sententiam, & constanter nu. 15. tenet, in lege multiformiter intellecta non posse fieri fundamentum: & sic vsu venire asseuerat: & talem legem in legendo, scribendo, arguendoqúe, & iudicando deseruire, aliàs frustra (vt inibi ait) lex ipsa edita esset. c. solite. de maio. & obed. cõ plures qúe leges á iuris corpore, vt innanes & superuacaneæ essent euellendæ. ex his quæ habentur in. 1. constitu. C. § quibus. & in procœmio decretal. Quod & suadet, quia aliás facilè doctores complures leges inutiles efficerent, ipsis legibus varios intellectus assignantes. Et hoc etiam inibi confirmat, quia sufficit quód vnus ex pluribus intellectibus ratione etiam absqúe lege muniatur. ex. l scire oportet. §. sufficit. ff. de excusa. tuto. & in. l. cùm ratio. ff. de bon. damna. Vel quód communiter sit receptus. vt in. c. prudentiam. in princip. de offi. de leg. cùm communi opinioni sit assenciendum. c. nouit. de iudi. cum infra citandis. Et demùm nec (vt ipse doctor existimat) inconuenit, quód vna constitutio plures habeat intellectus: cùm legislatores philosophia pleni, & omni arte eruditissimi (. l. 1. ff. de iusti. & iur.) breui multâ complectantur, pluresqúe decidãt casus. ¶ Sed huius doctoris prędictæ considerationes parui sunt ponderis, cùm iam dicta communis sententia in illo casu loquatur, quo ex intellectuum varietate legis veritas ignoratur: eiusqúe decisio est incognita: & quando ex intellectibus nullus esset probabilis. At non verò cùm sanctionis aliquis intellectus ratione, iuribus ve, seu ex legis verbis, vel ex cõmuni sentẽtia probabilis sit: cùm tunc haud dubiè est sanctionẽ ipsam superuacaneã non pos

Universidad de Deusto
Biblioteca

se reputari: & in iuditijs posse allegari: & legendo, ac scribendo minimè esse respuendam: & si varijs multis quę modis iurium interprætes ipsam explicét, vt expræsse tenet Alexan. in d. l. diem functo. col. 2. ff. de offi assesso. Deci. in. l quotiens idé sermo. col. 1 & 2. ff. de regu. iur & alijs traditur plerisqúe in locis, de quibus meminit Ludo. Gome. in. d. c. 1. de constitu. in. 6. nu. 231. quo in loco alia complura videre ad prædicta licet. & hoc casu dictæ rationes Casiodori obtinent: aliás enim raró leges in iuditijs citari mererétur: & ferè omnes corruerent.

224 ¶ EX prædictis fit † malé intelligenté legem obscuram, & varijs modis intelligibilem, mortaliter non peccare: nisi post eius declarationem constitutam, vt palam tenent Innoc. & docto. in. c. per tuas. in. 2. de simon. & in locis ibidé á Feli. citatis nu. 6. quod secundé Boeri. prosequitur decisio. 155. Gaillardus. nu. 27. & Ludoui. Gome. in reg. de trienal. possesso. q. 61. col. 10. post Anani. in. c. Petrus. col. fi. de homi.

225 ¶ CETERVM & obiter in præsentia prętermittendũ minimè est † quód vbi plures legum dubias interpratationes, seu diuersas doctorum sentétias adinueneris (prout contingebat ante harum legum constitutiones, & hodiè frequentissimè) illi adhæreas interprætationi & sententiæ, quæ praxi in iuditijs comprobatur (præsertim in regio consilio, regijs qúe cancellarijs: in quibus iudices non iuris ignari, sed sapiétes creãtur) vt probatur in. c. fi. iuncta glo. 20. distin. & in. l. 1. §. sed & si que leges. C. de vete. iu. enucle. in. l. minimè. & in. l. si de interprætatione. ff. de legib. & in. c. cúm dilectus. de consue. & ex his quę dicit glo. in. l. non possunt. ff. de legib. & in. l. pe. in glo. magna. versi. si verò. C. eod. tit. & firmat Anto. in. c. fi. de cõsue. nu. 47. Abb. in. c. in causis. col. 1. de re iud. Curti. iuni. in consi. 162. habita diligẽti. col. 3. quo ait loco (& si perperám) ita Bart. tenere in. l. 3. §. fi. ff. de testib. quod & anté voluit Sali. in. d. §. quibus col. 2. C. de no. C. facien. & Roch. Curti. in tracta. de cõsue. nu. 25. Barthol. de Chassene. in consue. Burgund. chart. 1. nu. 20. & Rode. Suar. in proœmio legũ fori. char. 3. quod præter eos valdè confirmat tex. in. l. illud. ff. de excusa. tuto. quem imibi Bald. ad hoc expendit † 226
quód antiqua praxis obseruanda est. & idem Bald. in. c. 1. de feud. sine culp. nó ami. tex. vbi idem Bald. in. d. c. fi. de cõsuet. & tex. in. l. fi. C. de iniur. & in. c. ex literis. de constitu. & in. c. quám graui. de crimi. fal. & sunt aliæ cõcordan. quarum meminit Deci. in consi. 358. placet. nu. 3. & in consi. 11. quoniá iudicantium idem Deci. in. c. 1. in. 1. lectu. de constit. col. 10. versi. prima est. & in rub. de consue. col. 2. Soci. iuni. in consi. 2. decessit Ioannes. nu. 26. lib. 1. & adde Iaso. in. l. rem quæ nobis. col. 5. ff. de acqui. posse. quibus locis constat † stylum curię, cá 227
cellariæ qúe regiæ, seu alterius prętorij ius facere: pro iure qúe posse allegari. quod etiam tenẽt docto. in. l. de quibus. ff. de legib. & in. l. 1. C. quæsit long. cõsue. est etiam tex. vbi Cardi. in clemen. sæpe. §. & quia. in. 6. notabi. de verb. sign. &. 3. part. tit. 18. l. 44. & notat Guid. pap. in. q. 262. si aliqui. & Mathe. de Afflict. in decisio. 253. duo regij. & latissimé moder. in. c. ex parte. in. 1. de reseri. & illic Feli. in ver. styl9. & Chassene. in d. consue. Burgund. char. 1. col. 1. & 2. & Ludoui. Gome. in regul. cancella. q. 6. de impe. benef. vaca. per ob. fa. & pulchrè Zasi. in consi. 12. nobiles. nu. 63. & sequentib.

¶ ET si dicas stylum ab eo inductũ † 228
qui ius edere minimé valet, quo ad causarum decisionem ius non facere: id tãtúm obtinet, cúm stylus fuerit contra legem. argum. l. formam. C. de

offi. pref. prær. ori. & in terminis ita consuluit Alex. in consi. 36. viso themate col. fi. lib. 2. Deci. in rub. de cõsue. col. 2 & in cõsi. 677. visis & consideratis. col. fi. Roch. Cur. in rub. de cõsue. q. 4. col. 2 & palám Ioan. Franc. de Rip. in. c. 2. de reserip. nu. 37. Boeri. in decisio. 14. Tho. Grama. in consi. 152. in causa honorabilis. col. fi. Aym. Craue. de antiq. tépo. 4. part. nu. 18. quo et loco alia in materia adnotanda cógerit. ¶ Verúm aliud esse, respondendum est, cúm stylo ipso (etiam abeo qui legem cõficere non potest introducto) de interprætandis legibus dubijs, et multis modis expositis agitur: vel quãdo inter plures et cõtrarias sententias, quæ earum est tenenda, ambiguum est: nam in vtroqué casu stylus sequendus est. vt ex iam dictis constat. et scribit Anto. in. d. c. fi. de cõsue. colu. 21. versic. ex his dicit. Alexã. in. d. consi. 36. col. fi. post Alberi. in rub. C. quæsit long. consue. col. pe. et in. d. l. de quibus. num. 60.

¶ EX QVIBVS præclarè dicit Cæpol. in consi. 8. dicendum est. colu. 2. in
229 causis dubijs † exemplis esse iudicandum: et tunc. l. nemo. C. de senten. ex peri. recitan. regulariter aliud volentem, minimè obtinere: et legibus non exẽplis iudicare oportere. quam sentẽtiam sequitur. Ioan. Neuiza. in sua filua nuptial. char. 21. in. 4. amplia. ¶ Quod
230 ex eo fulcitur † quód glosæ videtur in. d. c. fi. 20. distin. quo loco temperat. d. l. fi. quando ius expræssum non reperitur quam glo. extollit Soci. in suis regul. et fallẽ. in regul. 225. legib9. et nõ tantúm vt glo. prædicta posse in dicto casu exẽplis iudicari dicens: sed deficiente inre expræsso exemplis esse iudicandum cẽ sens. ¶ Sed tu Soci. et iam dicta intelligas † 231
& exẽplis in. d. casu iudicari posse, ita quód sit probabile, nó verò necessarium. ex text. in. d. l. nemo. & similibus. & ita prædicta glo. palám docet. Et in hoc casu obtinere potest doctrina Abb. in. d. c. in causis. col. 1. aliás enim esset auferre iudicibus potestatem eis á iure cõcessam, leges interprætandi, casus qúe lege expræssa non extante ratione & similibus iuribus, alijs qúe argumentis decidẽdi. quod fusius describemus in. l. sequẽtu. ¶ Et exindè etiam fieret, in casibus occurrẽtibus iudices alie nisiuditijs se se subijcere esse necessum & si rationem in contrarium vrgentem reperirent. contra tex. in. d. l. 1. §. sed neqúe. C. de vet. iu. enucle. & in authẽ ti. de iudicib. §. omnis autem: colla. 7. & in. c. ad nostrã. de consue. & glo. quæ eum citat in. c. iudicet. 3. q. 7. & aduersum tex. in. l. qualem. ff. de arbit. & plura sequerentur damna, quæ sunt præcauenda.

¶ EX quibus etiam fit † iudices neces 232
sitate non constringi, curiæ stylum sequi ab eis introductum, qui legem edere non valent: etiam in dubijs opinionibus, & legum interprætationibus: si eis legi vel rationi aduersari constiterit. & quæ dicta sunt, ita intelligi oportet. & est de mente. d. §. sed nec. & dictorum iurium. Et his accedat, quod pulchrè Alberi. videtur in eius dictionario. in verbi. curia. ex curiæ obseruantia necessariũ argumentum fieri non posse: nisi superioris constitutione obseruãtia illa fuerit munita. cuius meminit Iaso. in. l. 1. C de sum. trini. nu. 52. ad finem. & Felin. in. d. c. 2. de reseri. nu. 18. Thom. Gram. in consi. 152. in causa honorabilis. col. pen. quibus adde text. in. c. capellanus. & quæ inibi docto. expendunt. de ferijs.

¶ NEC repugnat text. in. d. c. quám grauí. de crimi. fal. & si Iasoni contrarium videatur in. d. l. 1. C. de sum. trini. nu. 53. quia text. ille curiæ stylũ seruari præcipit: & si aliter cõstitutione apostolica esse cõprobatũ, nõ cõstet. quia satis cum Iaso, respondere potest, stylum de intuẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

dis literis(cuius tex.in.d.c. quàm grauiter meminit) ibidem ab Innoc. tertio (qui illam edidit decretalem)esse comprobatum.Præterea dici potest, quòd text. ille loquitur de stylo,introducto ab eo qui legem condere potest. vt ex eo palàm constat.

¶ PLANE & dictam Alberi. sententiam etiam tempera,nisi stylus ipse cõsuetudine legitimè præscripta comprobetur:quia & si contra legem sit, cõsuetudo est obseruãda.vt in.d.l.si de interpretatione.& in.d.l.de quibus. ff. de legib.& similibus congestis à modernis. in.d.c.fi.de consue.& hoc est quod Anto.ibidẽ tenet nu.47.versi.secundò differt.hisce verbis,*dummodo alteri legi nõ obuiet aperte,quia tunc oportet, quod sit consuetudo.* quod etiam Alex.consuluit in.d.consi.36.col.fi.lib.2.& Aym. Craue.de antiq.tempo.4.part nu.18. Roch. Cur.in.d.tracta.de consue. in rub. col. 2.& Ioã.Neuiza.in sua silua nupt. char. 21.col.3.in.5.limita. ¶ Quo fit, extante praxi ipsa,stylo ve consuetudine fulcito,aliquam etiam opinionem singularem confouente, tunc opinioni etiam communi contrariæ talem singularem sententiam esse anteponendam:nam si consuetudo legi præponderat,à fortiori communi sententiæ.& palàm scribit Hieronim.Grat.in consi.11.lib.2.suorũ responsorum.

233 ¶ EX quibus omnibus fit † minimè esse iudices increpandos,& nostræ cancellariæ auditores meritissimos, si omisso stylo antiquo,pristina quæ praxi, nouũ stylum instituant:& contra stylum antiquum legibus & rationibus sibi obuenientibus dijudicent:quibus stylum ipsum contra ius esse eis constet: solet quidem & stylus ex iustis causis in curijs frequenter mutari,volubilis quæ est vt ait Ioã. And.in.c.1.col.4.delect. in.6 & Iaso.in.d.l.1. C.de sum.trini. nu. 53. quod plenius tradit Ludoui. Gome. in regul. cancella. de triena. posse q. 53. col.pen.

¶ DENIQVE ex his etiam liquet † 234
non rectè Ioã. de Amicis tenere in cõs. 42.in præsenti consultatione. nu.4.quo in loco censet,minores magistratus inducere stylum iuri communi aduersantem:& valere in suæ curiæ præiuditiũ. Et contrarium volunt Alex.&docto.supra citati,& non ab re.Nec Alex.ab eodem Ioan.de Amic. citatus in consi.113. viso & diligenter.col.2.lib.4.contrariã firmat sententiã:& indissimili loquitur casu:& certè Alex. nullam styli mentionẽ facit. Rursum nec tex. Baldi & Salic.sententia in.l.pe. C. de constitu. pecu.(qua prædictus doctor suam opinionem fulcire nititur) aliquid vrget: cùm & si ibidem,& in similibus iuribus constituatur, argentarios artifices quæ statuta etiam iuri communi repugnantia edere posse:ipsa tamen statuta iurib9 illis expræsse confirmantur.quod in casu nostro minimè contingit:cùm nullã reperiamus iuris sanctionem, stylum contra ius commune à magistratibus introductum, etiã quo ad earum curiam comprobantem.

OTROSCASOS.hic iũctis verbis præcedentibus sequẽtibus quæ probari videtur † legibus regijs nõ extantibus,alijs legibus & rationibus iudicari posse.cuiꝰ veritatẽ in.l.sequẽti. in verb.Y no por otras.copiosè discutiemꝰ 235

MENESTER declaracion.his verbis constat † in casibꝰ dubijs 236
declarationem esse necessariam. quod etiam habetur in.d.proœmio. 6. & in proœmio clemen. §. quia etiam. & in authen.in medio litis. §.si verò aliqua. colla.8.& in similibus. Quam declarationem seu interpretationẽ ius naturale(ideſt, gentiũ)flagitat,ac exposcit: vt docet tex.in.l.2. §.his legibꝰ.ff.de orig. iur. ibi, *naturaliter euenire*, vt ibidem Bald.expendit.Quo fit, vt idem Bald.

censet, ipsam interprætationem nulla constitutione prohiberi posse.& illi adstipulatur Præpositus in proœmio decreti col.5.in princip.& Iaso.in.l.quánuis.nu. 2.ff.de in ius vocan. Deci.in.c. cùm venissent.col.3.versi. postremò.de iudic. & Chassene.in consue. Burgund. char. 382.col.1.nu. 2.& etiam probatur in.l. quánuis. C.de adulte.quam Bald. in.l. omnes populi.col.11.versi.sed quid si ca
237 uetur.ff.de iusti. & iur.ad' hoc citat † quòd si statutum interprætationem seu glosã prohibeat,de iuris glosa & declaratione nequáquám intelligitur. quod fusius in lege sequenti controuersauimur.

AVNQVE NO AVIA LEyes sobre ello. censemus quidem hæc verba in originali in hunc non esse modum,cùm ipsæ opiniones sententiæ quæ diuersæ ex eo erant, quia deficiebant leges illas dicentes † quæ si adessent,nullæ opiniones contrariæ consisterent.l.ancillæ.vbi Bald. C. de furt. cum alijs à recẽtioribꝰ citatis in.l. si fic. in.1.ff.de verb.obliga.Et quia cùm extantibus legibus perspicuè casum decidentibus,res non esset ambigua: nulla iuris interprætatio exigeretur:quam necessariam esse huiꝰ proœmij verba præcedentia docent.l.ille aut ille. §. cùm in verbis.ff.de leg.3. ¶ Et quia si leges extarent,nouæ non ederentur sanctiones,tollentes prædictas opiniones contrarias.vt in.l.2.in princip. C. de vet: iur.enucle.ibi, *vt ne geminæ leges prorebus singulis positæ, quam appareant.* & in proœmio Grego.& in.d. §. quibus. C.de nouo. C.facien.& in similibus.
¶ Ex his planè fit,in hoc proœmio non esse dicendum, *aunque no auia leyes sobre ellos*, sed sequentia verba, silicet, *que no auia leyes sobre ello*. Quod & suadetur,quia probabiliter dubitatur, vbi ius scriptum non reperitur. vt in dictis proœmijs clemen.& libri.6.& in.l.illã C.de collat.& in authenti.de trien. & semi. §.consideremus.colla.3. & in.l. dissencientis. C.de repud.& in.l. si seruum. §.prætor ait.versi.non dixit prætor.ff.de acqui.hæred.

¶ EX quibus verbis huius proœmij deducitur † leges super rebus dubijs non 239
verò claris,seu iam alijs iurib9 decisis, esse ædendas.quod etiam habetur in.l. quod Labeo.ff.de carbo.edict.& in.l.1. in fine.ff.ad municip.& in authenti.de instru.caut.& fide. §.1.ibi, *difficilius imponat*: colla.6. ¶ Vndé fit † quòd si lex 240
variè explicetur,dubitabilis intellectꝰ prævalebit.vt in dictis iurib9 probatur, & in.c.cùm in iure.de elect.quo in tex. Abb.ita dijudicat.& plenius Segur. in rep.l.imperator.ff.ad Trebel. char.3. col.4.quo loco alia consilia citat. & alibi sæpe idem habetur.Contra quod tamen insurgit Soci.in.d.l.in ambiguo.ff de reb.dub. ex Bartuli verbis ibidem. Quia si ille intellectus tenẽdus est, qui magis alijs legibus,& rationibus cõstat: ergo consequens esse videtur,quòd illa interprætatio sit recipienda,quæ fortioribus legibꝰ,& rationibꝰ probatur,quæ erit minus dubitabilis,ideó ibi cogitandum relinquit. Tu tamen ex hoc à sententia Abb.& sequatium (quæ communis est)minimè recedas, qui tantùm dicunt, quòd si lex posit habere plures intellectus,quendam ambiguum, aliũ verò indubitabilem,quòd illi adherendum est,qui dubium decidit casum: & ita Abb. & eum sequaces in eo casu loquuntur,quo parum lex operaretur, si nõ ambiguum sequeremur intellectũ: quarè talis intellectus reppellẽdus est 241
† cùm fugienda sit interprætatio, qua lex elusoria redditur.l.2.in fine. C. cõmu.de leg.legitur & notatur in.l.si constante.in princip. ff. solu.matrimon. & in locis inibi à Ioã. Erãc. de Rip. citatis. nu.5. Quod cessat,cùm alius intellectus

Universidad de Deusto
Biblioteca

non ita luculentus ſummitur, legibus tamen non contrarius. Ex quo liquet, prædictam Soci. conſiderationem parũ ponderis eſſe. ¶Præterea nec Bart. in.d.l. in ambiguo. ait illam interpræ-tationem eſſe preferendam, quæ fortio ribus legibus,& rationibus fulciturſed tantùm (vt ſupra recenſuimus) omnes eſſe congruos intellectus, qui alijs legibus,& rationibus muniuntur: quod prę dictis abſimile eſſe perſpicuum eſt. Ex cuius doctrina communiter recepta ſit non ſimpliciter eſſe dicendum, magis dubitabilem intellectũ eſſe anteponẽdũ. Et ſi Deci. in. d. regul. quotiens idẽ ſermo. ff. de reg. iur. prædictis omiſsis dicat, illum præferri intellectum, in quo maior ſit ratio dubitandi. citans Abb. in. d. c. cùm in iure. & idem Deci. in. d. l. illam. nu. 4. C. de collat. & Mathe. de Gribal. de ratione ſtudendi. c. 5. colu. 1. in. 1. volu. tracta. diuerſorum doctorum char. 392. & Ioan. Nicol in rep. l. genera liter. C. de ſecund. nupt. nu. 15. Sed etiã interprætationem minus dubitabilem recipi poſſe, ipſe cenſeo: ſi legibus vel rationibus probetur: & legem ſuperua caneam non reddat: legi qũe interprætatę non repugnet: quod palàm tenet Bart. & alij ei cõſentiẽtes in. d. l. in ambiguo. & ex prædictis poteſt temperare dictam Decij ſententiã in. d. regul. quotiens.

¶QVID plura, & etiã exiſtimo, quòd ſi intellectus ex eo magis ambiguus ſit, quia ei plus iura & rationes aduerſantur, quõd tunc minus dubitabilis intellectus eſt præponendus: cùm inter diuerſos intellectus ille præualeat, cui minus iura obſiſtunt, vt probatur. in. l. in ambiguo. ff. de legib. & in. l. ſemper ff. de reg. iur. & in. c. cùm dilectus. de cõſue. vbi Abb. hoc ſpetiatim tenet. & Deci. in. d. regul quotiens col. fi. & ſingulariter Ludoui. Gome. in regul. cancella. de trienal. poſſeſſo. q. 61. col. 8.

¶DENIQVE & ex prædictis verbis huius proœmij etiã percipere licet † 242
principi relationem minimè eſſe faciẽdam, iuxta ea quæ iam lege ſunt deciſſa ſed tantùm cùm caſus aliqua ſanctione nõ eſt deciſſus. pro vt probat tex. in. l. 2. §. ſed quia diuinæ. C. de vet. iur. enu cle. & in. l. cùm de nouo. C. de legib. & ibidem Bald. alia citans iura, hoc ita expreſſe ibi notans. idem Bald & alij in. l. 1. & in. l. fi. C. eod. tit. & habetur. 1. parti. tit. 1. l. 13. ad quę etiam vide quę copioſè. l. ſequenti ſcribemus.

SE DETERMINAVA, y ſentenciaua en vn caſo miſmo vnas vezes de vna manera, yotras vezes de otra. quod & hodiè contingit, etiam ſuper harum, & aliarum legum intelle ctu † diuerſa proferri iuditia: & ſepiſ- 243
ſimè in eodem facto iudices diſſentire vidi: & varias, & diſsimilimas, cõtrarias qũe ferre ſententias, & *Executorias*, ſic vulgo nominatas: itaqũe quòd quando qũe aliqui vt ius exequuntur: alij vt in iuſtum abiiciunt: & quod iuri conſonum quidam eſtimant: alij contra ius eſſe arbitrantur. Ex quibus ſuboritur, ius noſtrum volubile eſſe: & in iure viciſsitudinem reperiri: & ob id non abre, ius cereum dici conſueuit: nari qũe cereę aſsimilatur, ſiquidẽ ex facili pro vt naris cerea, lex viciſsim euoluitur, & quãdoqũe huc, per ſæpe illuc trahitur. itaqũe compertiſsimum eſt, non facilè ius inueniri, & ſi vt in. l. ſequenti, & in alijs legib⁹ inibi citatis inſinuetur, iura certa eſſe oportere. Nec leges quę paſſim ſanciunt, quòd iuſtitia eſt conſtans & perpetua voluntas, ius ſuum vnicuique tribuens (quarum ſunt tex in. l. iuſtitia. ff. de iuſti. & iur. & apud Iuſtinia. eod. tit. §. iuſtitia) prædictis oberũt. Nã & ſi iuxta docentium commune placitum dictis & ſimilibus iuribus traditum prædicta iura de humana iuſtitia loquantur. & fuſè ſcribit Loazes in. d. §. iuſtitia. nu. 154 ſi iuſtitiam ipſam in abſtrato penſitemus, dictarum ſanctionũ aſſertum verum eſt: at ſi in cõcreto illã iudicantium qũe miniſterium conſideremus, prauis ipſorum iudicãtium opinionibus, ſiue exdeſidioſo eorũ miniſterio, fragili qũe intellectu, ſeu quia raptim cauſas deffiniunt, ſimilibus qũe ex cauſis quãdoqũe humana iuſtitia in cõſtans, & non perpetua efficitur: corrũpi qũe valet. vt notabiliter dicunt Alberic & Iaſo. in. d. l. iuſtitia. quibus accedat tex. in l. 1. tit. 1. parti. 3. tunc enim iuſtitia pro vt eſt virtus de ſuo eſſe minimè dimouetur: pro vt nec ius tollitur, iudice prauè iudicante. l. pe. ff. de iuſti. & iur. & cõſtat in. l. ſed licet. ff. de offi. præſi. cùm ſemper iuſtitia pro vt eſt virtus, ius ſuum vnicuique reddere ſit apta. & ita ſuperiora explicanda ſunt. His & conuenit horum verborum conſtans & perpetua voluntas expoſitio Iacobi. Old. Albe. & Iaſo. in. d. l. iuſtitia. & cõplurium doctorum in. d. §. iuſtitia. qua aſſerunt, ipſa verba pro vt humana fragilitas patitur, eſſe intelligenda, vt in ſi nuli fit in. l. ſiquis venditor. ff. de edil. edict. Quid plura, & prædictum verbum perpetua alij & rectè etiam ratione obiecti interprætãtur. vt ſilicet; quis qũe proponat in omni euentu debitè & ſecũdum legem operari: et verbum cõſtans ad eiuſdem propoſiti firmitatem additum aiunt, nempè vt homo in tali propoſito non valicet, ſed fixum id gerat. 3. q. 7. c. indicet. ita vt nec auaritia, nec aliqua voluptate, ſeu affectione à rectitudine iuſtitiæ deflectat. quam interprætationem & prædicta ſepti partitarum ſanctio admittit. & notat Paul. Caſt. in. d. l. iuſtitia. & docto. in. d. §. iuſtitia. & latè dominus Domini. Sot. de iuſti. & iur. li. 3. arti. 1. q. 2. Dici etiam poteſt, ipſa verba ex eo dictis ſanctionibus conſcripta, quia iuſtitia generalis & citra perſonarum exceptionem eſſe debet. c. nouit. de iudi. cum ſimilibus citatis à Loazes in. d. §. iuſtitia. nu. 34. poſt Paul. Caſt. in. d. l. iuſtitia. Denique & adferi poteſt, quo ad legiferos eorũ qũe mentem dicta verba obtinere: at iudicantium reſpectu non ſemper ſubſiſtere: eo quòd quandoqũe (vt explicuim⁹) illa iura quæ ex iuſtitia oriuntur. ff. de iuſt. & iu. l. 1. ſuis erroribus, voluptatib⁹ ve perturbant, ac propellant. Verùm ſi dubitaueris, an iuſtitia, & ius idem ſint: & an ius à iuſtitia prodeat. videre licet tex. in. d. l. 1. ff. de iuſt. & iur. & docto. in rub. eo tit. apud Iuſtinia. maximè Loaz. nu. 16. & tex. in. c. forus. de verb. ſignif. & etiã docto. in. d. l. iuſtitia. & dominũ Domini. de Soto. de iuſti. & iur. lib. 3. arti. 1. in principio.

¶PLANE ex prædictis conſtat † 244
propter diuerſas. & contrarias hominũ opiniones, eorum ve factum, ius (licet vt dixi, certum eſſe debeat) incertum reddi & ambiguum. & ſatis cõſtat in. d. §. quibus. C. de no. C. facien. & in. d. l. 2. §. 1. C. de vet. iur. enucle. & in. c. quia ſanctitas. 50. diſtin. & in. l. ita fidei. ff. de iur. fiſci. & ſunt alia iura quorum glo. meminit in. c. 1. de iudi. lib. 6. in verb. ambiguum. & notatur in. c. quia ſæpe. de præbẽd. eod. lib. & illic Phelip. Frã. poſt glo. & ſcribit Bart. in. d. l. 2. C. de pę. iud. qui mal iudi. ¶Ex quib⁹ & enaſcitur, id quod & Abb. videtur in. c. paſtoralis. col. 4. de reſcrip. & Soci. in. rub. ff. de reb. dub. quòd & ſi poſito facto lex ſit certa, in his quæ ſunt in rerum natura. l. ſi pater. ff. de ſolutionib. l. cùm quidã. §. ſuum. vbi docto. ff. de adqui. hæred. quòd tamen in quantum hominis intellectui lex applicatur, fit dubia, & incerta propter diuerſas opiniones & ſententias. & quòd ita explicãda eſt ſententia Bart. in d. l. in ambiguo.

¶CONSTAT igitur † propter diſsi 245
miles contrarias qũe ſententias iudices

Universidad de Deusto
Biblioteca

nec aduocatos ſub certo iure eſſe poſſe
246 † & ius noſtrum ex ipſis opinionibus fere totum eſſe confuſum, & conturbatum. quod pulchrè docet tex. in. d. l.1. §. ſed & ſi quæ leges. in verſi. noſtram. C. de vete. iur. enucle. ibi. *cùm per contrarias interpretãtium ſententias totum ius penè cõturbatum eſt.* & tex. in. l. 2. §. hoc autem ab initio. C. eod. tit. ibi, *in diuerſas ſententias producentes in infinitum detraxerunt: vt penè omnem Romanam ſanctionem eſſe confuſam.* Nam ſunt in iure tot regulæ, tot quę ſanctiones, variæ quę doctrinæ & reſolutiones, quæ huc & illuc hominum iuditia atrahũt, vt quo nauis ducenda ſit, in tanto opinionum legum quę & ſententiarum torbulento conflictu, ſæpè difficilimè ſciri poteſt. quod palàm etiam explicat tex. in. d. l. 2 §. hoc autem quod ab initio. C. de vet. iur. enucle. & Teréti. cùm ait, *dum animus eſt in dubio, paulo momẽto huc & illuc impellitur.* & hęc diuerſæ ſententiæ occaſionem litibus parãt: iurium quę ignorantiam. vt ait Cicer. de legib. lib. 1. nu. 26.

247 ¶QVAS opiniones † ac legum verã ignorare interpretationem peccata noſtra merentur. quod conſtat Sophoni. c. 1. ibi, *& ambulabunt vt cæci, quia domino peccauerunt.* & Sapien. 2. in verbis, *excæcauit enim illos malitia eorum.* & idẽ conſtat pſal. 81. & expreſſe ſat liquet Eccleſiaſti. 11. ibi, *error & tenebræ peccatoribus concreata ſunt.* Vndè & Sapiẽ. 1. ſic ſcribitur, *quoniam in maleuolam animã non introibit ſapientia: nec habitabit in corpore ſubdito peccatis* Peccata ita quę noſtra ſunt, quę iuſtitiam exulẽ reddunt. vt probatur in. c. non eſt. 2. q. 7. & in. c. audaćter. 8. q. 1. & nuncupatim Ludoui. Montal. in tracta. de reproba. ſenten. Pilati. nu. 6. & ideo nõ ab re tex. in. c. forus. in fine. de verb. ſignifi. hæc verba. ſubiungit, *nam ſi vita bona defuerit, fide carebit: nõ enim poteſt iuſtitia cũ ſcelerato homine habere commertiũ.* & ob id Bald. ait (cuius meminit Mathe. de Afflict. in deciſio. Neapol. in deciſio. fi. in fine) quód cauſarũ dubia propter noſtra peccata diſſoluere neſcimus. & Baldi etiam meminit Aym. Craue. in cõſi. 15. factũ ita. col. 1. Vndè & Adriã. in quoli. q. 2. ait, quód in dubitationẽ quis ex ſuis peccatis incidit: meritó vt de eo dici poſsit illud Apo. 22. *qui nocet, noceat ad huc: & qui in ſordibus eſt, ſordeſcat ad huc.* E ideo iudex, aduocatus qúe citra prædicta etiam audiat, quod Eccleſiaſti. c. 3. hiſce verbis ſcribitur, *ſapiẽs cor & intelligibille abſtinebit ſe á peccatis: & in operibus iuſtitiæ ſucceſſus habebit.* Proindè & iudex, cauſarum qúe patroni à peccatis accuratè præcaueãt: Deũ exorent, vt illis veritatẽ detegat in cauſis. Nam Proverb. 2. ſic ſcribitur *habe fiduciam in domino ex toto corde tuo: & ne innitaris prudentiæ tuæ, in omnibus vijs tuis cogita illum, & ipſe diriget greſſus tuos.* & quod habetur etiam Sapiẽ. c. 9. & alibi ſæpe. & expreſsim inquit Bon. Ventu. in. 2. diſtin. 39. arti. 1. q. 3. (cuius meminit ſumma Roſel. in verb. cõſcientia. §. 2. & eod. verb. Sylueſt. §. fi. & etiã Adrian. in quolib. q. 2.) quód cùm egerimus de caſu dubio, Deum humili animo imploremus, vt noſtram dirigat viam: veritatis qúe nubila abiiciat.

248 ¶INTER opinionum autem † multitudinem iudex leges & rationes rectó perſcrutetur: nam & ipſum cũcta rimari oportet. c. iudicantẽ. 30. q. 5. cumalijs. ¶Et factum præ omnibus exquirat. l. 2. C. de eden. vbi docto. cùm ex facto ius oriri conſtet. l. ſi ex plagijs. §. incliuo. ff. ad. l. Aquil. facti qúe ignorãtia etiam prudẽtiſsimos fallit. l. 2. ff. de iur. & fact. igno. & ex nimia facti mutatione totũ ius mutari exploratũ eſt. ff. de regu. iur l. ea eſt natura. & ff. de excuſa. tuto. l. ſi is qui. & in alijs pleriſqúe locis de quibus meminit Specul. in tit. de aduocatõ. §. 3. col. 1. quæ & alia plura ſimilia citat Ioan. de Neuiza. in eius ſilua nuptia. char. 21. col. 4. & ſequenti.

¶ET CVM factum integrè fuerit cõ
249 ſideratum † ſi iudex cupiat (vt decet) cauſas decidere, & iure non prætermiſſo, quibus iuribus ipſum factum conueniat, adamuſim iudicem ipſum oportet ex cogitare, cùm omnis vis legum in inductione, & applicatione conſiſtat. vt probatur in. l. non ſolum. §. qui primipilum. vbi notatur. ff. de excuſa. tuto. & quæ abundè ſcribit Mathe. Gribal. in. d. eius tracta. de ratione ſtudendi. c. 17. col. 1. ¶Item & diuerſitatis rationes ſubtili animo excutere, neceſsũ eſt. vt præclarè Iuſtinianus admonet in. d. l. 2. §. contrarium autem. C. de vete. iu. enucle. & alijs traditur locis. ¶Longè tamẽ reſpuere oportet, quod multi doct. tàm conſulendo, quàm ſcribẽdo facere con
250 fueſcunt, rationes & iura pro poſſe minimè perſcrutantes † ſed alijs doctoribus aſſencientibus, auium more, quarũ vnã volantatem aliæ ſequuntur. vt aduertit Deci. in conſi. 499. in cauſa quæ. nũm. 12. & oues imitantes, cùm quo vna ouis tendit, illuc & cæteras ire conſpicimus. Nec enim tutum eſt, iudicijs, ſeu aliorum votis ad hærere niſi eorum veritas ex propio conſtiterit labore. ff. de arbit. l. item ſi vnus. §. idem Pomponius.

251 ¶ANIMADVERTENDVM ſemper eſt † inter tot cõtrarias opiniones communem eſſe ſequendam. c. nouimus. de verb. ſig. vbi docto. cum ſimilibus quorũ recentiores memores ſunt in. c. 1. de re iud. & Feli. in. c. 1. de conſtitu. nu. 54. & ibidem Deci. col. 11. & Ioã. Franc. de Rip. in. l. damnum. §. hoc autem iuditium. nu. 107. ff. de damno infect. Quod pluribus modis temperat Feli. & Deci. in. d. c. 1. & Ioan. de Neuiza. in ſua ſilua nuptia. char. 21. col. 3. & inter alios, niſi communis ſentẽtia melioribus rationibus ſeu iuribus conuincatur. vt eſt tex. qui hoc ita diſponit (licet notiſsimè) in. d. l. 1. §. ſed nec. C. de vete. iur. enucle. & probatur in. d. c. capellanus. de ferijs. vbi docto. & in. l. Emilius. ff. de minor. cùm alijs á Decio allegatis in. d. c. 1. de conſtitu. & docto. in. c. ne innitaris. eod. tit. & á Iaſo. in. authenti nouiſsima. nu. 22. C. de inoffi. teſta. poſt Alex. in. d. l. cùm prolatis. col. 4. ff. de re iud. Purpu. in. l. ſi idem cum eodem. §. ſi vna. nu. 13. ff. de iuriſdi. omni. iud. & alibi ſæpe. Nam iuris veritas non ex opinionibus, ſed ex legibus eſtimanda eſt. vt. in. d. l. nemo. C. de ſentẽ. & int. locu. omni. iudi. cum ſimilibus.

¶Verùm periculoſum eſt † á communi ſententia ex proprio capite recedere: niſi haud dubiè, rationes, iura ve quibus communis opinio damnetur, conſtiterint. & ex tex. in. c. veniam. 35. q. 9. & in. l. ſi ędibus. ff. de dam. infect. Nam non debet † quis ex ſuo iuditio facilè communem contemnere ſententiam. vt probatur in. d. c. ne innitaris. & expreſſè ita Angelo videtur in. l. quod dicitur. ff. de acqui. hæred. col. 2. & Matheo de Afflict. in. c. qui clericus. in. tit. ſi de feud. fue. cont. int. domi. & agna. nu. 41. & nõ quelibet leuis ratio, ſeu tex. parum vrgens ad opinionem ipſam cõmunem reſpuẽdam ſufficiet. ex tex. in. d. l. 1. §. ſed nec. C. de vete. iur. enucle. & in. l. pen. ff. ad exhiuend. vt nominatim Purpu. ait in. l. cùm quid. num. 84. ff. ſi cert. peta. poſt Feli. ibidem ab eo citatum.

¶SANE aduocatos etiam inter tot opiniones † omnia prædicta aminad- 254
uertere oportet, & factum, iura qúe diligenter & accuratè excogitare: & ita ne exindè ſuam lædant conſcientiam. l. rem non nouam. C. de iud. & ſimilibus, in quibus cõſtat, quid cauſarum patronus facere teneatur: cùm poſt cauſam diligenti ſtudio penſitatam, in iu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtam eſſe cognouerit. quod & Specul. docet in tit. de aduocato. §. 3. colu. 2. & ſummiſtæ in verb. aduocatus. & idem diſponitur in ordinationibus regijs aduocatorũ. in l. 2. in qua etiam ſtabilitur
255 † quòd ſi aduocatus cauſam iniuſtam eſſe percipiat, ſuos clientes ad concordiam conſulat: & ita quód rem ſubtrahant alienam. quod diuinis repugnat præceptis: & abſurdum iniquum quę eſt, & ab omni ratione & iure alienum: & eſſe iniuſtum conſilium expreſsim Caieta. dicit, in ſumma. in verb. aduocat⁹ & Alber. etiã in. l. 1. C. de ſuffrag. col. pe. inſigné in hunc modum loquens. *tertium eſt, cum aduocatus addicit ad trã*
257 *ſactionem partem ſuam, quam ſcit iniuſtã fouere cauſam: conſulit enim tunc, vt alienum accipiat: & ad reſtitutionẽ tenetur.* quod & tenet Ioan. Baptiſt. in tracta. de aduoca. 4. q. col. 2. & abũde Ioan de Neuiza. in ſua ſilua nupt. 10. limita. char.
256 24. col. 3. & 4. ¶ Niſi dicas † dictam regiam ſanctionem dum hæc verba ſubiicit, *Y les diran que ſe concierten*, eſſe intelligendam abſqúe damno aduerſarij quod eſſe poteſt. vt vtrunqúe palàm cõſtat ex diuo Thom. 2. 2. q. 71. articul. 3. cuius verba audi, quæ in hunc ſunt modũ, *quod ſi aduocatus in principio credit, cauſam iuſtam eſſe: & poſtea in proceſſu apparet, eam eſſe inuſtam non debet eam prodere, vt ſcilicet, aliam partẽ iuuet, vel ſecretũ ſuæ cauſæ alteri parti reueles: poteſt tamen, & debet, cauſam deſerere: vel eum cuius cauſam agit, ad cedendum inducere: ſiue ad componendum ſine aduerſarij*
257 *damno.* & illi conſentit Archiep. Florenti. in 3. parte. eius ſummæ. titu. 6. c. 1. §. 1. col. 2. & Grabi. in. 4. diſtin. 15. §. 6. conclu. 9. & Ioan. de Tabi. eius ſumma. in verb. aduocatus. nu. 13. & Silueſt. eius quoque ſumma. in eod. verb. aduocatus nu. 10. & Baptiſt. ſua ſũma Roſel. verb. aduocatus. §. 11. ¶ Sed quomodo hoc ca
257 ſu fiet prædicta compoſitio † abſque damno conſcientiæ: aduocatus qúe in hac ſpetie ad concordiam eius clientẽ admonere poterit, cùm iniuſtã cauſam proſequutus rem et damna refundere teneatur: quæ illico fieri debet, & quàm citius debitor poterit. vt probatur L. eui. 16. & in. c. ſæpe. vbi traditur. de reſtit. ſpol. & docet diuus Thom. 2. 2. q. 62. art. 8. & pleriſqúe alijs habetur locis. ¶ Sed quidem reſpõſio in promptu eſſe videtur, & compoſitionem illam iuſtè fieri poſſe, ſi creditoris libera fiat voluntate, omni fraude, dolo, vi, metu, calidate qúe, & mendatio ſecluſis: ad quæ aduocatus ſtudioſe clientes aduertet, & iniuſtitiæ cauſam: & ne ab inuito creditore bona eius extorqueat. Quim & creditor minimè circunuentus, non qúe deceptus, nec coactus dolo, & fraude, ſimilibus qúe ceſſantibus, etiam non oblata pecunia, totum debitum remitere poterit: & foro interiori tutus erit debitor: nulla alia reſtitutione, nec ſatiſfactione creditori deindè facta. vt eſt optim⁹ tèx in. l. ſi rẽ. §. omnis. ff. de pigno. act. ibi *ſatiſfactum autem accipimus, quem admodum voluit creditor, licet non ſit ſolutum.* & idem probatur in. l. item libo ratur in. princip. ff. quib. mod. pig. vel hypo. ſolui. & expreſſè ſic tenet glo. in regul. peccatum. de regul. iur. lib. 6. & illic Philip. Franc. & docto. glo. etiam in. c. quia fruſtra. de vſur. Feder. de Sen. in conſi. 18. quæſtio talis. col. 2. & 3. Pet. de Palud. in. 4. diſtin. 15. Archidia. in. c. 2. de vſur. in. 6. beatus Anto. Floren. 2. par. eius ſummæ. tit. 2. c. 6. col. 4. Silueſt. in ſumma in verb. reſtitutio. 7. q. 2. col. 3. 4. & 5. Ioan. de Tabi. in eod. verb. nu. 3. Caieta. in ſua ſumma. eod. verb. reſtitutio. c. 6. col. 3. quo & loco cenſet, quód ſicut domini voluntas á reſtitutione excuſat, ſi liberé debitori donat, ita & erit immunis debitor á reſtitutione ſtatim facienda, ſi dominus dilationi aſſentiat tunc enim alienum non inuito, ſed cõ-

ſentiente domino ad tempus detinetur & tradit beatus Thom. d. arti. 8. in prædicta. q. 62. 2. 2. & docto. in dictis & ſimilibus locis. & Silueſt. in. d. verb. reſtitutio. 7. nu. 3. & habetur in. l. cùm ſoluendæ. ff. de diſtra. pigno. & alibi ſæpe. Verùm vt docto. prædictis in locis dicunt, debitor peccatum anté comiſſum con fiteri tenebitur.

¶ NEC prætermitendũ eſt, quod Baldo videtur in ſingul. in verb. aduocatus referens. Innoc. in. c. paſtoralis. de cau.
58 poſſe. & proprie. ſcilicet † quód cùm cauſas aduocatus & opiniones ſtudioſè excutere contingerit, non hominis, ſed legis conſcientiam habere debet: nan-
259 qúe Innoc. in. d loco tenet † læſam aduocatum non habere conſcientiã, proſpolito patrocinium præſtantem, & ſi ſpoliatus rem ab eo de tractam, ſuã eſſe non probet: ſi quidem & ſi ex probationibus eius eſſe non cõſtet, contrarium verius eſſe poſsit, & quia cùm lex ſpoliatis faueat, aliud vt ſanam aduocatus habeat conſcientiam expendere nõ oportet. & præter alios fulcitur ex eo quod idẽ Bal. dijudicat in. c. clerici. in. 2. col.
260 1. de vit. & honeſta. cleri. cenſens † legis conſcientiam ſuperare hominis cõſcientiam. cuius meminit Mathe. de Afflict. in deciſi. 321. in regia. colu. 2. & in conſtitu. Neapol. lib. 1. rub. 81. de preſta. ſacra. ab aduoca. nu. 10. Quo fit, vt ibidẽ ait Math. de Afflict. quód ſi aduocatus
261 habeat cõſcientiam † quòd Titius hominem interfecit: at verò ex proceſſu conſtet, non occidiſſe dictum hominẽ: quód & ſi pro eo patrocinium ſuſcipiat illũ qúe defendat, minimè dicitur con
262 tra legis conſciẽtiam facere † & quód ſic etiam iudex inferior ſecũdum allegata & probata, & non ſecundum conſcientiam iudicare eſt obnoxius. vt legitur & notatur in. l. illicitas. §. veritas. ff de offi. præſid. docto. etiam in. l. 1. C. vt quæ deſunt aduoca. Quibus & accedat, quod Iaſoni videtur in. l. certi iuris. col. fi. C. de iudi. & in. §. ſed iſte. col. pe. inſtitu. de act. Baldum citãti in. l. fi. C. de pen. iud qui mal. iudi. quo loco cenſet, iudici neceſſe eſſe legum regulas, & nõ ſuam conſcientiam legibus repugnantem ſequi. & ſi Bald. in prædicto loco tantúm firmet, triplicem eſſe conſcientiam, quędam rebus viſis ligata, alia legum rationibus, alia verò motiua † & 263
motiua & quibuſdam imaginationibus intellectus iudici non licere iudicare: quia eſt conſcientia impulſiua, & non artatiua. & Baldi meminit Paris de Pute. in tracta. ſindica. in rub. de iudi. poteſta. §. an iudex debeat, vel poſsit ſecũdum conſcientiam. colu. 2. & ſi iudices non ſemper hoc recipiant: ſed perſepe hanc Baldi doctrinam reſpuant: & imaginatiua conſcientia, potius quàm legibus & rationibus cauſas dirimant. ¶ Verùm an ſemper obtineat † quód iudex 264
non ſecundum eius, ſed legis conſcientiã teneatur iudicare. videre licet abũde congeſta per Feli. in. c. paſtoralis. §. quia verò. col. pe. & fi. de offi. deleg. & Iaſo. in. §. ſi minus. inſtitu. de act. nu. 15. & ſequẽtib. & Par. de Pute. in. d. tracta. ſindica. ſub. rub. de iudi. poteſta. in. d. §. an iudex debeat, vel poſsit ſecundũ conſcientiã iudicare. & beatũ Thom. & illic late Caieta. in additio. 2. 2. q. 67. arti. 2. & ſũmiſtæ in verb. iudex. Adriã. in quolib. 2. q. & nouiſsime domin⁹ Dominic. Soto. de iuſti. & iur. lib. 5. q 4. art. 2. & dominus Didac. Couarru. reſolut. lib. 1. & an domini regij conſilij poſsint iudicare ſecundum conſcientiam. præter ea quæ traduntur in. l. 1. C. vt quę deſunt aduo. videas Guid. Pap. q. 29. in ſuperiori. & Thom. Gram. deciſio. 20. lata ſententia. quo loco & citat Bertrãd. & latiſsimè idem ſcribit ipſe Thom. Gram. in deciſi. 62. in cauſa magnificorum.

¶ PROINDE & iuxta dictam Bald.

Universidad de Deusto
Biblioteca

265 sententiam (qua tenet, aduocato legis, non hominis conscientiam habere esse necessum) est aduertendum † nam aduocatum non tantúm legis conscientię esse obnoxium, ipse existimo, sed & hominis. quod probatur in.d.l. certi iuris. C. de iudi. ibi, *pro sui & legis scientia.* quem tex. palàm & satis ad casum perpendunt Bald. & Sali. illic & Iaso. nu. 6 & si dicant, potius legis cõscientiam esse sequendam. & eis adstipulatur Par. de Put. in.d. eius tractat. sindica. in. d. verb. de iudi. potesta. in. §. incipien. an si iudex qui dedit sententiam. nũ. 18.

¶ Præterea & hæc nostra sententia ratione munitur, & fortius, nam sæpius aliquid lege sancitur, & ex iustis causis aduocati conscientia contrarium dictat: vt quia scit sui clientis instrumeta esse falsa: vel aliter eius causam esse iniustã & desperatã cognoscit: & si ex actis processus hoc nõ cõstet: quo in casu ei causam ipsam defendere nequáquàm licet vt in.d.l. rem non nouam. §. patroni. & in.l. falsi nominis. ff. ad.l. Cornel. defal. cum alijs. & ex his quæ Specul. scribit in tit. de aduoca. §. nunc tractem⁹. col. 2. Archiep. Floren. in. 3. par. suæ summę tit. 6. c. 2. §. 1. col. 2. &. §. 5. col. 2. ¶ Hoc
266 etiam suadetur † quia agẽs contra cõscientiam, ad gehennam ædificat. c. literas. §. nos autẽ. de resti. spol. c. per tuas. in. 2. desimo. c. omnes. 28 q. 1. & dominus
267 noster Iesus Christus nos docuit † vt ore non loquamur, nisi tantùm id quod cor, & conscientia tenent. vt traditur in. c. & si Christus. de iur. iurã. cum alijs de quibus Mathe. de Afflict. in. d. rub. de præstatio. sacra. ab aduoca. nu. 10.

¶ Præterea & potest esse lex peccati nu
268 tritiua † & quæ in foro conscientiæ nequáquam obliget, sed eius contrarium. vt in. c. fi. de præscrip. & ibi docto. cum similibus quorum Feli. meminit in. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de constitu. nu. 41. & Deci. in. c. 1. eod. tit. 1. lectu. col. 7. & sequent. quo in loco cõmemorat etiã plures casus, quibus lex custodiẽda nõ est. & etiam moder. in. c. quæ in ecclesiarũ. eod. tit. & in. c. 2. de maio. & obed. & docto. in. c. quis autem. vbi domi. me⁹ Cardi. de Turrecrema. 10. distin. & docto. in. c. quis quis. 14. q. 1. & in. c. violatores. 25. q. 1. Bald. in. l. cùm quis. C. de iur. & fact. igno. col. 7. & abundè Tiraquel. in tracta. de vtroque retract. in præfect. nu. 67. & nouissimè ac splendidè vir satis laudandus frater Alfon. á Castro. in eius lib. de potesta. l. pænal. ferè per totum.

¶ DENIQVE illud etiam non esse prætereundum censeo, quòd & si aduocatus etiam hominis conscientiam (vt explicuimus) habere oporteat, quód tamen in casibus ambiguis, & in quibus suis consilijs contrariæ rationes, opiniones ve esse consueuerunt, non ita suis cõsilijs sit pertinax, quód cõsulentes, cliẽtes que suos de ipsis contrarijs rationibus, seu opinionibus non aduertat: sed illis negotij difficultatem insinuet: siquidem ex contrario, ipsi consulentes, aduocati que clientes damnum ingens percipere poterunt: & ita quandoque, quód illud aduocat⁹ persoluere teneatur. Quib⁹ & accedat diui Gregorij sententia, cuius meminit tex. in. c. graue. 11 q. 3. qua inquit, in re dubia certam non ferendam sententiam.

¶ CETERVM & in illo dubio † an 269
quis potius teneatur eius conscientiam, quàm allegata & probata sectari: eandẽ omninó rationem in aduocato, quæ in iudice esse minimè cẽseo: sed inter eos non modicum esse discrimen: cùm facilè aduocatus causam vtpotè suæ conscientiæ damnosam, & desperatam possit derelinquere. vt in. d. l. rem nõ nouã. §. patroni. C. de iudi. At iudici non, cùm illi causam minimè indeciſam, & absque sententia deferere: sed eam officij necessitate dirimere cogitur. ff. de iu

di. l. de qua re. & similibus.

¶ SED sub silentio relinquendum in hac spetie non est, quód & si dicta sententia Math. de Afflict. recipienda sit,
270 qua dixit † patrocinium pro homicida posse præstari: & si aduocati conscientia aliud dicat, quia de vita hominis tuẽda agitur, non tamen intelligas, mẽdacijs hoc aduocato licere. ex eo quod habetur Math. c. 21. & quod dicitur Exod. 22. ibi, *non suscipies vocem mendatij.* & quia
271 scriptura sacra mentiri † etiam pro hominis vita saluanda prohibetur. vt docet tex. in. c. super eo. de vsur. & ibidem Abb. cæteri que docto. & tex. in. c. ne quis. 22. q. 2. & inibi domi. meus Card. de Turrecrema. nu. 4. quo loco refert diuum Augusti. in lib. de mendatijs. dicentem, etiam pro vita eterna non esse mentiendum. ¶ Et ideo & si glo. cõmuniter recepta in. c. cupiẽtes. in verb. maliguantium. de elect. in. 6. asseueret, aduocatum iustam defendens causam, posse vti cauillationibus. cui ibidem assentiunt docto. & summistæ in verb. aduocatus. & est etiã glo. per tex. ibi in. c. dominus. in verb. ex insi dijs. 23. q. 2. & eis accedit Abb. in. c. 1. col. 2. quod met. cau. Barba. in clem. 1. col. 2. de re iud. recentio. in. l. qui totam. ff. ad Trebel. Deci. in. l. ea est natura. col. 1. ff. de regul. iur. cum similibus quæ congerit Tiraquel. de vtroque retract. in præfact. nu. 70. & Pet. Rebuf. in repeti. l. 1. C. de senten. quæ pro eo quod inter. profe. 9. notabi. Hoc enim temperandum est, nisi falsis allegationibus & mendatijs ipsam causam foueat. vt expressum tenet Siluest. in sua summa. in verb. aduocatus. nu. 12. & alij eod. verb. in eorũ summis. & Ang. de Claua. in eius summa in verb. bellũ. nu. 19. post diuum Thom. 2. 2. q. 71. art 3. versi. ad tertium. & beatus Anto. Floré. in summa. 3. part. titu. 6. c. 1. §. 1. colu. 2. & probatur in. l. 1. ff. de dol. & adde Didac. á Castel. infra in. l. 2. in verb. de las dichas leyes. col. 7. & 8. & in dictis locis docto. etiam dicunt, absque mendat ja, & falsis allegationibus, seu alijs similibus, in causis iustis aduocatis licere aduersarios decipere. & idem tenent docto. in. c. 1. de mut. peti. & alijs locis de quibus meminit Barba. in. d clemen. 1. de re iud. col. 2. & probatur in. l. cùm pater. §. Titio fratri. ff. de leg. 2. & in. c. 13. q. 4. & Siluest. & alij in eorum summis. in verb. aduocatus. & latè Tiraquel. in. d. tracta. de vtroque retract. in præfact. nu. 70. ¶ Verùm & beatus Thom. & Archiep. Floren. in. dictis locis insignè diiudicant, aduocato causam iustam souenti licere ea, quibus eius processus impediri valeat, prudenter occultare, falsitate cessante. ad quod etiam videas domi. Didac. Couarcu. dicto loco, vbi accuratè & eruditè prosequitur.

¶ DENIQVE & iuxta iam dicta minimè prætereundum est, quod Mathe. de Afflict. in. d. rub. de præstatio. sacra. ab aduo. nu. 12. testatur † quód si aduo- 272
catus suo clienti causam esse injustam retegit, & hoc prętermisso, cliente instãte, causam ipsam aduocatus non deserat, quia cliens se reportaturum sentẽtiam constanter putare edixit, quam ex indè ille obtinuit, quód ipse aduocatus & si in illa causa vsque ad sententiam patrocinium præstiterit, & contra eius conscientiam fuit loquutus, mortaliter non peccauit. Quod credit ex eo fulciri. Tum quia, postquàm sententia lata est, pro cliente præsumitur, quód iudex meliori fuerit motus conscientia. vt firmat Bald. in. d. l. rem non nouam. & habetur in. l. Heremnius. §. Gaia ff. de euict. & in similibus. Tum etiã, quia potuit aduocati cosscientia esse erronea. Quod tamen temperat, nisi aduocatus scientiam habuerit ex sui clientis confessione, seu aliàs, quód iudex aduersarij amore, præce, prætio ve fuit corruptus. Sed dictam Math. de Afflict. senten

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiam nõ admitto, siquidem (vt dictũ est) aduocatus contra conscientiam patrocinium prestans, edificat ad gehennam. & quia palam contra eam tenet Abb. in c.1. de iura calum. & inibi Barba. col. 5.

273 & quia † quicunque conscientiam remordentem habuerit, ea nõ deposita, si actũ conscientiæ aduersum fecerit, mortaliter peccat, vt est tex. in c. fi. de præscript. & inibi notat Bald. cuius memor est Iaso. in. d. §. sed istę. institu. de act. col. 27. versi. quicunque habet. optimꝰ tex. in. c. per tuas. in. 2. de simo. cũ alijs. Nam vt Apostol. ad Roma. 14. inquit, *omne autem quod non est ex fide, peccatũ est.* Et omnes theologi fatẽtur, quód erronea conscientia ligat, & voluntatem astringit. Quo fit, vt is mortaliter peccet, qui actum egerit, illũ esse mortale crimẽ opinatus: licet verè is actꝰ ad mortalem culpã minimè pertineat. vt theologi firmant. 2. sentẽtia. distin. 29. & sanctus Thom. in quolib. q. 8. arti. 13. & Archiep. Floren. 1. part. eius summe. tit. 3. c. 10. §. 4. & Adrian. in. 4. in. q. an quis á culpa immunis sit, qui vni adhæret opinioni altera pretermissa. & sumiste in verb. cõscięntia. Vndè sequitur, vt firmat sanctꝰ Thom. dicto loco, quód si alicui cõscięntia dictet, quód testucã á terra leuare sit peccatũ mortale, vel vt Caie. ait in eiꝰ sũma. in eod. verb. cõscięntia. si ali cuius haberet conscientia, quód in ecclesia spuere esset peccatũ mortale, & in tali conscientia persistens testucam á terra erigeret, seu in ecclesia spueret mortaliter peccaret: quia quãtũ in se fuit, peccato assentit mortali, prout euenit in dicto aduocato: quia cùm mortaliter peccare censebat, ex quo iniustam defendere causam, & veritatem impugnare existimabat, & bona quæ aduersarij esse credebat, suo procurabat chẽti: & cum vtriusque partis expẽsarum non modico damno; causæ patrocinium non repudiauit. ¶ Conscientia enim debet esse † vt speculum sine macula. vt ait Bald. in. cap. 2. de offi. ordina. citans tex. in. c. perpetuæ. de elect. in. 6. quarè vt Adrian. in quolib. q. 2. censet, contra propriam conscientiam, aut sententiã etiam opinioni communi adstipulari in foro interiori nõlicere. allegat quod Exod. 23. traditur. & complura alia inibi videnda. & adde Dominic. de Soto. de iusti. & iur. lib. 5. quęst. 8. articul. 3.

274

275

276

LOQVAL CAVSA VA la mucha variedad, y differencia que auia en el entendimiento de las dichas leyes. ex his verbis iunctis præcedentibus intelliges, diuersas & contrarias opiniones † seu legum varios intellectus diuersa & contraria operari iuditia, & sententias: quim & dissimilia repugnantia qúe consilia. Ex quo cõsluit minimè mirum esse † si vtrique parti causarum patroni non defficiant: ex dictis qúe verbis & expressim causa percipitur, quare ab similes feruntur sententiæ. ¶ Et huius rationis ea est ratio, quia

† hominum intellectus varij sunt: faciles qúe sint ipsi homines ad dissencięndum. l. item si vnus. §. principaliter. ff. de arbit. & inibi glo. ¶ Quotidiè enim in nobis aduersi generatur intellectus, diuersa qúe phantasmata. teste philosopho. cuius dictum sæpius á docto. commendatur. & probatur in. l. diui fratres. ff. de iur. patro. & in l. quia poterat. versi. cùm varię sint hominum voluntates. ff. ad Trebel. & in. c. quia diuersitatem. in princip. de conce. præben. & in. c. sicut in sacramentis. de consecra. distin. 4. Ex quibus dici solet, *velle suum cuique esse: & quot capita, tot sensus.* quod etiam constat in. d. l. 2. §. sed quia. C. de vete. iur. enucle. obiid & Persius satira. 5. sic ait, *mille hominum species, & rerum discolor vsus, velle suum cuique est: nec voto viuitur vno.* Ex hoc & ait tex. in procemio ordina. lib. 2. titu.

277

titul. 3. hominum prudentiam esse incertam propter varietates, & inuencio nes humanas. ¶ Quo fit, hominum facta tot esse, quot animæ & voluntates: & ex hoc legum vniformem certitudinem haberi non posse. vt inquit Bald. in. l. non possunt. ff. de legib. allegans text. in. l. idem erit. ff. de statu. homi.

278 ¶ ET IVDITIO meo leges sunt † sicut aqua in vase vitreo persistens: nã eadem aqua propter vasis diuersos colores, diuersa cernitur & iudicatur: si enim vas est album, aqua videtur alba, si rubeum, aqua rubea censetur: & sic de alijs: ita & leges propter hominum diuersa vasa, seu intellectus, in quibus ipsæ excogitantur, leges diuersæ perpenduntur, & iudicantur. Nam quibusdam eadem lex rubea videtur, quia eorum vasa seu intellectus huic assentiunt colori: alijs alba, quia eorum intellectibus hic color applaudet: verùm aliquibus facilis est compræhendendi facilitas: at alijs non ita: quibusdam verò argutus est intellectꝰ: alijs autem tardus.

279 ¶ QVIMIMMO & iurisconsultos † non in eadem consentire sententia passim in nostris iuribꝰ reperies: adeo quód in. l. sed vltro. §. 1. ff. denego. gest. Labeo nẽ Proculus repræhendit: cuius sententiam Celsus continuó deridet. & etiam Neruam iurisconsultum fuisse derisum. indicat text. in. l. pe. ff. in quib. cau. pig. vel hypo. taci. contra. quod & alijs euenisse Tiraquel. scribit in suo tracta. de nobilita. c. 31. quo in loco nu. 493. docet, omnium artium, atqúe scientiarum commune esse, earum scriptores non semper in eadem re consensisse: sed varię iudicasse. Et quidem ipse vidi, mulierem ex eo petentem fundum dotalem, quód mariti vi, metu qúe, & si iure iurando illum vẽdiderat, quæ enim obtinuit: sed quia ex fundi possessoribus aliqui ci tati ad illã causam minimè fuerunt, sententiæ aduersus citatos tantùm fuerunt latæ. Deindè verò eadem mulier super alia parte dicti fundi aduersus nõ citatos possessores contendit, & prioris litis testes noué produxit: & vtriusque controuersiæ acta eadem, non qúe absimilia fuerunt: & in prædicta postrema causa ipsa mulier sucubuit. & ita super eadem re, eisdem qúe actis iudices contrarias sententias in rem iudicatam trãslatas pronunciarunt. Verùm mirantur quippe aduersus prædicta, & plurimùm iurium ignari, cùm iurisperitorum dissimiles vident sententias, absimiles qúe opiniones: ea potissima (vt ipsi aiunt) ratione, quód vtrique eisdem studuerunt libris: easdem qúe sanctiones habeant: quod quidem perridiculosum est: siquidem eorundem librorum vsus intellectuum dissimilitudini minimè medeatur. Proindè & quia iurium inscij in alijs quæ sunt citra iuris prudentiam, á se ipsis dissident, & passim longè qúe dissentiunt, Currit enim miles equum, quibusdam enim optimè illum decurrisse videtur: at alijs desidiosè segniter qúe. Verùm & pleri qúe rem eorũ manibꝰ accurratè, & vndiqúe palpitatam, eorum quidam vtilem & aptam censent: cæteri verò in commodam & abiiciendam. & sic de alijs.

¶ ET non est mirandũ, quód Deus omnipotens in hominibus mentes fecerit diuersas, & quód implurib? minimè cõueniãt † & ex hoc eius potentia magis quidem constat. ¶ Et sicut Deꝰ diuersa fecit iuditia: ita & similiter hominum facies, & eorũ voces. & inter tot hominũ multitudiẽ, faciẽ nõ reperies, omninò alteri similem, nec vocem voci: immò nec literam literæ. Ex quibus exterioribus interiora doceri solent. §. pauonum. institu. de rer. diui. & inibi glo. cũ similib?. Vndè & pulchre Thom. Linè

280

Universidad de Deusto
Biblioteca

us.in eucomio belli. *homines non tãtum facie* (inquit) *sed animo consilio, opinionibus iudicijs quam dissimilimi: adeo vt in tanta multitudine haud duos reperias, qui aut vultu sint simili, aut intellectu.* Nan qúe quot homines, tot sententiæ, suus cuiqúe mos est, & quod huic bonũ, illi malum, quod illi suaue, huic amarũ videtur. hinc & Cicero. 1. offitio. 150. ait, *vt in corporibus dissimilitudines sint: sic in animis existunt maiores etiam narietes.* & si quandoqúe accidisse ipse nõ ignorem, tantã vni⁹ hominis alter habuisse facie & corpore similitudinem, quód quis eorum esset, dignosci minimè poterat. vt Aug. in lib. de ciuita. Dei. & Albert⁹ magnus & pleriqúe alij scripsere. & speciatim Plinius & cõplures de Antiocho & Artemio recensuerunt. & Iustinus & alij authores de regina Semiramis & Nino eius filio. & Plinius, etiam de Pompeyo, & Blibio, Publicio qúe.

¶VT quid enim miramur de diuersis
281 mentibus in hominibus † cùm & in eodem tantum videamus discrimem, & repugnantiam. vt & Apostol. ait. ¶Et eandem rem diuerse respondere cognoscimus † nanqúe idẽ sol dissimiliter agit,
282 influit qúe in rebus humanis: & cæteri planetæ: sicut & vnũ medicamẽtum variè in infirmis operatur: & quod quibusdam prodest, cæteris nocet. ¶Planè & eiusdem rei pars morboest salutifera, & altera eidem morbo nociba. ¶Et eadé seminata terra, aliqua eius pars germinat, at veró alia non. ¶Et persæpe etiam videm⁹, eximium doctorem vno loco in eodem casu, cuidam assentire sententiæ, alio qúe loco contrariæ. Verúm & vidi eosdem iudices quendam vtpoté causam iniustam sequentem, in expensis condemnasse: & deniqúe iura & rationes meliùs perscrutantes, ex eisdem actis illum non tantúm ab expensis, sed ab alijs aduersus illum petitis liberasse. Vndé & si Iustiniano credimus, Papinianus (legabilis doctrinę thesaurus) quandoqúe etiam in eadem re contrarias tulit sententias. vt idem Iustinianus recenset in. l. fi. versi. sed cùm in secundam. C. de furt. Quibus & accedant, quæ beatus Augusti. retractationum libro scribit. & Ioan. And. in princip. lib. 6. His & alludit quod & Iustinia. in authent. de nupt. §. 1. colla. 4. hisce verbis ait, *non enim erubescimus, si quid melius, etiam horum quæ prius ipsi diximus, adinueniamus, hoc sancire: & competentem prioribus imponere correctionem.* quod & suadet tex. in authenti. vt fratrum fil. succe. in princip. colla. 9. ibi, *nostras leges emmendare non piget.*

¶QVE varietas in eodem homine
283 cùm oportuerit, nõ coarguitur † quim & commendatur. vt in. d. authenti. de nupt. §. 1. & in. c. qualiter & quãdo. in. 1. de accusa. est etiam tex. in. l. nonunquàm. ff. de colla. bono. & illic glos. cum alijs quorum memores erimus in. l. sequenti. in verb. porende mandamos.

¶QVID MVLTA, & frequenter tibi vsu veniet, quód dum in leto recubas, cuidam accedis sententiæ: at veró à somno surgens, contrariæ: quod quidem ex dictis iuribus licet. Quim & ait Bald. in. l. de tutela. colun. 2. C. de in integrum. restitutio. quód quis sibi contrarius minimè dicitur, licet hodiè credat vnum: at cras contrarium crederit. quod inibi inducit ad doctorum excusationem contraria cõsilia dictantium contrarijs temporibus. quibus adde complura quæ Gometi. in hac re congerit in. §. omnium. nume. 29. institu. de act. & ex his ait Bald. in. l. 1. col. 2. C. de his qui ant. aper. tab. minimè mirum esse, & si Cin. in illa materia indeterius suam mutauerit opinionem, non qúe id nouum esse: si quidem quotidiè in intellectu ex nouis motuus nouæ generantur opiniones. ff. de arbit. l. sicuti. & Baldi meminit Barba. in consi. 62. scribitur libro Hester. colu. 12. versi. cùm ergo in casu. lib. 1. & in. c. nisi specialis. nume. 65. de offi. de leg. Ex quibus fit, vt Anto. existimat in. c. cùm venerabilis. nume. 52. de exceptionib. aduocatum legem aliquã allægantem, vtpoté pro sua causa facere, & si errore arbitratum exindè & legem illam non probare, alia in causa posse firmare. cuius sentẽtiæ moder. memores sunt in. §. his igitur. institu. de iusti. & iur. & Gome. in. d. §. omnium. d. numero. 29. ex hoc non sibi aduersum censentes.

¶VERVM Bald. in. c. ne innitaris. de constitu. censet, quód qui semel cuidam fuerit adstipulatus sententiæ, si exindè contrariæ nisi ex probabili causa adhæreat, coarguendus est. & adde videndũ Mayne. in. l. culpa. nu. 37. ff. de reg. iuris.

¶PRETEREA & plerunqúe accidit
284 † plures iudices in eandem conuenisse sententiam, & non eisdem, sed longè diuersis rationibus: quas mutuó contemnunt, ludibrio qúe habent.
285 Congruum ergo esse videtur † causarum patronum sui clientis causam pluribus⁹ fouere rationibus: & epulas plures cõdire: vt iudices ad vótum & iuri iuditij indigentiam edere possint. quod Ioan. And. & docto. tenent in. c. per tuas. qui fil. sint legiti. & consuluit Cæpola. cautel. 69. Sunt multi tenentes, etiam licere aduocatis solidis & vrgentibus rationibus, æquabiliter qúe & debilibus iustam causam tueri: siquidẽ sepissimè iudices rationib⁹ nõ efficacibus mouentur (prout ipse luculẽter cognoui) quod & Abb. scribit in. c. sicut nobis. colum. 3. de re iudica.

¶SANE & citra ea quæ in hoc dicuntur proœmio, dicta qúe & sunt, quibus

agnoscitur causa, quaré in eodem casu diuersæ, & contrariæ dicuntur sententiæ, aliæ & sequentes vt opinamur, hoc conficiunt.

¶NAM hoc venire quandoqúe existimandum est, ex aliquorum iudicum insscitia. de quo infra in. l. 2. aliquid describemus.

¶PLERVMQVE enim & cõtingit
286 † ex iudicum impudica siue infesta arrogantia, inconsultè ac temerè causas dirimentiũ: alios in facto nec iure volẽtium consulere: nec causarũ patronos audire: quorum stultam audatiam iura passim contundunt. vt cõstat ex tex. in. c. iudicantẽ. 30. q. 5. & inibi Hugo. & domi. Card. á Turrecrema. & ex tex. cum glo. in. c. graue. 35. q. 9. & in. c. sto. apud finẽ. 95. distin. & patet Sapiẽ. c. 6. quib⁹ accedat tex. in. l. 18. tit. 9. parti. 2. hi enim se summos fingunt: & plus quàm oportet sapiunt. cõtra id quo habetur Eccle siastes. c. 7. suæ qúe prudentiæ innituntur. aduersus ea quæ habẽtur prouerb. 2. & in. c. nẽ innitaris. de cõstitu. & prædicti quod prouerb. c. 1. hisce scribiturverbis (minimè perpendunt) *audiens sapiens sapientior erit.* iuxta quæ audias quæ proverb. cõmentarijs (quæ aliqui diuo Hieronimo, alij Bedæ attribuunt) conscribuntur, *quod autem* (ait) *sapientem cum audierit, sapientiorem effici ostendit, neminem in hac vita ita sapientem fieri posse, cuius sapientia nequeat augeri.* ¶NEC dicti iudices perscrutantur, quod Eccle. libro. c. 11. sic dicitur, *ne dicas sufficiens mihi sum.* Nec animaduertunt Iustiniani imperatoris verba. in. l. 1. §. sed nec. C. de vete. iur. enuclean. quibus & vnius & forsam deterioris sententiam, suos extingere posse errores edocet. Nec considerant, vtile esse, in dubio facto non tantúm á iurisperitis vt traditur. in. capit. ad nostram. de consuetudi. & inibi. glo. Ioã. And. Abb. & docto. & cõstat in

Universidad de Deusto
Biblioteca

c. ecclesia. habet. 16. q. 1. & in. l. potioris. C. de offi. præf. præto. & in authentic. vt iudi. sin. quoquo suffrag. § . sed nec. colla. 2. Quim & á iuris ignaris consiliũ quærere, seu salté admittere. Bart. more † qui sæpissimé casus de quibus con- 287
sulebatur, cum mercatoribus etiam cõ sulebatur. vt commemorant docto. in. d. c ad nostram. & plenius Tiraquel. de legib. Cõnubial. l. 10. nu. 4. & Rebuf. in re peti. l. vnicæ. C. de senten . quæ pro eo quod inte profe. nn. 9. post Iacobi. in. l. 1 § . 1. nu. 2. C. de cadu. tol. & ab antiquis auditu percepi, quemdam regium Pinciana cancellariæ senatorem id facere solitum: ex eo qúe laudatissimum. Vnde & Hieroni. dictis prouerb. commenta. ait, sapiẽtium semper moris fuisse, vt maiorum quandoqúe & minorum dictis auscultentur. & auditu etiam cognoui. virum iurisperitissimũ de ardua causa consultum feré mẽsibus quatuor eidem causæ studuisse, super ea qúe solerter instanter qúe excogitasse: & proindé cúm post tot menses decursos vir ille iam negotij definitionem suã qúe sententiam inscriptis consulenti tradé dam habuisset: ad eum quidam scolaris accesit, cui illius negotij factum suum qúe decretum cõsiliũ exposuit, verúm scolaris ipse cõfestim aduersus dicti viri sententiam efficaci respondit ratione: quam ille vir nunquám expéderat: & ob id ea admonitus, miratus quidem frontem palma contundit: & illico vtpoté quód ex prædicta ratione res comperta erat, á se ipso dissẽsit: á priori qúe dissedit placito: & scolaris voto adstipulatus: denique iuxta ipsius scolaris arbitrium consuluit. Rursum nec dicti iudices saluatoris expendunt sentẽtiam de qua habetur Math. 10. & Luc. 11. qua ait paruulis reuelari quandoqúe, quæ sapientib⁹ sunt occulta. Nec memores sunt Chrisipi philosophi suis prouerb. dicé tis, *quod tu non nosti, fortasis nouit asellus.* Illis qúe occulta est sententia Lanfran. in clem. sæpe. in verb. de plano. de verb. signi. volentis † iudices etiam in 288
causa clarissima aduocatos audire nollẽtes, iure optimo vt suspectos posse recusari. cuius sententia ex eo confirmatur, nam iudex potest alicui sententiæ vt notissimæ adstipulari, cui si alios conseuerit, obsisteret, ob quas rationes & si iudices iuxta cancellariæ sanctiones cẽ seant, iuris facti qúe informationem recusare licere. † hoc facere nõ semper 289
oportet. non enim omnia quæ licent, quandoqúe expediũt, nec honesta sunt ff. de reg. iur. l. non omne. 11. q. 1. c. aliud. cum similib⁹ de quibus meminit Tiraquel. de legib. Cõnubial. l. 8. nu. 2. quod præcipuum in causis nodosis põderosis ve obtinet. Animaduertant enim iudices ipsi, sanctiones prædictas illos immunes in foro interiori non reddere: si errore decepti, & partium aduocatorũ qúe præloquutiones oblatas renuentes breui causas definierint. vt plenius supra. nu. 217. diximus.

¶ QIVD plura, & iudices decet, causarum patronis dubia retegere, & non elasi, superuenientes, inflati qúe ipsorum patronorum rationes auscultare: vel reticentes: ne eorum constet ignorantia, seu desidia: prout quandoqúe cõsueuerunt ad quod videndus est tex. in c. quis aliquando. § . taciturnitas. de pæniten. distin. 1. & ob id suum excusantes silentium, ne aduocati eorum sententias percipiant: immemores eius quod Bald. his verbis inquit, *nota quod qui nõ loquitur, & obtumescit, iustitiã denegat.* quę verba scribit Bald. in. c. 1. de nul. val. qui cõtumax est. ex text. ibi qué ad hoc expendit Annan. in. c. excommunicamus. § . moneantur. de hæretic. & Mayne. in. l. non videntur data. § . qui iussu. nu. 41 ff. de regul. iur. tacere enim aliquando vitium est. Vnde ait Gregorius in pasto. 15. c. hæc verba, *si in ordinatione silentium non esset culpa, propheta non dixisset, Væ mihi, quia tacui.* & iterũ idé Gregor. sic inquit, *nam sicut incauta loquutio in errorem protrahit: ita indiscretum silentium eos qui erudiri poterant, in errore derelinquit.* cuius sentẽtia in libro decretorum traditur, scilicet in. c. 1. 43. distin. ex quo illud prædici consueuit, *nam siluisse nocet, multos qúe silentia dãnant.* quod recenset glo. in. d. c. 1. 43. di- Proindé & Dauid psalm. 31. *quia tacui* (inquit) *inueterauerunt ossa mea.* Non cõsiderãtes dicti iudices, quód & si dubia aduocatis prænarrent, ex hoc eorum vota minimé deteguntur. Quim vt explicuimus, ex hoc res eis anceps, clara fortasis fiet: vt vtinam regia obseruaretur sanctio, qua stabilitum fuit, senatores regios iuris dubia inscriptis produturos.

¶ SANE & quoqúe diuersas & cõtrarias ferri sententias ex eo etiam fit † 290
quód aliquando iudices in audiẽdis causis sunt veloces: & in eorum sententijs rapidissimis pennis volitant, effrenatiqúe, & præcipites perualant: & indubitati arduas & difficiles causas sua freti prudentia diruunt: & lites sicut oua soluillãt: & sagittas pharetris sui (vt putãt) festinatissimi & sperati ingenij depromunt quibus defatigatos litigatores audacter feriunt: & vt sagitarij ad sagitas raptim emitẽdas sunt iugiter parati. ad quod videre licet Federic. de Senis in consi. 187. casus talis. & Aym. Crauet. in consi. 153. nu. 2. Quid plura, & quosdam iudices ipse vidi, qui nondum casu enarrato iam totum negotium intelligisse asserunt: & non tantum eius factum, sed & ius: & valdé dubitata, & nodosa negotia confestim percipisse aiũt: & ita quód factum etiam litigatoribus petentibus integré prædici, minimé ferũt: & ipsam causam illico dirimunt: minimé intuẽtes ipsos litigatores plerunqúe in instruendis causis compluribus annis demorati, & in solis relationibus præparandis, persæpé tribus, quatuor ve mensib⁹ detineri: & vsqúe ad vidẽdas causas plurimum tempus diffugere: & ob id non licere Augusti tempore, mensis qúe excidendæ labores immensos, ac litium fructus ex temporis angustia, & præmatura deliberatione subuerti: & pluuiarum incursu, ventorumqúe vi, & turbida iudicum tempestate fructus ipsos dirui. ¶ Et adeo hæc quandoqúe eueniũt, & quorundam iudicum ea ineſt celeritas, quód frequentissimé causarum patroni tẽpore deficiunt; quo eosdem iudices ad factũ, ius qúe aduertãt: existimãt enim ipsi iudices in prædictis regibus placere † vtpoté qui complures decidunt causas, & reipublicæ subuenire: 291
quia lites & controuersiæ propellũtur, censent qúe ex his, eorum scientiam magis comperiri: & eos cæteris affluentius leges degustare: & quod sic ex facili aliorum iuditijs consilijs ve non egere perlucet. ¶ Sed his sané diluduntur, siquidem sic dilucidé eorum despicitur temeritas, quæ vt Cicero pro Mar. Marcello. 4. inquit, cúm sapientia minimé commiscetur, nec ad casus consiliũ admittitur. sapientia enim á temeritate plurimum desidet. vt & idem Cicero ait, officiorum. c. 10. dictorum qúe & iudicum imperitia incuria qúe magis ac magis prædictis patescunt: & res ipsa eos impauidos & imbecillos, incalidos qúe esse inducat: & incondité, indigestẽ qúe & in maturo animo litium facta ac ius excogitasse: ex quibus & assidué illuduntur. Verúm & prædicti iudices non aduertunt, ex nimia celeritate non sana iuditia, sed praua edici posse. vt habetur in. l. 2. C. de sentẽ. ex peric. recitan. ibi *non subitas.* & in. c. ex literis. § . nos igitur. de restit. in integ. & in. l. prolatam. C. de sentẽt. & int. locu. omni. iudi. & inibi Bart. columna. 3. & in similibus congestis á Felin. in. c. ecclesia sanctæ Mariæ. nu. 14. & 15. de consti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

docto.in.c.cùm Bertoldus.de re iud. & quæ habentur in.c.graue.35.q.9. Vndé & non ab re beatus Augusti.inquit,non audeo præcipitare sententiam.vt traditur in.c.quæro.6.q.1.& vide tex. & Iaso. in.l.iudices. C.de iudi.& diuus Grego. in moral lib.19.& super Iob. 29. in hunc loquitur modum,*ad proferendam sententiam nequaquam præcipites esse debemus: ne indiscussa temere iudicemus*. Audias quòque & sanctum Isidorum(cuius meminit tex.in.c.sciendum.29.distin.) pergrauiter iudices hisce verbis coarguentem, *quorum modi quia medullitus non indagãtur: in erroris labirintum nonnulli intricãdo impinguntur, cum ante iudicãt, quam intelligant, ante inculpant, quam iterando lecta perquirant*.cuius verba doctores aduersus iudices acta causæ manè inspiciẽtes,eodem quòque die sententiam ferentes, adnotare consueuerunt in eod. c. sciendum.præcipuũ Dominic.& etiam Feli. in initio decretal.& in.d.c. ecclesia sãctæ Mariæ.nu.25.citans etiam Bald.in. d.c.ad nostram.de cõsuetu.sunt & multæ aliæ concordan.de quibus meminit Hipol.in.l.statu liber. ff.de quæstio nume.11.& sequentib.& in rub.ff. de fideiusso.nu.79.& ob eam rem,præcipitatã iudicis voluntatem iustitiæ nouercam meritò ius appellat.vt est text. & inibi Card.notat in clem.pastoralis.versi. verùm.col.1.de re iud & etiã ob id Seneca in prouerb.ita ait,*ad pœnitendum properat, qui citò iudicat*. Et ob id etiam ius dicit,in authenti.de restit.&ea quæ par. mul.§.final. colla. 4. ex celeritate nimia quid colusum,& præordinatũ præsumi. Ex his & accuratè Math.de Affli. in constitu.Neapol.lib.1.rub.45. nu. 59. iudices cõsulit ,ne in decidendis causis saltem arduis sint celeres. & demùmiudices prædicti id pensitare oporteret, quòd si causæ cæleriter diffiniuntur superatæ partes non ab re conqueruntur, quod facere minimè possunt, si iudices eorum causas aptè,congruo què decreuerint tempore.

¶ NOLLIM tamen ex his intelligas iudices nimis tardos,morosos què extollere : quorum incuria lites plerunquè differuntur:&maiores sunt tunc expensæ, quàm sententiæ fructus:quos nimũ iura pergrauiter què arguunt. & præcipuum text.in. §. iudices verò. de pac. iura.firman.& quæ Math.de Afflict.cõgerit in constitut.Neapol.lib.1. rub. 38. nu.51.& Paris de Put.in tracta.sindicat. in verb. negligentia. adeo quòd maiori pœna iudex negligens,quàm malè iudicans sit plectendus. vt tenet Ioan. de Imol.in.l.dies. §. in eum.col.2.ff. de dãno.infect.Mayne.in.l.culpæest. num. 16.ff.de reg.iur.& Paralipo.lib.2.c.19. iudices valdè instruuntur,vt diligenter soliciti què causas deffiniant. & Dauid psalmo.80.grauissimè redarguit potestate iudiciaria nõ rectè incuriosè què vtentes.

¶ QVANDOQVE & contrariæ euenuht sententiæ † ex quorundam iudicum inertia : & quia laborem debitum subire recusant: quo in casu si iustam edixerint sententiam,parti læsæ damnum refundere astringuntur. vt & supra nume. 166. &.183. adseruimus. 295

¶ PLERVNQVE & idem accidit ex multitudine causarum † quæ est causa obliuionis : & quòd lites debitè, studioseque non iudicentur. c. cùm olim. de re iud. & quę Bart. scribit in.l. quod iussit.ff. eod. tit. 296

¶ ALIQVANDO & idem consequitur,ex non plena,seu vera facti narratione:quæ ex referentis desidia, insciticia ve subsequitur. Et ob id iudices præcaueant,ne iugiter,assiduè què ex solo referentis asserto causas decidant. quibus adde text.in.l.rem non nouam. §. 1. C.de iud.

¶ SED & id interdum ex eo obuenit, quòd iudex quidam ex ligatoribus

vnum affectat, alter autem aduersarij iustitiam appetit, Nanquè iudicum affectio eorum iuditia non modicè regit, & iuris statera gubernat, amici què ius iniquum probabilius esse decernit:&leges quæ illud exturbant, obnubilat ac fugat:& quæ amicum confouent, libentius conspicere cogit,& rationibus amici ius suadentibus consentire impellit: legum què literæ quæ amicis fauẽt, pingiores efficit:& si iudices ipsi citra amicitiam fideli animo causas dirimere cupiant;dolus què eorũ absit : nanquè ea quę homines volũt, facilè credũt.vt recenset Cęsar in commenta.lib. 3. cuius meminit Ioan.Neuiza.complura congerẽs in sua silua nuptia.9.amplia.charta.18.col.3.& ob eam rem diuus Hieronim.de veste sacer.ad fauiolam.inquit, quòd affectus multa nos facere cogit.& ex his meritò notissima iura iudices aduertunt,nè amore,& voluptate causas dijudicent. Ex quibus & fit, iudicem alterius iustitiam afficientem,non liberũ habere iuditium.& ideo Isidor.de sum. bo.lib.5.c.58.quatuor modis humanum iuditium peruerti posse censet : nempè amore,timore ve, seu cupiditate, aut odio. Ex quibus deniquè sequitur, id quod passim tradi consueuit,vtile ac cõmodum esse, iudicem habere fauorabilem.& adde videndum Aym.de antiq. temp.4.part.nu.161.vers.quid tenendũ.

¶ PROINDE & quandoquè ex ignorantia praxis,hoc suboritur,vt ex pluribus constat quæ infra in.l.2. nu. 68.& sequentib.descripsimus.

¶ DEMVM & ex subtilibus cauillationibus hoc quoquè est,de quo infra in verb. ouiesse camino. fusius agemus.

¶ QVE omnia conscripsimus, vt ab eis præuacaueamus : nè iniqua feramus iuditia,seu praua consilia.

POR LOS PROCVRAdores de corte. Habes in præsentia † ex procuratorum horum regnorum supplicatione leges edi,&ita quotidiè fit.quod etiam stabilitur.in.l.2.tit. 12.ordina.lib.3.& lib.2. titu. 11.l. 6. quæ in factis arduis † oppidorum procuratores conuocandos esse concinit. Lege tamen.5.tit.4.ordina.lib.2. sancitur † regiæ cancellariæ dominos auditores regi circa leges conficiendas prœmonituros. 294 295 296

¶ ET huic legi adde Guiller. Bened. in.d.c.Rainuntius. in verb. & vxorem nomine Adelasiam.nu. 231. quo censet loco † quòd cauti principes cùm leges edere volunt,habeant populorum consensum ex singulis regni partib9,proceres à populis exquirendo & conuocando:quorum consensu leges fiãt:quæ praxis vt idè ait suboritur ex tex.in. §. constat.institu.de iur.natu.gen.&ciui.vers. senatus.ibi,*senatum iure populi consuli*. & ait Galliæ ita seruari & latè Pet. Rebuf. in prœmio cõstitu. Gallica. 1. tomo nu.11.&.12. Quod & suadet † ipse Guiller.quia lex ab initio donec à subditis fuerit recepta,minimè ligat. Quim vt ipse cẽset,expræsim subditi ipsi possunt respuere ipsas leges,seu tacitè cùm eis referuntur. ex tex.in.l.de quibus. ff. de legib.ibi, *nam cum ipsæ leges nulla ex alia causa nos teneant, quam quod iuditio populi receptæ sunt*.& ex tex. etiam in c.an istis. §.leges. 4. distin.ibi, *firmãtur, cùm moribus vtentium approbãtur*.& alia ibidem citat : ex quibus palàm censet Guiller.Bened.ad conficiẽdas leges populorum consensum esse necessarium: & leges ipsas nequàquàm astringere,donec à populo ipso recipiantur. quam sententiam etiam suadet, id quod firmat glos. in.c.1. in verb.frangere. de treg.& pac. cuius meminit Iason, in dicta.l. rem non nouam. numero. 5. C. de iudi. & Henrric. Bot. in tractat. de sinodo episcopor. 2. articulo. nu.51.Sed quidè dicta sentẽtia Guiller. 297 298

Universidad de Deusto
Biblioteca

Bened.omni iuri repugnat, cùm (vt in verb.consultado.deducemus) procerũ oppidorum quę consensus ad leges edẽdas minimè exigitur,nec ad earum vim sed solus rex eas conficere valet. Quod
299 & suadetur † quia leges post earum publicationem, & scientiam subditos ad ipsarum ligant obseruantiam: ita quod ab eis nequáquàm impugnari valent·ni si principis ineat consensus: vel sint legitima consuetudine abrrogatæ.vt probatur in.d.c.fi de consue.ibi,*non tamen est vsquadeo valitura, vt vel iuri positiuo debeat præiuditium generare : nisi fuerit generalis,& legitime sit præscripta*. qui tex.expræsse docet,quód antequàm cõtrario vsu lex abrogetur,repelli expræssim,nec tacitè potest: sed eam ab initio ligare,saltem post duos menses: & antè si ipsius legis subditi scientiam habeãt. & probatur in.c.2.de reb.eccle.nõ alienã.in. §.laici.lib.6.& illic glo.in verb. hactenus.& constat in clem. nollentes & inibi glo.de hereti:notant Abb.& docto.in.c . cognoscentes . de constitu. & inibi Deci.col.pe.complures idem tenentes citãs post Bart.& docto.in.l.omnes populi.col.3.in.5.q.ff.de iusti.&iur. & adde vidẽdum dominum Dominic. Soto.lib.1.de iusti.& iur.q.1.arti. 4.& q. 6.artic.4.eod.lib. quod etiam cõstat in c.de liguribus.23.q.5.ex quo tex. sic tenent Archi.Dominic.& dominus meus Card.á Turrecrema.in.c.erit.vers.ideo 4.distin.nu.2.quo loco post Hugo.censent,quód si subditi á principio rationabilem legem nollent recipere,quód eã constituens ad eius obseruantiam illos cogere posset:vt factum fuisse constat in.d.c.de liguribus.quod & ibidem Archid.ex eo suadet, quia aliás principis potestas superuacanea,elusoria quę esset.idem & tenent Hostiẽ.Anto. Imol. & docto.in.d.c.1.de treg . & pac. vbi &
300 dicũt † á principio nouas principis sanctiones præceptiuas non seruantes, peccare:& si sanctiones ipsæ super eo editę sint,cuius contrauentio de se mortale nõ generat peccatum.ex tex.in.c.2. de maio.& obedien.& in.c.fi. §.fi.14.q.1. & sat constat prouerb.8.& Luc.10.c . & si cùm leges ipsæ sublatæ consuetudine contraria fuerint, eis aduersantes non peccent:in quo casu dicti docto.dicunt tex.in.d.c.in istis. §. leges. & alia iura quæ citat Guiller.Bened.pro sua sentẽtia,obtinere.& his assentiũt Dominic. & docto.in.d. §.leges.& Card.in clem. generalem.3.oppositi.in fine.de ætat. & qual.& in clem.proœmio.versi vniuersitatis.col.1.Abb.in.c.cùm olim.col.1. de cleri.coniuga.& alibi sæpe reperies. & adde vidẽdum Areti.in consi.11. procedẽdum.col.3.& Feli.in.d.c.1.de treg. & pac.vbi tractat,an primi legem non recipientes peccent.nu.12.& Roc.Cur. in.d.tracta.de cõsue.nu 534. & moder. in.c.nam concupiscentiam. de cõstitu. Hérric.Bot.in.d.tracta. de sinodo episcop.nu.54. ¶ Cæterùm si Guiller. Bened.sentẽtia vera esset, in subditorum potestate esset,legis faciendi authoritatem(quam populus in principem transtulit)auferre.contra tex. in . §. sed & quod principi. institu.de iur.na. gen. & ciui.& in.d.l.2. §.nouissimè.ff.de orig. iur. qua palám improbatur sententia Guille. Bened.ibi,*datũ est ei ius,quod vt constituisset ratũ est.* ¶ Quod denique fulcitur,quia vt lex sit perpetua,cõstituta est † & ita quód &si subditorum vsu 301
munita non sit,non abrrogatur:sed tantùm cõtrario vsu,seu cõsuetudine prescripta.vt probatur in.l fi. C.de iur. do. impe.& in proœmio.ff.in principio ibi *quas æternas fieri optamus*.& illic Alberic.colu.6.idem & cõstat in.l. 1. in fine. C.de emẽda. codi.& in.l.æternam. C. de murileg.lib.11.& esse hanc communem resolutionem fatentur moder. in d.l.de quibus. & inibi Iaso.col.8. nu . 33. ff.de legib.& cõstat etiam in.c.Ioannes

de cleri.coniuga.& tradunt moder . in d.c.1.de treg.& pac.est tex.1.parti.tit.2. l.6. ibi, *Vsar contra ellas*, ergo legum sanctiones (ex eo tantùm quòd subditi eas non recipiant) minimè ligare,firmare non licet:nisi contraria consuetudine fuerint sublatæ:& subditorũ repulsio contraria muniatur consuetudine.
¶ NEC dicta.l.de quibus.&.d. §. leges,dicti.c.in nostris.nobis refragantur siquidem & si cõstituant, firmari leges cùm vtentium moribus comprobantur et ideo valere, quia populi iuditio sunt receptæ:hoc ideo ibidem cauetur, quia si contrarius esset vsus,& cõsuetudo , leges ipsæ derogarentur.quod satis docet tex.in.d.l.de quibus.in fine.iuncta glo. & illic Iacobi.de sancto Georg.col.1.vltimo notabi.nõ tamè ex eo, quia á principio populorum propulsatio sufficeret. ¶ Deniqùe tex.in. d . §. constat. in fi.de iu.natu.gen.prædicta verba , ibi. *senatum iure populi consuli.* minimè nostræ repugnat sententiæ : cùm ibidem tantùm dicitur,senatũ vice populi consulendum:quod nostro casui absimile est.Item & ibi de lege sancienda agitur non verò de legè oppugnanda . & prædictis omnibus adde videndum Iaso. in l.si filius qui in potestate.nu.22.ff.de liber.& posthu.

REY Y REYNA. In his verbis iunctis sequentibus palám constare videtur † maritum cuius nõ est regnum vita durante reginæ eius vxoris, leges edere non posse . de quo abundè scripsimus in exordio huius proœmij.
¶ Et ex dicto verbo, *Reyna*,& sequentibus constat † fœminam cuius regnum est,leges conficere posse.quod & traditur in l.1.ff.de legib. &inibi Ang.col.1. & Iaso.nu.14.idem Ang.in. l. princeps. ff.eod.tit. Deci.in.d.regul. fœminæ. ff. de reg.iur.nu.37.&.38. & copiosius noster Calatayud in præsentia. Quod an iure vel consuetudine procedat,& alia cõplura iuxta hoc,in isto proœmio tradidimus.
¶ VERVM Calatayud controuersatur † an regina(licet ipsi? sit regnum) 304
citra mariti licentiã leges edere valeat: cùm iure regio in omnibus actibus mulierum mariti consensus exigitur.quod ei videtur,siquidem leges pro communi & reipublicæ sunt vtilitate : quarè á regulis iuris hoc casu recedere licet.ex notissimis iuribus ab eo citatis. ¶ Quod & fulciri ex eo quoqúe astruit, quia legum regni licentiam mariti exigentiũ rationem in hoc casu minimè obtinere constat,quia ex his legibus damnum viro nõ generatur:& eo maximè,cùm ipsę leges abrogari facilè possint. ¶ Quã & fouet sententiam, quia hoc casu regina nullam suorum bonorum alienationem facit.ad quæ aliqua citat iura,quæ videre licet. ¶ Quibus consultò omissis, prædicta sententia Calatay.iure etiam præter eum munitur. ex his quæ habentur in.l.princeps.ff.de legib. ¶ Item ex tex.in.l.54.infra. ¶ Et quia † cùm vxor 305
actum vrgente necessitate efficit, prout est leges opportunè cõficere,in eo licẽtia mariti minimè exigitur.vt probatur in.l.1. C.quand.decre.op.nõ est. & in.l.magis puto. §.si fundus. & in. §. si pupillus.ff.de reb.eor.& in.l. 1.in princip.versi.quánquàm.ff.de cõtra.& vtil. act.tute.ex quibus iuribus expræsse ita consuluit Roma.in consi.394.præsuposito.col.fi. ¶ Confirmatur hæc sententia,ex eo quod Alberic.tenet in.l. cùm hi. §.eam transactionem.in fine . ff. de trãsact.vbi ait † ecclesiam rem quam 306
obtinere non potest,absqúe iuris solemnitate vendere posse:quia actum necessarium conficit.cuius sententię assentit Bald.in authenti . hoc ius porrectum. col.pe.versi. adde post omnia. C.de sacro.sanct.eccle.& in.c. cùm causa . de re iud.& in alijs locis de quibus Hipol.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in singula.132.in fine.& Tiraquel.de legib.Cõnu.glo.6.verb.de ſon Mary.nu. 202.& pleriſque antecedentibus. ¶ Denique & ſentẽtia Calatay. ex eo inſtruitur,quod Bald.ſcribit in.c.ſignificanti co.2.de reſcrip.& extraditis in propoſito á Tiraquel.in.d.lib.de legib. Cõnubia.glo.3.in verb.contracter.nu. 154. & Ludoui.de Gozad.in conſi.103. videtur primó.nu.21.

QVE ENELLO MANDA
ſen prouecr.hunc tex.expẽde hiſ
307 ce verbis,iunctis ſequentibus † regi tã tum eſſe cõceſſum iuris dubia interpretari:ſuper eis qúe leges edere: & ad ipſum principem pro dubiorum declaratione eſſe recurrendum. idem habetur in.d.l.2.§.ſiquid veró. C.de vete.iu. enucle & in authẽti.de raptis mulie.in princip.col la.9.& in.d.l.cúm de nouo. & in.d.l.fi. C.de legib.&in.c.inter alia de ſenten.excomu.& alijs notiſsimis iuribus.& iure regio idé cõſtituitur. in.l. ſequẽti.&.7.part.tit.33.l.4 & in.l.10.tit. 1.part.1.&.2.part.tit.1.l.2.&.3.part.titu. 18.l.27.& in.l.3.tit.3.ordina.lib.2.

¶ ET non tãtúm iuris dubia ſubiacent
308 principis interpretationi † ſed eius benefitia,& priuilegia ab eo ſunt explicãda.vt in.l.ex facto.ff. de vulg. & pup.& in.l.Nerati9.ff.de regu.iur.& in.c. ordinarij. §.ſi veró. de offi.ordi.lib.6.& in. d.l.4.tit.33.part.7.& in.d l.27.tit.18.par. 3.¶ Ex quo cẽſet Paul.Caſt. in. l. hæredes palám. §.ſi quid poſt.col.2.ff. de teſta.ſepius papã ſuas interprætari gratias & hanc eius declarationem illis nocere quibus ex eis ius eſt quæſitum.

¶ NEC mirũ videri debet, ſi principis
declarationi circa ſuarũ legũ,&priuilegiorũ,conceſsionũ qúe verba dubia ſit
309 ſtãdũ † cúm & ſtãdũ ſit expoſitioni donãtis verborũ dubiorũ donationis:né in hoc caſu obtinere poſsit.l. perfecta donatio. C.de dona.quę ſub mod.vt præclarè Soci.conſuluit in conſi.126.viſum fuit.col.3.nu.4.lib.3.& expræſſe Curti. iuni.in conſi.56.præſuponitur. col. fin. quod pulchrũ eſt,& dictis ſuadetur iuribus.& adde videndum Boeri.in deciſio.172.dominus.col.penul.

¶ PRETEREA cúm inſtrumento-
rum verba ſunt incerta † & dubia,ſta- 310
tur notarij declarationi.vt probatur in. l.ſi quis decurio.in fine. C. ad. l. Cor. de ſic.& in authenti.de inſtrumen.cau. & fid. §.ſi veró.colla.6.& ita gloſe videtur in.l.ab executore.in princip. ff. de appel.quam extollit Bald.in ſingularib.in verb.notarij9.& placet Ioã. And. & Bald.& Anto.cæteris qúe in.c. fi. de conſtitu.& idem Bald.in rub. C.de fid. inſtru.col.7. verſi. quartó quæritur. & Alex.in cõſ.190.plura.nu.7.lib. 6. Calea.in cõſ.48.viſo dicto.co.10. Quod Guillel.temperat † niſi partib9 redditum 311
ſit inſtrumentum.vt recenſet Ang.in.l imperator.col. 2.ff.de ſta.homi. & hoc in loco optimé temperat ipſi9 Guillel. ſententiam. & adde videndum Deci.in l.ſi librari9.ff.de reg.iu.col.2. & Alcia. regul.3.præſumpt. 13.in eius tracta. præſumptio. Ait tamen Calca. prædicto conſi.48. tabellionem verba quæ certam habent intelligentiam, explicare nequáquám poſſe.ex.l.cúm delanionis. §.aſinam. ff. de fund.inſtru.

¶ CETERVM & cúm de verbis ſen
tentiæ heſitari contingerit † ea iudex 312
explicat.vt in.d.l.ab executore.in princip.& ibidem Bart.& docto.& recẽtiores. in.d.c.nouit.de iudi.& eſt tex.7.part.tit.33.l.3.quæ & hoc temperat, vt ibidem videre licet.

¶ VERVM & cúm in verbis manda
ti fuerit controuerſia † mandantis ex- 313
plicationi ſtatur. vt legitur & notatur in.c.petitio.& ibi gloſ.& docto. de procura.& alibi ſæpe traditur.

¶ SED & quoqúe ſi teſtatoris volũtas
incerta † dubia qúe ſit,ipſius teſtatoris 314

interprætationi paremus vt in.d.l. hæredes palám. §.ſi quid poſt.ff.de teſt.& in ſimilibus.& tenet glo.in.d.l. ab executore.in princip.ſcribentes etiam in. d.c.fi.de conſtitu. & hanc interprætationem teſtator milliés facere poteſt.vt declarat Ang.in. l. quidquid aſtringendæ.ad finem.ff.de verb.obliga. Deci.in d.c.cúm veniſſent.col.3.& ibidem Feli.col.2.& alibi ſepe. ¶ Immó & hæredis declarationi teſtatore mortuo ſtãdum eſt.vt in.l.ſi quis ſeruũ. §.ſi inter duos. ff.de leg.2.docto.in.l.ſi quis à filio. §. 1. ff.de leg.1.

¶ RVRSVM & ad libellantem per
315 tinet † dubij libelli declaratio.ff.de iudic.l.ſi quis intentione ambigua. cúm ſimilibus de quibus meminit Ioan.Frã. de Rip.in.l.naturaliter. §. nihil commune.ff.de acqui.poſſe.nu.134. quo & in loco ait(poſt glo.in.c. quoniam abbas.de offi.deleg.) quód ſupplicationis explicatio attinet ad ſupplicantem. & ibi.nu.136.allegat concordantias.

¶ DENIQVE ſi agitur de dubijs ver
316 bis ſtatuti † eorum expoſitio ad ſtatuẽtes expectat.vt colligitur ex. d.l. omni nouatione. C.de ſac.ſanct.eccle. & ſic tenẽt Bald.& alij vbi etiam Ioan.Fran. de Rip.in.d.l.ex facto.& docto.in. d. l. omnes populi.ff.de iuſti.& iur.& in alijs pleriſque locis.

¶ ET in tantúm dubiorum explicatio
ni á principe circa ſuorum geſtorũ,reſcriptorum qúe,& priuilegiorum dubia interprætationi credẽdum eſt:quód lo
317 cum habet † & ſi á principio hæc non fuerit ipſius principis intentio. vt inſigné Ang.conſuluit in conſi.274. Bonifa eius.col.pen.cui adſtipulatur Deci.in. d.c.cúm veniſſent.col.2.& inibi Felin. col.1.in fine.& Iaſo.in conſi.128. verba. col.6.lib.4.idem Deci.in.l.edita.num. 49. C.de eden.& in conſi.114. diligẽter conſideratis.col.pen. ad quod nouiſsimé præter eum expendimus text. in. l. quo loco. §.ſi iam mortuo.ff.de hæredi.inſti.qui tex.(vt ibidem ait Paul. Caſtr.)allegari ſolet ad hoc,quód teſtatoris verba ſunt interprætanda, pro vt ab eo expoſita fuerint:& vt ipſe fuerit opinatus:& ſi veritati talis repugnet expotio: & ſic licet á principio hanc nõ fuiſſe eius mentem liqueat.cuius text.meminit glo.in.l.ſeruo manumiſſo. ff. de condi.indebi. Quæ ſententia Ang. in prædicto conſilio quando & qualiter obtineat vide præclarè Aym.Craue.in tracta.de antiq.tempor.1.part.num.35. &.36.poſt Deci.in dicta.l.edita. C.de eden.numer.49.

¶ PROINDE & ipſam dubiorum
explicationem † omni tempore prin- 318
cipi facere licet.vt legitur &notatur in l.petens. C.de pact.& inibi gloſ. quam ibidem docto.admittunt,quæ cẽſet, iuri declarandi nequáquám prę ſcribi poſſe.& illic late Deci.nu.6.& in.c.paſtoralis.in fine.de except. & alijs habetur locis de quibus meminit Tiraquel. de vtroqúe retrac.tit de retract.lignagier. §.1 nu.77.char.148.Pet.Gerard. in singula.27.in quibus locis quando hoc obtineat pleniſsimè tractatur. Et nũquid in vltimis voluntatibus declaratio duret poſt annum.videas tex.in.l.fi. §.ſed & ſi quis. & ibidem Iaſo. C. commu. deleg.

¶ QVID plura,& non tantúm prin-
ceps eius conceſsionem dubiam,& iura ambigua interprætari poterit † ſed & 319
aliorũ diſpoſitiones & ſcripturas, cúm iuxta earum verba ambigua aliquod occurrerit dubium.vt probatur in.c. quãtó.de cenſib.

¶ VNDE fit † principis expoſitioni 320
quam fecerit circa verba máioricatus, eſſe ſtandum, eius qúe interprætationi qua ipſorum maioricatuum ſucceſſores declarauerit,cúm de veris ſucceſſorib9 ex verbis maioricatuum, quia dubijs & inexplicabilibus percipi nõ poteſt.quã

Universidad de Deusto
Biblioteca

interpretationem á principe sæpiùs fieri ipse vidi. ¶Et quód illa iure optimo valeat, constat ex tex. in l. vnũ ex familia. §. fi. ff. de leg. 2. quod & fouet tex. in l. cùm apud. C. de cõmu. ser. manumi.
321 & inibi Bald. cum ad hoc expendit † quód princeps testatoris, & alterius voluntatem dubiã aperire, declarare qúe potest. quód & á fortiori constat & in. l. volũtatis, & similibus. C. de fid. comiss. & palàm dicit Bald. in. l. cùm antiquioribus. C. de iur. delibe. col. pe. versi. solutio quæstio extat. quo in loco illud nodosum dubium, an in bonis maioricat⁹, seu primogenijs debitis nepos patruo præferatur, principis egere declaratione fatetur. & perspicue hanc sententiã tenere videtur Bald. in procœmio decretal. rex pacificus. col. 2. cuius meminit Lauden. in tracta. de principib. conclusio. 418. rex. & idem tenet Bald. in. l. in quibus. C. de secũd. nupt. col. fi cui accedunt alij quos commemorat Ioã. Ciri. in tracta. de iur. primogenitu. lib. 1. q. 10. & Alex. in addit. ad Bart. in. l. si fuerit. ff. de reb. dub. Ioã. Lup. in. l. 45. infra. nu. 15. & 16. & si Bald. loquatur, in prædictis locis, cùm fuerit cõtrouersum super successione regni.

¶ QVAM declarationem princeps
322 ipse facilius in vita patris † seu maioricatum possidentis, & ad eius supplicationem facere poterit: eúm & plerique teneãt, quód sine causa principi ipsi liceat auferre spem succedendi substitutis, & fideicommissarijs ad petitionem possidentis. vt videtur probari in. l. 2. ff. de natal. resti. & in. §. naturales. si de feud. fue. conten. int. domi. & agna. & palàm firmant Bart. & scribentium caterua in. l. Gallus. §. & quid si tantùm. col. pe. ff. de libe. & posthu. & illic recẽtiores alios docto. citantes. & placet Baldo in. l. nam ita diuus. col. 1. ff. de adopt. & docto. in. c. per venerabilem. qui fil. sint legi. & in. l. rescripta. C. de præcib. impe. offe. & in. l. generaliter. & inibi late nouiores. C. de insti. & substi. sub condi. fact. & Alex. in consil. 2. col. 6. lib. 1. & alijs plerisque eius consilijs. & Soci. in consi. 87. visis. nu. 20. lib. 3. & in consi. 63. visis testamento. num. 16. lib. 3. Feli. & docto. in. c. cùm olim. de re iud. nu. 16. & latissimé Card. Paul. Paris. in consi. 1. nu. 64. & sequentib. lib. 2. quibus adde Deci. in. l. 1. C. de secund. nupt. col. fi. & Albert. Brun. in consi. 10 visa quæstione. col. 8. versi. præterea licet. & latissimé Augusti. Bero. in. c. 1. nume. 40. cum sequentib. de rescrip. & alibi sæpe. Nam facilè tolli potest ius quærendum, quàm quæsitum. l. fin. C. de acqui. posse. cùm similib. Et quia nõ videtur esse in bonis spes illa succedendi. l. prætia rerum. ff. ad. l. Falcid. quib⁹ accedat tex. in. l. 1. §. quánuis. ff. de vét. inspi. & que docto. tradunt in. l. non amplius. §. 1. ff. de leg. 1. & in. l. iuris ignorãtiam. C. qui admi.

¶ DEINDE & ex his plerique tenent † in præiuditium habentium ius
323 inspe, seu agnatorum, ex erectione substitutorũ, principem posse fœminas & descendentes ex eis ad feudorum successionem non aptos, & etiam ex inuestitura exclusos, successibiles efficere: & eos eisdem agnatis præponere. vt in proprijs terminis ex pluribus cõsuluit Curt. Iuni. in consi. 1. col. 6. & sequentib. & in tractat. feudo. 3. partit. q. 30. & Albert. Brun. in consi. 1. colum. 5. & sequentib. & ibidem Ioan. Campe. consi. 2. & Ioan. de sancta Iul. in eiusdem Alber. Brun. consilijs. consi. 3. excellentissimus. col. penul. & fi. & Ni. de Agacijs. in eisdem consilijs. consi. 5. & quidam consistoriales aduocati in eisdem quoque consilijs. consi. 6. & Soci. in eisdem consilijs Alb, Bruni. in cõsi. 10. visa quæstione. col, antepen. & sequent. & ibidẽ Ioan. Campe. in consi. 11. viso themate. col. 7. & Hieronim. Grat. in respon. 4. dubitatur. col. pe. lib. 1. respõso. & in respon. 9. facti speciem. nu. 171. eod. volu. post Deci. in consi. 269. consultus. col. 4. & in consi. 390. quoniam ex facto. col. 5. & in consi. 498. viso casu. nu. 24. & sequentib. & in consi. 588. viso pũcto. col. 3. Aym. Craue. in consi. 135. verba decreti. nu. 22. & sequentib. Soci. iuni. in consil. 76 cùm diebus. nu. 131. & sequentib. lib. 3. Card. Petr. Paul. Parisi. in consil. 2. nu. 34. & sequentib. lib. 1. & in consi. 4 considerando. col. penul. eod. lib. & in consi. 1. nu. 126. & sequentib. & in consi. 103. quod habitatio. per totum lib. 4. Ludouic. Gozad. in consilio. 8. in hac causa. nu. 41. & 42. & in consi. 9. in hac causa. col. 8. nu. 51. & Alciat in consi. 188 per totũ. & in hoc proposito vide distinctiones positas per dominũ Greg. Lup. in. l. 3. tit. 13. partit. 6. in verb. mugeres. col. 8. & sequentib. versi. succedit tamé pulchra. cùm sequentib. & quæ in hoc proposito congerit Didac. Couarru. in c. 6. lib. 3. varia. resolu. nn. 3. per totum. & iam dicta confirmat glosæ & doctorũ sententia in. c. naturales. si de feud. fuer.
324 contro. int. domi. & agna. Quibus locis percipies, an in dicto casu agnatorum exigatur citatio. ¶ Verùm & prædicta ex eo etiam instruuntur, quod Luc. de Pen. (& si ancipiti animo) videtur in. l. diuæ. C. de decurio. lib. 10. vbi ait † principi licere patri concedere, vt bona primogenito debita ab eo auferat, & ea inter filios æquabiliter diuidat: quia princeps amplam habet potestatem, super iure primogenitis non delato, sed deferendo. cui assentit Ioan. Ciri. in. d. eius tracta. de iur. primogenitu. q. 7. col.
325 pe. lib. 3. Quo & loco diiudicat, hoc principem facere posse sine causa. & idem admittit Tiraquel. (& si dubius) cùm primogenitus fuerit natus in eius tractat. primogeni. q. 22. numer. 2. & 3.

¶ EX quibus constare videtur † in bonis horum maioricatuum plurimum

principem posse: & ideo singulis diebus possessoribus instantibus, facultates eis concedit, quibus hæc alienantur bona, contra explicitam constituentium volũtatem, in damnum futurorum successorum: quibus maximè locus erit, cùm maioricatus regia licentia fuerint erecti. ex tex. in regul. 1. extra de regul. iur. cùm suis similib. & his quæ expræssim in maioricatu loquens congerit domi. Didac. Couarrub. lib. 3. resolut. c. 6. col. 2. & quæ habentur in. l. Lutius. de euict. ff. & ibidem glo. & docto. & in. l. cùm hæredes. ff. de acqui. possess. & melius per Angel. in l. Antiochensium. ff de priuileg. cred. & Feli. in. d. c. quæ in ecclesiarum. nu. 48. de constitu. & Ludo. Gome. in regul. cancellar. titul. de non tollen. iur. quæst. q. 6. pagina mihi. 4. & quia semper in omni actu loquẽtis persona excepta videtur. l. inquisitio. C. de solutionib. cũ n alijs. 326

¶ VERVM & si superioribus repugnare videtur, quod firmant Ioanes de Imol. & Dominic. in. c. grandi. de sup. negli. præla. in. 6. quód si consuetudo
† regis consanguineum (ipso rege absque filio legitimo decedente) ad regni successionem admittit, nõ poterit absque causa illius regis filius legitimari ad prædicti consanguinei præiuditium nec dicto consanguineo regnum auferri, etiam rege volente. quibus accedit Alex. in. d. §. & quid si tantum. colũ. 9. & Iaso. ibidem nu. 92. & Soci. col. pen. & inibi etiam Ioan. Crot in relect. col. 42. verfi. circa secũdum. & idem Alex. in consil. 25 circa primum. col. penult. lib. 1. & in consil. 67. consideratis his. columna. 3. eod. lib. 1. & in consil. 94. consideratis. colum. penul. eod. volumin. & alij quorum Tiraquel. meminit huic assentiens sententiæ in. d. tract. primog. q. 34. nume. 48. & sequentib. quibus accedat quod Lauden. videtur in primogenit. tractat. colum. 6. quo in loco ait,

Universidad de Deusto
Biblioteca

principem minimé posse iure primogenituræ & eius commodo primogenitũ absre & sine causa priuare. ex tex. & ibi dem Bald. in. c. 1. in titul. de natu. feud. Nam huic Ioan. de Imol. & sequatium sententiæ dici posse videtur, esse ipsam sententiam tunc intelligẽdam, cùm de iure iam quæsito tollendo agitur: & nõ de iure in sola spe consistente. vt palàm diiudicat Ioan. Ciri. in. d. fuo tracta. primogenitu. in. d. 7. q. col. 3. & Tiraquel. in. d. q. 22. post Soci. in consi. 251. nu. 11. & 12. lib. 2. & in. d. cõs. 63. nu. 16. & precedẽ. lib. 3. & Card. Paul. Parisi. in. d. consi. 1. nu. 60. & sequentib. lib. 2. &si hæc expo sitio aduersetur Socini & modernorum menti. in. d. §. & quid si tantùm. & præ dictis doctoribus, qui loquuntur, etiam si legitimatio fiat á papa patre rege viuente, & consentiente. & Card. Paul. Parisi. in. d. consi. 1 nu. 60. & sequentib. lib. 2.

327 ¶ EX quib9 etiam fieri videtur † principi non tantùm licere, maioricatuum scripturas, & eorum successores declarare, sed & maioricatuum possessoribus instantibus, ipsorum maioricatuum, & fideicomissorum leges & clausulas mutare, eisque derogare: & si maioricatus sint cõstituti legitimé absque regis priuilegio: & testamento vel cõtractu sint erecti cùm fideicomissarij seu substituti tunc solam spem succædẽdi habeant & non ius in re quæsitum: & princeps i9 in spe fideicomissarijs & substitutis quæsitũ auferre valeat. vt dictum est. quod & ex alijs suadetur quę nuncupatim cõgerit Couarru. in. d. c. 6. lib. 3. varia. resolu. col. 2. Quo loco nu. 5. contrariam amplectitur sententiam: & principem minimé posse, priuatorum testamenta, seu contractus, & maioricatuum clausulas leges conditiones quę testamento, contractu, donatione ve impositas absre, & sine publicæ vtilitatis causa tollere: & si ipsi maioricatus sint editi authoritate. l. 27. harũ legum: vel non, absque principis tamen priuilegio. Quod principi non licere & ipse censeo, & hanc sententiam ipse Couarru. probat ex. l. si testamentum. C. de testa. quo tex. disponitur † principis rescripto testamentum rescindi non posse. & ibidem Fulgo. ita consuluisse asseuerat cui ibidem Corne. Roma. & Iaso. adhærent. & palàm Archid. in. c. episcopus. 88. distin. & expræsiùm Deci. in consil. 405. quánuis in casu. num. 13. &. 14. & in consilio. 557. accuratè. num. 4. & sequẽtib. & incõs. 357. in casu magnifici. nu. 5. post Bald. in consi. 16. factum sic proponitur. colum. 3. lib. 2. secundum antiquã impresionẽ. & alibi sæpe traditur.

¶ NEC his dicere officit, dictam l. si testamẽtum. non probare, principem minimè posse testamentis derogare: sed tãtum id fieri non oportere, ibi. *Authoritate rescripti nostri rescindi non oportet.* pro vt nominatim Barba. explicat in rub. extra de testa. colun. mihi. 30. Quia dici potest. vt ipse domi. Couarru. censet, dictam. l. si testamentum. ita esse ex materia subiecta interprætãdam, quòd nullam in hoc princeps habeat potestatem: & dictum verbum (*oportet*) necessitatem constituere. quod præter eum suadetur, quia dictum verbum *oportet*, propriè necessitatem inducit. vt legitur & notatur in. l. 1. in princip. ff. de iusti. & iur. & inibi glos. & idem cõstat in. c. non oportet. 3. q. 9. & ex glo. in. c. confidimus. 25. q. 1. cum similibus.

¶ ET hoc etiã satis fulcitur, cùm & si testamẽtorũ solẽnitates, iure ciuili institutæ inductæ quę sint, ipsa tamen libertas testandi hominibus iure gentium, & naturali competit. vt in. l. nec enim. §. deportati. ff. de mili. testamen. & in l. milites. C. eod. titulo & tenet Barth. in. l. interdum. colum. 3. nume. 7. ff. de condi. indẽbi. quo loco recenciores alios complures citant. & idem tenent

Fulg. & Iaso. in. d. l. si testamentum. & plerique alij quorum meminit Couarru. in. d. c. 6. numero. 7. ergo á principe sine causa publicæ vtilitatis testantium voluntates non posse mutari, facilè firmari potest. §. sed naturalia. insti. de iur. natu. gen. vel ciui. cum similibus citatis à Felin. in. d. c. quæ in ecclesiarum. colun. 8. versi. tertia conclusio. & idem disponitur. 3. parti. titul. 18. l. 31. Nam potentius (inquit Bald. in. c. 1. §. fin. cosu. 1. qui feud. dar. po.) est ius

329 naturale † quàm principatus. quod & latè tradit Tiraquel. in tracta. de vtroque retract. titu. de retract. lignag. §. 1. in glo. 3. numero. 39. quo loco & refert Bald. in. l. 2. col. 7. C. de seruit. tenentẽ, principem esse animal rationale mortale, & rationi naturali astrictum.

¶ QVID plura, & cùm ineat causa publicæ vtilitatis, à principe bonum cambium præstandum est, si rem auferat alienam. vt est text. in. l. 2. C. ex quib. cau. serui pro præm. liber. accip. ibi, *vt eorum domini prætium a fisco percipiant.* cum pluribus simibilibus quorum Felin. meminit in. d. c. quæ in ecclesiarum. colun. 10. de constitu. & est tex. 2. parti. tit. 1. l. 2. & in. d. l. 31. tit. 18. parti. 3. & alibi sepæ idem disponitur.

¶ CETERVM & sicut princeps absque causa testamenta tollere non

330 non valet † ita nec contractus, & donationes, nec earum regulas. l. cùm te. C. de dona. ant. nupt. l. si donationem. C. de reuocan. dona. l. causas. C. de trã sa. Nam & iure gentium contract9 etiã sunt instituti. ff. de iusti. & iur. l. ex hoc iure. & in. §. & ex hoc iure gentium. insti. de iur. nat. gen. vel ciui. & si principi contractus reuocare liceret, euacuare quidem omnes contractus posset. contra. l. cesar. ff. de publica. & ideo etiam proprij contract9 ipsius principis in ei9 potestate non sunt: nec ei Deus contractus subiecit: sed eos seruare stabilitum est. vt cõstat in. c. 1. de probat. cum similibus quę inibi nouissimi recensent. & in d. l. fi. C. si cont. ius vel vtil. publi. & copiosè Iaso. in consi. 233. præsens. colu. 4. lib. 2. & alibi sæpe.

¶ DEINDE & præter dominum Didac. Couarru. quòd princeps non possit

† maioricatus leges, & substitutiones 331
absre, & sine causa legitima mutare: & cõtenta in ipsius maioricatus institutione corrigere: etiam si donatione ab eodem principe facta maioricatus muniatur. expræsse consuluit Paul. Cast. in. d. cõsi. 164. in causa quæ vocatur maioriæ. col. 6. versi. præterea. lib. 2. cui assentit Deci. in consi. 468. superiori. colun. pen. vbi etiam loquitur respectu nascicturorum. quod & idem Decio videtur in cõsi. 498. viso casu. col. 3. nu. 19. & eorũ meminit Soci. iuni. in consi. 108. viso puncto. num. 3. lib. 2. & adde videndum Ioan. Lup. in repeti. rub. de dona. int. vir. & vxo. §. 96. nu. 13. vbi alios videdos citat. & dictis traditur locis † princi- 332
pem agnatorum ius ex contractu formatum mutare non posse: nisi ex iusta, vel reipublicæ necessaria causa.

¶ RVRSVM quæ dicta sunt suadentur, quia ius primogenitorũ etiã in vita patris firmũ est: & spes maioricatuũ cõsequẽdi: quã tũc habẽt ipsi primogenij, inuariabilis immutabilisque est. vt disponit tex. in. l. 40. in fine. infra. & præclarè hoc tractat Tiraquel. in tract. primogenio. q. 21. nu. 7. & etiã in eod. tracta. in. q. 40. nu. 66. & illic etiã recensẽt, nõ posse firmari † viuo patre ad primogenitu 333
rę bona filio ius non cõpetere. quem & vide ibidẽ nu. 93. & sequentib. & quòd hęc spes sit cõsiderabilis probatur etiã ex tex. in. c. quánuis. de rescrip. lib. 6. & in pluribus alijs quę accuratè Tiraque. congesit de legib. Cõnubialib. nu. 39. & sequentibus.

¶ NEC iam dictis dicere refragatur † 334
quòd saltem ex potestate absoluta prin

Universidad de Deusto
Biblioteca

ceps testamentis, & priuatorum vltimis voluntatibus derogare possit. vt Paulo Castren. videtur in.d.l.si testamentum. idem volens, cùm in rescripto expressim apposita fuerit clausula ex certa sciẽtia. quod vltimũ constaret, si primum verum esset: cùm clausula ex certa sciẽtia operatur clausulam de plenitudine potestatis. vt tenet glo. in. c. ad hæc. de rescrip. cũ similibus de quibus ibidem moder. & Deci. in.l. in testamento. C. de testa. mil. nu. 13.

¶PRETEREA & donationẽ à principe abrogari † & mutari posse, ex eius potestatis plenitudine Bald. quoqúe di
335 iudicat. in.d.l. cùm te. C. de dona. ant. nupt. quẽ minimè recẽset Coua. in. d. loco nec glo. in. d. l. causas. quę vult, clausula nõ obstãte imposita principẽ causas transactione finitas suscitare posse.

¶SED Pauli Cast. sentẽtia in. d. l. si testamentum. aduersatur quidem dictę. l. si testamentum. generaliter loquenti. pro vt expluribus existimat domin⁹ Didac. Couarru. in. d. c. 6. resol. lib. 3. & ea
336 potissimum ratione † quia hæc vis potestatis absolutę nequáquam conuenit, his quæ iure naturali, vel gentium sunt instituta: quæ procul dubio princeps tollere non potest, nec ordinaria, nec potestate absoluta: quia iura naturalia immutabilia sunt. vt dictum est.

¶ET Baldi prædicta sententia in. d. l. cùm te. C. de dona. ant. nupt. iuri aduersari ipse cẽseo, & glo. in. d. l. causas. nisi ex causa publicę vtilitatis princeps donationẽ, trãsactionẽ quę mutauerit. Quim immõ & rectissimè existimo, potestate absoluta, nec clausula nõ obstãte principẽ donationes, seu cõtract⁹, aut trãsactiones tollere absque causa minimè posse vt Abbati videtur in. c. fi. col. 3. de cõstit. & Fel. ibidẽ col. 4. versi. secũdus casus. & idẽ Claud. in. d. l. causas. existimat glo. ibidẽ, esse dubiam. ex traditis in. d. c. quę in ecclesiarum. de constit. & in. d. l. fi. C. si cont. ius vel vtil. publi.

¶QVE omnia prẽter domi. Dida. Coua. ex eo instruũtur, quod nuncupatim Bald. dicit. in. l. qui se patris colu. 8. C. vnd. libe. & idẽ Bal. in. c. 1. §. adhęc. col. 6. de pac. iura. firmã. Paul. Cast. in. l. digna vox. C. de legi. & est cõmunis resolutio scribẽtiũ. vt testatur Feli. in. d. c. quę in ecclesiarũ. col. 13. versi. secũdũ verõ mẽbrũ. nu. 33. quę & Socin. placet in cõsi. 87. visis. nu. 13. lib. 3. & in cõsi. 59. in causa nobiliũ. nu. 3. cod. volumi. & Decio in cõsi. 410. in causa mota. nu. 21. & 22. & in cõsi. 689. viso pũcto. col. 2. & Curtio iunio. in cõsi. 138. habita diligenti. nu. 5. & Card. Paul. Parisi. in cõsi. 1. nu. 87. lib. 1. & Thom. Gram. in decisio. 65. excellens nume. 27. & Ioan. Ant. Rube. in consi. 138. viso & diligenter. colun. 2. cum cordan. de quibus Alcia. in tracta. prę sũpt. regul. 3. præsump. 8. nu. 6. Carol Rui. in consi. 71. quãuis circa. num. 37. lib. 3. & Aym. Crau. in tract. de anti. tẽpo. 1. par. nu. 5. quibus in locis tenent † predictas clausulas ex certa sciẽtia, & de plenitudine potestatis nihil operari: plenitudinem quę potestatis principis non sufficere, vt princeps eius contractus absque causa tollere valeat: seu alia quæ iure gentium sunt constituta. & probatur in. l. 4. titul. 12. lib. 3. ordina. Præterhoc, quód principi nõ licet absque causa vti plenitudine potestatis, vt firmant docto. in. c. innotuit. de elect. & in. l. bonẽ Azenone. C. de quad. præscrip. & in suis similib⁹. si ergo eius cõtractus princeps plenitudine potestatis rescindere non potest, á fortiori nec aliorum contractus, seu testamenta, vt nominatim Fulgo. arguit in cõsi. 143. Antonius. col. 2. ex tex. in. l. sed & si lege. §. consuluit ff. de peti. hæred. cum similibus.

¶QVE non modicè instruuntur, quia si princeps plenitudine potestatis testamenta, vel contractus, & iure gentium constituta irritare posset: ei qúe

ei qhe esset cõcessum quod illi aliàs directó facere non est permissum, contra iuris regulas. c. cùm quid. de reg. iur. lib. 6. & quod ei vna via inhibitum est, alia ei concederetur. contra. l. oratio.
338 ff. de sponsal. nam † princeps directè alterius dominium sine causa auferre non valet. vt traditur in. d. l. fin. C. si cont. ius vel vtil. publi. & in locis infra citandis. irritans tamen contractus, seu testamenta si hoc ei liceret, dominium ex eis quæsitum indirectè tolleret. Et quód sicut principi alterius dominium directó tollere non licet, ita nec indirectè. vt probatur in. l. pupillus. §. 1. ff. de autho. tuto. & in. l. 1. C. de natu. libe. & expresse Areti. scribit in. l. 1. in princip. 3. notabil. in fine. ff. de aeq. posse. Carol. Rum. in consi. 41. de duobus. nume. 12. lib. 1.

339 ¶EX HIS fit, quód cùm Bald. in. d. l. si testamentum. in fine. asseueret † quód si princeps cum clausula non obstante contra testamentum referiberet, quód & si iniustè faceret, ex hoc re prehendi non possit. Quód hæc Baldi sententia pro vt iacet, intelligenda est: & non quód Baldo videatur, cum clausula non obstante principem posse testamento derogare. Et si Deci. aliter eum intelligat in. d. consi. 357. in fine. vbi expræsim damnat sententiam Baldi. quia Bald. principem clausula non obstante testamentum mutare posse, arbitratum fuisse existimat. Proindè & etiam domi. Didac Couarru. in d. c. 6. nume. 9. (& si Bald. nec Deci. cõmemoret) censet, clausulam non obstãte nihil opitulari ad derogandam dictã l. si testamentum.

¶NEC omnibus iam dictis refragatur (vltra ipsum domi. Didac. Couarru.) text. in. l. quominus. ff. de fluminib. quem inibi Iaso. ad hoc perpendit
340 † quód princeps abire, & sine causa publicæ vtilitatis, ea quæ iure gentium conceduntur, tollere valet. quod ibidem videtur constare, quia iure gentium cuilibet licet, aquam ducere ex publico flumine. §. flumina. insti. de rer. diuisio. cum cordan. quod dicta. l. quominus. temperat, cùm hoc imperator prohibuerit ergo ibi constat, principem his quæ iure naturali competunt, posse derogare. ¶Sed dictæ. l. responderi potest (vltra ipsius Iaso. solutiones) quód tunc imperatoris prohibitioni locus erit, cùm causa publicæ vtilitatis ipsa prohibitio muniatur. Sed huic solutioni refragatur (vt Iaso. autumat) quód si ille text. ita intelligeretur, & tantùm interueniente causa publicæ vtilitatis, imperatorem vetare posse, aquam ex publico duci flumine, verba ipsius legis sequentia, quibus præcedentia restringuntur, (ibi, *nisi aqua esset in vsu publico*) superfluerent. Nam hoc præter alios facilè enodatur, quia verba quibus ipsa lex temperatur (nisi sit in in vsu publico, vel flumen nauigabile sit) tantùm referuntur ad priora verba ipsius legis, quibus dicitur, cuicunque licere absque aliquo impedimento, aquam ex publico flumine ducere: & ita dicendum est, ibidem statutum esse, aquam ex publico flumine duci non posse, si in vsu fuerit publico: vel flumen sit nauigabile: non tamẽ dicta verba quibus temperantur priori loco statuta, ad proxima referuntur verba, quæ hæc sunt; *nisi imperator aut senatus vetet.* & hoc verum esse cõstat, quia si flumẽ nauigabile esset, vel aqua in vsu publico: & si imperator, vel senat⁹ minimè impediret, aqua ex flumine publico duci non posset. Vndè verba illa, *nisi imperator, aut senatus vetet.* superuacanea essent, si ad ea ipsius legis verba quibus dicitur, *si modo ea aqua in vsu publico non erit*, refererẽtur † re
341 latio enim ad proxima non est faciẽda,

Universidad de Deusto
Biblioteca

si ex hoc ipsa verba proxima inania & superuacanea fierent. vt legitur & notatur in.l. cùm vulgari. ff. de dot. præleg. & ita tenent docto. in.l. talis scriptura. ff. de leg. 1. & inibi Iaso. nume. 40. & constat ex traditis in.l. si idem cum eodem. §. f. ff. de iurisdi. omni iud. & in l. 1. C. de libe. prę. te. & illic late moder. & in. c. secundó requiris. de appel. & inibi Deci. ¶ Dici etiam potest, vt placet Ioan. Franc. de Rip. in. d. l. quominus. colum. 2. quód superfluitas euitatur, quia dicta verba. *si modo in vsu publico.* interprætantur de vsu publico nauigandi: & imperator senatus ve aquá ex flumine publico duci ex alia causa vetare poterunt.

¶ CETERVM nec omnibus prædictis obsistit. clemen. quia contingit. de relig. domib. & similia iura, quibus sufficit solutio assignata á domino Dida. Couarru. in prædicto loco. ad quod & Barba. videre licet in. c. nos quidem. col. 3. & sequen. de testamen. & recentiores in. c. cùm accessissent. de constitu.

¶ ET idem dominus Didac. Couarru. illic etiam illis iuribus respõdit, quibus cauetur, quód in alterius damnũ princeps potest ab aliquo tollere impedimentum, quod eum alicuius iuris, vel successionis incapacem efficit: quæ tunc obtinere astruit, cùm illud impedimentum à iuris statutis, vel consuetudine inducitur: quibus princeps ipse derogare ualet. c. proposuit. de conce. prębend. cum alijs. non verò idem erit, vbi ex testantium, seu contrahentium voluntate ipsum oritur impedimentum.

¶ EX his & constat, nostræ sententiæ nequáquám posse repugnare iura illa quibus sancitur, principem illegitimos á feudorum & aliorum bonorum successione exclusos, idoneos ad ipsam successionem constituere posse: cùm illud fit quando eorum incapacitas prouenit ex prohibitione legis humanæ. vt & diiudicat domi. Couarru. d. c. 6. nu. 7.

¶ EX his idem Couarru. dicto loco nõ admittit sententiam Curt. iuni. in. d. cõsi. 1. & eam falsam esse dicit, qua tenuit
† fœminas & masculos ab eis descen- 342
dẽtes ad feudorum successione m iure feudorũ improbatos, & ab ipsa successione exclusos, principis rescripto eiusdẽ iuris, & successionis capaces fieri posse: & si ex ipso contractu feudali, ipsa quę inuestitura illæ fœminæ, & eius masculi ab illius feudi successione excludantur. licet plerique alij ab ipso Coua. non memorati eidem Curtio iunio. adhæreant, & dictæ eius opinioni, quos supra numero. 323. recensuimus. ¶ Et præter ipsum domi. Didac. Couarru. eundem Curti. iunic. sibi non constantẽ adinuenim9, in. d. consil. 138. habita diligenti. nume. 8. consulentem, principi minimè licere, agnatorũ iuri seu substitutorũ ex cõtract9 verbis procedẽti sine causa derogare: quod sec9. esse dicit, cùm iure ciuili, vel cõsuetudine ius ipsũ munitur. & cõtra dictã sententiã Curtij iunio. in. d. cõsi. 1. & ei adhærẽtiũ cõsuluit etiã Soci. inter cõsilia Albe. Bru. in cõsi. 7. reuerẽdi patres. ex cõplurib9 ibidem videndis. & Iaso. etiam in eisdẽ consilijs. cõsi. 8. circa primũ. col. 4. quia princeps absre contractus tollere nõ valet. d. c. 1. de probat. c. nouit. de iudic. cũ similibus. & placet eidem Iaso. in cõsi. 233. præsens. col. 3. lib. 2. ¶ Et si verum sit quód Curti. iuni. in. d. consi. 1. & plerique ex sequacibus (vt eis constat) eo potissimũ casu loquuntur, cùm factũ principis non obsistit contractui seu inuestiturę: sed cùm fœminæ & eius descendẽtes consuetudinis rigore excluduntur, vt idem Curti. iuni. explicat in. d. consi. 1. nume. 32. & si idem esse postremó & ex abundanti fateatur, quando directó principis gesta inuestituræ aduersãtur.

¶ Item & Curt. iuni. & ei assentientes prędictam eorum sententiam amplectuntur, cùm omninó nis & spes succedõdi non tollantur: sed differuntur. vt ipsi expresse dicũt. in quo principis potestas plurimũ potest. vt ipsi firmãt. iuxta tradita in. d. l. fi. C. si cõt. ius vel vtil. publi. & probatur in. l. quotiens. C. de præceb. impera. offe. ¶ Et ita clarè liquet, dictam Curtij iunio. sententiam omninó domino Didaco Couarru. nec nostre opinioni repugnare.

343 ¶ RVRSVS nec obstat dicere † quód princeps ad suplicationem possessorum iuri nõ dũ alteri quęsito derogare valet. vt tenent Bart. & communis schola seri bentiũ in. d. l. Gallus. §. & quid si tãtũ. ¶ Primó quia vt respondet dict9 domin. Couarru. in. d. c. 6. nu. 9. lib. 3. varia. resolu. hæc ratio debilis videtur, cùm ex rescripto principis testatori verum dominium habenti, & eius voluntati omninó præiudicetur. Quod præter eum cõfirmatur, quia in hoc nostro casu succeditur conditoribus maioratuũm: & non vltimis possessoribus impetrantib9. l. cohæredi. §. cùm filiæ. ff. de vulg. & pup. l. vnum ex familia. in princip. ff. de leg. 2. & in ipsis fideicomissis, & maioricatibus testantium & disponentium volũtas obtinet. C. de fideicomi. l. cùm virum. ff. de leg. 1. l. pe. quaré potius testatorum, se maioricatus institutium volũtas consideranda est, quàm ipsorũ possessorum supplicatio. & prædictam Didac. Couarru. solutionem palàm Deci. considerauit in. d. consi. 357. in causa magnifici. nume. 8. vbi & censet, iam dictam rationem contrariam fideicomissariorum respectu obtinere: & non testantium seu contrahæntium. Quo in loco etiam non obstare existimat cõgesta á Bart. & docto. in. d. §. & quid si tantũ. quia ipsi non agunt de tollenda voluntate testatoris: sed de ea interprętandanda. ¶ Plane & iuri sola specon-
sistenti si ex testamento, contractu ve originem ducat, absque causa publicę vtilitatis princeps tollere non valet. vt constat ex prædictis. & placet. Ioan. Franc. de Rip. in. d. l. quominus. nu. 8. & Carol. Ruin. in consil. 95. præsupposita. 1. col. 4. lib. 1.

¶ PROINDE nec nobis † resistit. l. 344
2. ff. de nata. restituen. quá Bart. & cæteri, in. d. §. & quid si tantum. mouentur. Tum quia, modis iam dictis respondẽri potest quibus eiusdem Bart. sententiæ est satisfactum. Tum etiam, quia dicta. l. 2. non probat sentẽtiã Bart. & sequatium. sed adeo ipsa lex, stabilere videtur, quód princeps absque patroni, cõsensu facilè natalibus restituere non solet, quia non absre, sed iusta causa interueniente hoc facere tenetur. Nam si causa non exigeretur, non difficulter princeps ipsam restitutionem cõcessisset. vt plerique tenent in. d. §. & quid si tãtum. & ex nostris fortuni. Garsi. (vir ingeniosus, & memoratu dignus) in. d. §. & quid si tantum. num. 276. Ex quo dubia efficitur Alberi. interprætatio. in. l. si. ff. de natal. resti. qua post Iacob. censet, quód lex illa finalis principi nõ prohibet absque citatione, ex certa scientia natalibus aliquẽ restituere. Tũ quia, dicta. l. 2. non agit de tollendo iure ex contractu vel testamento euenìte: sed de iure legibus humanis quæsito.

¶ SANE nec nostre sententiæ officit (& vltra ipsum dominum Didac. Couarru.) si dicatur † in omni actu superio- 345
ris authoritatẽ exceptãvederi. c. veniẽtes de iur. iurã. & in. l. fi. in. princip. ff. ad municipt. & ita testantes contrahẽtes quę suas edidisse dispositiones, hac scilicet cõditione, nisi principis voluntas aliud rescribere cõtingat: quaré principi maioricatuũ, & testamẽtorũ, siue cõtract9 regulas, & dispositiones mutãti, ipsorũ disponentium voluntatem aduersari, non videtur cẽsendum. ex quo per put

Universidad de Deusto
Biblioteca

ehrē exiſtimat Bald.in.conſi.283. ad intelligentiam.col.3.lib.3.ſecundum antiquam impreſſionem.à feudi natiuitate principis voluntatem eſſe exceptam cùm principi lex nonſit imponenda.c.1.de prohibi.alie.feud.per Federi.in fine. Quo fit(vt ipſe inibi cenſet) principem poſſe feudum ſub iuſtitiæ & æquitatis regulis,etiam inueſtituris non extãtibus imponere.quod admittit Albert. Brun.in.d.conſi.1.col.6.& Card. Paul. Pariſi.in.d.conſi.103.nu.7.&.8.lib.4.& palàm etiam idem Bald.in.l.fi.ff. de ſenato.ex.l.qui fundos. C. de omni. agr. de ſert.lib.11. Hinc & conſuluit Deci. in conſi.588.viſo puncto.col.fi. conuentionẽ tranſactionem qúe(quacauetur, quód bona à familia nõ exeant)intelligendam eſſe,ſalua ſuperioris authoritate. ¶Quæ nec obſtare exiſtimo, cùm principis authoritatem in omni actu eſſe exceptam admitto,in his quæ principis poteſtati conueniunt: non verò in illis rebus, in quibus principis factum non admittitur, ſeu in materia principi non pertinente. vt tenet Abb in.d.c.venientes.de iure iuran.columa.2.& in.c.quanto.eod.tit.cũ ſimilibus. quaré dubia videtur ſententia Decij in.d.conſi.588.cùm de contrahæntium voluntate à principe tollenda agit,quę iure naturali fulcitur. ¶Nec officere poteſt Abb.ſententia ibidem à Decio in.d.c.venientes citata,qua cenſet,doctorem ad legendum conductum à patria poſſe reuocari, & in ſimili Ioan. And.in.c.in malis de regul.iur.lib.6. cùm hæc &ſimilia ex eo obtinent,quia doctor ſe obligare nõ potuit in ſuperioris præiuditium: & quia in materia illa (qua ipſi docto.loquũtur)principis poteſtas non excluditur. & ſi dici poſſit quódDecij ſententia in caſu quo loquitur, recipi poſſit:cùm in eo iuſta cauſa præceſſerit. vt perſpicuè conſtat ex dicto eius conſilio.

¶SED nec ſuperioribus † repugnat (pro vt etiã ipſe domi.Couarru.cẽſet)& ſi dictę l.27.harũ legũ authoritate teſtamẽtũ, ſeu cõtract9,maioricat9 qúe conſtituãtur.& dictę.l.27.à principi derogari valeat.cùm vt ipſe domin9Coua.inquit,diſponens nõ principis priuilegio, ſediure ſibi queſitodicta.l.regia adreipublicę vtilitatẽ cõſtituta,teſtamẽtũ ipſũ, cõtractũ qúe,ſiue maioricatũ confecit: & etiã iuri naturali,quo id potuiſſet, niſi legib9 humanis ſibi eſſe inhibitũ. circa quæ videas quæ huberius infra in eadem.l.27.ad notabimus. 346

¶DENIQVE & noſtrę non præiudicat ſententiæ(præter domi.Didac.Couarru.)ſi dicas † de principis poteſtate nõ eſſe diſceptãdũ. C.decrimi.ſacrile. l.2.cũ ſimilibus. & quód qui de eius cõtendit poteſtate,ſe ſuperiorẽ, vel principi parẽ facit.vt Bald. inquit in conſi. 359.proponitur quód inter agnatos.col. 1.verſi.præterea.lib. 1. Quia hæc in his quæ iuris poſitiui ſũt, procedere cõſtat at ſecus eſt in rebus illis,quę iure naturali,ſeu gentium ſunt cõſtitutæ. vt nun capatim ſcribit Aym. Craue.de antiquita.tempo.1.part.nu.12. 347

¶EX quibus cõſtat intellectus eorum quæ Luc.de Pen.firmat in.d.l.diuę. C. de decurio.lib.10.qúe ſupra cõmemorauimus. Nam ipſe non loquitur nec intelligẽdus eſt, cùm ſolis primigenijs bona ex teſtamento, ſeu contractu debentur: & in diuiſibilia inteſtamento contractu ve eſſeeſt cõſtitutũ: cùm hoc caſu non poſſe diuidi, & à primógenitis abſqúe cauſa publicæ vtilitatis à principe auferri eſt cẽſendũ vt ex prædictis conſtat.

¶SED an de plenitudine poteſtatis † princeps cõſtituere valeat, quód tãtùm primogeniti in bonis alicuius(alijs filijs excluſis)ſuccedant. vide Iaſo. in conſil.107.in diuiſione.col.3.&ſequen.lib. 4.citantem Paul. Caſt. in conſilio.179. 348

in cauſa quam magnificus. col.3.lib.1. & vide Roderic.Suar. in relect. l. quoniã in prioribus. C.de inoffi.teſta.18.limita.& in.2.limita.l.9.tit.5.lib.3.for.legum.quam commẽtatur in cad.l. quoniam in prioribus.

349 ¶EXQVIBVS omnibus ſit † principem non poſſe, rem teſtamento, vel contractu alienari prohibitam, quód alienari poſsit, abſqúe cauſa publicæ vtilitatis condere.vt nominatim Deci. cõſuluit in.d.conſi.403.quánuis incaſu nu.13.&.14.¶Et licet idem Deci. contrarium firmare videatur in conſi.519. viſis his. tamen tunc inibi loquitur, cùm ex cauſa publicæ vtilitatis hoc princeps in præiuditium fideicomiſſarij permiſſerit. Vltra hoc,quód & in caſu Decij (vt idem explicat) illa principis facultas non erat neceſſaria.

350 ¶SVBINDE ex his quæ diximus † &ſit, principem facultatem ad alienanda bona teſtamento, contractu ve, ſeu maioricatu ex cauſa alienari prohibita, ex cauſa priuatæ vtilitatis non poſſe concedere in ſubſtitutorum præiuditium: cùm ex priuata vtilitate teſtamentum,contractum qúe, ſeu ius naturali iure munitum tollere nequáquám valet. ex iam dictis. & traditur in.l.2. C. de in ius vocan. vbi docto. & in.c.in noſtra.de iniuris.& in ſimilibus dequibus meminit Iaſo.in cõſi.233.præſens.col.8.lib.2.

¶VNDE etiam ſit, non iuſtè principi conſuli, nec ipſi principi tutum eſſe, facultatem ex priuata cauſa concedere ad maioricatuum bona alienanda, teſtamento vel contractu ſucceſſoribus abſqúe principis priuilegio ligata.quam facultatem hæc bona poſſidentes ſæpe accuratè procurant, ex eo tantum,vt ex horum bonorum prætio ampliores redditus habeant:& quãdoqúe non perpetuum duraturos: ſed cum pacto redimendi conſtitutos,contra expreſſam voluntatem conſtituentium maioricatus, bona immobilia ab eis vinculata ſubiecta ab eorum familia nunquám exirè cupientium: & eorum alienationem ex qua vis cauſa prohibentium, ex eo moti quod text. in. l. ſi in emptionem. ff. de minorib. & in. l. lex tutores. C. de adminiſtra. tuto. de bonis maiorum præclarè conſiderant. ¶NEC huic ſententiæ obſtat dicere, quod iure optimo videtur † maioricatuum bona prohibita à diſponentibus alienari, etiam abſqúe regia facultate poſſe alienari ex ſucceſſorum priuata vtilitate: vt ſi ex bonorum maioricatuum prætio aliæ res vtiliores emuntur: ſeu ſi ipſa bona maioricatuum pro alijs eomodioribus permutantur: igitur & a fortiori regia interueniente facultate hoc fieri poſſe videtur. argumento text. in. l. ita conſtante. ff. de iur. doti. ibi, *ſi hoc mulieri vtile ſit*. & illic docto. & idem probatur in. l. mutus. §. manente. eod. titul. & in. l. quánuis. ff. de ſolutionib. & præclarè ſcribit Bald. Nobel. in eius tracta. dotis. 7. parte. in. 1. ſpeciali. columna. 5. in. 2. &. 3. limita. Exquibus &alijs ſimilibus conſuluit Soci. iuni. in conſilio. 28. quia difficultas. lib. 2. rem teſtamento eorum fauore, quibus fideicomiſſum relinquitur alienari prohibitam, quiando ex alienatione maior eorum in eſt vtilitas, & ipſũ augetur fideicomiſſum, poſſe alienari. quod & in proprijs terminis cõſuluit Paul. Caſt. in conſi. 269. dubitatur nunquid hoſpitale. 1. &. 2. col. lib. 1. cui9 non meminit Soci. iuni. in. d. eius conſilio. ¶Sed reſpõderi poteſt quód dicta iura & ſimilia quę Paul. Caſt. & Soci. iuni. in dictis allegant conſilijs noſtrũ nõ attingere caſum: ſiquidem tunc obtineant,cùm res alienari non ab homine ſed à iure prohibetur. ¶Præterea dicta ſententia Pauli Caſt. ex eo(vt ipſe in 351

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicto consil. docet) procedit, quia testator rem ipsam alienari prohibitam non affectauit, & prohibitionis causa pauperum fuit vtilitas: quæ maior ex ipsa alienatione seu rei permutatione effecta fuit: & ita illo casu causa magis vrget, ex qua testator alienationem prohibuit: quod in nostro casu minimè cõtingit: in quo conditores maioratuum res ipsas in suis dispositionibus in eorũ domibus perpetuò esse primigenijs alligatas desiderant. Rursus & Soci. iumo. sententia in. d. consi. ex alijs pluribus, quam vtilitatis causa, ab eo suadetur, & si solam vtilitatis causam sufficere censeat, quod verum minimè existimo, vbi testatoris verba & prohibitionis ratio repugnant. vt in nostro casu.

¶ DEINDE & reperio Anto. Capi. in decisio. 108. in causa magnifici. colu. fi. recensere. Neapoli. consilio fuisse iudicatũ, rem primogenitis vinculatam & extra domum & familiam alienari prohibitam, nequáquàm posse alienari: & si possessor ex prætio rem aliam vtiliorem emere velit, quæ subrogetur loco prohibitæ. Et ibidem etiã ait Pauli Cast. sententiam (quam in dicto amplectitur consilio) dissimilem esse à casu nostro, & tunc ipsum loqui, cùm prohibitio alienationis tantùm fuit constituta fauore prohibiti. Quæ Capi. sentẽtia (prẽter eũ) ex eo fulcitur, quod Alex. consuluit in consi. 23. opportunè. colu. pen. & fin. lib. 1. & Soci. in consilio. 43. visis testamento. colum. pen. lib. 3. & in consi. 40. cùm in præsentiarum. 8. & 9. colu. inter consilia Curtij antiqui. & Hieronim. Grat. in respon. 68. visis ac diligẽter. col. 2. lib. 2. quib⁹ locis hi opinantur † alienatione bonorum perpetuò inhibita, vt prohibentis cõseruetur familia, & in ea bona ipsa permaneant: alienationem etiam necessariam comprehendi, ita quòd ex causa vrgẽti, seu necessaria, nec ex alia aliter á iure permissa, ipsa bona alienari non possit: quo casu ideo firmant, successurum ab intestato qui de dicta nõ sit familia, institui minimè posse. & ita esse temperandum quod habetur in. l. cùm pater. §. cùm inter. vbi glo. & Bart. ff. de leg. 2. cum similibus. quod probatur in. l. quidam testamento. cum glos. in verb. quoquo modo. ff. de fideicomissa. liber. & extra ditis per Bart. in. l. ventre. colu. 4. versi. tertius casus. ff. de acqui. heredi. cum concordan. de quib⁹ Iaso. in. l. si ita. §. ea lege. nu. 45. ff. de verb. obliga. quem etiá vide in. l. filius famil. §. diui. ff. de leg. 1. in relect. nu. 137. & sequẽtib. & quẽ laté consuluit Carol. Ruin. in consi. 89. casus iste videtur. per totum. lib. 2. & ita esse concludendum censeo, & maioricatus rem ideo alienari prohibitam, vt in constituentis existat familia, ab ea quæ non exeat, ex priuata successorum vtilitate alienari non posse, nec pro reis vtiliori permutari: nec vt ex ipsius rei prætio pinguiores redditus comparentur: & principis facultate hoc non esse concedendum. etiã si regias quàm plures licentias huic rei aduersas videtim⁹. Quimimmó & sæpe accidisse, regiam licentiam qua bona immobilia maioricatuum sunt alienata, vt ex eorũ prætio alia commodiora, & maioris emolumenti emantur, maioricatuum possessores impetrantes fraudasse: & pecuniam ex regia licentia ad prædiorum emptionem depositã ipsum possessorem maioricatus recuperasse, in alijs quæ & nõ vtilib⁹ expẽdisse, atque bona ipsa & eorum prætium (sequẽtibus successoribus tollerãtibus) maioricatuum cõmodo amplius non deseruisse. Quæ omnia memoriæ affligitæ, quia alibi ita discussa non inuenietis.

352

¶ DEMVM an rescriptũ quod frequẽter cõceditur † vt res maioricat⁹ vinculis subiectæ, & ex causa fideicomissi alienari prohibitę, alienari seu hypothe

cari valeant, pro restituenda dote, quæ ab vxore possessor maioricatus acceperit, seu pro dote filiæ, sorori, aut nepti constituta, & genero promissa. vide pulchrè domi. Didac. Couarru. lib. 3. resolu. d. c. 6. num. 10. quod fortè in. d. l. 27. infra harum legum amplè attingemus. sed ad presens consultò omitto, vt ex his prælibatis riuulis ad alueum reuertamur. adde tamen iuxta prædicta videndum domi. Greg. Lup. in. l. 6. tit 11. parti. 6. verb. que la non pudiesse vender. & in. l. 3. tit. 13. par. 6. verb. mugeres. & Thom. Gram. in consi. 169. in causa illustris.

¶ SED illud circa huius procœmij iam dicta verba, quibus dubiorum declarationem ad principem expectare diximus, prætermittendũ non est † an verborum maioricatuum, seu successorum declaratio quam principem posse facere, iam diximus, absque partium procedat citatione. Quod nõ videtur ex tex. in clem. pastoralis. de re iudi. & in. l. nã ita diuus. & ibi glo. ff. de adopt. & text. in. l. de vnoquoque. ff. de re iud. & nuncupatim constare videtur; ex. l. fin. vbi Bal. C. de legib. quod & Alex. tenet in consi. 11. aliàs consului. col. 1. lib. 7. Deci. in consi. 416. in testamento. num. 25. & in. c. pastoralis. §. verum. de appel. col. 1. Soci. iam. in consi. 100. præsupponitur in facto. nu. 23. & sequentib. lib. 1. & in proprijs terminis in declaratione in re maioricatus † seu iure primogenitis debito facta, citationem exigi, tenet Eguid. de Bellame. in decisio. 724. etiam. col. 2. versi. tertia ratio. cuius meminit Feli. in. c. cùm olim. nu. 12. de re iudi. quod & placet Ludou. Gomeci. complura allegantí in regul. de non tollen. iure quæsito. q. 13. pagina mihi. 3.

354 355

¶ VERVM in contrarium vrget, quia ex hac declaratione nihil noui fit. vt ait tex. in. d. l. hæredes palám. §. sed & si notam. ff. de testa. & in similibus de quibus Feli. memor est in. c. licet causam. colu. 12. de probat. recentiores etiam in. l. 1. ff. si cert. peta. Nam declarans † non plus facit, quàm ille qui granum sub aristis latens de spica excutit. vt probatur in. l. adeo. §. videtur. ff. de acqui. rer. domi. ibi, *qui excussit spicas, non nouam speciem facit, sed eam quæ est detegit.* cuius meminit glo. in. l. manumissiones. in verb. datio. ff. de iusti. & iur. & expræsse sic tenet Bald. in. d. l. edita. C. de eden. col. 16. in. 10. oppos. & probatur in elem. exiui. §. horum autem. de verb. signifi. sunt & aliæ concordan. quæ in hoc proposito congerit Deci. in consil. 498. num. 30. & sequentib.

356

¶ VNDE sequitur † ex verè declaratorijs præiuditiũ generari minimè posse prætendi. vt palàm Paul. Cast. & docto. docẽt in. d. l. hæredes palám. §. sed & si notam. & Eguid. in. consi. 19. in causa pendente. col. 3. & expræsim Ludoui. Gome. in. d. regul. de non tollendo iure quæsito. q. 13. col. 1. non ergo mirum est, si in tali interpretatione á principe facienda partium non exigatur citatio. ¶ Quod & suadetur, quia declarans quid in præteritum sit, actum solum indicat. tex. vbi Bald. in. l. cùm testamento. C. de testa. manumi. & ff. ad. l. Aquil. l. huic scripturę. §. pe. & ex inutili rem vtilem efficit: est quę res valde ambigua ante declarationem, pro vt cùm speculũ immundum est, quod in vtile est, quousque mundum, & mitidũ fiat, quo facto non efficitur noua species sed vetus commodum nobis tribuit: ergo nulla citatio requiritur in principis declaratione. ¶ Et vltra iam dicta hæc pars fulcitur, quia vt dicta iura docent, princeps ipsam declarationem inuitis partibus facere potest: ergo eis non citatis. l. qui potest inuitis. ff. de regu. iur. cum alijs de quibus meminit Deci. in. d. consil. 498. numero. 30. & sequentib.

357

Universidad de Deusto
Biblioteca

358 & idem liquet † quia quando princeps aliquid concedit parti, non est necessaria citatio. probatur in. l. libertus aduersus. ff. de in ius vocan. & traditur in. c. olim. vbi glo. de re iudi. & alijs plerisque in locis de quibus memores sūt moder. in. c. cùm veniſſent. de iudic. & alibi sæpe. Quod etiã suadetur, quia cùm princeps de vera agit declaratione, & non de dispositionis correctione, & res ita ambigua est, quód res eius eget interprætatione, declaratio seu ipsa explicatio ab eo facienda, eius voluntati omninó subicitur: quarè eam partibus absentibus fieri posse, hęsitandum non videtur: quia ea quę á voluntate agentis dependent, vt ratificatio, & similia partibus non præsentibus fieri valent. vt notatur in. l. Papinianus scribit. ff. de nego. gest. notat Bart. in. l. quo enim. in fine principij. ff. rem rat. habe. & alijs pleriſque in locis citatis á Decio in regul. semper qui non prohibet. col. 2. ff. de regul. iur. & Feli. in. c. si cautio. nume. 29. de fid. instru. & docto. in. l. quæ dotis. ff. solu. matri. & hæc omnia speciatim probari videntur in. c. olim. de verb. signifi. & in. c. pastoralis. §. verùm. eod. tit. & ex traditis in. l. Pomponius. ff. de nego. gest.

¶ DENIQVE quód absque citatione † principis declaratio robur habeat Ang. diiudicat in. l. siquis intentione ambigua. col. fi. ff. de iudi. & probatur in. c. reprehænsibilis. de appel. quẽ ad hoc Roma. citat in consi. 482. in casu præmisso. col. 2. cui assentit Deci. alios citãs in. d. c. pastoralis. §. verùm. col. 1. de appel. & idem Deci. in. d. c. cùm veniſſent. colu. 2. de iud. & Cardin. Paul. Pariſi. qui plura congerit in consi. 101. bona de quibus. nu. 121. & sequẽtib. lib. 1. & inibi ait, in his declaratorijs iuris ordinè nequáquám exigi. allegans Ang. in. l. princeps. ff. de legib. & Inno. in. c. in causis. de re iud. quod etiam Innoc. tenet in. d. c. olim. de verb. signi. vbi dicit, quód vbi extra iuditium interprætatur priu ilegium, talis declaratio partibus absentibus fieri valet: & si cùm iudicialiter fiat, citationem exigi cẽseat. vt in. c. in his. eod. titu. quod & Anto. Ancha. & Abb. tenent ibidem. & Feli. in. d. c. cùm veniſſent. col. 1. & latè Deci. in. d. consi. 498. nu. 30. & sequentib.

¶ QVAM sententiam ipse existimo probabiliorem esse, & quód cùm princeps extra iuditium dubia, & in explicabilia verba maioricatuum exposuerit seu maioricatuũ successores declarauerit, & ita quód eius interprætatio iuri, vel rationi, ipsorũ qúe maioricatuũ verbis non obsistat, vel cùm princeps non iuditi aliter iuris dubia explicauerit, quód ex prædictis iuribus & rationibus nulla partium citatio sit necessaria: & quia in tali casu aduersario nihil aufertur ex principis declaratione. vt in hoc proposito expresse diiudicat Paul. Cas. in. d. consi. 338. quia exceptiones. col. 2. lib. 1 & satis probatur ex his quæ dicunt docto. supra. nu. 323. citati, in locis illic allegatis, in quibus fœcundè consuluerunt, citationem omitti posse, cùm princeps habilem fœminam fecerit ad feudorum successionem, contra expræssa verba inuestiturę. ¶ At secus esse astruo cùm in iuditio princips agat de maioricatuum verbis dubijs interprætãdis. ex tex. in c. 1. de cau. posse & propric. & ita tenet Innoc. & docto. in. d. c. olim. & in plerisque alijs ex iam dictis locis.

¶ VERVM cùm princeps de propria maioricatuum, seu aliarum dispositionum declaratione non tractauerit, sed de impropria, vt quia ex ea illud quod non est suppletur: vel illa verbis, seu iuri, rationi ve aduersantur: tunc citationem exigi non ambigo: & si talis declaratio extra iuditium fiat. vt docent iura & doctrinæ quæ pro prima sentẽtia de super citãtur. & clarè ita tenent Inno.

& docto. in. d. c. olim. de verb. signifi. & Ancha. in consi. 127. ad dubia. colu. 3. & Feli. in. d. c. cùm veniſſent. de iudi. col. 1. & etiam constat ex tex. in. c. nuper. de decim. & in proprijs terminis sic tenet Alex. in. d. consi. 11. num. 15. lib. 7. Ludou. Gome. in. d. regul. de non tollẽ. iur. quæsi. q. 13. col. 4. & Aym. Crauc. de antiqui. tempo. 1. part. nu. 6.

¶ NEC prædictæ nostræ sentẽtiæ (qua diximus, in prædictis casibus citationẽ non exigi) obstare † potest. d. l. fi. C. de legib. & quæ inibi ait. glos. in verb. cominus. quo in loco constare videtur, partium citationem indistinte & in quacunque principis declaratione requiri.

¶ Tum quia, dicta glo. in verb. comin9. si rectè perpendatur, nõ tractat de principis declaratione, nec de secunda parte illius sanctionis, in qua agitur de declaratione dubij iuris. Et hoc modo resp̃oderi potest Bald. in. d. l. fi. & si Alex. in. d. consil. 11. col. 1. lib. 7. aliter intelligat glo. & Bald. & aliqui ex doctorib. pro parte affirmatiua citatis. ¶ Dici etiam potest, quód tex. in. d. l. fi. & prædicta glo. & Bald. loquuntur, dum princeps iudicialiter procedit, in quo casu citationem exigi dicunt Inno. & docto. iam allegati. ex iuribus ad hoc supra allegatis.

360 ¶ EX iam dictis etiam fit † quód & si principi liceat, suas gratias, aliorum ve dispositiones interprætari, eius qúe (vt diximus) declaratio partibus noceat, quód tũc procedit, cùm propria fuerit expositio seu declaratio, quæ consistit, cùm circa aliquod verbum dubium fit: at secus esset, si in gratijs seu scripturis non esset ambiguum verbum: & ex tali declaratione noua efficiatur dispositio & ius quæsitum tollatur. & expręsse sic tenet Paul. Cast. in. d. l. heredes palám. §. siquid post. ff. de testa. quam sententiam Deci. admittit in. c. cùm veniſsent. col. 2. de iudic. & in. l. quánuis. C. de impube. & al. nu. 2 & in. l. edita. nu. 49. C. de eden. & in. c. fi. col. 5. de constitu. & in consi. 114. diligenter considera tis. col. pe. quibus in locis alios complures docto. citat. & ante eum idem tenuit Soci. in. d. consi. 260. in causa Nanutensis. col. 9. versi. ex quibus infero. nu. 10. lib. 2. & Iaso. in consi. 128. verba. nu. 6. lib. 4. vbi etiam loquitur de expositione verborum contractus principis, ab eodem principe facta. & sententiæ Pauli Cast. etiam adstipulatur Ludou. Gome. in. d. regul. de non tollendo iur. quę si. 13. q. col. 3. Tiraquel. in repe. l. si vnquám. C. de reuo. dona. in verb. libertis. nu 13. post eundé Paul. Cast. palám in consi. 340. præmissis allegationibus. col. 1. & 2. lib. 1. & Ancha. in consi. 398. præmitto. col. fi. ex tex. in. l. quotiens. & in. l. rescripta. C. de præcib. impera. offe. & Ancha. meminit Corne. in consi. 67. circa secundam. col. 3. lib. 3. & Feli. in. c. si quando. de rescrip. col. 1. & adde vidẽdum eundem Feli. in. c. cùm olim. col. 4. de re iud. quod & probatur in. l. 31. tit. 18. parti. 3. & in. l. 2. tit. 1. parti. 2. & palám hæc sententia placet Bald. in. c. 1. col. 3. versi. qui interprætatur. de constit. Quam sententiam sine dubio tempera, cùm sine causa fit declaratio á principe: siquidem extante causa publicę vtilitatis, principem rem alterius (dato bono cambio) posse tollere prędicta iura indicant. vt etiã supra descripsimus. & sat probat tex. in. l. vẽditor. §. si constat. ff. commu. prædio. & l. item si verberatum. §. 1. ff. de rei vendica. & in. l. Lutius ff. de euict. & d. ll. septipartitarum. quæ quando procedant nouissimi fusius tractant in. d. c. quæ in eccle siarum. de consti. & in. c. 1. de probat. & in. l. qui se patris. C. vnd. libe. & in. l. fi. ff. de constitu. princip. & alibi sępe.

¶ PRETEREA obliuioni tradendum hic minimè est † quód dictã sententiam Pauli Castren. & sequatium, 363

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aym. Craue. de antiquita. tẽpo. 1. part. nu. 36. intelligit in dubio procedere: & eam ideo temperat, niſi papa vel princeps de iure tertij informatus, vellet quód eius interpretatio nouam diſpoſitionem induceret, iure tertij non obſtãte effectum ſortiatur: quia tũc ipſa principis declaratio tertio nocebit. & ſi hoc Galliæ difficilé obtineret: & parlamentorum curiæ huiuſmodi declarationẽ in præiuditium iuris tertio quæſiti (vt ipſe teſtatur) nõ admitterent. Nec ipſe eam reciperem, ſi ius tertio iure naturali vel gẽtium eſſet quæſitum: cúm declaratio abſre, & facta ſine cauſa publicæ vtilitatis, qua ius naturale, gentium ve in re quæſitũ derogatur, nequáquám procederet. ex his quæ habentur in. §. ſed naturalia inſti. de iur. natu. gen. vel cui. cum alijs.

¶ VERVM & Paul. Caſt. & ei aſſentientes prædictis locis minimé loqui vi
363 dentur in dubio † pro vt cenſet Aym. Craue. ſed cúm princeps ex eius declaratione iuri quæſito inferri præiuditiũ voluerit: & talem declarationem non valere lucidé diiudicãt. vt ex eis liquet præcipuè Ancha. in. d. conſi. 398. col. fi. & Paul. Caſt. an. d. conſi. 46. lib. 2. & Deci. in. d. c. fi. de conſtitu. & in. d. l. edita. nu. 49. C. de eden. & in. d. c. cúm veniſſent. de iud. col. 2. Gome. in. d. regul. de tollen. iur. quæſi. d. q. 13. col. 3. ¶ Etſi in beneficialibus ſide ſummi pontificis liqueat voluntate, ipſam papæ declarationem ius quæſitum abrogantem, non eſſe reſpuendam ait Deci. & optimè in d. c. cúm veniſſent. col. 2. & in. d. l. edita. nu. 49. ſiquidem in beneficialibus ampliſſimam papa habeat poteſtatem. vt in clem. 1. vt lit. pẽden. & in. c. 2. de præbend. lib. 6. & poſſit ad libitum de poteſtatis plenitudine clericum ſuo priuare beneficio abſque cauſa, vt traditur in c. ſi gratioſe. de reſcrip. lib. 6. & inibi Dominic. col. 3. cum ſimilibus de quibus meminit Aym. Craue. de antiqui. tempo. 1. part. nu. 37. & ſi inibi alios recenſeat contrarium tenentes.

¶ NEC intempeſtiuum erit hoc loco memoriæ tradere, & iuxta omnia prædicta Abb. ſententiam in. d. c. cúm veniſſent. col. 2. qua cẽſet † quód vbi cir 364
ca verba priuilegij aliquod oritur dubiũ & caſus ambiguus eſt, ſi facilé princeps adiri poteſt, quód eius erit interpretatio. argumen. d. c. inter alia. deſenten. excomu. & in. d. l. ex facto. ff. de vulg. & pup. at verò ſi ad principem difficilis eſt acceſſus, & caſus dubius, ratione tamen naturali, & veriſimili, quæ ex verbis priuilegij expræſsis colligitur, explicari poteſt, tunc cenſet, inferiorẽ principe poſſe ipſa priuilegia interpretari, in cauſa quæ coram eo controuerſatur. Quod ſuaderi exiſtimat, ex dicta. l. ex facto. vbi ratione naturali iuriſconſultus exponit priuilegiũ principis. quod etiã idem Abb. fouet ex tex. in. l. ſcire oportet. §. ſufficit. ff. de excuſa. tuto. & ex alijs ibidem videndis. Verúm cúm dubium ipſum ex ſui difficultate in explicabile ſit, vel non abſque magno & ingenti dubio decidi valet: tunc ſolius principis interpretatio requiritur. vt idem Abb. tenet in loco ſupra citato. Ita qúe Abb. palám firmat, quód ſi princeps non difficulter conſuli poteſt ſuper dubijs ſuorum priuilegiorum, etiã ſi ratione naturali & veriſimili, ex verbis ſumpta, caſus poſsit expediri, quód & tunc verba priuilegiorum interpretari inferiori principe non licet. & ita ex Abb. colligit Ioan. Franc. de Rip. in. d. l. ex facto. nu. 6. ¶ Suadetur etiam & Abb. opinio ex Baldi ſententia. in. d. l. cúm de nouo. C. de legib. quo loco cẽſet, quód ſi princeps ſit præſens, ad ipſum inferiorem nobis nõ licet accedere pro interpretatione verborum dubiorum priuilegiorum, & aliarum conceſsionum: ſed ad principem, qui lex

animata eſt in terris. vt in authenti. de conſul. lib. §. 1. colla. 4. ¶ Quo fit, vt ibidem idem Bald. ait, quód ſi in cauſis in audientia papæ ventilatis aliquod iuris dubium occurrerit, ad ipſum apoſtolicum referendum eſt, antequàm ſuper eo fiat diffinitio. cui adhæret Barba. in. d. c. cúm veniſſent. col. 2. & 3. & ibidem Feli. col. 1. ex quo etiã idẽ Feli. ibidem firmat, quód in caſibus inquib⁹ inferiori á principe interpretatio conceditur, ei denegata videtur, cúm princeps in loco fuerit.

¶ SED dictam Abb. ſententiam Ioan. Franc. de Rip. in. d. loco impugnat, & re
ctiſsimé, iure qúe optimo exiſtimat, nõ eſſe neceſſe, principem adire, & ſi facilé fieri poſſet, ad priuilegiorum interpretationem, ſi ratione naturali, ſeu iure explicari ipſa valeant priuilegia: ſed
365 quód iudici † de cauſa cognoſcẽti hoc & etiam facere eſt conceſſum. quod & notanter tenẽt Bart. & docto. in. d. l. omnes populi. 3. q. 6. principal. col. 19. ff. de iuſti. & iur. & Bald. in. l. hi qui. col. 2. & ibidé Paul. Caſt. C. de appel. & Sali. in. l. fi. 1. notab. C. de pact. ¶ Quod (& præter ipſum Franc. de Ripa) confirmatur
366 † quia iudex inferior ad partium præiuditium iuris dubia explicabilia interpretari poteſt. vt probatur in. l. 1. C. de profe. qui vrb. Conſtan. lib. 12. & ita tenent Abb. & alij. in. d. c. cúm veniſſent. Imol. & cæteri docto. in. c. cúm ſpeciali. de appel. Bald. in. d. l. hi qui. colu. 2. & Abb. in. c. 1. de iuramen. calum. col. 1. & in. c. capellanus. col. 2. de ferijs. cum ſimilibus á recentioribus citatis in. c. 1. de conſti. & in. c. eccleſia ſanctæ Mariæ. cod. tit & conſtat in. l. non poſſunt. ff. de legib. & palám ſic tenet glo. in. l. 1. C. cod. tit.

¶ RVRSVM & hæc fulcitur ſententia, quia ſi opinio Abb. obtineret, princeps importunis vexaretur conſilijs, & paſsim eſſet conſulendus circa ſuorum priuilegiorum, & prædeceſſorum verba dubia declaranda: & ſi iure vel ratione explicabilia eſſent: & fere totũ tempus in hoc princeps conſummeret. ¶ Quæ ſententia & iure regio munitur, ſcilicet. l. 27. tit. 18. parti. 3. ibi. *Y ſi tal duda y fallaren, que ellos no la puedan librar por ſi, deuen embiar ambas las partes con ſus priuilegios al Rey, q̃ la libre.* el quod eadem lex probat in ſubſequẽtibus verbis, ibi, *y ſi en las otras cartas foreras, o de gratia que el Rey faga, naſciere contienda ſobre ellas, deuẽ otro ſi juzgar los juezes ante quien parecieren, tomando el entendimiento dellas a la mejor parte, y a la mas prouechoſa, y a la mas verdadera ſegun derecho.* ¶ Quod etiã fulcitur ex. l. 36. eiuſdem tit. 18. cuius ſunt verba, ibi, *de guiſa que no pueda entender el alcalde, y qual fue dada primero.* & ibi. *y ſi por auẽtura ellos no ſupieren acordar, deuen yr, o embiar ſus cartas al rey, ſi fuere cerca de aquella tierra, faſta tres jornadas, que les libre aquella duda.* cõſtituitur igitur hac lege, ad regem pro reſcripti dubij declaratione eſſe recurrendum: cúm iudex cauſę ipſum interpretari non poteſt. Exquo palám hac lege ſancitur, ad principem non eſſe accedendum pro declaratione reſcripti vel priuilegij, cúm ipſum dubium á iudice interpretari valet. ¶ Quinimmó hæc lex partitę ſpeciatim, & pulchrè ſancit, quód ſi minor iudex principis reſcriptum explicare non poſsit, & procul ipſe princeps abſit (quod quando ſit, dicta lex interpretatur) quód preſes prouintię hoc exponet dubium: ſeu alij iudices ſuperiores id facient. vt traditur in. c. ex tenore. de reſcript. & inibi glo. & fuſius Mõtalu. in. d. l. 27.

¶ NEC prædictæ noſtræ ſentẽtiæ quá amplectimur contra opinionem Abb. obſiſtit † tex. in. d. l. ex facto. ¶ Cúm vt 367
Ioan. Franc de Rip. ibidem ait, in caſu illus text. minimè conſtat, principem

Universidad de Deusto
Biblioteca

ab esse, & accessum ad eum fuisse non facilem. ¶ Dici etiam potest, quod ille tex. ideo fuit editus, quia interpretatio illa rationi, & iuri consonat: & contraria expositio iniquum redderet priuilegium. vt eiusdem tex. verba satis docet. & ideo ille tex. palám damnat sententiam Abb. & priuilegiorum explicationem iuri vel rationi naturali, & verbis concordem, alijs quám principibus cõcedit. quod & lucidè illus tex. verba indicant, ibi, *respondi, beneficia quidé principalia ipsi principes solent interpretari, verum voluntatem principis inspicientibus, potest dici eatenus id eum tribuere voluisse.* quæ verba iura dicẽtia priuilegiũ principis eius tantum interprætarioni subiacere, ita temperant, nili ex verbis principis eius mens colligi possit. quo casu dicta sententia Bald. in. d. l. cum de nouo. nequáquám obtinet: sed tunc locum habere concedimus: & ad papã pro sui priuilegij declaratione esse recurrendum, cùm dubium arduũ esset: & recte explicari non queat. vt constat ex Bart. in. d. l. omnes populi. in. d. 6. q. & Abb. in. d. c. 1. de iura. cal. & Deci. in. d. c. cùm venissent. col. 2. & est de mente Franc. de Rip. in. d. l. ex facto. nu. 6. in fine. Quid Feli. dicat in. d. c. cùm venissent, & hanc nostram sentẽtiam praxis admittit.

368 ¶ EX his † intelliges. l. parti. tit. 1. l. 10. parti. 1. qua sanciatur, nullum citra principem leges posse interprætari. Nã hoc tunc intelligendum est, cùm ipsæ leges alijs iuribus, rationibus ve exponi non valent: & cùm earum sensus non constiterit: & ita ipsius legis verba docent, ibi, *auiendo menester.* & probatur in. l. non est nouum. ff. de legib. & in similibus. & adde videndum dominum Greg. Lup. in. l. 14. eod. tit. 1. parti. 1.

¶ EODEM modo interprætanda est. l. 4. tit. 33. parti. 7. qua cauetur, nullum nisi principem posse leges & priuilegia chartas quæ ipsius principis exponere. Nam quidem si priuilegiorũ seu legum verba interprætari iuribus seu rationibus possint: à iudicibus posse declarari minimé est ambigendum. quod dicta. l. 4. non prohibet. Verúm hoc concedũt d. l. 27. & d. l. 36. d. tit. 18 part. 3.

¶ SED prædictis nostræ quæ sententiæ non refragatur † si dicatur. d. l. 27. in 369 diserimínatim sancire, priuilegium regiã cõtinens donationẽ, ab alio quám à principe interpretari nequáquámposse: & si aliud in priuilegijs alia confirmãtibus, seu regijs chartis, sanctionem ipsam cõstituisse videatur. ¶ Quod magis ex eadé lege colligi posse dicet aliquis: quia dictæ l. initium hanc regulã subiungere censetur, quod priuilegia donationis regiæ nulli interprætari licet, nisi principi: quod statim tẽperari videtur (in verbis, *los otros priuilegios*) præter quám in priuilegijs confirmationis, chartis quæ regijs gratiosis, seu iustitiæ, quæ á iudicibus posse explicari ibidem stabilitur. Ex qua exceptione regula ipsa declarari videtur, quód á iudice donatio regia exponi non valeat: nã cùm in exceptione iudicibus concedatur, iure ipsam posse facere interpræta tionem, in casu regulæ de donatione regia loquente, denegata videtur. l. cùm prætor. ff. de iudi. l. maritus. C. de procura. exceptiones enim sunt contra regulam. l. 1. vbi Deci. col. 2. ff. de regul. iur. l. in his. vbi Bart. ff. de legib. ¶ Profecto dicta lex part. difficilis intellectu est. & si praxis (vt dixi) recepit, iudices etiam regias donationes posse interprætari, principe donante in consulto. & mihi probabilior est hæc sententia exp'urib⁹ supra cõgestis. & ita inibi tenet domin⁹ Greg. Lup. & dictæ. l. par. sic posse satisfieri ipse censeo. ¶ Priori modo, quód. d. l. 27. in eius principio de duob⁹ agit: primó de iudicandis priuilegijs: secundó de ipsis declarandis. vt ex eius li

quet capite. ibi, *quien deue juzgar los priuilegios y las cartas: y si alguna dubda y acaesciere, queremos lo mostrar por esta ley* expédẽda enim sunt dicta verba, *y si alguna dubda.* inquib⁹ dictio. &. reperitur, quã inter diuersa sedere, super abũ dé dictũ est. Quosit, aliud esse priuilegia iudicare aliud declarare primũenim iudicib⁹ dicta lex hisce verbis inhibet, *onde dezimos que priuilegio de donadio de rey no lo deue ninguno juzgar, sino el mesmo.* at secũdum, id est, ipsius priuilegij interpræ tationem iudicibus ibidé verbis inferioribus in hunc modum concedit, *y si tal dubda y fallaren, que ellos no la puedan librar por si deuen embiar ambas las partes con sus priuilegios al rey, que la libre el.* ¶ Præterea hæc verba imponũ tur post primam, & secundam partem dictæ legis: nam dictæ legis prima pars de iudicando priuilegio regiam donationem continente agit, quæ incipit á dictæ legis initio, vsque ad eius hæc verba, *los otros priuilegios*, in quibus secunda incipit pars: quæ de priuilegijs confirmantibus per tractat. consequens ergo est, iure compertum, iã dicta verba. *y si tal dubda y fallaren*, vt poté postremó posita ad vtranque prædentem partem esse referẽda. vt. ff. de leg. 1. l. talis escriptura. §. fi. &. C. de libe. præteri. l. 1. Quę & solutio confirmatur, quia iudicare ipsa priuilegia donationis, tunc intelligo cùm de eorũ tractatur iurib⁹, valuerint: nec ne: & cùm iuditium priuilegiorũ firmitatem respicit: ideo minimè mirũ est, si hoc tantum ad principem pertineat. vt cauetur in. d. l. 27. & non ad inferiores iudices. vt sat etiam est constitutum in. d. c. cùm venissent. & expressim ita tenet Bald. & Paul. Cast. in. d. l. hi qui. C. de appel. quibus adstipulatur Deci. in. d. c. cùm venisseut. col. 2. & ibi dem Feli. col. 1. post Oldrad. in cõsi. 23. Vrbanus episcopus. circa finem. ¶ Verúm huic solutioni officere videtur, quód post dicta verba, *y si tal dubda*, hæc subsequentur verba, *y fallaren que ellos no la puedan librar.* quæ palám indicare videtur, secundam partem dictę legis tantum ipsa verba respicere, in qua de iudicibus fit mentio: de quibus vllum in prima parte reperitur verbum. Sed dici potest, quód & si in secunda dunta xat parte de iudicibus dicta lex loquatur: & de eis in prima parte quicquam non dicatur, non ideo necesse est, verba subsequentia iam dicta ad primã nõ referre partem: in qua sat de iudicib⁹ agitur, saltem excluiué. Vltra hoc quód & sufficere videtur, in secũda parte ipsorum iudicum ipsam legem meminisse: vt & ad priorem partem optimé dicta verba dirigantur. ¶ Secundó dictæ legi partitæ responderi potest, quód & siquis eius principium, de priuilegij interprætatione etiá quo ad verba, & non tantum quo ad vires intelligere velit, quód tunc obtinere posset: cùm ex tali declaratione ius generale effici prętenditur: quod sine dubio soli principi facere licere, nullus ambigit. l. 1. C. de legib. & per totũ. & ita speciatim Abb. interprætatur in. d. c. cùm venissent. colu. 1.

¶ NEC his solutionib⁹ nostræ quæ sententiæ obsistit, si dicatur, regulam esse ab exceptione declarandam: & exceptionem regulæ aduersari. vt dictum est. exceptionem quę esse de regula. l. nam quod liquidé. ff. de pen. lega. cum alijs de quibus Deci. in. d. regul. 1. colu. 2. Tum quia, in dictis verbis, *los otros priuilegios*, non iniungitur exceptio, quæ faciat præcedentibus verbis constitutum esse, verba dubia donationis regiæ non posse á iudicibus exponi. vt exprædictis constat. Tum etiam, quia & si dictis verbis exceptio adiungeretur: nõ ideo ex ea regula præcedens interprætaretur, seu restingeretur: ita quod iudicibus esset prohibitũ, regias donationes ambiguas

Universidad de Deusto
Biblioteca

iuribus rationibus ve declarare. cùm ex hoc absurdum sequeretur, & alia iu ra aduersa cõtingerẽt, quæ supraper pendimus. in quo casu exceptionem regulam non explicare, nec eam restringere, dicendum est: vt quando absurditas oritur, Ioan. Imol. expræsse ait in. l. filio præterito. col. 17. versi. sed tu potest tenere. ff. de iniust. rupt. & Alex. in consi. 106. visis. lib. 5. quo loco alia his addenda refert, quæ videre licet. & Deci. in. d. regul. 1. col. fi. ff. de regul. iur. & probatur in. l. scire oportet. §. oportere. & in §. aliud. ff. de excusa. tuto. & cùm regula esset contraius, si exceptio eam interprætaretur, seu restringeret. sancit tex. in. l. fi. ff. quod quisque iur. & ibi Alex. & docto. & Deci. in. d regul. 1. col. fi.

¶SED iuxta prædicta illud nõ est prætereundum, quod Greg. Lup. dicta. l. 27. ait, quód ipsa lege extante, etiam supervires gratiæ quæ regium non euacuat patrimonium, inferiorem iudicem tractare posse, siue principaliter, siue incidenter de valore gratię cognoscatur: at secus si agatur de priuilegio regium patronium imminuenti: & quód hoc vltimo casu initium dictæ legis obtineat. Vel dicit ipse Greg. Lup. quód si rex tribuat, ea quę concedi solent, iudex, quicunque cognoscat: non verò si donauerit, non solita cõcedi, ex dictę legis principio. qui intellectus diuinatione non carent. ¶Verùm & ea quæ diximus iure consistant, tamen generaliter vidimus, quoscunque iudices per sæpe cognoscere de gratię aut priuilegij viribꝰ. & etiã de eorum dubio, dictę legis sanctione pretermissa.

¶CETERVM & circa iã dicta scias quód & si Bald. in. c. ea quæ de re iudi.
370 dicat † quódli princeps aliquid ex certa scientia cõfirmauerit, quód inferior hoc explicare minimè poterit. quod & ibi glo. firmare videtur argumen. l. minor autem magistratꝰ. in princip. ff. de minorib. Quod tamen intelligendum ex prædictis videtur, in declaratione quæ actus substantiam perimit: aliàs secus. vt notabiliter interprætatur Ioan. de Anan. in consi. 84. videndum. col. 2. & melius Deci. in. d. c. de confirmationibus. col. 3. de cõfirma. vtil. vel inutil. & si dicat, dici etiam posse, Bald. sentẽtiam propter principis reuerẽtiam, absque dicta distinctione obtinere.

¶NEC hic prætermittam, vt omninó huius proœmij verba, & prędicta perci
371 piasquibus cauetur † ad principem esse recurrendũ pro declaratione dubiorũ iuriũ) quód vt Abb. diuidicat in. d. c. 1. de constitu. col. pe. & ibidem Deci. in lectu. col. 10. & cæteri moder. quód si agatur de interprætatione legis dubiæ quód primó ad consuetudinem deueniendũ est. l. minimé. ff. de legib. c. cùm dilectus. de consuetu. cum alijs. Secundo loco consuetudine cessante, si verba perspicua sint, à verborum significatione minimé est recedendũ. l. 1. §. si is qui nauem. ff. de exercito. &. ff. de leg. 3. l. non aliter. His deficientibus begnior intellectus recipiendus est. l. quod si ephesi. ff. de eo quod cert. loc. & in. l. proximè. ff. de his quæ in testa. delen. l. pegninius. ff. de legib. quibus adde Alcia. in eius tracta. de præsumptionib. vltima pagi versi. confirmatur ex doctrina. Quarto loco si de begniniori non cõstiterit intellectu, si materia fuerit in diferens, ad similia est accedendum. c. transiato. de cõstitu. dicta. l. nõ possunt. ff. de legib. Vltimo loco prædictis non obstantibus, princeps est consulendus super dubijs iuris: & cùm casus in. expli cabilis (vt dictum est) fuerit, & communi opinione non sit decisus (qua extante ab ea non est recedẽdum. c. nouimus de verb. signi. cum supra citatis) & praxis admittit: & sæpius ipse vidi, & Cæsarem nostrũ in causis arduis & valdè ambiguis cõsultum, & optimè: cùm graue

sit in re nimis dubia certã proferre sententiam. c. graue. 11. q. 3. & quia in dubijs absolutam dicere sententiam non expedit. c. habuisse. 33. distin.

¶ILLVD autem in hac re non esse omittendum etiam censeo, quód. d. l.
372 parti. tit. 11. l. 10. parti. 3. constituitur † quód si cõtentio fuerit circa verum intellectum fori, seu consuetudinis alicuius oppidi, quó à iuramento parti delato decidi poterit ipsa controuersia. quã legem tunc obtinere existimo, cùm de fori vel de consuetudinis intellectu circa factum, & non ius contẽtio sit, vt qualis fuerit fori seu consuetudinis intellectus frequenti iuditiorum vsu, seu consuetudine munitus, vel simili re: quia iuris non perito iuris interprætationẽ committere, & eius iuramẽtum in hoc casu admittere, esset quidem absurdũ, & omni rationi, & iuri aduersum. vt constat in. l. Marcellꝰ. §. 1. ff. de actio. rer. amo. & ex alijs iuribus quæ glo allegat in. l. in bonę fidei. C. de reb. cred. & probatur in. c proposuisti. de probat. & in similibus. esset quę temerarium illi, de cuius timetur periurio, vtpote iurium ignaro, iuramentum deferre. l. 2. C. de iudict. vidui. tollen. c. clericos. de coha. cleri. & mulie. quæ sententia & probatur. in. l. tutor. §. prodigus. ff. de iur. iuran. & ex. l. 3. in princip. tit. 11. parti. 3.

¶Quibus dictorũ verborũ huius proœmij (*quę enello mandassen prouer.*) expositioni sit finis: vt ad huius relectionis terminum breuiùs accedamus.

QVEOVIESSE CAMINO. ex his verbis habes, iũctis alijs huius proœmij, quód via qua opiniones &
373 sententiæ diuersæ resecantur † & propria dubiorũ medella est, leges edere. idem habetur in dictis proœmijs. & in. d. c. 1. de iur. cal. & in. c. quia sæpe. de præbend. & in. l. fi. C. de præscrip. lõg. tempo. & in similibus. ¶Vnde fit † le-
374 gem super dubijs opinionibus confectã superfluam dici non posse: sed operari. vt in dictis habetur iuribus. & probatur in regul. quæ dubitationis. ff. de reg. iur. & inibi Deci. cum alijs cõpluribus quorũ meminit Tiraquel. in tracta. de vtroque retractu. tit. de retractu lignag. §. 21. nu. 5. sicut enim medicamenta morbis, sic & leges opinionum conflictibus medentur. authenti. hæc cõstitu. inno. in princip. colla. 8.

¶VERVM & si quæ diximus iure caueantur, ambigendum non est † legi- 375
bus recenter editis non ita opinionibus & dubijs medicari posse: quim quotidie alia plura non generentur: & sicut hydræ contingit, cuius capite vno scisso, ex inde duo nascebantur. vt Ouidi. lib. 9. Metamorpho. enarrat. & ita euenit in his legibꝰ Taurinis, cùm post quàm edi tæ fuerunt, quàm plures alias hæsitationes super earum intellectu suscitatas esse constat. in quibus eodem extante facto, diuersa & contraria frequentissimè videmus iuditia ferri. ¶Sanè & humanę fragilitati impossibile est, omnia subsidere dubia, & futuras tollere opiniones: cùm lex omnes casus comprehendere non possit. d. l. nõ possunt. ff. de legib. & alijs de quibus dicemus in. l. sequen. & quia nihil ita lucidum & perspicũ statui potest, quim ex causis emergentibus in dubium non reuocetur. vt in proœmio clemen. & quód nõ possit quandam sollicitam recipere dubitationem. authenti. de tabelionib. §. & non fingant. colla. 5. Et quia vt ait tex. in. d. l. 2. C. de vete. iur. enucle. §. sed quia diuino. ibi, *humani vera iuris cõditio semper in infinitũ decurrit: & nihil esi in ea quod stare possit perpetuo: multas etenim formas edere natura nouas deprope rat.* & idem constat in. l. 1. §. his igitur. C. de emend. codi. & in authenti. de instrumen. eau. & fid. §. & quidẽ. colla. 6.

¶Ex quibus nouis variis quę formis, obs

Universidad de Deusto
Biblioteca

curè & ambiguè leges efficiuntur. ff. de iur. fisc. l. ita fidei. apud finem. ¶ Horũ causæ aliquæ ex his sunt, quas congessi m⁹. in verb. lo qual causaua. ¶ Quando què etiam ex legum multitudine contingit: quam legiferi abiicere deberẽt: ne ipsa legum multitudine subditos obruerent. Multæ enim leges velut aranearum telæ efficiuntur, quibus muscę arcentur: at legum modica turba hoc præstat, vt boni & mites qui legib⁹ non indigẽt, circumsepti viuant. & indomiti plures non habeãt leges, quas pessundent ad suas expetẽdas libidines. ¶ Quãdoque enim ex subtilibus cauillationib⁹ ipsa legum ambiguitas suboritur. ff. ad exhiben. l. pe. ¶ Item ex nimia malitia, cùm ut dicit tex. in authenti. vt hij qui obliga. in princip. colla. 6. *quid enim homo ad malitiam semel deditus non adinuenit.* ¶ Vel ex nimia aduocatorum solicitudine † cùm aduocati plurimùm sclertes omnia mala excogitant. vt constat in. l. 3. tit. 13. parti. 3. & probatur in. l. ab Anastasio. C. manda. & ibidem glo. & Bald. alij què interprætes. quorum & aliorum meminit And. Tiraquel. de nobilita. c. 29. nu. 9. Quo fit, vt Bald. diiudicat in. d. l ab Anastasio. modicæ cõ
377 scientiæ esse † causarũ patronos. Quod sine dubio est intelligendum, in aduocatis nõ modestę, sed sagacitate pernersa suum officium exequentibus. vt constat ex eodem Bald. & est tex. in. d. authenti. vt hi qui obliga. in princip. & in regul. semel malus. cum materia. de regul. iur. lib. 6. & ita Bald. interprætari videtur Paris de Pute. in tracta. sindica. tit. de aduocatorum excessu. col. 2. & vide Didac. Castel. in. l. 2. infra. in verb. de las dichas leyes. col. 6. ¶ Et ratione
378 munitur † quia sæpe pro officiali præsumendum est: & quòd rectè & iustè suo fungatur officio. ex tex. in. l. i. C. de suscepto. lib. 10. & in. c. audientiã. de præscript. cum similibus de quibus Dec. in consi. 341. viso puncto. nu. 12. & moder. in. c. fi. de præsumpt. & Alciat. in tracta. præsumpt. regul. 3. præsumpt. 15. & quia null⁹ immemor salutis eternæ præsumitur. C. ad. l. Iul. repetũd. l. fi. c. sanctimus. 1. q. 7. & ita intelligas laso. in. § sed istæ. instituta. de act. col. 2 in fine. quo loco ad hoc allegat Bal. in. d. l. ab Anastasio. ad hoc quòd aduocati timoratæ præsumũtur conscientiæ.

¶ VERVM & nostrum officium aduocationis † non esse improbãdum, notũ est. & si aliqui (& immeritò) contrarium 379
teneant. huisce enim auribus ego percepi, scholarem legum studio deditum, quorundam consilio, astu, & industria ab huius officij munere esse reuocatum ipsum què renuisse officium, vtpotè cõscientiæ damnificum: quorum consiliũ non laudo: non enim dicto scholari in commodum erat, iurium sanctionibus vigilare: cùm honestè viuere, alterum non lædere, suum ius vnicuique tribuere, & boni & equi notitiam, & æquum ab iniquo separare, & licitum ab illicito discernere, & bonos non tantùm pœnarum metu: verùm etiam præmiorum exhortatione, efficere docent. ff. de iust. & iur. l. 1. in princip. C. de vete. iur. enucle. l. 1. in princip. cum alijs. ¶ Planè & Aristotel. ethico. 2. *legis esse officiũ* (inquit) *ciues virtutibus ornatos reddere.* ¶ Cæterùm etsi scholaris ille in causarum patrocinijs versaretur, fortasis recta & sana præstitisset consilia, & iustas foueret causas, iustitiam què non perire curaret, complura insuper alia simisia factitaret opera, & vagus, vacuus què non discurreret, vt exindè contingit. ¶ Et si prædictus scholaris causas oraret, non ideo abiciendus: sed potiùs laudandus erat: cùm nihil dignius aduocatorum officio, quòd peregrina negotia ad suas trahit molestias, vt laborib⁹ subueniat alienis aptè admodum Cassiodorus ait. & quia vt inquit text. aureus (& si nõ

(& si notissimus) in. l. laudabile. C. de aduoca. diuer. iudi. *laudabilè vitæ què bominũ necessariũ est aduocationis officiũ & maxime ipsum principalibus præmijs oportet remunerari.* & tex. etiã paucis ignot⁹ in. l. aduocati. C. de aduo. diuer. iudi. ait nõ min⁹ aduocatos generi humão prouidere, quàm si prelijs, ac vulnerib⁹ patriã parẽtes què saluarẽt: & eos ideo militare sancit, & quia causarũ patroni vitã posteros què defendũt. & idè palàm habetur in. l. fi. tit. 10. par. 2. & ob id dignitate esse cõstitutos tex. in. l. nec quiquàm. § obseruare ff. de offi. procõsul. & in. l. 1. C. de aduo. diuer. iudi. & illic Bart. similia què iura sanciunt. ¶ Iustitia quidẽ periret vt Rode. Zamoren. in ei⁹ humanę vitę speculo. c. 17. cẽset, si qui eã allegasset deesset. & colligitur in. l. 1. in ordinationib. aduocatorũ. & Cicero inquit hãc disciplinam ad omnes res priuatas, atquè publicas tuendas, esse institutã: & hoc officio insontes defẽdi, oppressos releuari. Quosit, prauũ funestũ què esse illorũ dictũ, qui aiunt, aduocatos ad causas nõ esse necessarios: pro vt quãdoquè insipidos quosdam iudices afferuisse dicunt. ¶ Sunt què & plura alia quæ huius officij laudes docẽt, de quibus meminit Chassene. in cõsi. 64. viso processu. col. fi. & in eius cathalogo gloriæ mundi. 7. part. considera. 29. & sequentib. & Tiraquel. in tracta. nobilita. c. 29. nu. 10. & sequentib. in quo loco docet, nõ vile, nec abiectum hoc aduocatorum officium esse: sed laudabile honorabile què, & vitæ hominum maximè necessarium. & Guilielmus in eius historia iuris pontificij & ciuilis. 5. part. quæ reperitur in. 1. volum. tractatuum diuersorum docto. char. 40. post Bald. in rub. de offi. iudi. suis enim consilijs, suis què laboribus pro toto orbe terrarũ die noctu què laborant. vt in simili docet tex. in. l. fi. in fine. C. de quadrie. præscrip.
380 ¶ RVRSVM & iure diuino † & canonico, ciuili què hoc officium esse cõcessum constat. iure quidem diuino cõstat ex eo quod habetur Isaie primo. & Ioan. c. 21. & expressim Albe. diuino iure permitti astruit in. l. 11. C. de suffrag. col. 3. & Ioã. Baptis. de Caccialup. in suo tracta. de aduocato. q. 1. & diuus Augusti. ad Mazedo. quo loco dicit, aduocato licere, iustũ vendere patrociniũ & iuris consulto rectũ cõsiliũ. cuius memor est tex. in. c. non licet. 11. q. 3. & in. c. fi. 14. q. 5. & placet beato Tho. 2. 2. q. 71. artic. 4. ¶ Et sancti doctores plerisquè in locis præsertim in. 3. de hoc tractantes officio, ipsum non damnant: sed potius iustè posse exerceri, firmant. vt & pulchrè scribit dominus meus Ioan. de Turrecrema. 3. quæst. 7. c. infames. & in. §. arcentur. non enim sui natura hoc officium peccatum implicat. & fusè tradit Chassene. in. d. eius cathalog. gloriæ mundi. 7. part. considera. 29. ¶ Et sacri canones pluribus locis de hoc aduocationis officio loquuntur, ipsum què non esse prohibitum (nisi clerico in foro seculari) docent. & præcipuum extra de postulan. per totum.

¶ NEC intempestiuum erit, in hac re memoriæ tradere † plures strenuos 381
celebres què viros dignitate & sapientia pollentes causas orasse, & aduocatos fuisse. quorum est Germanicus Caligulæ pater, miris laudibus honoratus. vt Suetonius alij què tradidere. Item & Martianus, Paulus què celeberrimi iurisconsulti. vt insinuat text. in. l. 1. §. fin. ff. ne de sta. defun. & in. l. quæsitum. §. cùm vir. ff. de lega. 3. & Plinius senior. & Bald. vt copiosè horum meminit Tiraquel. in. d. tracta. de nobilita. c. 29. nu. 17. & sequentib. & Lodoui. Gome. in eius oratione ad memoriam insigni. quã collocauit in fine sui operis super. 6. Quo loco idem Ludoui. Gome. nu. 17. & Chassene. in. d. 19. cõsidera. recensent, beatum Ambrosium vn

Universidad de Deusto
Biblioteca

decim annis in curia,& foro cauſas exo raſſe.quod etiam enarratur in eiuſdem ſancti legenda. Dicunt qúe & beatos Germanum ac Lipardum diui Leonar di magni fratrem, & beatum Ibonem (in ſanctorum numerum relatos) hoc ſtudium minimè renuiſſe: & huius offi tij munere fuiſſe functos, aliorum qúe cauſis patrocinium præſtitiſſe.& adde videndum Barba.in.cap.1.colu.7. de iuramen.calum. ¶Subindè & Chriſtum dominum & Deum noſtrum aduocati offitium (teſte Auguſti.) eſſe impartitum conſtat: ſcilicet, Mariæ Magdalenæ,& mulieris de adulterio, & ſuorũ diſcipulorum fauore. pro vt legimus. quod & commemorant Alberi.in.d.l.1. colun.2. C. de ſuffrag. & Chaſſene in d.19.cõſidera.& Ludo. Gome.d.oratione. &ſi illius patrocinium noſtro non ſit æquiparandum. Quim & eccleſia appellat Dei virginem matrem peccatorum aduocatam.

¶DENIQVE & Hoſtien. in eiº ſum
382 mæ proœmio.colu.4.nu.8. inquit † aduocatorũ fidelium vitam actiuan magis frutiferam eſſe, quám cõtemplatiuam. cuius ſententiam refert Alberi.in.d.l. ab Anaſtaſio.col.2.& in.d.l.1. C. de ſuffrag. colu.4. & in.d.l.1.col pe.ad finẽ. ff.de iuſti.& iur. quibus in locis inquit, aduocatos vt decet eorum offitiũ exercentes,meliorem agere vitã, quàm fratres prædicatores,alij ve religioſi. quod & laſoni placet in.d.l.1. in princip. nu. 8.ff.de iuſti.& iur.& Math.de Afflict.in conſtitu.Neapol.lib.1.rub.81.de præſtatio.ſacra.ab aduoca.nu.4. & Ioan Baptiſt.de Caccialup.in.d.eius tracta.de aduoca.2. q.& Ioan franc. de Rip. in tracta.peſtis.char.mihi. 109. nume. 441.&. in.l.1. ff.de ſolu. matri. colun. pen. & Ioan. de Neuiza.ſua ſilua nuptia.char. 11.col.2.verſi.vndecima ratio.

¶QVID plura,& Alberi.in.d.l.1.in fine.ff.de iuſti. & iur. cenſet, aduocatos rectè eorum offitium miniſtrantes,plus quàm fratres prædicatores & religioſos promereri.cui etiam in hoc adſtipulatur Ioan.de Neuiza. in prædicto loco.

¶Sed ipſe exiſtimo (&ſi alij omittant) prædictos doctores nimis aduocatis fauere, & plus quàm oporteat: ſiquidem aduocatorum vita actus qúe, religioſorum vitæ, eorum qúe operibus adæquari nequeant: cùm religioſi non circa negotia ſecularia, ſed ſpiritualia & altiora verſentur, eorum qúe vita ad perfectionis ſtudium dirigatur: ſponteſqúe ſuæ vt liberius Deo ſeruiant ſeculo renuerint: paupertati, obedientiæ qúe, ac caſtitati perpetuæ ſeſe voto aſtringerint: oratione qúe aſſidua, & in Dei contemplatione ſint affixi: & ita vitam contemplatiuam ſectẽtur. Quare Richard. de ſancto Victore in tracta. de differentia ſacrifitij Abra. & mari. inquit. *quaſi duplici ſpeculunca ſepelιunur, at vita actiua mortificamur. Et proprium vitæ ſpeculatiuæ eſſe* (ait) *inuiſibilia Dei per ea quæ facta ſunt intellecta cõſpicere: et velut per ſpeculum in enigmate videre: & veritatem quaſi facie ad faciem cernere: & quod per ſpeculatiuam vitam & contemplatiuã à rebus humanis abſentamur.*

¶CONTEMPLATIVA enim vita † ſimpliciter melior quàm actiua eſt. vt conſtat Luce.10. ibi, *Maria optimam partem elegit.* & expræſsim ita diuus Thomas.2.2.q.182.articul.1. firmat, ex rationibus ibidem videndis. qui & ait in.2.articul.vitam contemplatiuam maiorem merito eſſe quàm actiuã. poſt Greg.in.3.homel.ſuper Ezech.quia actiua in præſenti operis vſu laborat, in quo proximis ſubuenire neceſſe eſt: at verò contemplatiua ſapore intimo vẽturam iam requiem deguſtat, ſcilicet, in Dei cõtẽplatione.quod &Greg.videtur in.6.moraliũ.& placet Archiepiſc. Floren.in eius ſumma.4.part.tit.10.c.

4.§.2.& Auguſt.de Ancho.de poteſta. eccle.quæſt.98.ſentit domin9. me9 Cardina.de Turrecrema. in cap. expedit. 12.queſt.1. & alibi ſæpe theologi ſcribunt.& eſt notab.text.inauthẽti.de monach. in princip. colla.1. & tenẽt docto.in.cap. niſi cùm pridem. de renuncia. & in.cap.ſcripturis.8.queſt.1. quibus adde text. in.cap.admonere. §. id circó.33. quæſt.2. & Bioni. de cæleſti hierarchia. cap.6. & ſanctus Thom.2. 2.queſt.184. articul.5.& queſt.183. & ibi Caieta.

¶NEC Hoſtien. iuditio meo fideliter refertur, cùm tantùm dicat, quód aduocatorum rectè offitio vtentium,vita fructuoſior,quàm contemplatiua ſit at verò non dicit, aduocatorum vitam meliorem eſſe, & plus meritoriã, quàm contemplatiuam. Et quód vita actiua proximis ſit fructuoſior, quàm contemplatiua docet text. in.d.cap. niſi cùm pridem. §. nec putes. & inibi Anto. Abb. & communiter docto.quem text. Hoſtienſis. dicta ſua ſumma allegat. quod etiam admittit Archiep. Floren. in.d 4. part. eius ſummæ. titulo. 10. d. cap.4. §. 2. ad finem. & alibi ſæpe reperies.

¶SED qui aduocatos inſequi accuratè curant (qui pleriqúe ſunt) con-
384 tra aduocatos ea expendẽt † quę beatus Auguſti. ad Macedo. in hunc ſcribit modum. *iuſtius dicitur aduocato, redde quod acceþiſti, quandoqúe contra veritatem ſteteriſti, iniquitati aſſenſiſti, iudicem ſefelliſti, iuſtam cauſam oppreſſiſti.* & beatus Bernard. 1. conſideratione. ſimilia aduerſus aduocatos expendit. cuius meminit Luc. Penen.in. l.1. colun.2. C.de lucris aduoca. lib.12.& Ripa. in.d. ſuo tracta. peſtis. d.char.109. numero. 441. quo & loco cenſet, poſt Luc. Penen. hodie offitium hoc aduersitatem delendam, quàm ad iuſtitiæ lucem exerceri.

¶CETERVM & Collumel.in præfact.contra eos etiam allegabunt, hæc ſubiicientem verba, *ſine cauſidicis ſatis fælices fuerunt, future qúe ſunt vrbes.* Item & Sidonium hiſce verbis exclamantem, *hij ſunt in exaltationibus harpiæ: ad intelligendum ſaxei: ad iudicandum ligneι: ad ſuccidendum flammei: ad igneſcendum ferrei: ad amicitias pardi: ad faccia vrſi: ad fallendum vulpes.* quem diuus Anton. Archiepiſc. Florẽti. recenſet in.3. part. ſuæ ſummæ. titulo.6. cap.1. Proindè & aduerſus eos complura congerit Roderi.Zamoren. d.eius lib. de humanæ vitæ ſpeculó. lib.1.cap.18.inquiens etiam,quód vbi deſunt aduocati, ibidem & litigia ceſſant: & quód vbi ineſt aduocatorum turba, illic litium anfractibus tota ciuitas ardet.

¶RVRSVM & aduerſus eos citabunt gloſ.in.§. item ſurdus. inſtitu. quib. non eſt permi. face. teſta. quæ impios † aduocatos à ſeculo abſqúe 385 lingua recedere, inquit. cuius meminit barba.in.cap.cæterum. colun.3.de iuramẽt. calumni. & Buſtum in eius roſario. ſermone.8.1. part. colun. fin. commemorantem, ſeptem aduocatos quodam anno peſtis á vitæ curriculo in quodam oppido deceſsiſſe.

¶DEINDE & aduocatorum offitio aduerſari exiſtimabunt gloſ. in.l. quod ſi nollit. §. ſi manicipium. ff. de edil. edict. quæ palàm inquit, aduocatos peſsimam cauſam videri bonam plerunqúe addamuſim curare. cuius gloſ. ſcribentes meminere. in quo & Caieta. eius ſumma verb. aduocatus. dolens inquit, *apud mundum illum eſt ſe optimum aduocatum, qui prauam cauſam eius cura, & ſollicitudine bonam reddit.* contra quos Alberi. inſurgit in. d. lege. ab Anaſtaſio. eos aſſeuerans pro alienis cauſis vt periti cenſeantur, interdum modico lucro eorum animas

Universidad de Deusto
Biblioteca

amittere. ¶Preterea & aduocatorum offitium valdè periculosum esse experientia indicat. & videtur constare ex tex.in.l.fi.& inibi expræsse Bald.ff. de inoffi. testa. post Hostien.cuius memor est Luc.Penen.in.d.l. 1. C.de lucris aduoca.& Mathe.de Afflict.in cap.1. quę sint regal.numero.78. Tiraquel.latissimè de vtroque retractu. char.88. colu. 2.in glos.linagi.glos.9.nume.263.quarè Alberi.in princip. C.spotè huic renuere offitio, vtpotè tenebroso, laborioso, & periculoso profitetur.& idem Alberi. in.d.l.1. C.de suffrag. pet. ideo inquit, aduocatis esse difficilè, debitè offitium exercere.& Luc.Penen.in.d.l.1. C.de luc.aduoca. Apule. 2. de magia.
386 citans † viro seni & morti proximo cōsulit,ab hoc aduocationis offitio recedere. quorum consilium pauci quidem sequuntur.

¶DENIQVE & plura contra aduocatos pensitabunt, quæ per Rouile. in d.eius historia.cap.5.colu.fin.congerūtur.& per Sidoni. Appo. lib. exisio. 4. ad Claudianum.& Chasse.in consilio. 1.nu. 65. quo recēset loco Ioan. Valēti. in summa. 1. part. commu. loquen. distin. 5. de informatione aduocatorum. cap.1. dicentem, quadam historia legisse, virum quendam infernum vidisse, & aduocatorum turbam illic conspicientem, dixisse, heu venale hominum genus, accedite & mecum, in hoc vase saturamini. recenset quę ibidem & Chassene. in sancti Francisci Chronicis legi, quód cùm quidam frater Ioannes Par. secundus generalis ordinis ipsius beati Francisci, quadam Hispaniæ ciuitate iudex, aduocatus quę esset, & ad eius domum fenestram adesset, qua via publica respiciebatur & porcorum custodem vidisset, eos stabulo includere non valentem,quód iracundus custos ipse dixit, ó maledicti porci intrate stabulum, provt iudices, & aduocati infernum ingrediuntur: & quód illicó porci mutuo se impellentes, nulla interposita mora stabulum fuerunt ingressi: quod prædictus iudex aduocatus quę videns,timore perterritus seculo renuit: & fratrum minorum ordinem fuit amplexus: ibidem sanctè vita quę laudabili fuit commoratus. quod & præter Chassene.recenset Barba.in.d. cap. 1. de iura. calum.colu.7.

¶SED Augusti. & Bernardi prædicta verba † & alia supra deducta rectis aduocatis applicari nequeunt:sed improbis,& temerarijs non rectè offi tium gerentibus: contra quos prædicti sancti alij quę iam citati loquuntur. quo in casu non offitio † nec legibus imputari potest:sed prauo aduocato Deum non timenti, veritatem, ac iustitiam subuertenti, falsitatem & calumnias amanti,iudices fallere solerter curanti.

¶NEC enim hæc ab alijs offitijs aliena sunt: nam si non sanè gerantur,ipsa exercentes minimè sunt laudandi: sed rectissimè coarguendi. Nec enim recti aduocati causam letigijs præbent: sed iudices eas quidem succidunt.

¶VERVM &glo.in.d. §.item surdus.quoqúe satisfit,& eis quæ Bust. in dicto loco recensuit † quód non tantùm aduocati,sed complures alij sæpissimè absque lingua moriuntur, quod dum contingerit, causam non perseru temur,sed Deo relinquamus: cuius iuditia inscrutabilia sunt, & inuestigabiles vię eius. vt inquit Apostol. ad Roma.11.& habetur in.cap.si ex bono. de pæniten. distin. 4. nè nobis eueniat id quod habetur Mathe. 7. *nolite iudicare, & non iudicabimini.* & quod Apostol ad Roma. 2. *inexcusabilis es homo* (inquit) *qui iudicas: in quo enim alium iudicas, te ipsum condemnas.*

¶SANE &si hoc offitium periculo-
390 sum sit † ideo quidem contingit, quia circa maiora versamur. cap. quiescamus.42.distin.& ob curam, laborem diligentiam,& discretionem, & alia quæ in eius exigūtur exercitio. Nec enim ex eo quód periculosum est, causas orare,
391 patrocinium quę præstare † est illicitum, prohibitum quę. vt constat in. c. non est.22. q.1. & in sequentib. iunctis his,quæ traduntur à domino meo Cardi.de Turrecrema.in princip.22. quęst. 1.in.2.quęst.post Bonauentu.in. 3. ¶Et his accedat, quód & si Augusti.ad Valerium dicat, in hac vita nihil esse difficilius, & periculosius offitio episcopi, aut præsbiteri, diaconi ve: non ideo hæc offitia sunt prohibita: sed ea valdè ipse Augusti.commendat,& satis meritoria censet. quod etiam habetur in.c. ante omnia. 40. distin. & in similibus.

¶DENIQVE & facilè percipi potest,quód sicut in hoc offitio aduocationis aperta sunt pericula: ita quidem & laudabilius est offitium ipsum si sanè modestè & temperatè geratur. ex text. in. d. cap. ante omnia. causam desperatam non defendo,partibus injustitiam insinuando, recta consilia præstando, veras leges allegando, veritatem fouendo, immoderatum salarium non percipiendo, begninè, iucundè, non quę garrulitate clamosa causas defendendo, ne rationis defectu id feciśe existiment. quos inuehit text. in. l. 11. titulo. 19. ordina. lib. 2.& Seneca. epistol. 40. in fine. & Egidius suo libello. char. penul. & quod habetur in. l. fin. C. de ferijs. cum similibus. causas cautè propter periculum exorando. cap. vbi periculum. in princip. de elect. lib. 6. (quæ pericula expresim Alberi. explicat, & ab eis esse precauendum monet. in. d. l. 1. C. de suffrag. colun.3. & Ioan. Baptist. de Caccialup. in. d.eius tracta.de aduocat. quęst. 4. post Aluarum in. lib. 6. de plantu ecclesiæ. & Archiep. Florenti.in.3.part. suæ summæ. titulo. 6. §.5.cap.2)& huius offitij labores † 392 gratia, præceptis diuinis obtemperandi: & nō lucri, ambitus ve subueundi, percipiendo. nam & Deus iuusit, *in sudore vultus tui uescēris pane tuo.* Genesis.c.3.c. in capite.50.distin.& Apostol. ad Thessalo.3.dicit, *qui non vult laborare, non manducet.*

¶EX QVIBVS enascitur, aduocationis offitium non esse coarguendum, nec aduocatos abiiciendos: &si hisce temporibus non desunt aliqui iudices, audacter adserentes, aduocatos non esse necessarios: & optimum esse cùm processus referuntur prætorijs non admittendos, quod quidem nefandum pernitiosum quę est, & ab his seculis expellendum: vtpotè quod omni iuri & rationi aduersum. & his iudicibus illud obsistit quod Barba. enarrat in. cap. scisscatus. colun. 1. de rescript. quód cùm Mediolani stabilitum esset, quód in Mediolani ducis territorio aduocati causas minimè exorarent, & episcopus Papiensis huius edicti author fuisset, & exindè idem episcopus infirmus esset, à quodam insigni doctore visitatus, episcopus ille mirum inmodum sanctionem illam commendabat, à prædicto quę doctore non iusta esset exquirebat: cui respondens eam vtilem & rei publicæ cōmodam edixit,si illi episcopus addere studiosè curasset, quód illius territorij infirmi non à medicis, sed à carpentarijs medicarentur: & ita episcopus ipse contentus & irrisus obticuit.

LAS DICHAS DVBDAS. ex his & alijs huius procœmij verbis dubiū apellari cōstat † cùm extremorum non liquet veritas: & pro vtra 393

Universidad de Deusto
Biblioteca

qúe parte iura adsunt, seu rationes. Vndé & Isidor. ethimologiorum lib. inquit, dubium esse indifferens motus in vtranqúe contradictionis partem. ¶Item & Aristotel. inquit, quód dubium est cõtrarium rationũ æquabilitas. quod & palám dicit beat⁹ Thom. in.3.distin.17.pro vt & Siluestro videtur in eius summa. in verb. dubium. & beato Antoni. Florenti.in.1.part. suæ summæ. tit.3.c.10.§.9.colu.1.& Aristotelis meminit Bald. in rub. C. de probat. colun.2.versi. dubitatio. cui sententiæ & idem Bald. consentit in.l.scire.ff. de legib.& Hieronim. Grat.in.7. respon. in hac causa.nume.39. lib.2. ¶Quo fit
394 † dubitantem inter contrarias persuasiones æquabilem esse. vt Bald. censet. in.l.1.colun.3. C.de fal. cau.adiect. lega. Vndé logici quos recensét Baptist. Trouama. in sua summa Rosela.in verb. confessio sacramentalis.in.1.nume.12. tenent, quód dubitare propriè dicitur, quando quis ad aliquam rem quo ad assensum est indifferens & in æquilibrio: ita quód non magis ad vnã quàm ad aliam partem moueatur.

¶EX quo sequitur, vt ait idem Baptist. Trouama. quód & siquis cùm ambigit, an aliquod peccatum sit mortale, nec nè, illud secundum diuum Thom. confiteri teneatur, quod & alij plerique censent (& rectè) notissimis & vulgatis in locis. quod tamen si existimaret, quód non esset mortale, licet aliquali formidine & scrupulo secus sit. quod etiam sectatur frater Ioann. Tabie. in eius summa in verb. confessio sacramen.in.2.nume. 11.citans beatum Anto. archiep. Florent. quibus & adstipulatur Siluest. verb. confesio sacramen. in.2.quæst.2. Quid autem siquis mortale peccatum, mortale esse non cogitans, ipsum confiteri omittit, an confessionem reiterare sit obnoxius. videre licet Ange. de Claua. in summa. verb. confessio. & eod verb. Siluest. in.1. q.3. & alios summistas in eod. verb. & alibi sæpe.

¶VERVM & præter iam dicta, & dici potest † dubium esse animi pa- 395
sionem cum extremorum præcisa ignorantia. vt probatur in.l.si. C. de condi. indebi. & in. l. de statu. ff. de testam. cum glo. & palám Bart. in.l. admonendi. colun.4.ff. de iur. iuran. & expressè Bald. scribit in. d. rub. C. de probat. colun.2. quem & recensét ei assentiens Ioan. Franc. de Rip. in.d.l. admonendi. nume.87. & Purpu. in.l.1. C. de pact. nume.92.

¶DENIQVE & Alber. & dominus meus Card. de Turrecre. eius memor in.c.humanum genus.1. distin.4.q. nume. 17. dicunt † dubiũ id esse, in quo 396
ratio indeterminatè super vtrunqúe cõtrariorum mouetur. & probatur in. d. l. ita fidei. ff. de iur. fisc. quibus adde glo. in.l. veteribus. ff. de pact. & ibidem recétiores. & in.d.l. in ambiguo. ff. de reb. dub. & in rub. eod. tit. & in. c. fi. de constitu. & inibi Deci. col.1. Quib⁹ in locis & ante citatis, etiam reperies, quid sit ambiguum: quid obscurum: & an inter hæc aliquod sit discrimen, & inter ambiguum & dubium. ad quod etiam videre licet docto. in.c.1. de iudi. lib. 6. post glo. & illic Ludo. Gome. nu. 53. Quæ animaduerte, vt nostra iura statuta ve quæ de casu dubio seu ambiguo loquuntur intelligas.

¶EX HIS videtur † non iustè ad- 397
uocatum in foro qúe animæ dubiam causam posse defendere, cùm sui clientis ius ei non constet, & ad vtranqúe partè sit indifferens, sit qúe apud eum præcisa extremorum ignorantia veritatis, quæ anceps permaneat. vt iam dicta lucidè insinuant: quarè à tali patrocinio esse recedendum videtur. Tũ ex text. in. cap. iuuenis. de sponsal. & in.cap. ad audientiam. de homic. Tum

quia, vt testatur diuus Augusti. certum sequendum est: incertum verò respuendum. cuius sententiæ meminit text. in c. siquis autem. in fine. de pæniten. distin.7. Tum etiam, quia mortali peccati periculo sese exponere videtur: & ius quidẽ alteri tollẽdi: ex quo rei incert⁹ sui clientis partem tutatur, & bona suo clienti non certé debita illi adquiri satagit. qui enim periculum amat, peribit in eo. Eccle.3.c. literas. de resti. spol.
398 quarè communis theologorum resolutio est † quód qui aliquid facit, an sit peccatum, nec né ambigens, mortaliter peccat: quia se mortalis peccati periculo submitit: & voluntatem propriam potius sequi vult, quàm á tali opere, & si mortali abstinere: & operi ipsi cùm incurrendi diuini præcepti transgressionem dubio, magis adstipulari curat, quàm ab eo discedere: & sic plus opus illud, quàm Deum in suo præcepto diligit. Tum & quia, satis contra conscientiam agere aduocatus videtur, cùm dubiam causam sibi concreditam defendit: agitur á tali patrocinio in foro animæ recedere necessarium videtur. cap. per tuas. in.2. de simoni. cum alijs de quibus supra. numero. 212. Tum quia, text. in.capi. pastoralis. de fid. instru. nemini dubia sanctione iudicare licere stabilitur. Tum etiam, quia in hac re satis videtur aduocatum mentiri, cùm rem sibi ambiguam, vt certam in iuditio tuetur: quod ideo videtur prohibitum. ex his quæ Exod. 22. cap. habẽtur. & Mathe. 21. cap. & in capit. super eo. de vsur. cum alijs. Tum quia, vt Grego. Costa. Mediola. episcopo scribit, indecens satisqúe graue est, in re dubia certam proferre sententiam. vt recensét text. in.cap. graue. 11. quæst.3. quod & Grego. tenet. vt traditur in. cap. habuisse. 33. distin. & in. c. iudicantem. 30. quæst. 5. Quid plura, & videtur, in hac spetie aduocatus id defendere, quod vt rei incertus non iudicaret. Tum ex glos. in. c. si apostolicæ. in verb. confirmamus. de præbend. in.6. vbi Ioann. Andr. in quæstione inibi ab eo recensita, vt potè qúe ambigua consilium plerunqúe abeo flagitatum dictare renuisse, cum plura qúe lucra ex hoc refutasse asseuerat. ¶Deniqúe & á quodam compatrono meo (non modicé perito) audito percipi, sic illi consulenti quosdam insignes Theologos respondisse.

¶SED CONTRARIVM plerique tenuerunt † & absqúe peccato ad 399
uocatum in dubia causa patrocinium posse præstare. & nullum aduersæ sententiæ in scriptis adstipulari (& si studiosè instanter qúe quæsierim) ad inueni. & huius sententiæ authores fuere Guil. cuius meminit diuus Antoni. archiep. Floren. huic opinioni subscribens. in sua summa. 3. parte. titul. 6. §.1.c.1.colun. 2.& Roderi. cuius Ange. de Claua. mémor est, ei adhærens in sua summa. in verb. aduocatus. §. 17. & Siluest. eod. verb. aduocatus. §. 10. &. §. 13. quo in loco refert beatum Thomam idem tenere. eandem sententiam tenet Barthol. Fume. in summa. verb. aduocatus. §. 20. & Ioan. Tabie. eod. verb. §. 13. in fine. citans ad hoc Specul. in titul. de aduocat. §.1. & nouissimé dominus Dominic. Soto. (vir eruditissimus) lib.5. de iustit. & iur. quæst.8. articul.3. constanter tenens † aduocatum eam causam suscipe 400
re posse, ac subindé eam defendere, quæ suo iuditio anceps est: & quód si in æquilibrio dubitatio pendeat, in promptu secundum eum est affirmatiua responsio: quoniam iurisprudentis munus non aliud est, quàm legum sensa bona fide ad alterutram partem applicare: & quia hinc omnes li-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tes pendent, quód res aut in facto dubio, in iure ve ancipiti versatur. Rursus & Guil. & beatus Antoni. in. d. loco inter eum qui illius non subest bello (an ceps an iustum sit, vel non) adhæret: & aduocatum ambiguam causam exorantem discrimen constituunt: hac quidem ratione, quia bellantes non iurib⁹ sed virtutibus nituntur: at in causarum foro colligatores iuribus contendunt, & sub iudice causam perscrutãte. ¶Et
401 prædicta sententia qua dicitur † aduocato licere causam dubiam tueri. satis etiam suadetur ex tex. cum similib⁹ in. c. si virgo. 34. q. 2. Proindè & confirmatur, quia qui causam tuetur ambiguam, minimè defendit causam desperatam: quam & non dubiam aduocatos exorare, leges inhibent. l. rem non nouam. §. patroni. C. de iudi. & 3. parti. tit. 13. l. 6. & ita stabilitur. l. 2. aduocatorum ordina. tunc aduocatos à causarum patrocinijs recessuros, cùm eorum iuditio causæ ipsæ difficiles fuerint: & eis eorum clientes ius non habere constiterit. Proindè
402 & hæc pars munitur † quia iura inter dubias opiniones vnam eligere in discriminatim bona tamen fide videntur concedere. vt traditur in. d. c. capellanus. de fer. cum similibus de quibus supra memores fuimus. & plenius Ioan de Neuiza. in sua silua nuptia. char. 24. & Martin. Azpilcueta. in. d. c. siquis autè. nu. 48. de pœnit. distin. 7. quod & tradit sanct⁹ Thom. quolib. 3. q. 4. c. 2. & diuus Antoni. archiep. Floren. 3. par. suæ sum mæ. titul. 5. c. 2. §. 9. videndus est etiam Iaso. in. l. cùm prolatis. ad finem. ff. de re iud. Quim & glo. in. c. venerabilem. in verb. fauere. de elect. ait, quód cùm causa fuerit ambigua iudicem cui parti fauere voluerit, iustè posse. ex tex. in. l. si quis seruũ. §. si inter duos. ff. de leg. 2.
403 His & accedat † quia dubium bonæ fidei esse glo. censet in. c. si diligenti. & in. c. fi. de præscrip. cum similibus quæ Feli. congerit in. d. c. fi. nu. 9. & Marti. Azpil. in. d. c. siquis autem. nu. 89. & Iaso. in. l. 3. §. genera. colu. 3. ff. de acqui. posse. Vndè & Bald. asserit in. d. c. si diligenti. col. 2. dubitantem iustè bonam fidem habere, esse existimãdum. Quim & Bald. in. c. fi. de consuetu. col. 2. hæc subiicit verba, *scias tamen, quod dubius in conscientia non intelligitur facere contra conscientiam: nisi postquam mostrata est veritas. ita intelligitur quod notat Innoc. infra de iudi. c. nouit.* hactenus ipse, cuius Baldi opinionis meminit Feli. in. d. c. fi. num. 9. citans Anto. & Abb. in. c. breui. de iur. iuran. ad hoc † quód sola 404
dubitatio conscientiam erroneam minimè efficit. ad quod & videre imbi licet Imol. in fine. quibus adde Bald. in eius singularib. an verb. conscientia. in fine. quo in loco censet, conscientiam titubantem malam fidem non inducere, quia mala fides (inquit) nisi super certa scientia nequaquam inest. allegans Innoc. in. d. c. fi. de præscript. Rursus
405 hæc instruitur pars † quia dubia causa non ideo quód dubia contẽnenda, nec abiicienda est: sed potiùs discutienda. l. illud. ff. de peti. hæred. & inibi docto. aliàs enim partium iura plerũqùe euerterentur: & assiduè accidit, quód aduocatus sui clientis ius ambiguum esse existimat: & apud iudices & rectiùs perspicuum lucidũ qúe est. Ex quibus & eminentis scientię vir doctor Medina de restitutio. q. 17. tenet † quód siquis æquilibrè fuerit ambiguus, an rem quã possidet eius, Petri ve sit: non ipsam Petro tradere, & relinquere in conscientia cõ
406 stringitur: ob id quód fortasis in præiuditium suum cederet: cùm eius esse possit: & si illi lucidè minimè hoc constet: & quia magis indemnitati suæ, quàm alienæ subenire est obnoxius. l. præses prouintiæ. C. de serui. & aqua. c. dilecti. de arbit. vbi docto. cum alijs. Quod deindè temperat ipse Medi, dum tamè

cùm Petri rem illam esse constiterit, ipsi restituere sit prõptus. Si igitur cliens eius causam dubiam deserere in foro conscientiæ non tenetur: & ita eius causa iusta est: consequens esse videtur, & illã aduocato exorare licere. Quid plura, & plures sunt sanctiones quæ palàm diiudicant, causam ancipitem non ideo esse iniustam: sed potiꝰ ob id quód æquabile quo ad vtrãqúe partem inest dubium: rem controuersam dimidiatim esse scindendã stabiliunt. vt cõstat in. l. & hoc Tiberius. ff. de hæred. instituen. & in. l. sed & si lege. §. adeo. in fine. ff. de peti. hæred. & in. l. Titius. ff. ad Trebel. cum similibus. Deniqúe hanc partem multum substentat Imol. sentẽtia in. c. pastoralis. col. pe. de cau. posse. & proprie. quo in loco profitetur, aduocatum conscientiam lesam minimè habere: & si pro spoliato patrocinium adhibeat: & illi possessionem rei restitui studiosè perui gilet: & si rem illam spoliati esse eidem non constet: quia satis est, vt ille sit tut⁹, quód potest esse quód iure sit sua: & si in processu tunc minimè liqueat. cui sententiæ Bald. consentit in singularib. suis in verb. aduocatus. igitur vt aduocatus sit tutus, necessum non est, absqúe dubio rem esse sui clientis, vel ius non ambiguum habere, illi constare: sed satis ei est, quód existimet pro eo posse patrocinium præstare: pro vt in iudice tenet Marti. Azpilcue. in. d. c. siquis autem. & non oportere iudicantem ius illi esse pro quo iudicat semper existimare: sed sufficere pro illo esse iudicandum censere. ex mẽte Adria. quolib. 2.

¶HACTENVS res hinc indè differta est, supereſt nostrum designare iuditium, quod quidem theologorum sentẽtiæ deditum sequens est.

¶AVT enim casus ambiguus in veri-
407 tate est † aduocatus tamen sui clientis partem iure probabiliorem esse existimat aliqua ex causa, seu ex iuribus quæ in causis dubijs sui clientis partem insequendam stabiliunt. vt in c. fin. de re iud. cum alijs de quib⁹ notabiliter Ioã. de Neuiza. in silua nupt. char. 25. & sequentib. & tunc compertum est, in cõscientia causam illam tueri posse: si quidem cùm ille inuestigata veritate, & labore non edormito ad sui clientis partem flectitur, res illi dubia nõ est. Nam ille dubitare dicitur, cuius animus perplexus, anceps qúe est, & ad diuersa nulla tamen opinione electa applicatur. vt voluit glo. in. l. de statu. ff. de testa. & in rub. ff. de iur. & fact. igno. Quod obtinere tunc intelligo, cùm ex bona, non mala fide, clientis pars vt probabilior fuerit electa: quia & si inter varias iuris opiniones, vni adhærere liceat: hoc tamè est, cùm eius electio non perperàm, sed bona fide fiat. vt nuncupatim Ang. docet in. l. inter stipulantem. §. 1. in fine. ff. de verb. obliga. & Ancha. in consi. 210. inter contraria. colu. 1. Angel. de Claua. in summa. in verb. opinio. §. fin. Tabien. eod. verb. §. fi. Ioan. de Neuiza. in silua nuptial. 10. limita. colu. 1. char. 23. Marti. de Azpil. in. d. c. siquis autem nume. 48. & adde videndum Iaso. in. d. l. cùm prolatis. in fine. & vt patet, ad hunc casum argumenta contraria nequàm pertinent.

¶QVAM sententiam obtinere ipse
408 censeo † & si sui clientis partem elegerit aliquo scrupulo ex leuis coniectu ris, aut ex suspitione trepida, seu ex nimio cadendi timore, vel simili ex re sibi ipsi manente. vt expresse tenet Gerson in tracta. de regu. mo. colu. 2. & Siluest. in verb. scrupul⁹. §. 3. & Marti. Azpil. in. d. c. siquis autem. de pœnit. dist. 7. nume. 17. & nume. 64. cum similibus. ad de etiam videndum Adrian. quolib. 2. post Thom. quolib. q. 8. arti. 13.

¶SI tamen aduocatus † ex facti vel
409 iuris ambiguitate (etiam pensitatis dictis

Universidad de Deusto
Biblioteca.

iuribus,quæ constituunt, quid in dubio fit iudicandum)dubius & perplexus est & in æquilibrio apud eum iuris vtriusque partis dubitatio pendeat (quod rarissimè contingere censeo) & quód ita aduocatus sit ambiguus, quód sui clientis,vel aduersæ partis ius eligere neque at: hoc casu meliori theologorum iudi tio(vt dixi)accesurus aliquibus ex rationibus supra congestis: & quia causa ambigua pro de relicto habenda non est, existimarem etiam, nihil esse in conscientia,quód patronum ab vnius partis patrocinium abigat: si illi tamen parti ideo adhæreat, quia inter dubias iuris opiniones cui maluerit adstipulari posse,lege sibi est concessum: quod quidé culpâ excludit.l.Grach⁹. C. de adulte. c. qui peccat.23.q.4. Vel id faciat,vt causa cõtrouersa accuratè inuestigata rei veritas elusceat,vel alio iusto fine. ex tex. in.l.munerum. §.mixta.ff.de munc. & hono.& in.cap.graue. 35.q. 9. cum alijs de quibus Ioan. de Neuiza. in princip. siluæ nupt.ad quod & videre licet Adr. in.4.quæstione.de restitutione in bellocaptorũ.semper tamen eo animo quód si aduersæ partis ius illi constiterit, sui clientis causam amplius non exorabit.

¶ Verum non ea præcipuum ratione cliẽtis pars eligi poterit,quia amici causa sit,seu quia eidem patrono causa illa lucrosa magis est. ex his quæ abundè cõgerit Marti.Azpil.in.d.c.si quis autem nu.130.Ex quo inibi ipse censet, peccare iudices,qui opinionum varietate cõfisi pro amicis pronunciant, eis in dubio gratificare volentes: &si sæpius laso.& præter eum dubias causas quæstiones pro amico esse dicere consueuit. vt ait in.l.post dotem.nu.105.ff.solut. matri.& alijs in locis quorũ meminit Ioan. Neuiza.sua silua nuptiali.char. 23. col. 1.in.10.limita.& ita intelligas glo. in.d. c.venerabilem.de elect.& similia. affectio enim rectum impedit iuditium: & ideo ait Adria. quolib. q. 2. tũtius esse amici partem non tueri.

¶QVID multa † & diuersis instantijs pleriq́ e tenuerũt,cúm anceps causa fuerit,vtriusq́ue partis causam eidem aduocato defendere licere. quod probatur in.c.disciplina.45.distin.& tenet glo.in.l.fi.ff.de postul. & aliqui docto. inibi á recentioribus citati. & Specul. in titu.de aduoca. §.1.col.4. quibus accedunt Ang.de Claua. sua summa.in verb.aduocatus. §. 17. & Siluest. eod. verb. §.13.quia in casu dubio aduocat⁹ quam partẽ voluerit, tueri valet. sanct. Thom.& Rod.Zamor.authoribus inibi á Siluest.allegatis.quod quidem fortius est.Sed horum sententiæ palàm aduersatur glo. sententia in. d. c. disciplina. & inibi nuncupatim Præpos.& Dominic.& Ioan.And.in Specul.d. tit. de aduoca. §.1.& Baptist.de Trob. Ma. eius summa. in verb. aduocatus. §. 14. *quia non video* (inquit) *quomodo vtrique partiũ cõtrarie se habẽtiũ pure possit seruire: siquidẽ alterutra pars tantum ius habere queat.c.inter dilectos.de fid.instru.*& hãc partem honestati conuenire Alberi.tenet in.d.l.fi.ff.de postulan.quarè hodiè &non ab re aduocatorum ordina.l. 16. stabilitur,aduocatum sub magnis pœnis vtriq́ue parti etiam in diuersis instantijs fauere minimè posse.Nam indecens est, vtriq́ue parti consentire, cúm vna earum sit falsa.vt ait beatus Thom.quo lib.q.8.artic.13.

¶CONSTAT igitur, ambiguam ancipitem q́ue causam aduocatum bona fide posse iustè exorare: &si causam sic dubiam suspendere, prudentius esset: quia dubia suspendere virtus est prudẽtiæ.vt inquit sanctus Thom.lib. de virtutib.tit.de prudentia.& Mathe.de Afflict.in decisio.353. dubia.in princip. & constitu.Neapol.lib.1.rub.68.nu.15.

¶NEC nostræ sententiæ contrariæ cõsiderationes offitiunt.&prior † quia &

si tutum sit in tali casu á patrocinio recedere,non tamẽ necessarium: cúm ex prædictis constet,aduocato in hoc casu patrocinium dictare fas esse. Rursum & si facti,aut iuris dubius patron⁹ sit, non tamen ambigit,an illi causam ipsam defendere liceat: & ita non sic est dubius, quód á causa recedere sit necessum. & ita ad hanc rem minimè pertinent tex. in.d.c.iuuenis.& similia.quibus & multifariè respondit Marti. Azpil.in.d.c.si quis autem.nu.34.

¶EX quibus & constat, argumentum tex.in.d.c.siquis autem. nostræ sententiæ præiuditium non facere: nanq́ue & si aduocatus in hac re iuris,aut facti certitudinem non habeat: sed æquabiliter dubius quo ad vtranq́ue partem sit: certus tamen est † quód vtram partem ex dictis iustis causis insequi maluerit, iustè facere possit:& ita de incerto quo ad hanc rẽ minimè agit: & ideo dicta Augusti.sententia hanc nostram non impetit sententiam. Quam sentẽtiã Augusti.interprætatur Marti. Azpil.in.d.c.si quis autem.nu.27.cúm certum & incertum æq́ue pendent: & non quando incerti pars ita certum superat, quód ipsius spes apud virum prudentem præualeret.ff.de act.empt.l. si iactus rectus. Rursum & Gerson in regul.moral.col. 2. *agere* (inquit) *incertum & si certum prætermitere in materia morali peccatum est: si tale sit probabiliter incertum, quod sit mortale, & æque sicut oppositum, vel magis aliàs secus.*

¶TERTIA consideratio ex eo enodatur † cúm aduocatus in hac spetie mortalis peccati periculo minimè se subiiciat:quia &si sui clientis ius dubiũ habeat:non tamen an sibi eius causam exorare liceat:quim potius ad hoc iuris facultatem habere excogitat:& eo quidem animo opus facit, vt rei veritas pateſcat:&promptus causam cúm sibi veritas contraria sit comperta deserere. Vel dic † dubium duplex esse, speculatiuum scilicet, & praticum. speculatiuum accidit, quotiens quis animo & mente de aliqua re quo ad eius qualitatem, & conditionem ambigit, & de facto,aut de iure,ei⁹ q́ue veritate,sola quadam speculatione hæsitat. at dubium praticum tunc contingit,cúm quis non tãtùm ingenere,& sic de rei cõditione, vel facti,seu iuris veritate ambigit: sed & dubitat,an ei licitum sit, eum actum agere, de quo ratione dubitationis circa eius qualitatem, conditionem q́ue, & facti,iuris ve veritatem speculatione quadã etiã anceps erat: quib⁹ sic cognitis,cõtra dubiũ tantùm speculatiuũ agere(cuius noster est casus)peccatũ nõ est. modo contra dubium praticum minimè agatur. nanq́ue si dubium praticum sit,tunc dubius periculo peccati se exponit:ideo actum faciens(vt supra explicuimus)peccat.quæ distinctio percipitur ex tex.in.c.inquisitioni. §.fi.de sententi.excomu.& in.c.dominus.de secũd. nupt.& eam pulchrè expresse q́ue recipit doctor Medina de restit.c.17. & eandem etiam tenet dominus Didac. Couarru.in relect. c. possessor malæ fidei. de regul.iur.lib.6. §.7.2.partis. nu.4. & in epitome de sponsalib.& matri.c.7.2. part. §.2.& videtur de mente Henrric. á Gand.quolib.4.q.33.& Caieta. in eius summa.in verb.periculo.& Marti.Azpil.in.c.qualitas.de pœnit. distin. 5. nu. 18.& in.d.c.siquis autem.nu.139.Et non quidem in hoc casu praue sui clientis partem aduocatum tueri assueuerãdum ex eo est,quód se periculo rem alteri tollẽdi submitat:cúm eius animus ab hoc sit alienus:& potius aptus ad veritatem indagandam: & patrocinium non prosequuturus,si veritatem contrariam a d inueniat:nec censere aduocat⁹ debeat, eius recto & fideli patrocinio rem non sui clientis aduersario ei⁹ esse auferẽdã: &quód iudex perperàm sit iudicaturus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

415 ¶EX quibus ſuboritur † an ſententia glo.in.d.c.ſi diligenti.& in.d.c. fin. de præſcript.& ſequatiũ vera ſit, & dubius bonam fidem habeat,nec né,& quãdo. quod abundè ſtudioſe qúe (& quid ad præſcriptionem)diſſeruit dominus Didac.Couarru.in.d.c. poſſeſſor malæ fidei.2.part. §.7. poſt Ioan. Franc. Balb. in tracta.præſcrip.3.part.principal. in. 2.q.ipſius.3.partis.& moder.in.l.3. §.genera. ff. de acqui. poſſe. & alibi ſæpe. quæ cõſultó ideo fuſius inueſtigare prętermito.

416 ¶VERVM Baldi ſententiam † in. d.c.fi.de cõſuetu.qua cenſuit, quód dubius in conſcientia non intelligitur facere contra conſcientiã:niſi poſt quàm ei veritas conſtet.theologorum aduerſatur veriori opinioni. vt ſupra dictum eſt.quod etiam ad alia quæ ſupra recenſuimus,expendendum eſt.

¶FVELLITVR qúe ex prædictis & quarta ratio contraria,ex quo hac in re contra eius conſcientiam aduocatus cauſam non defendit: ſed vt aſſeruim9 ſui iuſti patrocinij certitudinẽ habens.

417 ¶PROINDE nec † tex.in. d. c.paſtoralis.de fide. inſtru. aduerſæ ſententiæ ſuffragatur,cùm in caſu diſsimili loquatur,ſcilicet,quãdo dubitatur de extrauaganti iuri abſimili:& an ſit illa iudicandum: ſiquidem iuſtum eſt, quód tunc iudex ea iudicare non debeat. vt inibi ſtabilitum eſt.

¶RVRSVM & ſextum argumentũ abiicitur,quia &ſi aduocato ius,factum ve incertum ſit, patrocinium tunc pro eius cliente præſtare poſſe, non ambigit: & vt certam partem ipſius clientis ius poſſe tueri:& ita ad illũ rem controuerſam pertinere, abſqúe mẽdatio allegare poteſt.

418 ¶CẽTERVM& † tex.in.d. c.graue.11. q. 3. & ſimilia non refragantur, quia aduocatus ſui clientis rẽ eſſe,allegare poſſe in hac ſpetie non dubitat: & ita in re incerta certam non pronũciat ſententiã: ſed potius de caſu certo pertractat.Proindè inter iudicem,& aduotum dubio cauſæ inæquilibrio pendente diſcremẽ eſſe videtur:cùm aduocati patrocinio res domino minimè auferatur: ſed tantúm ſui clientis ius præparatur: at veró iudicis ſentẽtia ius tollitur: vel confirmatur: ideo iudicem maioré rei certitudinem cùm pronunciauerit, habere oportet,quàm aduocatus. Tamen an iudex in cauſa (vt prædiximus) æqúe dubiam ferre ſententiam queat, nec né:& quid ſit facturus. videre licet docto.in.c. afferte. de præſumpt. & in. c.licet cauſam.de probat.Ancha.in.d. conſi.210.colun.1.& Marti.Azpil.in.d. c.ſiquis autem.nu.133. & alijs pleriſqúe in locis.

64 ¶RATIO expræssa in lege, si finalis non fuerit, ex ea cõtra legem expræssam argui non licet.

66 ¶EXTENSIO an difficiliùs admitatur, cùm non tantùm agitur de re pœnali, sed etiam de iuris correctione.

67 ¶EXTENSIO an locum habeat etiã ex ratione expræssa in lege corrigente, si ratio aliis legibus scripta suadeat, extensionem minimè fieri posse.

69 ¶FORI regij vel municipalis sanctiones vsu roboratæ in casu speciali loquentes, cum ratione tamen expræssa, an ex rationis identitate trahi possint contra leges septipartitarum, expræsim decidẽtes casum occurrentem.

70 ¶LEX corrigens, rationem continens expræssam edita tamen in certo & speciali casu, an extendatur ad casum simílem eandem rationem habentem.

71 ¶FORI municipalis aut regij constitutionibus vsu comprobatis, non loquentibus in casu spetiali, expræssam & generalem finalem qùe rationem habetibus, casus contingens vsu expræsim anté non roboratus, potius quàm septipartitarum legibus expræsis, ex eadem militante ratione iudicandus sit.

72 ¶RATIONE in ordina. & pragmaticarum legibus expræssa, potius casus occurrens dirimendus est, quàm septipartitarum expræsis sanctionibus, & fori regij aut municipalis legibus, vsu comprobatis, tẽpore quo hę leges publicatæ fuerunt.

74 ¶SIMILIS casus quis dicatur. & nu. 88. & quis sit similior. nu 89.

75 ¶AN idem sit, quód casus sit similis, vel quòd ratio sit eadem.

76 ¶CONSVETVDO iuri contraria an extendi valeat, cùm prorsùs eadem obtinet ratio.

77 ¶RATIO quòd sit eadem, vel similis ratio, an parisitentur.

78 ¶ARGVMENTVM á simili fallax est.

81 ¶INTELLECTVS ad l. si aliena. § 1. ff. de vsucapio.

82 ¶SIMILIS casus fori regij aut municipalis legibus vsu roboratis si reperitur, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam similis septipartitarum sanctionibus, an alio iure, regio dificiente, potius septipartitarum simili casus sit dirimendus. & nu. 83. 84. & 87.

84 ¶SIMILIS casus consuetudini seu legi, an consuetudine vel lege sit dirimendus.

85 ¶EXTENDITVR faciliùs expressum quàm tacitum.

86 ¶INTELLECTVS. l. non possunt. ff. de legib.

87 ¶SIMILIS casus fori regij aut municipalis legibus vsu comprobatis, an in tantùm sit decidendus potiùs ipsis legibus fori, quàm septipartitarũ sanctionibus, quòd hoc obtineat, & si magis similis fuerit legibus partitarum & nu. 82.

90 ¶DVBIA in terminis seu spetiatim de ciſa reperire, plurimum prodest.

91 ¶LEGES fori regij aut municipalis, an sufficiat probare, eas vsu in parte esse roboratas, vt ex hoc in totũ sint obseruãdæ.

92 ¶LEX potest pro parte valere, & in alia deficere.

93 ¶CONSVETVDO aut vsus probari speciatim debet, & quòd illo viget casu, super quo contentio est.

94 ¶OBSERVANTIA inquibusdam cęteris destruit.

95 ¶VSVS legis in ciuitate quo ad certam causam probatus, ad cæteras causas non extenderur.

96 ¶INTELLECTVS. l. si eo loco. §. qui latiore ff. si serui. vendi. & l. si in parte. & l. si stillicidij. ff. quem admo. serui. ami.

97 ¶FORI regij aut municipalis vsus, an necessè probandus sit & nu. 106. & 107. & 108. & 119. & sequentib.

98 ¶CONSVETVDO perpetua est, ni si sublata probetur.

99 ¶FORI regij factiones an leges sint: & an in viridi sint obseruantia. & vide nu. 126.

100 ¶LEGES probari non est necesse, nisi tantùm earum codice esse scriptas.

101 ¶LEGIBVS ex non vsu minimè derogatur: sed tantùm contrario vsu. & nume. 15[illegible] & nu. 459.

102 ¶PROBANDI onus incumbit, dicenti statutum in viridi obseruantia non esse.

103 ¶ARGVMENTVM à contrario sensu non procedit, cùm ex eo aliquid iuri contrarium sublequitur.

104 ¶RELATIO ad omnia superiora facienda est: nisi indè aliquid iuri repugnans, seu absurdum eueniat.

105 ¶LEGES communes seu municipales produci necessum non est.

109 ¶VSVS & consuetudo in facto consistunt.

110 ¶CONSVETVDINEM alleganti probandi onus incumbit. & 114.

111 ¶SOLITVM esse allegans, probare tenetur.

112 ¶VSVM allegans, ipsum probare constringitur.

113 ¶VSITATVM esse asserens, probare necesse habet.

115 ¶QVALITAS legis ab eo probanda est, qui ipsa indiget lege.

116 ¶LEX si aliquid constituit, certũ quid supponendo, idem legi locus non est, nisi illud constet suppositum.

117 ¶VSVM fori legum esse probandum, praxis & stylus suadent.

118 ¶VSVS legum longobardorum probãdus est, ab eo qui ipsis fundatur legibus.

120 ¶FORVS regius seu municipalis non est authenticus, nisi quatenus vsus aut cõsuetudo illum roborant.

121 ¶VSVS temporis præteriti non docet vsum temporis præsentis.

122 ¶VSV communi loquendi si statutum interpretandum est, de illo vsu intelligi oportet, qui vigebat tempore quo statutum ipsum editum est.

123 ¶VSV communi loquendi si testatoris voluntas explicanda est, illo tantùm vsu interpretanda est, qui inerat tempore cõditi testamenti, non quidem futuro vsu.

124 ¶STYLVS, consuetudo, & vsus, plerunque mutantur.

125 ¶INTELLECTVS. l. fin. C. quæ sit long. consue.

127 ¶INTELLECTVS. l. ab ea parte. ff. de probat.

128 ¶CONSVEDO scripta an constet ex codice consuetudinum, absque alia probatione.

129 ¶POSITIO circa ius respuenda est.

130 ¶POSITIO iuxta vsum, obseruantiã vè aut consuetudinem iure admittitur.

131 ¶POSITIO an fieri possit super his quæ in legibus fori regij aut municipalis sancita sunt: & quando.

132 ¶ARGVMENTVM à contrario sensu iurè validum est: etiã si ex hoc aliquod ius corrigatur, quando legis verba aliàs nihil operarentur.

133 ¶VSVM notorium legũ fori regij aut municipalis probari, non est necessum.

134 ¶CONSVETVDO notoria probatione non indiget.

135 ¶NOTORIA probari non est necessum.

136 ¶CONSVETVDO generalis probatione non eget.

137 ¶NOTORIVM an & si probari non exigatur, super notorio vsu præcedere tamẽ debeat declaratio citata parte.

138 ¶VSVM notorium fori regij aut municipalis an opus sit allegari. & nu. 145. & 147.

139 ¶ALLEGARI an sit necessum, ea quæ iuris sunt, vel consuetudinis. Vel iudex supplere possit. & nu. 140.

140 ¶INTELLECTVS rex. in authẽti. iubemus. C. de iudic.

141 ¶INTELLECTVS. c. dudùm ad audientiam. de elect.

142 ¶NOTORIVM allegari potest, etiã causa concluſa.

143 ¶NOTORIVM ortum ex facto legis allegari opus non est.

144 ¶CAVSAM super articulo iure contento allegare sat est: & si lex non allegetur, quia ipso iure lex causæ inest.

145 ¶VSVM vel consuetudinẽ notoriam an allegari sit necessum. & nu. 147.

146 ¶INTELLECTVS. l. si quis ex alienа. infine. ff. de iudic.

148 ¶VSVM seu consuetudinẽ notoriam quæ ex actis constat, nõ est opus allegari.

149 ¶GLOSE limitatio in clemen. appellanti. de appellat.

150 ¶VSVM notorium fori regij aut municipalis in iuditio allegatum, absque alia probatione, an iudex etiam absentibus partibus inquirere possit. & 152.

151 ¶VSVM fori regij aut municipalis seu consuetudinem non notoriam, an iudex inquirere possit ad litis decisionẽ, etiam absentibus partibus. & quid si ad iuditiorum ordinem pertineat. & nu. 152. & 153.

154 ¶STYLVS contra ius an plenè sit probandus, vel illum iudex ad litis decisionem perquirere valeat. & quid si iuris interpretatiuus fuerit.

155 ¶VSVM fori notorium cùm iudex perquirit, an iuramentum á de ponẽtibus recipere teneatur.

156 ¶CASVS alicuius legis fori regij aut municipalis si nunquàm accidit, an tunc eius vsum probari exigatur. & deueritate sententiæ Roderi. Suar. iuxta hoc. & sequentib. & nu. 162.

157 ¶LEGES de hermaphrodito loquentes, an ex eo sublatæ sint, quòd à mille annis hermaphroditus visus non fuit.

158 ¶INTELLECTVS. l. & Attilicinius. ff. de serui. rusti. prædio.

159 ¶IVRISDICIONIS quasi possessio an retineatur ex furcarum erectione: & si nunquám in eis aliquis suspensus fuerit.

160 ¶INTELLECTVS. l. arboribus. §. nam & si agrum. ff. de vsu fruct.

161 ¶PRESCRIBI nũquám potest libertas præstandi seruitia, si vasallus ea præstare paratus fuerit: vel seruiciorum casus non contingerit.

163 ¶VSVM legis non præcesisse, constat, cùm legis non accidit casus. & nu. 165.

164 ¶VSVS seu consuetudo non potest ex non vsu induci.

166 ¶LEGES fori regij aut municipalis confirmatæ á legibus ordinа. seu pragmaticarum, vel alijs similibus, obseruandæ sunt: & si earum vsus non probetur.

167 ¶LEGES fori Cantabrorum vsu esse munitas, probari necessum non est.

168 ¶FORI regij aut municipalis vsus an probãdus sit, cùm de ipso vsu insignes doctores testantur. & nu. 169.

170 ¶LEX fori regij si aliquem casum decidat, de quo inter doctores controuersia fuerit, an ille casus ipsa lege fori sit dirimẽdus: & si illius legis vsus nõ probetur.

171 ¶VSVS fori regij aut municipalis probandus necesse non est, si aliqua lege & si antiqua (absque vsu tamem obseruanda) vsus ille recensetur.

172 ¶VSVS legum fori regij aut municipalis quomodo sit probandus. vsque ad nu. 234. & vide nu. 188.

173 ¶VSVS legum fori regij aut municipalis difficilè probatur.

174 ¶VSVS & consuetudo non sunt idem. & nume. sequentib.

175 ¶VSVM qui probare constringitur, an probare necessum sit, ea quæ exiguntur ad consuetudinem probandam.

176 ¶VSVS legis siue obseruantia, non potest dici consuetudo.

177 ¶CONSVETVDO appellanda non est, quæ legem imitatur. & vide nu. 176.

178 ¶CONSVETVDO cuius meminit glo. in. l. dos á patre. C. solu. matri. quomodo probanda sit.

179 ¶VOLITVM quando dicatur.

180 ¶VSVS fori regij aut municipalis cùm probatur, quot actus probari exigatur. & nume. 182. & nume. 224. & nume. 229. & 246.

Universidad de Deusto
Biblioteca

181 ¶PROBATIO vsus & obseruantiæ an decennium requirat. & nu. 183. &. 186. &. 189. &. 190. et. 224. Et quid si obseruantia est interpretatiua. nu. 215. &. 216. 217. 218. &. 219.

184 ¶STYLI probatio an exposcat tempus ad consuetudinem requisitum.

185 ¶VSITATVM modum si probari tractatur, an decennium exigatur. & nume. 193. &. 196.

187 ¶CONSVETVDO præscripta an requiratur, cùm agitur de legis vinculo impediendo. & nu. 230. &. 231.

191 ¶FORI ad vigorem an nõ tantùm vsus sed & consuetudo sit necessaria. & nume. 234. &. 235. &. 249.

192 ¶DICTIO longeui posita in. l. 2. C. quę sit long. consuetud. quid significet.

193 ¶VSVS communis loquendi, aut intelligendi an decennio vel minore constet tempore. & vide. nu. 115. vsqúe ad nu. 219.

194 ¶VSVS communis loquendi cùm probatur, quomodo iuxta ipsum testes deponere necessum sit.

195 ¶STYLVS curiæ an decem constitutur annis vel minori tempore. &. 201. & melius. 218.

196 ¶CONSVETVDO verbũ quod tẽpus exposcat.

197 ¶MOS quo tempore constituatur.

198 ¶VSVS seu consuetudo legi concordis decem annorum tempus exigit.

199 ¶LEX. 1. Tauri. non loquitur de stylo, nec de consuetudine: sed de vsu. & nume. 202.

200 ¶STYLVS strictè sumptus, scribendi ordinem concernit: & an etiam respiciat ordinem loquendi, & procedendi.

203 ¶CONSVETVDO an decennio tantùm probetur.

204 ¶INTELLECTVS. l. 5. tit. 2. part. 1. & sequentib. & nu. 208. &. 231.

205 ¶CONSVETVDO inter absentes an exigat. 20. annos. & nu. 207. & sequentib. quod temperatur nume. 210.

206 ¶POPVLVS saltem ex repræsentatione præsentium semper præest.

209 ¶LEX an superuacanea ex eo efficiatur, quód alternatiuis vtitur verbis.

211 ¶CONSVETVDO cùm probatur, testes quomodo deponere oporteat.

212 ¶OBSERVANTIA à consuetudine in pluribus distat.

213 ¶OBSERVANTIA á stylo differt.

214 ¶OBSERVANTIA effectum declarandi habet.

220 ¶OBSERVANTIA quoqúe reperitur, qua leges costudiuntur: & cuius temporis esse debeat,

221 ¶CONSVETVDO vt cõficiatur, an exigatur vtentium animus eam efficiẽdi & nu. 223. Vbi vide an de ipso animo articulus fieri debeat.

222 ¶AD fori vsum seu obseruantiam, an requiratur vtentium animus vsum ipsum introducendi.

225 ¶VSVS, mos, consuetudo inquántum non respitiunt ius, sed factum, idem sunt.

226 ¶INTELLECTVS Bart. in. l. 2. C. quæsit long. consue. quæstio. 28.

227 ¶INTELLECTVS. l. Mella. ff. de adimen. & ciba. lega. & sequentib. numer.

228 ¶DICTIO, solet, quomodo interpretetur.

231 ¶CONSVETVDO iuri contraria an minori tempore præscribatur si superiore sciente & paciente introducitur.

232 ¶VSVS fori regij aut municipalis non decennio introductus, an sufficiat, cùm introducitur scientia principis, & si non interueniat expressa tollerantia eius. & nu. 233. &. 234.

233 ¶CONSVETVDO cùm introducitur, an principis scientia exigatur. Eribi an cùm iurisditio contra principem præscribitur, eius scientia & pacientia exigatur. & an sufficiat eius præsidis seu rectoris scientia & pacientia.

235 ¶INTELLECTVS. l. 7. tit. 2. part. 1. & nu 249.

236 ¶VSV communi decennio minimé roborato, á disponentibus tamen cognito, an potius quàm statuto abeis ignorato, eorum dispositiones & contractus interpretentur. & nu. 241 &. 243 &. 244.

237 ¶CONTRACTVS verba an potius lege aliqua fori regij seu municipalis vsu etiam decem annis nõ munita, si vsum ipsum contrahẽntes minimè ignorãt, quàm aliqua lege septipartitarum vsui prædicto contraria, ab eis tamen non cognita, sint interpretanda.

238 ¶CONTRACTVS verba iuris sanctionibus interpretanda sunt, & ita contrahæntes censisse præsumendum est. & nu. 240.

239 ¶IGNORANTIA contrahæntes nõ reddit excusabiles nec immunes, etiam forenses.

240 ¶IVRI communi contrahæntes an semper adhærere voluisse, censendum sit.

242 ¶CONTRAHÆNTIVM verba an potius

potius sint interpretanda statuto, quàm consuetudine non præscripta.

244 ¶FORENSI an liceat allegare ignorantiam statutorum. & sequentib.

245 ¶FORENSES an liget statutum municipale.

247 ¶VSVS fori cùm probatur, an sint probandi actus iudiciarij.

248 ¶CONSVETVDO an exigat actus iudiciales.

250 ¶LEGES septipartitarum à rege Alfonso editæ sunt, & regius forus.

251 ¶INTELLECTVS. l. 5. tit. 2. parti. 1. Et an cùm exigit binum iuditiũ ad cõsuetudine. 10. &. 20. annorum, locum etiã habeat & in cõsuetudine. 30. añorũ. & multis sequen. Et cùm hic accidit casus, iudices varie senserunt. vt dicitur. nu. 254.

252 ¶TEMPVS. 30. vel. 40. annorũ potiùs iura respitiunt, quàm. 10. vel. 20. annorum.

253 ¶CONSVETVDO. 30. vel. 40. annorum prævalet consuetudini. 10. vel. 20. annorum.

255 ¶LEX fori regij aut municipalis si nonnunquàm obseruatur, quandoque verò non, an ex hoc constet, legem ipsam vsu non extare.

256 ¶CONSVETVDO perfecta an interrumpatur actu contrario.

257 ¶FORI regij sanctiones quę in ordinario codice à Montalu. collocantur, an prædictę leges fori sint censendæ, vel ordinatio quòd earum vsum probari non sit necessum. & multis sequentib. vsqúe ad nume. 279.

258 LEGES fori regij scriptę libro ordinario an videantur canonizatæ.

259 ¶DECRETI liber an sit approbatus.

260 ¶MONTALVI traductioni, & eis quæ ipse asseruit in eius codice ordin. an sit credendum: & idem codici standum. & nu. 274. & 275.

261 ¶MANDATVM an præsumat. &. nu. 263.

262 ¶FEVDORVM liber an sit authenticus. &. 264. &. 277.

265 ¶GRACIANO ac credendum sit. Et an leges quas ipse immiscuit libro decretorum, canonizatæ sint. &. 270.

266 ¶IRNERII traductioni an sit standũ.

267 ¶CONSVETVDO in scriptis à iure ciuili redacta, an ius ciuile efficiatur.

268 ¶IVS antiquum vel nouum an dicatur cùm lex noua idem quod antiqua constituit.

269 ¶MONTALVVS. plures sanctiones fo

271 ¶CONFIRMATIO seu comprobatio generalis ad improbata nõ extenditur.

272 ¶INTELLECTVS glo. in. c. in primis. §. de persona. 2. q. 1.

273 ¶LEX fori regij si alicui ordinamentorũ legi à regibus editæ immisceatur, eius vsum probare non est necesse.

275 ¶MONTALVI codex quo ordinamentorum leges collocauit, tantùm valeat, quàntum non distant à veris codicibus & exemplaribus.

276 ¶MONTALVI prædictus codex multis erroribus est plenus.

278 ¶INTELLECTVS. l. 2. in princip. ff. de origi. iur.

279 ¶LEGES fori regij aut municipalis in ciuitate vsu munitę, an in castris ciuitati subditis custodiri debeant: & si in eis earum non constet vsus. & nu. 295. & sequen.

280 ¶STYLI leges an legibus regijs deficientibus obseruandæ sint: & si earum nõ probetur vsus. & sequentib.

281 ¶STYLI constitutiones an leges sint & nu. 284. &. 289. &. 290.

282 ¶STYLO imperatoris vel principis an sit potiùs iudicandum, quàm terrę consuetudine.

283 ¶STYLVS vnius principis idé operatur, quod cõsuetudo vniuersitatis & populi.

285 ¶STYLI leges in desuetudinẽ abierũt nisi earum aliquę, quę vsu muniuntur.

286 ¶STYLI leges appellãtur declarationes legum fori regij.

287 ¶DECLARATIO non debet esse altero naturę quàm declaratum.

288 ¶LEX declarans his tantùm casibus obtinet, quibus & lex quæ exponitur.

291 ¶LEGEM abrogatã & si princeps aliqua eius lege commemoret, an ex hoc eam approbare censeatur.

292 ¶FORI juzgo sanctionibus an liceat iudicare.

293 ¶RATIO correctæ legis an semper vigeat. & nu. 295. &. 298.

294 ¶FORI regij sanctiones & si nõ sint obseruandæ, nisi earum probetur vsus, an ex earum ratione argui liceat: & si earum nõ constet obseruantia. & nu. 297.

295 ¶DOCTORVM responsa ex iuribus in eis allegatis, explicanda sunt.

296 ¶RATIO naturalis an vt lex citari possit. & nu. 517. &. 535. &. 560.

299 Fori regij aut municipalis sãctiões & si vsu

Universidad de Deusto
Biblioteca

roboratę, Deo aut rationi obsistentes, nequàquám sunt obseruandæ.

300 ¶CONSVETVDO seu vsus Deo aut rationi repugnantes, viribus caret.

301 ¶FORVS contra Deum aut dominum terrę inualidus est.

302 ¶CONSVETVDO iuri diuino aut naturali seu gentium contraria, vel peccati etiam venialis nutritiua, seu illa quę occasionem delinquendi præstat, & illa qua Deus tentatur, aut qua aliquid contra honestatem vel publicam vtilitatem est, iure irritatur. & nu. 309.

303 ¶CONSVETVDO aut vsus fori regij seu municipalis bonis moribus repugnans, iure non subsistit.

304 ¶CONSVETVDINE nõ potest muniri quod bonis resistit moribus.

305 ¶VSVM fori regij aut municipalis an princeps possit confirmare.

306 ¶CONSVETVDO irrationabilis an roboretur scientia & patientia principis.

307 ¶MALA quàndoquè ad tempus tolleruntur.

308 ¶CONSVETVDINEM irrationabilẽ principem cõprobasse, non est censendũ.

310 ¶PRINCIPIS expressus consensus nõ tribuit robur legi iniquæ.

311 ¶FORI regij aut municipalis vsus Deo aut rationi repugnans, & si lõgæuus & cuiusquè sit temporis, iure diruitur.

312 ¶CONSVETVDO qua domini ab eorum vasallis morientibus á tempore immemorato meliorem exigunt vestem aut optimum bouem seu similem rẽ, quã exactionem vulgus loithosam nominat, an iure obtineat.

313 ¶FORI regij aut municipalis vsum quãdo rationi aduersari, iudicãdum sit. & nu. 314. & 315.

316 ¶FORI vsum Deo & rationi non aduersari, an presumendum sit. & nume. 317. & 318.

318 ¶CONSVETVDINEM iuri resistẽtem, an esse irrationabilem præsumendũ sit. & nu. 319. & 320. & 323.

320 ¶IVS rationem annexam habere, cẽsendum est.

321 ¶FORI regij aut municipalis legis vsus obsistens legibus partitarum, seu iuris ciuilis, aut similibus iuribus, an ex hoc irrationabilis sit iudicandus. & vide nume. præcedentib.

322 ¶CONSVETVDO immemorialis si iuri repugnet, an rationabilis presumatur

323 ¶CONSVETVDINEM iuri aduersam allegans, an eius rationem probare sit obnoxius. & nu. 326. 327. & 328. & 332. & sequentib.

324 ¶QVALITATEM allegans, illá probare constringitur. & nu. 329.

325 ¶PRESVMPTIO iuris, liquidissima probatio est.

328 ¶INTELLECTVS. c. cùm venissent. de eo qui miti. in posse.

331 ¶PRESVMPTIONI iuris standũ nõ est, si aliquo modo contrarium constat.

332 ¶CONSVETVDO iuri aduersa plerunqùe ratione munitur.

333 ¶CONSVETVDO cõtra leges ordinamen. & pragmaticarum, post has Taurinas sanctiones eueniens, quòd ratione muniatur, an probandum sit ab eo qui illa fundatur, vel an iudicis arbitrio hoc estimatur.

334 ¶FORI regij aut municipalis sanctiones vsu roboratę, si rationem non habeãt dum tamen Deo aut rationi non aduersentur, an primó sint obseruandæ, quàm leges partitarum. & nume. sequentib.

335 ¶CONSVETVDO præter rationẽ esse potest, & rationi non esse contraria.

336 ¶CONSVETVDO nullã pro se nec contra se habens rationem, iudicanda est rationabilis.

337 ¶VOLVNTAS conditoris in his quæ sunt iustitiæ positiuæ, pro ratione habetur.

338 ¶FORI regij aut municipalis sanctio, an illico omittenda sit, quòd repugnet rationi naturali: & si vsu sit munita: & ad leges partitarum sit deueniendum, si ipsius fori constitutio peccatum non nutriat.

339 ¶LEGES ordinamen. & pragmaticarum, fori regij aut municipalis sanctionibus vsu extãtibus præponuntur, etiam tempore quo leges Taurinæ editæ sunt.

340 ¶FORI municipalis Soriæ & Sepuluedę constitutionibus, vsu comprobatis Cantabriæ qúe & simili foro, quarè quotidie iudicatur; omissis legibus ordina. & pragmaticarum: contra contenta in. l. 1. Tauri.

341 ¶FORVS munitus regia confirmatione, an potius sit regis lex, qñam fori. Et an eius vsus sit probandus. numero. 367.

342 ¶FORO seu statuto municipali vsu roborato prius videbatur esse iudicandũ, quà legibus ordina. & pragmaticarũ & quare.

Et

Et ibi quòd statuta edita à populis etiam iurisditione carentibus, & si iuri aduersentur, & à principe non sint confirmata iuri communi præponi videntur. & nu. sequentib.

343 ¶STATVTA an confici possint á populis, absqúe regia confirmatione, contra constitutiones ordina. aut pragmaticarum seu allas leges regias, siue aduersus alia iura. & sequen. & nu. 347.

344 ¶INFERIOR nõ potest tollere legem superioris.

345 ¶STATVENDI potestatem habentes, superiorem recognoscentes, nihil possunt contra ius statuere.

346 ¶POPVLI habentes omnem iurisditionem, an valeant statuta condere.

348 ¶STATVTA populorum iuri contraria, seu illa quæ à populis edi non possunt confirmari non possunt, nisi á Cæsare nostro, & ab alijs regibus horum regnorum. Et an comprobari queant à dominis ipsorum populorum, reges ipsos superiores recognoscentibus.

349 ¶COMITES non possunt confirmare statuta, legibus regni repugnantia.

350 ¶STATVTA an edere possint oppida iurisditione carentia, iuxta ea quæ pertinent ad rerum ipsorum populorum administrationem, absqúe principis confirmatione.

351 ¶STATVTVM à populo editum etiã iuxta res suas, si iniquum sit, potest ab eo appellari.

352 ¶STATVTO vsu munito, si singulis de populo conceditur certo tempore anni, quòd eorũ animalia cuiuscunqùe sint generis, siluas seu pascua publica depascãtur: si deindè ipsius populi maior pars statuat, nulli licere pasci pascua publica aut eorum partem animalibus eorum subcertis pœnis, nisi illis tantùm, quibus agri terra qúe arantur, an ab hoc vltimo statutò possit appellari, sit qúe hoc posterius statutum chassandum.

353 ¶PAVPERIBVS pascuis publicis vti licet, prout & diuitibus. Et nullum statutum super pascuis publicis fieri potest in pauperum præiuditium.

354 ¶STATVTVM an fieri possit super pascuis & aquis publicis, quo fœminę excludantur ab ipsis pascuis.

355 ¶STATVTA cùm licet conficere populis iurisditione nõ habẽtibus, an ipsis statutis pœnas imponere fas sit. Et nu. sequẽ. an ipsis pœnis oppidani se astrigere valeãt

357 ¶FORI regij aut municipalis sanctionibus vsu munitis, an liceat explicare leges ordina. & pragmaticarum: & si hac lege prima constituatur, prius esse indicandum legibus ordinamentorum & pragmaticarum, quàm sanctionibus dicti fori vsu roboratis.

358 ¶DVBIA quę dirimi non valẽt sanctiõnibus ordina. & pragmaticarum vsu munitis, decidenda sunt legibus septipartitarum. Et an iudex arbitrabitur, quando casus iudicari non potest cõstitutionibus ordina. & pragmaticarum.

359 ¶APPELLARI an liceat, si iudex iniqúe arbitratur, casum occurrentem decidi nõ posse sanctionibus ordina. aut pragmaticarum: & ideo ad partitarum leges esse recurrendum.

360 ¶FORI regij aut municipalis legibus vsu munitis, aut ordina. seu pragmaticarum constitutionibus, si casus lucidè dirimi non potest: quia earum decisio variè intelligitur, an ipse casus sit decidendus legibus septipartitarum.

361 ¶LEGES à regibus editæ, publicandę sunt.

362 ¶LEGVM nõ exigitur publicatio, cùm illæ diutina obseruantia roborantur.

363 ¶LEGES septipartitarum ante constitutionem ordinamenti hac lege prima collocatã, non fuerunt prout leges receptæ.

364 ¶LEGES regię à subditis non receptæ viribus carent.

365 ¶IVRAMENTVM de obseruandis legibus regijs, interprætandum nõ est, de legibus non receptis, contraria qúe consuetudine derogatis.

366 ¶IVRAMENTVM factum à dominis cæsaris senatoribus, de horum regnorum legibus obseruandis, nullo modo explicandum est, de legibus nõ receptis, seu contrario vsu abrogatis.

367 ¶LEGES septipartitarum limæ & correctioni regio præcepto fuerunt traditæ. Et an hoc faciat illas erroribus mẽdis qúe carere.

368 ¶LEGES septipartitarum origem acceperunt ex sanctorum patrum ac sapientium iuribus, & ex consuetudinibus Hispaniarum.

369 ¶LEGES septipartitarum an exponi possint legibus iuris ciuilis. & sequen. vide nu. 571. & sequen. vsqúe ad nu. 575.

370 ¶ORIGINALIA conspicienda sunt, cùm super extractis abeis aliquod subsistit dubium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

371 ¶ORIGO in vnaquaque re inspicienda est.

372 ¶LEGVM originalia collocanda sunt in regia camera, vt ad ea in casibus dubijs recurratur.

373 ¶ORIGINALIA obseruãda sunt, vt eis dirimatur dubium in scripturis occurrens.

374 ¶FORVS arbitrij reperitur. & nu. 375. Quod & inuenitur forus legum. vide in. d. nume. 375.

376 ¶FORO arbitrij iudices quandoque vtũtur, & ferè tota iuris prudentia adhunc arbitrij forum redacta est. & nu. 377.

378 ¶IVRISCONSVLTI omnes ferè increpati fuerunt.

379 ¶FORVS ét municipalis reperitur, quo in oppidis iudicatur.

380 ¶FORVS etiam inuenitur nobilium.

381 ¶FORVS quoque ineſt, qui dicitur forus juzgo.

382 ¶FORVS nuncupatur non tantùm à regibus editus: sed & á populis confectus. & sequen.

383 ¶FORVM edere, regum peculiare est:

384 ¶FORVS reperitur specialis & generalis.

385 ¶DISCRIMEN est inter forum, & cõsuetudinem, & vsum.

386 ¶FORVS municipalis an in scriptis sit & quid de statuto.

387 ¶CONSVETVDO scripta plerunque reperitur.

388 ¶FORI appellatio non tantùm cõprehendit forum regium, sed etiam municipale, ac nobilium: & si ratione adiũcti de quo foro tantùm cõstitutio loquatur, perpendi potest.

389 ¶LEGES de foro loquentes, de quo foro sint explicandæ.

390 ¶FORVS pro iure summitur.

391 ¶FORVM sortiri, vel iuribus seu statutis locis ligari, idem est.

392 ¶FORVM in genere neutro, & forus in genere masculino, quid significent.

393 ¶FORVS nobilium & si arbitrij sit, illis & eorum vasallis est obseruandus.

394 ¶FORVS nobilium an debeat obseruari, & si eius non probetur vsus. & multis sequentib. vsque ad nume. 410.

395 ¶CONFIRMATIO qua dicitur, quód valeat priuilegium confirmatum, sicut valuit tempore præterito, vel tempore aliorum regum, an vsus præteritus ipsius priuilegij probandus sit ab eo, qui vtitur illo priuilegio. & numero. 403. & 404.

396 ¶DICTIO, sicut, aut secundum, an in ducat conditionem. & sequenti. & nume. 404. & 407.

398 ¶INTELLECTVS. l. 27. tit. 18. par. 3. & plerisque sequentib. vsque ad nume. 405.

401 ¶DICTIO ita, restrictiua est, quod an semper obtineat. vide nume. 402.

405 ¶PRINCEPS præsumitur ignorare statuta & consuetudines. Et quid si statuta sunt vulgaria vel consuetudines. nu. 406.

408 ¶LEGE Mita interpretari oportet, vt quodlibet eius verbũ aliquid operetur, frustra que positum non videatur.

409 ¶RATIO vbi eadem est, idem ius esse debet.

410 ¶FORVS nobilium an prius sit obseruandus, quàm sanctiones ordinamentorum & pragmaticarum, quibus casus contingens dirimitur. & vide nume. sequen.

412 ¶REPTATVM an consuetudo concedere valeat.

413 ¶DVELLVM ex reptatu plerunque prouenit.

414 ¶CONSVETVDO duellũ concedens, an iuri diuino naturali canonico, & ciuili obsistat. &. 416. &. 417.

415 ¶DEVS ex pugna & duello tentatur.

418 ¶DVELLO an aliquib' casibus sit locus.

419 ¶DVELLVM cæsar noster hoc Princeps oppido quibusdam militibus concessit. Et quid in eo contingit.

420 ¶IVXTA duellum plura dubia remittuntur.

421 ¶LEGES editæ á rege Alfonso ad causas nobilium, obseruandæ sunt: & si casus occurrens septipartitarum legibus seu fori regij aut municipalis sanctionibus minimè munitis, in contrarium decidatur.

422 ¶FORI aut legis interpretatio ad regem expectat.

423 ¶PRINCEPS non tantùm interpretatur leges ab eo editas, sed etiam constitutas ab eius antecessoribus.

424 ¶PRINCIPI licet interpretari priuilegia, seu donationes sui prædecessoris.

425 ¶STATVTA à decurionibus edita, an ab eorum successoribus seuà populo explicari possint.

426 ¶INTERPRETANDI seu declarandi vis an transeat ad heredes. &. 428.

427 ¶IVDEX idem an reputetur successor cum prædecessore.

428 ¶EMPHITHEOSIM aut in cõitum si alicui res conceditur, pro se duobus quibus alijs quibuscũque ab eo nominandis, si primus

primus emphitheota absque eorum nominatione decesserit, an eius hęres eos nominare poterit. & sequen.

429 ¶CONTRACTVS ius adhæredes etiam non nominatos transit.

430 ¶ELIGENDI facultas an transeat ad hæredes.

431 ¶NOMINANDI duas personas ius, an potius sit facultas eligendi, quàm declarandi.

432 ¶HERES & defunctus eadem persona censetur.

433 ¶NOMINATO Titio in instrumento, videtur & nominatus eius hæres. Et ipsi hæredi non nocet exceptio, tu non es nominatus in instrumento.

434 ¶NOMINANDI ius an transeat ad hæredes & præcedentibus.

435 ¶HERES si noluerit ad emphitheosim nominare personas, quas defunctus nominare oblitus est, an sibi rem emphitheotá susc ipere valeat.

436 ¶SIQVIS stipulatur illi cui voluerit, seu ei quem nominauerit, non nominare hæredem nominasse censetur.

437 ¶DISCRIMEN est inter declarationem & interpretationem.

438 ¶REX consulendus non est, pro qualibet legum interpretatione: sed cùm dubium inexplicabile fuerit.

439 ¶CONSILIVM sapientis exquirendum á iudice non est, si casus occurrens dubium non habeat.

440 ¶LEX ita potest esse ambigua, & multipliciter intelligibilis, quòd ea iudicari nõ possit.

441 ¶IVRIS appellatione hisce regnis de iure regio est intelligendum. & vide nu. 588.

442 ¶FACVLTAS in compromisso arbitris data, quòd iure tantùm causam dirimant, de iure regio interpretanda est, & huius legis primæ ordine seruato.

443 ¶LEGI iuris ciuilis sanctiones his regnis licet: & si eis legibus regijs extantantibus, causas dirimi sit prohibitum.

444 ¶SAPIENTIA máxima reperitur in libris iurisconsultorum.

445 ¶LEGES abrogatas etiã scire oportet.

446 ¶LEGES iuris ciuilis necessarię quidem sunt, ad legum regni interpretationem.

447 ¶LEGES an comprobatæ ex eo videãtur, quòd eas studijs legi sit permissum.

448 ¶IVRISPERITI semper cõprehenduntur in statutis, de honoratis hominibus loquentibus.

449 ¶IVDICES cuncti laici regijs legibus huius legis primæ ordine, iudicare tenentur.

450 ¶NAVARRE Aragoniæ que regnis an legibus horum regnorum causæ sint dirimendæ.

451 ¶ARAGONIE Nauarræ que regna & si his regnis fuerint adiuncta, nõ quidé submissim, sed pristino robore, & præcipuo remanentibus. Et an regnũ alijs regnis adiunctũ proprijs legibus deindé regatur.

452 ¶FORENSIVM causæ an legibus regijs dirimendæ sint.

453 ¶LEGES regiæ alia que iura an obtineant in foro conscientiæ. Et in nume. sequentib. an locum habeat, quãdo lex dura fuerit.

455 ¶IVDICES prælatorum & monachorum, aliorum que similium regum nostrorũ vassallorum, tenentur obseruare leges regias in causis profanis seu tẽporalibus.

456 ¶PRELATORVM & monachorũ oppida regibus nostris subsunt sunt, que temporalis iurisditionis.

457 ¶IVS canonicum seruandum est, legibus regijs omissis, cùm agitur de materia peccati, vel de causis ecclesiasticis, vel spiritualibus.

458 ¶LEGES ordinamentorũ & pragmaticarum obseruandæ sunt: & si allegetur & probetur, eas vsu minimè fuisse.

460 ¶LEGES ordinamentorum & pragmaticarum custodiendæ sunt: & si tempore quo leges Tauri editę sunt, cõtrario vsu essent abrogatæ. & idé est de legibus septipartitarum. vide nu. 461.

461 ¶CONSVETVDO præterita & generalis noua lege tollitur.

463 ¶CONSVETVDO ueniens post leges Taurinas, an deroget legibus ordinamẽtorũ & pragmaticarũ. & multis nume. sequentib. & nu. 469. &. 470. &. 476.

464 ¶CONsuetudini præteritæ si derogatur an futurę derogatũ censeatur. & nu. 476. &. 478. &. 479. &. 480. &. 481. &. 482.

465 ¶CONsuetudine princeps tollere potest.

466 ¶CONSVETVDO futura an hac lege prima sublata videatur. & nu. 471.

467 ¶CONsuetudo obsistens cõstitutionibus regni Neapolitani, irrita est. & nu. 484.

468 ¶CONSVETVDO inferioris principe non derogat legi regiæ.

472 ¶CONsuetudini nunquam videtur derogatum, nisi expressum sit. & sequen.

474 ¶Intellectus. l. 6. harum legum Tauri.

475 ¶POPVLORVM cõsuetudines cõfirmã

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur legibus ordinamen.
477 ¶CONSVETVDO abrogata non censetur, & si vsus abrogetur.
483 ¶CONSVETVDINE sublata, ratio naturalis abrogata, non videtur.
485 ¶FORVS municipalis oppidorum qũe statuta leges nuncupantur.
486 ¶COMPROMISSO si cauetur, quód arbitri iuribus seu legibus causam decidant, an arbitri teneantur iudicare statutis legibus qũe municipalibus, omisso iure cõmuni. & nu 488. & .489. & .490. & sequẽtib. Et quid si in cõpromisso nõ fit mẽtio iuris simpliciter, sed iuris communis.
487 ¶IVRIS appellatione, an ius cõmune vel municipale cõprehendatur. & nu. 489.
491 ¶INTELLECTVS. §. sed quotiens. institu. de iur. natu. genci. & ciui.
492 ¶INTELLECTVS. c. 3. de eo qui mini. in posse. cau. rei seruan.
494 ¶LEGES fori regij seu municipalis tãtùm in illis locis obtinent, quibus earum vsus inest, & non in alijs.
496 ¶CONSVETVDO ciuitatis extẽditur ad castra eis subdita. & vide nu. 478. & sequentib.
497 ¶CONSVETVDO generalis prouintiæ iuri contraria, an sit obseruanda in omnibus locis prouintiæ.
499 ¶VSVS in castris sat esse videtur, si in capite inest.
500 ¶CONSVETVDO vt vires habeat: nõ exigitur eius actus probari in qualibet territorij parte.
501 ¶VSVS fori si in castris ciuitati subiectis fuerit contrarius vsui ciuitatis, an sit illi prẽponẽdus. & nu. 502. & .503. & .504.
505 ¶CONSVETVDO vnius ciuitatis, an extendatur ad oppida sibi vnita.
507 ¶LEX præterita & si consuetudine roborata, lege nouiori tollitur.
508 ¶LEGIBVS alijs quàm hac lege prima expressis, an causæ sint dirimendę.
509 ¶LEGIBVS regijs deficientibus, foro qùe regio aut municipali vsu munito, an iuris ciuilibus sanctionibus causæ sint dirimendæ. & multis nume. sequen. & vide nu. 520. & vlterioribus etiã, & maximè nu. 540. & .541. & .542. vsqùe ad nu. 565.
512 ¶LEGES complures iuris ciuilis fuerunt editę à paginis & inimicis Christi religionis.
513 ¶HISPANI legem ediderunt, qua cautum fuit, quòd imperatorum leges in iudicijs allegantes, capite plecterentur.
514 ¶LEGES Romanæ non constringunt Hispanos, nisi ex tolerãtia regum nostrorum. vt habetur nu. 548.
515 ¶GALLIE an obseruetur ius ciuile.
516 ¶AVTHORITAS maiorum an præ lege obseruanda sit. Et an eorum authoritatibus iudicare liceat. nu. 562.
518 ¶LEGES multæ imperatorum absqùe ratione sunt.
519 ¶RATIO naturalis plerunqùe aduersatur iuris ciuilis rigori.
521 ¶NEAPOLITANO regno ipsius regni legibus deficientibus, an liceat iudicare legibus Romanorum.
522 ¶LEGES iuris ciuilis à sapientibus editæ fuerunt: & quidẽ philosophia pollẽtes.
523 ¶CANONICO iure deficiente, pontifices maximi præcipiunt, ad ius ciuile esse recurrendum. & nu. 558.
524 ¶FEVDORVM causæ non extantibus sanctionibus feudorũ, iuris ciuilis argumentis deciduntur.
525 ¶ARGVMENTIS causæ dirimũtur.
526 ¶IVDICEM neminẽ effici posse, prægmatica regni constitutum est: nisi qui iuri canonico, aut ciuili decem annis studuerit. & vide nu. 597. & sequentib.
527 ¶LEGES ciuiles ratione muniri, præmendũ est. & vide. nu. 545. & .563. & .564.
528 ¶RATIONES quidem ad causas dirimendas sufficiunt. & nu. 532. & .533. & .534. & .536. 537.
530 ¶RATIO ita mouere debet iudicem vt cut & lex. Et timore sepolito si adinuenimus rationẽ: & si casũ decisum nõ reperimus, ratione illa illũ iudicare poterimus.
531 ¶RATIONABILE dictum magistri dicem mouere debet, quàm ipsa lex.
538 ¶FORI sanctionis vsum non probari oportet, si lex ipsa ratione naturali fouetur. & quando hoc obtineat &. nu. 539.
543 ¶IVS ciuile in curijs regum pro authoritate non allegantur, sed tantùm pro ratione & nu. 544. & .545.
546 ¶INTELLECTVS. c. super specula de priuileg.
547 ¶INTELLETVS. l. fi. ti. 6. lib. 1. fori legis
550 ¶EXPLICATIO verborum huius legis primæ, ibi, y no por otras.
551 ¶GLOSA si à le ge reiciatur, de glohominis, non legis intelligitur.
553 ¶TEX. huius legis primæ explicatio cùm ea lex Madricij abrogatur, qua cauhatur Bart. Bal. Ioan And. Abb. sentẽtias esse amplectendas & huius ratio.
554 ¶INtellectus tex. in. l. 2. harũ legũ Tauri.
555 ¶INTELLECTVS. l. 2. tit. 4. lib. 1. ordi. ¶Iuris

556 ¶IVRIS ciuilis sanctiones legibus regijs iura nuncupantur.
557 ¶PRINCIPIS aboliti sanctiones obseruandæ etiam sint.
559 ¶PRINCIPES mali legem rationabilem conficere valent.
561 ¶RATIO naturalis fortior est, quàm principatus, & validior principibus habẽtibus authoritatem legis condendæ.
566 ¶LEX per punctum rationis declaratur. Item & restringitur. vt nume. 568. & vide nu. 567.
567 ¶RATIO non fallit, nec fallitur.
569 ¶CONSVETVDO cùm abrogatur, de interpretatiua consuetudine, minimè interprætandum est.
570 ¶LEGIBVS anterioribus in tantùm nouissimæ explicari debent, quód & hoc obtinet, & si priores leges, iuris corpore scriptæ, ab rogatæ sint.
571 ¶INTELLECTVS. l. 2. tit. 1. parti. 1. & nu. sequentib.
572 ¶SEPTIPARTITARVM leges, iuris ciuilis sanctiones, in dubio non corrigere censendum est.
573 ¶SEPTIPARTITARVM leges vt plurimũ nõ debiãt à legibus iuris ciuilis.
575 ¶SEPTIPARTITARVM leges ad ius pontificium cæsareum qùe sunt reducendæ, ita qùod vtriusqùe iuris sanctionibus aduersũ in eis statui nequàquam existimemus. & nu. 576. quòd & ipsis legibus septipartitarũ illa interpretatio summenda est, quę minus ius vetus cõmunes qùe assertiones lędit.
577 ¶NEAPOLITANE constitutiones strictè interpretandę sunt: & ad ius commune reducendæ.
578 ¶NEAPOLITANE constitutiones à Federico secũdo editæ sunt. Et à rege Carolo secũdo, & Ferdinando primo, eas obseruari præceptum est.
579 ¶REGIE leges si corrigant aliquam sanctionem iuris ciuilis, ita strictè interprætandę sunt, qùòd ea quæ diuersis iuribus tradũtur, de legibus correctorijs cum suis regulis & limitationibus in ipsis legibus regijs obtinent.
580 ¶LEGES seu statuta iuri communi derogantia, an ipso iure correcto, interpræteri debeãt. Et quid de legibus regijs corrigentibus. nu. 581.
582 ¶REGIE leges an vt statuta sint interprætandæ, & restringendæ.
583 ¶STRICTI iuris sunt omnia quæ iuri communi obsistunt.
584 ¶STATVTA an sint stricti iuris. & quid de legibus regijs.
585 ¶STATVTA an extendi valeant.
586 ¶ARGVI an liceat de lege ad statutũ.
587 ¶LEGES iuris ciuilis his regnis ius eõmune nuncupari solent.
589 ¶CONSTITVTIONES regni Neapolitani illo regno ius commune sunt.
590 ¶LEGIBVS regijs & fori sanctionibus vsu munitis, nõ extãtibus, in nostri cęsaris prouintijs & terris, an causæ profanę sint priùs dirimendę à iudicibus laicis iure canonico quàm ciuili. & nume. 592.
591 ¶IVS canonicũ an in dubio potiùs quàm ius ciuile sit obseruandum. & nu. 595.
593 ¶IVRE ciuili causę profanę in terris imperij ꝺcidẽde sunt, iure canonico omisso.
594 ¶IVRE ciuili potiùs quàm canonico, interpretanda sunt statuta edita à laicis in terris imperij.
395 ¶BALDI sententia in. l. 2. C. quẽ ad mo. testa. aperian. explicatio.
596 ¶LEGES principis ore diuinitùs sunt promulgatæ.
598 ¶IVRIS canonici studio pleriqùe hisce regnis adhęrẽt, & in eo vsqùe ad doctorat9 culmẽ gradatim ascẽdũt: minimè tamẽ ex hoc omittunt studium iuris ciuilis.
599 ¶IVRE canonico tẽporales & profanæ causę dirimẽdę sunt, legibus regijs & foro vsu munito iure qùe ciuili deficientibus. & nu. 600.
601 ¶IVRE ciuili in terris ecclesię causę dirimũtur, si ius canonicũ deficiat.
602 ¶IVRE canonico deficiente, iudices ecclesiastici, & illi qui primó iure canonico iudicare tenẽtur, an potiọ iure regio quàm ciuili, sint obnoxij cõtrouersias dirimere. &. 603. &. 604. &. 605. &. 606. &. 607. &. 609. &. 610.
608 ¶LONGOBARDI qui ius Lõgobardorum ediderunt, reges fuerunt.
611 ¶BART. Bald. Ioan. And. Abb. authoritas magna est. & nume. sequen.
613 ¶BART. Bald. Ioã. And. nec Abb. sentẽtijs hodiè iudicare necessum non est.
614 ¶BART. Bald. Ioan. And. Abb: opiniones, an hac lege prima extãte allegari possint in regijs prętorijs & in alijs tribunalibus horũ regnorum. &. 615. &. 616.
617 ¶DOCTORVM post Bart. Bald. Ioã. And. Abb. euenientiũ sentẽtiæ allegari hodiè possunt: correcta lege. 6. tit. 4. ordina. lib. 1. &. nu. 618.
619 ¶OPINIONVM multitudo & si euitanda sit, melius tamen est opinionum cõflictum

Universidad de Deusto
Biblioteca

lictum non remouere, quàm aliquorum doctorum sententijs omnino esse assentiẽdum.

620 ¶LIBRORVM copia an rei publicæ expediat, conueniat qùe habere plures libros. &.622. &.623. &.624.

261 ¶IVDICES & medicos in ciuitate nõ multiplicari, olim præceptum fuit.

625 ¶HISPANI consueuerunt, complures libros habere.

626 ¶DAMNVM graue est, aliquorum doctorum & si illustrium sententijs necessẽ adhærere.

627 ¶STATVTVM quo constituitur, glosę opinionem aliorum sententijs esse præponendam, non est iustum.

628 ¶DOCTORVM sententijs adhærendum vt textibus non est. Nec magis eis credendum, quàm solidis rationibus. vt nu. 630.

629 ¶GLOSE credendum non est: nisi lege aliqua eius dictum roboretur.

631 ¶DOCTORVM authoritas necessaria non est: sed probabilis. &. 632. Quod procedit, & si ab ipsis doctoribus eorum sententię ratione aliqua foueantur. vt nume. 633. & quando procedat. vide nu. 635. &. 636. &. 637.

DOCTORIS BVRgensis Marci Salon de Pace ad. l. 1. Taurinarum constitutionum insigni s relectio.

EC LEX prima præclara est, & valdè necessaria: quia ex ea instruimur, quib⁹ legibus iudicare & cõsulere oportet: quæ quidem ideo dote digna est. his tamen quæ circa ordinẽ dici solent, omissis: quia singulatim huius legis verba cõmentari censemus. ¶Prius tamen ex hac lege & regis Alfõsi sanctione in ea collocata, sequentes colligimus cõclusiones.

¶PRIMA CONCLVSIO, † ante omnia iudicandum est legibus ordinamentorum, & pragmaticarum, alijs qùe recentioribus sanctionibus: & si allegetur, eas non esse in vsu.

634 ¶HEC lex prima locũ habet in quàntum de Bart. & Bald. & Ioan. And. & Alba. opinionibus tractat: & si ipsi doctores suas sententias rationibus muniant.

638 ¶LEX ad euitandum damnum edita, abroganda est, si post eius constitutionem damnosior apparear.

639 ¶LEX cùm editur rationabilis & iusta, sequenti tempore quandoqùe damnosa efficitur.

640 ¶CAVSA noua à lege & qualibet dispositione recedendum est.

641 ¶OPINIONEM ex causa noua mutare licet.

642 ¶DOCTORI consulenti consilium ex melius mutare licet.

643 ¶DOCTOR excusatur, qui quodã tẽpore vnũ decidit, alio qùe tẽpore aliud: & hoc tamẽ tanquàm ab igne cauere debet.

644 ¶ADVOCATVS cõtra aliquem de iure respõdens, an rectè valeat postea aduersariũ in eadẽ causa patrocinio fouere.

645 ¶DOCTORI salua conscientia consilia contraria prestare licet, ex vario facto á partibus enarrato.

646 ¶STVDIO nimio infirmitates insurgunt.

2 ¶SECVNDA, † ordinamentorũ & pragmaticarum, & alijs notissimis legibus deficientibus: deueniendum est ad fori regij sanctiones, fori qùe municipalis; vsu comprobatas: si Deo vel rationi minimè aduersantur.

3 ¶TERTIA CONCLVSIO, † forus nobilium provt hucusqùe obseruatus est, est obseruandus in eorum vasallorum causis.

4 ¶QVARTA, † circa reptatũ, seu *riepta*, vulgo dictum, á consuetudine diu ante obseruata nequàquàm est recedendum.

5 ¶QVINTA CONCLVSIO, † ordinamentorum & pragmaticarum, fori qùe regij, aut municipalis legibus vsu munitis, non extantibus, iudicandum est sanctionibus septipartitarũ: & si ante hanc legem non obseruatis.

6 ¶SEXTA CONCLVSIO, † si suprà dictis regijs legibus, foro vè municipali aut regio, dubitari contingerit, ad regem pro eorum interprætatione recurrendum est.

7 ¶SEPTIMA, † alijs quàm prædictis legibus causæ non sunt derimendę: & si iura ab antiquis sapientibus constituta, in studijs legi non sit prohibitum.

8 ¶OCTAVA, † lege deficiẽte Bart. Bald. Ioan. And. & Abb. opiniones hodiè sequi non est necesse.

¶VERVM ex lege prædicti regis Alfonsi hac nostra lege memorata, & ab ea confirmata, & primò notari potest, Principum † peculiare esse ei⁹ subditos in pace & iustitia tueri. quod etiam habetur in tit. de pac. tenen. in princip. & in procemio decretal. in verb. rex pacific⁹ & in procemio libri. 6. idem qùe & legitur in. l. 2. tit. 10. parti. 2. & in septipartitarum & fori regij procemio. & in multis alijs legibus regijs. ¶Quo fit, regi † ei⁹ subditos in pace non tenenti, iusqùe nõ reddẽti, curatorem esse dandum: vtpotè regni administratione indigno. vt expręsse docet Innoc. in. c. grãdi. de supplen. negli. præla in. 6. cuius meminit Bald. in margarita. in verb. rex. & Anto. Corse. in tracta. de potestate regia; 3. q. in fine. char. 89. in. 12. volumi. tracta. diuerso. docto. & Restauri. Castal. in tracta. de imperatore. q. 81. in eod. 12. volumo. tracta. char. 54. post Ludoui. Montal. in tracta. de reprobatione sententie Pilati. arti. 4. nu. 7. & in. 12. char. eiusdẽ tractatus. col. 3. qui tractatus est in. 8. volumi. tractatuum. char. 125.

¶RVRSVM & complura de pacè hic describere possemus, & aptè ac conueniẽter propter nomẽ nostrũ: sed tamẽ consultò omittimus, ne tempus in reb⁹ parum necessarijs expendamus: si tamẽ aliqua de pace † & de eius descriptione, & commendatione, nosse cupis, ex quibus qùe proueniat, & eius fructus, & quæ eam impediant, & similia. videre licet Luc. de Pe. in. l. quidquid. C. publi. læti. vel con. lib. 12. quo loco præclarè loquitur. & Anto. Corset. in tracta. de priuilegijs pacis. per totum. qui reperitur in. 13. volumi tracta. char. 123. & Ioã. Lup. de Segob. in tracta. de cõfede. princip. 2. pagina. col. 2. & ibi accuratè conscriuit laudes pacis. & Ludoui. Montal. in dicto tracta. de reproba. senten. Pilati. 12. char. ipsius tractatus. & Guliel. in tracta. de iusti. & iniusti. c. 16. & Guiller. Bened. in repe. c. Rainũti⁹. in verb. mortuo itaqùe testatore in. 1. nu. 228. de testa. & alibi sæpe traditur. & adde tex. notabil. 7. parti. tit. 12. l. fi. & dèniqùe ei⁹ fauore † á iuris regulis receditur. vt in. c. 2. de spou. impube. & in. l. qui cedem. in fine. ff. ad. l. Cor. de sicar. cum similib⁹ á Decio citatis in. c. nouit. de iudi. col. 4. & fusius Marti. Lauden. in tracta. de confedera. princip. per totum. & And. Alcia. de verbo. signi. lib. 1. nu. 115. post Barba. in consi. 12. col. 2. lib. 2. & hec de pace dixisse sit satis. quam Christus dominus & Deus noster principib⁹ Chri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtianis concedat.pro qua hoc anno ſanctiſsimus Iulius tertius papa noſter bis iubileum Chriſti fidelibus conceſsit.

13 LEYES CIERTAS. perpẽdi poteſt & ſecũdò hic tex.adhoc † quód leges certę conſtituendæ ſunt.vt etiam cauetur in.l.4.tit.1.parti.1.& foro legũ. lib.1.l.2.titulo.6. cùm alijs de quibus meminimus in procœmio harum legum in verb.enel entendimiento. nam quidẽ oportet,leges perſpicuas lucidas qúe & abſqúe dubio eſſe.vt ait tex.in.c. erit autem.4.diſtin.& in.l.communium. in princip. C.de natu.libe.& in.l.1.§.& cum triplici. C.de cadu.tollen.& in.c. ſi.de conſtitu.Nil enim rei publicæ ſalubri9,quàm clara certa & bonarũ legũ conſtitutio:& nihil vtiqúe periculoſius earum confuſione & incertitudine: cuius cauſa boni & quieti ciues ſe ſua qúe tueri nequeunt:ſiquidem ex hoc improbi qúe occaſionem calumniandi habeant,& aliena bona ſimplicium & innocentiũ diripiẽdi:& iudices bonos tutari nec malos coercere præ iuris cõfuſione & incertitudine queãt:itaqúe per quàm maximè decens eſt,vt nulla lex ſit obſcuritate obuoluta: ne ad captandos ignorantes muſcipula fiat:ſed ſit vſqúe adeo manifeſta,vt trãſgreſſorũ nemo poſſit dicere,eam non intelligiſſe: & obid dicit tex.in.l.leges ſacratiſsimæ. C.de legib.hęc verba, *leges ſacratiſſimæ quæ conſtringunt hominum vitas, intelligi ab omnibus debent, vt vniuerſi præſcripto earũ manifeſtius cognito, vel inhabita declinent, vel permiſſa ſectentur.* ¶Obſcuritas enim † & non ab re (vt in prædictis cauetur iuribus)reprobata eſt.vt legitur & notatur in.l. ita fidei. ff. de iur. fiſci. cum ſimilibus quorum meminit Deci.in regul.1.col.1.ff.de regul.iur.& adde Feli.in procœmio decretal. colu.1 Ex quo aliquorum recentiorum opera non iniuſtè improbantur,qui Icarũ imitantes,ita longè euolant,obſcuris ambiguis qúe verbis loquuntur,quòd irridẽdi quidem ſunt.vt conſtat in.l.fi. C.de legib.ibi,*eorum vanam ſubtilitatem riſimus*.quod etiam patet in.l.1. C. de nudo iure quiri. tollen. & expræſſe ſic tenet Franc.de Rip. in rub. ff.ad Trebel. nume.5.

¶EX quibus & ſit, inſtrumentum obſcurum † quod explicari nõ poteſt,nec certum reddi, iure optimo dirui, nihil qúe operari.vt eſt tex.in.l.quid/quid aſtringẽdæ.ff.de verb.obliga.&illic Bar. & Angel.cum ſimilibus quæ Purpurat congerit in relectione.l.admonẽdi.nu. 229.ff.de iur.iuran.Et ideo producens inſtrumentum non clarum † ſed incertum ſeu ambiguum,contra eum eſt interprætandum,ac ſi nũquàm fuiſſet cõfectum.vt probatur in.l.veterib9. & ibi docto.ff.de pact.& in.c.in præſentia.de probat.& alijs ſimilibus de quibus Deci.in conſi. 216. viſa tranſactione. nu.7. col.2.& nũcupatim ſic diiudicat Alex. in cõſ.80.viſo proceſſu.col.1.lib.4.& eſt bonus tex.&ſi ab eis omiſſus.in.c. inter dilectos.de fid.inſtru.quem ibidẽ Bald. ad hoc perpendit.col.4.verſic.ibi non magis poterat.de fid.inſtru.

¶EX quibus etiam deducitur,equabile eſſe † obſcurè tenebroſſe qúe reſpondere, ſeu nullo modo reſpondere. ff. de interroga. act. l. de ætate. §. nihil.& ibi ſcribentes. & in. l. ſed &ſi pupillus. §.proſcribere.ff.deinſti.act.& in.c. cùm clamor.de teſtib.& habetur. 2.part.tit.13.l.3.& in.l.1.tit. 4.ordina.lib. 3. quarè obſcura loquutio † non releuat.ff.de verb.obliga.l. vbi autẽ. §. qui illud.cum alijs quorũ And. Tiraquel. meminit in repe. l. ſi vnquàm. in verb. donatione largitus.nu.81. C.de reuocã. dona.

¶Ex eodẽ fóte diriuatur, non ſanè Iaſo. in.l. infantis. in princip. C. qui admi. poſt Bart.firmare † imperatorem plerunqúe ambigúe reſpondiſſe:ne ab omnibus

83 ¶ SED quid si casus † æquabiliter prædicti forij regi seu municipalis legibus vsu cōprobatis, & septipartitarum sanctionibus sit similis, & etiā materia vtrisqūe legibus sit æqualis: an prędicti fori legibus similis casus præponderet, vincat qūe septipartarum simulem casum. Quod videtur, cùm hac lege cautū sit, prius esse iudicandum legibus dicti fori regij, vsu munitis, quàm sanctionibus predictarum septipartitarum. & probatur in.l. de accessionibus. ff. de diuer. & tempo. præscript. ibi, *nam qui me potior est, cum ego te superaturus sim multo magis aduersus te obtinere debet.* qua ratione multi tenent (quorum Bart. & Albe. & cæteri memores sunt in.d.l. de quibus & in.d.c. fi. de cōsuetu. & in locis supra citatis) simile cōsuetudinis legum ęqūe simili esse præferendum. ¶ Quarè & Alberi. censet in.d.l. non possunt. col. 1. quòd si consuetudo † in casu expresso legi prævalet, etiam consuetudinis simile anteponetur simili legis. Sed contrariū tenent Iacob. de Belloui. & multi alij quos docto. referunt in.d.l. de quibus. præsertim Alberi. colu. 7. qui in. 8. col. constanter astruit, cæteris paribus potiùs esse attendendum legibus simile, quàm consuetudinis: quia lex magis extensibilis est, cùm oritur ex expresso consensu: at verò consuetudo ex tacito. vt cōstat in.d.l. de quibus. & expressum † facilius quàm tacitum extenditur. c. quod à te. de cleri. coniu. & ff. in quib. cau. pig. vel hypothe. taci. cōtra. l. est differentia. quod etiam palàm tenet Bart. in.d.l. de quib⁹. & Præposi. & moder. in d.c. 1. col. fi. de feud. cognit.

¶ ET Alberi. in.d.l. de quibus. col. 8. argumentum in contrarium pensitatum (consuetudo vincit legem, ergo simile consuetudinis non est ambiguum legis simile superare) in hūc modum dissoluit: quia cùm lex alia lege mutatur, tūc nec ex ea nec eius simili argui licet: at cùm à consuetudine abrogatur, tunc ex eius ratione à simili arguetur: siquidem consuetudo id tantùm tollit, quod sibi vsurpauit. Quo fit, quòd cùm consuetudo legis simile sibi non retineat, legis simile remanet in suo statu: & ita ab eo argui potest. Quę solutio minimè vrget, cùm hac ratione nunquàm simile consuetudinis, & si magis simile seu rationabile vel æquum præponeretur legis simili. contra prædicta. quarè sanior videtur solutio assignata à Iacob. de Belloui. cuius meminit Alberi. in.d.l. de quibus. col. 7. ¶ Potest etiam dici, quòd cōsuetudo in his quæ in ea sunt expressa, expræsim qūe consutudine munitur, legem vincit: sed ideo non sequitur, simile consuetudinis, quod non est consuetum, nec in cōsuetudine expręssum legis simili esse præponendum. quæ solutio ex verbis Anto. palàm colligitur. in dicto. c. fi. de consuetu. nu. 57. & adde prædictis vidēdū etiam Alberi. in rub. C. quæ sit long. consue, col. 25. ¶ Vndè fieri videtur, simile prędicti fori regij seu municipalis vsu roborati, esse prępo nendum æqūe simili legum septipartitarum.

¶ SED prædictis non obstantibus contrarium ipse censeo, quia & si verior & probabilior esset sentētia Iacob. de Bello. & Alberi. & sequatium, in hoc casu non est admittenda. Tum quia, prædicta ratio, quòd cōsuetudo ex tacito & non expresso consensu oritur (quod nō est in lege edita expresso consensu) minimè obtinet in legibus prædicti fori, cùm leges dicti fori (saltim dicti fori regij) non tantùm tacito consensu ex vsu proueniente, sed ex expresso editę fuerunt, scilicet, cùm dictę leges fori regij constitutæ sunt à rege Alfonso curiæ & procerum consilio: prout etiam complures municipales leges fori editæ sūt expresso assensu populorum. Tum etiā quia sanctio prędens palàm non admittit ad hunc casum sentētiam Iacobi de Belloui. Alberi. & aliorum. vt eius verba docent, ibi, *y lo que por las dichas leyes de ordenamientos y prematicas y fueros no se pudieren determinar, mandamos, que en tal caso se recurra a las leyes de las siete partidas.* quæ verba in lege regis Alfonsi hac nostra cōprobata sunt etiā posita. necesse igitur est, vt deuaniatur ad leges septipartitarum, omissis legibus fori regij seu municipalis, si casus occurrens ipsius fori legibus decidi non possit: sed cùm datur casus similis legibus dicti fori, ex hoc casus ipse determinari potest ex legib⁹ dicti fori: cùm iure cōcessum sit, argumento à simili casus contingentes decidi posse. vt in. d.l. nō possunt. ff. de legib. & in.d. c. translato. & in. cad

eius verò. 5. distin. cum suis similibus.

¶ Verùm his videtur obstare, quod tex. in.d.l. non possunt. disponit † casum si 86
milem lege non comprehāndi. vt constat ibi, *non poßunt omnes articuli sigillatim, aut legibus, aut senatus consultis comprahendi.* sed hoc parui pōderis est, cùm & si lex illa dicat, casum similem legibus non compræhendi: non ideo inficiatur, legibus ipsis casum similem decidi posse: sed potiùs postremis verbis cōtrarium lucidè docet. ibi, *is qui iurisditioni præest, ad similitudinem procedere, atque ita ius dicere debet.* Verùm & cùm eadē ratio adest in simili casu, vt iam dictum est, extensio non fit: sed casus ille in ipsis legibus includitur. ¶ Prętera & in.d. l. non possunt. non dicitur, casum legibus omninò similem in lege non comprahendi: hoc est, quod speciatim non comprahenditur. vt illic lucidè interprætantur Alberi. & Ang. non tamen casum similem lege generaliter comprahendi ille tex. denegat.

¶ SED iuxta iam dicta vnus quidē scrupulus restat, quo videtur, legum vsu stā- 87
tiū † simile prędicti fori regij seu municipalis, & si minus simile minus qūe æquum seu rationabile, esse prępondendum septipartitarū legum magis simili seu equo vel rationabili: quia si hac lege est recurrendum ad leges septipartitarum, quándo casus ille contingens ipsis legibus fori decidi queat. consideratis iuribus concedentibus argumētum de similib⁹ ad similia: & si casus cōtingens sit magis similis legibus septipartitarum, & magis qūe æquus seu rationabilis: & sic iam dicta videntur temperanda, & tunc septi partitarum legibus similiorem & æquiorem rationabilē qūe casum esse anteponendum sanctionib⁹ prædicti fori regij aut municipalis, vsu comprobatis: cùm nō rectè casus occurrens decidi potest ipsis legib⁹ fori: quia sanctionibus dicti fori non est tàm simi

Universidad de Deusto
Biblioteca

lis, nec ita rationabilis, quód eis casus dirimi valeat, attentis iuribus permittẽtibus de similibus ad similia argui posse & regulis de quibus moder. amplé memores sunt & illic Deci. in. d. c. translato. de constitu. & in. d. c. fi. de consuetu. & alibi sepe traditur. ¶ Quánuis tamen in his te pensitare, non quidem absre cupimus, nos verò existimamus, sat esse prædicti fori regij municipalis vé legibus vsu stantibus simile septi partitarũ sanctionibus simili esse anteponẽdum data æqualitate: & non cúm fuerit simile legum partitarum magis simile, seu æquum & ratione precedens. ex dicta l. cúm quæritur. ff. desta. homi. & in. d. l. begninius. ff. de legib. & doctrinis iam citatis. & quia cúm hoc casu simile dictarum legum fori, non sit specialiter munitum vsu nec consuetudine (& si leges ipsæ in earum expressa dispositione vsu comprobentur) videtur dicendum, dicta verba huius legis (*en lo que son o fueren vsados*) saltem quo ad hunc casum extensionem inhibere. quam consiserationem fouent ea quæ scribit Anto. in. d. c. fi. nu. 57. de consuetudi. & quidem censemus, conditores huius legis & sanctionis in ea collocatæ noluisse præferre, simile legibus dicti fori regij siue municipalis, vsu expræsim non cõprobatum, magis simili dictarum legũ septipartitarum, seu æquiori vel rationabiliori. & iuxta omnia prædicta adde videndum Didac. de Segur. (ex nostris virum ingenij iucundi & clarissimi) in tracta. de bõ. lucra. constã. matri. char. 12. col. 2.

¶ EX predictis etiam facilé percipies, quid erit, cúm simile reperitur legum ordina. pragmaticarum vé, vel harum nostrarum legum: & etiam simile dicti fori regij seu municipalis (in vsu extantis) vel septipartitarum legum seu iuris communis.

¶ DENIQVE iuxta prædicta (vt rotẽ percipias † an casus sit similis) necessum est videre Deci. & nouiores in. d. c. translato. de constitu. col. pe. & in locis ibidẽ ab eo citatis. & eũdem Deci in. c. constitutus. col. 1. & 2. de appella. & in consi. 493, viso tenore. nu. 23. & moder. in rub. de probat. Mathe. de Affict. in. c. 1. §. sedquia. quæsit cau. benefi. ami. Laurẽ. Silua. in consi. 2. nu. 30. Zasi in. d. consi. 14. nu. 20. & in consi. 15. quánuis. nu. 125. cum sequentib. & Purpura. in. l. pacta nouissima. C. de pact. nu. 5. idem Purpura. in. l. quecunque. ff. de offi. eius cui manda. est iurisdi. nu. 65. & Aym. Craue. in tracta. de antiqui. tempo. 4. part. nu. 51. & sequentib. post Curt. antiq. in consi. 11. statuto. col. fi.

¶ ET etiã si scire cupis † an casus contingens sit similior legibus septipartitarum, vel prædicti regij aut municipalis fori sanctionibus, ipsarum legum casus subtili animo perpendas. Itẽ & illarum legum similiorem casum esse iudicabis, quæ illum magis interminis seu speciatim rem attingent: cúm lex generalis speciali cedat. vt cauetur in. l. 6. infra harum legum. & illic Didac. Castel. in verb. el fuero. & colligitur ex regul. generi. de reg. iur. in. 6. & expressẽ ita tenet Bald. in. l. hac consultissima. col. 2. C. qui testa. face. po. cum similibus quorum memor est Ioan. de Neuiza. in eius silua nuptiali. char. 22. in. 8. limita. inquo loco etiam refert Alex. in. l. sed & si quis. §. quæsitum. col. fi. versi. præterea. ff. si quis caut. dicentem, quód cúm quæstio nuncupatim seu interminis iure decisa reperitur, præfertur iuribus non ita speciatim de casu agentibus, & aliquid incontrarium ingenere seu procul determinantibus: nam quidem argumentis nec rationibus vtendum est, contra ea quæ in expræsso decisa sint. l. prospexit. ff. qui & à quib. traditur in. c. 1. de feud. cogni. cum similibus dequibus meminit Tiraquel. de

iure primogenitu. quæst. 85. nu. 15. & in quæstio. 40. nu. 177.

90 ¶ EX quo suboritur † plurimum prodesse in terminis leges vel decisiones inuenire. in quo quidem & genitor meus licenciatus Burgensis Gonsalus Garsia Salon de Pace, qui in hac regia Vallisoletana Cancellaria per annos. 50, causas exorauit (cuius anima in pace requiescat) præcæteris proculdubio suo tempore floruit: dubias quæstiones in specie seu in terminis decisas reperiẽs: ex quo sibi maximũ honorem fuit consequut? Quinimó auditu quidé percepi, auum quoqúe meum patris mei genitorem licenciatum Burgensem, Gonsalum Garsiam Salon de Pace nuncupatum (qui & in prædicta Cãcellaria plerisqúe annis etiam causarum eximius fuit aduocatus) valdé fuisse lætatum, cúm quæstio nẽ de qua dubitabat speciatim explicatam reperiebat. Quid plura, & quidem scio causarum quendam aduocatum, cúm dubia nũcupatim decisa apud aliquem iurium doctorem inueniebat, pro eius anima exorare solitũ: quasi gracias ei reddiret.

¶ EX his etiam non iniustẽ. Feli. in. c. 1. col. 5. de præscript. pergrauiter doctores repræhændebat, sententias in terminis non allegantes: quos ideó eos paupe res doctores esse diiudicat. cuius meminit Ludoui. Gome. in regul. Cancella. de non tollen. iur. quæsi. q. 16. ad finem. chart. 123. Vndè & idem Feli. in. c. capitulum. col. 13. versi. exquibus omnibus. de rescript. inquit, nihil magis iudicibus gratum, quàm decisionibus interminis, & non generalibus regulis causas dirimere. ¶ Sed quidem dolendum hisce temporibus est, quód ex iudicibus plerique legum peritiã nõ dum assequuti, doctorum sententias nõ modica authoritate pollentiũ, speciatim causas dirimẽtes, obmurmurant & irridentur: immó & audacter illis prætermisis, eorum iudicijs controuersias dirimunt.

¶ PRETEREVNDVM tamen nõ est iuxta prædicta, non omnes casus in terminis definitos posse reperiri. l. non possunt. ff. de legib. Et hanc ob rem, ob id quód contingẽtem casum spetiatim à doctoribus diiudicatum non reperiamus, nostrum iuditium consilium vé iurium principijs solidis rationibus prodire non est abnuendum: siquidé aliás scientia nostra ab antiquioribus nõ fuisset aucta. vt Paul. Castren. optimè expẽdit in. l. Clodius. col. fi. versi. ego consului. ff. de acqui. hæredita. & aliqua infra dicemus nu. 530. Quin & ipse quidẽ quandoqúe vidi, iudicem decisionibus in terminis nõ satisfieri: sed rationibus aut iuribus (ipsis decisionibus prętermissis) causam fulciendam expoſcere.

¶ QVARTO etiam iuxta dicta verba, *en aquellas cosas que se vsaron*, illa quæstio est dirimenda: nunquid sufficiat † quód leges dicti fori regij seu mu 91
nicipalis in parte vsu comprobẽtur: vt ex hoc leges ipsæ in totum obseruẽtur. Et quidem ipse censeo, hac lege eas tãtùm custodiendas esse in ipsarum legũ parte, quæ vsu comprobari constiterit: & nõ in alia. vt huius legis verba palàm docent, ibi, *en lo que son o fueren vsadas*. & legis regis Alfonsi verba, ibi, *en aquellas cosas que se vsaron*. ¶ Quod & suadetur ex tex. in. l. 1. §. siquis hoc interdicto. versi. Iulianus. ff. de itine. act. qúe priua. & in. c. auditis. de præscrip. vbi latẽ moder. & in. c. cúm olim. eod. tit. Cõfirmatur etiam hæc sententia. ex tex. in c. cúm contingat. & in. c. cúm in tua. de decim. & ex his quæ notantur in. c. cúm dilectus. de capel. monacho. & constat etiam in. l. si domus. ff. de serui. vrb. prædio. & in. l. tribunus. §. fi. & ibi Bald. ff. de testa. mili. & quæ notat Bart. in. l. de in rem verso. col. fi. versi. item si volo. ff. de vsur. & in. l. si publicanus. §. fi. ad finem. ff. de publica. & vectiga. & plerisqúe

Universidad de Deusto
Biblioteca

qbe alijs quæ refert Franciſc. Balb. in tracta. præſcript. 2. part. principali. q. 2. col. 7. Et ad huius ſententiæ confirmationem vide quæ pulchrè ſcribit Ioan. de Imol. & moder. in l. inter pares. col. 2. ff. de re iudi. & Dect. in conſi. 85. & diligenter. col. 3. ¶Præterea & hęc fulcitur ſententia, quia et lex poteſt pro parte valere † & in alia deficere. vt concludit tex. ex tollendus. in l. 1. §. his tãtùm modo. C. de lati. liber. tollẽ. & ibi Bal. cuius tex. meminit Roma. in con. 57. in cauſa vertente. col. 1. & Alex. in conſi. 128. viſo puncto. col. 1. lib. 4. Carol. Rui. in conſi. 66. circa proceſſum. nu. 3. lib. 1. ¶Subindè hęc pars conſtat † quia conſuetudo ſeu vſus probari ſpeciatim debet: & quòd in illo caſu viget, ſuper quo contentio eſt. vt conſtat extraditis in d. c. auditis. de præſcript. & palàm Oldra. docet in conſi. 237. perlectis. colun. 2. & multi alij quorum meminit Aym. Craue. in conſ. 96. dominus. nu. 4. lib. 1. & in conſi. 171. magiſter. nu. 14. eod. lib. & ita non ſufficiet probari vſum dictarum legũ prædicti fori in parte illa, ſuper quà non eſt controuerſia. ¶Proinde hæc cõſtat ſententia. ex tex. in l. ſi. C. de teſta. vbi probatur † obſeruãtiam in quibuſdã, cætera deſtruere. quem tex. ad hoc extollit Bald. in d. l. de quibus. colu 9. verſi. modò. ff. de legib. Denique & ſatis in terminis hæc inſtruitur ſententia ex eo quòd cenſet Mathe. de Afflict. in rub. de feud. cogni. nu. 14. vbi inquit † quòd ſi inciuitate Longobardorum iure viuitur, & hoc quo ad certam probatur cauſam, quòd hic vſus ad cæteras cauſas non extenditur.

¶VERVM nec huic officit ſententiæ † tex. in l. ſi eo loco. §. qui latiore. ff. ſi ſerui. vendi. & in. l. ſi ſtillicidij. ff. quemadmo. ſerui. ami. quia in his iuribus quidem agitur de iure retinendo & conſeruando. vt docet Bart. in d. l. 1. §. ſiquis hoc interdicto. poſt gloſ. & idem traditur in l. arboribus. §. de illo. ff. de vſufruct. & alibi ſæpe. quod ſententiæ noſtræ diſſimile eſt, & abſimile legibus dicti fori regij ſeu municipalis, quæ tãtùm obſeruandæ ſunt, quàntum vſu foũetur, & in caſibus vſu roboratis. vt hac lege conſtitutum eſt. & in materia adde Aym. Craue. de antiqui. tempo. 4. part. nu. 28. & ſequentib.

¶SED intelligẽda hæc ſunt, cùm pars quæ vſu expreſſo non comprobatur, eſt ſimilis ipſarum legũ parti, quæ vſu mutatur. vt percipies ex dictis in præcedẽti quæſtione.

¶QVINTO etiam iuxta dicta verba *en aquellas coſas que ſe vſaron*, quærere non eſt prætermittẽdum † nunquid ſit neceſſe probare vſum dictarum legum fori regij. Et videtur quòd non. ex ſequẽtibus.

¶ET primò, quia vt habetur in procemio dictarum legum. & in l. 4. tit. 4. lib. 1. ordina. ipſis legibus præcipitur à rege Alfonſo iudicandum eſſe. cui eſſe obediendum iura notiſſima edocent.

¶SECVNDO, ex lege ordina. (cuius hæc lex meminit) qua cauetur, in regis Alfonſi curia prædicti fori regij leges obſeruari: quarè cùm ibidem cõſtet, leges ipſas cuſtodiri, non videtur neceſſum, ipſarum legum vſum probari.

¶TERTIO, idem conſtare videtur ex procemio dicti fori regij: in quo videtur expreſſum, ex vſu ipſius fori ſanctiones oriri: ſed vſus ille mutatus non præſumitur: & æquè, nec vſus ille qui erat in curia regis Alfonſi. argumen. d. l. ſancimus. C. de teſta. & dicte. l. præcipimus. C. de appella. ergo dictarũ legũ vſum probari nõ videtur neceſſe. & in terminis hoc palàm confouet tex. in l. fin. C. quæ ſit long. conſue. ibi, *perpetuæ*, quem tex. Bald. imbi in fine adhoc perpendit † quòd conſuetudo eſt perpetua: niſi ſublata probetur. & Cin. & Petrus illic tex. illum ad hoc notant, quòd conſuetudo tudo prout lex perpetuò eſt obſeruãda.

¶QVARTO huic ſententiæ locũ eſſe liquet, quia hæc lex & complures aliæ eaſdem leges fori regij leges nominant
99 † & leges eſſe, nõ eſt ambiguum: cùm ab Alfonſo editæ ſunt. l. 1. ff. de conſti. princip. §. ſed & quod principi. inſti. de iu. na. gen. & ciui. Si ergo leges ſunt, conſequens eſſe videtur, earũ vſum probari non exigi: quia leges ſemper ſunt in viridi obſeruantia. l. Arriani. C. de hæreti. & quia legis natura eſt, quòd ſit perpetua. l. edita. C. de edend. cũ alijs.

¶QVINTO, quia iuxta ea quæ legibus ſunt conſtituta, aliquam probationem fieri non exigitur
100 † ſed tãtùm earum librum aperire, in quo ipſę leges collocãtur. l. ab ea parte. ff. de probat. & inibi Bart. & docto. cum alijs. & ita earum legum vſum (quę ſaltem in libro dicti fori regij reperiuntur) nequàquàm probari, exigi videtur. quod magis in expreſſo ſuadetur ex eo quod dicit Bart. in relect. l. de quibus. col. 10. verſi. quartò principaliter quæritur. vbi ait, conſuetudine in ſcriptis redactam ex principis ſeu populi authoritate, probari ex apertatione libri.

¶SEXTO, quia legi non vſu non derogatur
101 † ſed contrario vſu. vt colligitur ex procemio. ff. in princip. ibi, *quas & æternas fieri optamus*. & in. l. 1. §. hũc igitur. C. de iuſti. C. confir. & in ſimilibus quę ſupra in procemio in verbis, *por los procuradores*. citauimus. ¶Quo fit vt Curtio iuniori videtur in conſi. 129. præ
102 ſupponitur. col. 4. nu. 12. quòd dicẽti † ſtatutum non eſſe in viridi obſeruantia incumbit onus probandi: & quòd ſimilè annis non eſſet in vſu, non ſufficeret niſi vſus cõtrarij interuenerit. ad quod allegat quæ recenſet Feli. in c. 1. de tregua & pac. quarè neceſſè non videtur, prædicti fori regij legib9 vtenti, earum vſum probare: cùm non conſtet, contrario vſu eſſe abrogatas.

¶SEPTIMO, hanc partem valdè cõfirmat. l. 2. harum legum. qua cauetur. neminem iudicandi offitiũ habere poſſe: niſi iam præuiderit dictas ſanctiones fori regij. in qua lege & dictæ ſanctiones fori regij leges nominãtur.

¶OCTAVO, dicta ſententia ſuadetur, quia hac lege non diſponitur, neceſſe eſſe, iam probari vſum legũ dicti fori regij aut municipalis: ſed tantùm quòd quàntum leges ipſę in vſu fuerint, obſeruentur: ex quo à contrario ſenſu, tantùm videtur ſanciri, eas leges quæ vſu nõ extiterint, nõ eſſe obſeruãdas. quod
103 † argumentum à contrario ſenſu non obtinet: cùm ex eo aliquid iuri contrarium ſubſequitur. vt legitur & notatur in. l. nemo. C. de iuriſdi. omni. iudi. vbi probatur. & in. l. 2. C. de condi. inſer. & vtrobiquè docto. cum ſimilibus de quibus memores ſunt moder. in. l. quæ cunque. ff. de offi. eius cui manda. eſt iuriſdi. Sed ſi dicto argumento à contrario ſenſu hoc in caſu vtimur, in totum corruent leges prædicti fori regij, quarum vſus non fuerit probatus: quarè ipſo argumento non licere vti, videtur cenſendum. ¶Vndè ſequitur, dicta verba, *en aquellas coſas que ſe vſaron*. noſtræ ſentẽtiæ non refragari. ¶Præterea & videtur dicta verba, *en aquellas coſas que ſe vſaron*. tantùm eſſe referenda ad forũ municipale, cuius hæc lex proximè meminit: & non ad dicti fori regij ſanctiones. Quod ſuaderi poteſt, quia relatio tunc ad omnia ſuperiora facta cenſetur † 104
cùm ad omnia iure fieri valet: & non aliquod indè euenerit abſurdum, ſiue iuri contrarium. notatur in. l. ſi idẽ cum eodem. §. fi. & inibi glo. ff. de iuriſdi. omni. iudi. optimè tex. in. c. eccleſia veſtra. in. 2. de elect. vbi Abb. nu. 6. col. 3. cum ſimilibus quorum meminit Laſo. in. l. 1. nu. 8. & 9. C. de libe. præteri. & in. l. talis ſcriptura. nu. 39. & 40. ff. de leg. 1. & moder. in. c. cauſam quæ. de reſcript. & plenius

Universidad de Deusto
Biblioteca

plenius Boeri. in decisio. 146. nobilis vir. col. 2. Quæ solutio etiam confirmatur ex verbis huiꝰ legis. ibi. *usadas y guardadas en los dichos lugares*. ex quibus verbis iunctis præcedentibus constare videtur, de foro municipali hanc legem esse interprætandam. ¶ Præterea & dicta verba huius legis quæ conspiciunt vsum dicti fori, conditionalia non videtur. ex tex. in. l. si testamentum. C. de institu. & substi. sub condi. fact. & illic Iaso. nu. 2. & tex. in. c. abbate sancti Siluani. de verb. signi. Bart. in. l. eum qui. §. Iulianus. ff. de consti. pecu. cum similibus quorũ memor est Feli. in. c. quoniã abbas. nu. 12. de offi. deleg. & in. c. ex parte. nu. 10. de rescript.

¶ RVRSVM & nonó hęc sententia confirmatur, quia cùm leges dicti fori regij sint notissimæ, alię quę leges municipales in loco quo vigent, probatione minimè eas egere videtur. l. emptorem. in princip. ff. de act. empt. & illic notatur. cũ alijs infra allegãdis. Et hinc
105 est † quód leges communes seu municipales producere non est necessum. vt probatur in authenti. vt factæ no. constitu. post princip. colla. 5. & in authenti. vt cùm de appella. cognosci. in princip. colla. 8. & in. l. leges sacratissimæ. C. de legib. & notatur in proœmio clemẽti. & expræsse sic tenet Bald. in consil. 238. ad ueritatem. col. 2. lib. 1. cuius meminit Bartho. de Chassene. in consuetud. Burgundi. char. 1. col. 4. Et hoc confirmatur, quia vt constat ex. d. l. 7. titu. 1. parti. 1. de fori natura est, quód sit notorius & manifestus. & ita vt prædicta insinuant, probationem prædictam esse necessariam non videtur. & sat probatur in authenti. iubemus. & ibidem Bald. C. de iudi. cum similibus.

¶ DEMVM & decimó, in proprijs
106 quę terminis † quód vsus dictarum legum fori nõ sit probandus, tenet Montaluus in eius indice legum ordina. in verb. leges. & in. l. 10. titu. 11. parti. 3. & si praxim & Cancellariæ stylum esse in contrarium testatur idem Montalu. in. l. fi. tit. 6. lib. 1. for. leg. & præter Montal. etiam constanter vidi alios huic adhærere sentẽtię: & pręcipuũ quendã á consilijs cæsaris eminentis qúe scientiæ virum.

¶ VERVM his nihil obstantibus, cõ
107 trariæ adhæreo sentẽtiæ: & vsum † ipsarum legum fori regij esse probãdum: Quim & ab eo qui in ipsis fundatur legibus, censeo vsum ipsum probari esse necesse. quarèdum tuo clièti aliqua lex dicti fori regij seu municipalis expedierit, memorare ne ipsius legis vsum probare omittas. Quod probabile verum qúe esse subsequentia indicant.

¶ PRIMO, huius legis verba † quæ
108 in hunc sunt modum *en lo que son o fueren vsadas*. & in lege prædicti regis Alfonsi. ibi, *en aquellas cosas que se vsaron*. quæ sunt restrictiua: & ex eis dictę leges restringuntur, vt tantùm vsu cõprobatę obtineant. l. ea tamẽ adiectio. ff. de leg. 3. l. hac edictali. §. hijs illud. C. de secund. nupt. cum cõcordantibus de quibus moderni memores sunt in. l. 1. C. de sum. trini. & alibi sępe traditur.

¶ SECVNDO, quia cùm hæc lex exigat vsum dictarum legum, etiam & ipsius vsus probationẽ reposcit † cùm
109 vsus & consuetudo in facto consistant: vt in. d. c. 1. de constitu. lib. 6. cum alijs imõ & propriè ipse vsꝰ quodam factum reputatur. vt tradit ue. in. d. l. 1. C. quę sit long. consue. & illic docto. Bart. & alij in relect. d. l. de quibus. col. 3. igitur necesse est, vsum ipsum factum qúe probari, quia facta nisi probentur, non presumuntur. l. in bello. §. factæ. ff. de cap. & post limi. reuer. cum alijs.

¶ HEc pars tertió confirmatur. ex
110 tex. in. d. l. 1. C. quę sit long. consue. vbi cauetur, consuetudinem esse probandam † & illam alleganti incumbere

onus

onus probandi. vt ex verbis ipsius legis constat. ibi, *probatis his*. quod inibi multi docto. tenent. quorum memor est Rode. Suarez in procœmio dicti fori regij. char. 3. col. 1. & præter eum idem cõstat in. l. in totũ. C. de ædifi. priua. ibi, *probatis his quæ in oppido frequenter in eodem genere cõtrouersiarũ seruata sunt*. & in. c. cùm dilectus. de cõsuetudo. ibi, *talis fuerit consuetudo probata*. & ibi ita tenet Bald. col. 2. quod etiam probatur in. c. fi. de offi. archidia. ibi. *& si vobis cõstiterit, præfactum archidiaconum vel præ decessores ipsius, de pacifica sic obtenta consuetudine*. ¶ Et quód consuetudo, eadem qúe ratione & vsus, ab allegante probari sit necessum. etiam tenet Hostien. in summa. de consuetudi. nu. 9. Oldra. in consi. 226. quidam episcopus. col. fi. Albe. in. d. l. de quibus. nu. 48. & ibi Bart. in lect. col. 4. & cæteri docto. & idé Alberi. in. d. rub. C. de quæ sit long. consue. colu. 17. in fine. & in. l. 2. C. de iura. cal. colu. 9. nu. 7. & palám idẽ Alberi. in rub. C. defid. instru. col. 1. & docto. in. d. l. 2. C. quæ sit lõg. cõ. & in. d. c. fi. eo. tit. & in. l. præscriptione. C. fi cont. ius vel vtil. publi. & etiam Bart. in. l. omnes populi. col. fi. ff. de iusti. & iur. & Bald. in. l. scimus. §. cùm igitur. col. 6. C. de iur. delibe. vbi ait, consuetudine nõ probata, iure communi iudicandum esse. quã sententiam admittit etiam Abb. in. c. 1. colu. 5. de re iudi. & Alex. in consil. 67. in causa. lib. 7. & Corne. in consi. 83. circa primum. colu. 5. lib. 4. Iaso. in. l. cùm probatis. nu. 6. ff. de re iudi. Soci. in consi. 46. eleganter & subtiliter. nu. 51. lib. 4. Deci. in. d. cõsi. 402. in causa illustrissimi. nu. 11. & in consi. 8. viso puncto. col. 3. & in consi. 420. quæritur. nu. 8. & in. c. 1. de probat. col. 14. versi. ista ratio. Guiller. Bened. in repeti. d. c. Rainuntius. in verb. & vxorẽ nomine Adalesiam. nu. 40. de testa. Cardi. Pet. Parisi. in consil. 27. in præsenti. nu. 37. lib. 1. Aym. Craue. alios complures citans in tracta. de antiqui. tempo. 1. part. nu. 195. & hæc est cõmunis & indubitata cõclusio secũdũ Greg. Lup. in. d. l. 7. in verb. paladino. col. 1. tit. 2. par. 1. post Purp. in. l. certi cõditio. §. si numos. ff. si cert. pet. vbi etiã ait, alleganti esse solitum † incumbere 111
onus probandi. ad quod ibi citat Deci. in. d. c. 1. de probat. Et quód vsum allegans † ipsum teneatur probare. palám 112
etiam tenet Bar. in. l. Labeo. ff. de supel. leg. & in proprijs terminis sic cõsuluit Ang. in cõsi. 26. statutũ. & Alex. in cõs. 26. videretur fortassè. col. 3. lib. 3. & Ioã. de Ana. in. c. 1. colu. pen. de sagita. Lanfranc. in tracta. de testibus. nu. 152. Feli. in procœmio decretal. nu. 17. & Deci. in consi. 472. testator. nu. 15. & 19. Curt. antiq. in cõs. 73. supermemorata. co. 16. vbi & allegat Alex. in consi. 5. circa primũ col. 3. lib. 3. & idẽ placet Guiliel. Mayne. in. l. ius nostrum non patitur. ad finẽ ff. de reg. iur. Franc. de Rip. in. l. centurio. nu. 90. ff. de vulg. & pup. ¶ Rursus & expræsse quód dicens aliquid vsitatum esse † seu aliquam doctoris sentẽ- 113
tiam vsu esse munitam, probare teneatur. firmat And. de Iser. in constitu. Neapol. in titu. de successio. co. & ba. nu. 38. & adde videndum Hieroni. Grat. in cõsi. 100. & si in decisiuis. nu. 27. & 28. lib. 1. Quid autẽ erit, in vsu priuilegij, an ille qui producit ipsũ, eius vsũ probare teneatur, vel aduersarius qui cõtrario vsu esse derogatũ edixerit. videre licet tex. in. c. accedentibus. de priuileg. & dominũ Greg. Lup. in. l. 42. in verb. fasta treinta. in fine. tit. 18. parti. 3. & uide tex. in. l. 27. eod. titu. 18. & quæ supra nu. 102. descripsimus. differere tamen hoc accurati9 necesse est. ¶ Proindè & non tãtùm † allegatam consuetudinem quis 114
probare tenetur: sed & ipsius consuetudinis qualitatẽ. ex notatis à Ioã. And. & alijs in. c. 1. de homicid. cum alijs quæ Soci. allegat in cõsi. 11. visis actis. lib. 4.

¶ Quarto

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶QVARTO, prædicta præual et sententia, quia hac lege non cõstituitur, in omni casu esse obseruandas leges dicti fori: sed quántum leges ipsæ vsu sunt cõfirmatæ. vt prædicta verba docent. ibi, *en aquellas cosas que se vsaron*. ergo dicẽ dum est, qualitatem illam esse probandã, & ab eo qui dictis indiget legibus † 115
quia si á lege aliquid cum aliqua qualitate sancitur, illi is legis qualitatem probari oportere: & ab eo qui ipsa indiget lege. l. prætor ait cuius. §. docere. ff. vi bono. rapt. legitur & notatur in. l. 1. §. ait prætor. ff. ne quid in lo. publi. c. 1. de homicid. lib. 6. cum similibus de quibus meminit Franc. de Ripa. in. c. ex parte. nu. 66. de rescript. ¶Quod etiam confir
matur † quia cùm lex aliquid disponit 116
certum quid supponendo, eius dispositioni locus non est: nisi illud cõstet suppositum. vt tenet Iacob. Butrica. in. l. mancipia. C. de seruis fugi. cum alijs citatis á Deci. in consi. 259. visis his. col. penul.

¶QVINTO huc expectant huius legis verba. ibi, *no embargãte los dichos fueros y vso y guarda dellos*. quib⁹ verbis clare cauetur, ipsarũ legum vsum esse probandum: & hic ab eo qui illo munitur.

¶SEXTO, etiam hanc docet sententiam hæc lex, dum constituit, leges ordina. & pragmaticarum esse obseruandas: & si nunquam vsu venerint: in hoc discrimen cõstituens, inter leges dicti fori regij & municipalis & sanctiones prædictorum ordinamentorum & pragmaticarum. Vndè fit, vsum dictarum legum fori regij esse probandum: vt distẽt á legibus ipsarum pragmaticarum & ordinamentorum, vt hæc lex palàm constituit.

117 ¶SEPTIMO hæc sententia † munitur stylo huius regni, quem Montal, (vt supra diximus) fatetur. & Ferdinan. de Talaue. in. l. 7. infra harum legũ. nu. 7. & ibi hunc stylũ hac lege suaderi censet. & etiam domi. Greg. Lup. in. d. l. 7. in verb. paladino. titu. 2. part. 1. testatur, praxi esse receptum, prædictas leges fori esse obseruandas, quatenꝰ sunt in vsu & non vltra. stylus enim ipse facit ius in hoc casu. vt habetur in. c. ex literis. de constitu. cum alijs á nobis citatis supra in procœmio. in verbis, en el entẽdimiẽto. mutanda enim non sunt, quæ certã habuerunt interpretationem. l. minimé. ff. de legib.

¶OCTAVO huic sententiæ locum esse constat, & speciatim sat ex And. de Isern. in. c. 1. §. item eadem lex. denotis feudo. & dicit Mathe. de Afflict. in constitu. Neapolita. lib. 1. rub. 60. nu. 9. char. 135. col. 2. referendo Isern. in dicto loco Longobardorũ ius † inter eos obseruã 120
dum, qui ipso Longobardorum iure vtuntur: & inter quos ipsarum legũ obseruãtia est. Quo fit (vt Matheo de Afflict. videtur) And. de Iser. existimasse, quòd vt eisdem legibus Longobardorum in loco iudicetur, ab eo qui in eis fũdatur esse probandum, quòd in illo loco vtiur iure Longobardorum, quod eidem Matheo placet: & dictarum legũ vsum esse probandum: vt eis vti liceat. & idẽ etiam inibi esse existimat, si francorum iure quis muniatur. allegat And. de Isernia. in. c. 1. §. preterea ducatus. de prohibi. feu. al. per Federi. & etiam Luc. de Pen. in. d. l. 1. C. de conduct. & procura. lib. 11. col. 6.

¶DENIQVE & nonó in propríjs terminis † hanc amplectitur sententiam Rode. Suar. (vir nunquàm satis laudatus) in dicto procœmio legũ fori. 3. chart. contra sententiam Montalu. quam & admittit Dida. á Castel. hic. in verbis, en que fueren vsadas. & Ludoui. de Tauro. & Ferdi. Gome. in. l. 7. infra harũ legum. quam vt quintam legit. nu. 6. & 7. quo loco fatetur, hanc opinionem etiá esse in pratica admissam. & domi. Greg. Lup. in. d. l. 7. tit. 2. part. 1. in verb. paladino. Et hoc modo in cesareo consilio pronunciatũ fuit hisce tẽporibus in causa ardua.

¶EX quibus deducitur, vt cẽset Dida. Castel. dicto loco † prædictũ forũ regiũ, siue aliud municipale nõ esse authẽticũ: quia ipsi⁹ legib⁹ (nisi vsu cõprobẽtur) nõ iudicatur. Quo fit, vt ipsi videtur vsũ consuetudinẽ vè prædictũ roborare forũ, tàm regiũ, quàm quodlibet municipale: ex quibus aduocatos aduertit, vt dictũ probẽt vsũ, & ei⁹ articulos faciãt.

¶ET huic sententię ipse Dida. Castel. nõ repugnare censet iura dicẽcia, legũ cõstitutiones semper in viridi esse obseruãtia: quia eis nõ est locus, quãdó leges nõ approbantur, seu quandò ipsæ leges aduersantur legibus huius regni.

¶NEC rationes contrariæ nostræ officiunt sententiæ. ¶Et prior ex eo enodatur, quia & si Alfonsus rex prædictas leges fori custodire præceperit: tamẽ hac lege & prædicta ordina. sanctione hoc sublatum est.

¶Rursùm & secunda ratio, & tertia ex eo enodãtur, quia & si in curia regis Alfõsi ipsę sãctiones fori regij vsu munitæ essent, & tẽpore illo quo leges ipsi⁹ fori editę fuerũt: & etiã ipsæ leges ab vsu prę cedẽte originẽ accepissent (quod in earũ procœmio nõ exprimitur, nec ibidẽ hoc cauetur) cùm tamẽ lex nostra illarũ vsũ exigat ad earũ obseruãtiã. & quidẽ hic vsus probandus est: & si olim eas fuisse obseruatas, nobis his tẽporibus notũ esset, aliàs quidẽ hui⁹ legis verba nihil operarẽtur. cõtra notissima iura. quod & cõ
stat † quia vsi⁹ tẽporis preteriti probati, 121
nõ indicat vsum presentis tẽporis. l. matrẽ. cũ materia. C. de probat. Et ita expræsse tenet Fulgo. in. l. 1. in princip. C. de iura. calũ. Quo fit, vt ipse cẽset (vt existimat Tho. Ferra. in suis cautelis. in cautela. 52. habes quòd cõmunis opinio) quòd
si quis vsu † cõmuni loquẽdi, statutũ ali 122
quod interpretari cupit, ipsum loquẽdi vsũ. preterito fuisse tẽpore, & ante ipsũ statutum editũ probare nõ sufficiet: sed vsũ tẽporis quo statutũ cõfectũ est: quia possibile est, illo tempore quo ipsum statutũ fuit cõditũ, antiquum & præteritũ vsum vel futurum nõ extare. cui Fulgo. sententiæ assentit Vincen. Palleo. in. l. 1. chart. 5. versi. item quia dictum est. ff. si cert. peta. Thom. Ferrarien. in. d. cautel. 52. vbi extollit prædictam sententiam Fulgo. Sed & si ipse Fulgo. viderim in. d. l. 1. non tamen hoc dicit. Præter eos tamen reperio in terminis Soci. in. l. gallus. §. si eius. col. fi. ff. de libe. & posthu. quo loco præclarè tenet † quòd 123
si quis testatoris dispositionẽ ex vsu cõmuni loquendi nititur interpretari, tenetur probare vsum extãtem tẽporẽ cõfecti testamenti: non verò vsum euenièm post testatoris mortem. quod etiam locũ habere dicit, cùm agitur de interpretatiõe statuti ex cõmuni vsu loquẽdi quod & voluit Fulg. in cõs. 165. in. q. proposita co. pe. (& si Soci. non expræsserit numerum consilij.) & palàm idem consuluit Cuma. in cõs. 77. visis libello. ad finem. & Soci. in consi. 37. viso testamento. col. fi. lib. 3. post Alex. ibidem ad hoc ab eo citatũ. & pulchrè. Philip. Corne. in consi. 179. ex pũcto. co. 2. lib. 3. Roch⁹ Curti. in. d. tracta. de consuetudi. nu. 633. quã sententiam esse præclarã Cur. iuni. existimat in. l. 1. nu. 68. ff. si cert. peta. vbi & allegat Alex. in loco ibidem ab eo memorato. quod etiam tenet Carol. Rui. in cõs. 88. circa legitimationẽ. nu. 12. lib. 3. post. Deci. in. d. consi. 472. col. 2. nu. 16. & sat constat ex Bart. in. l. Labeo. ff. de supel. lega. & Alex. in consi. 26. videretur fortassè. colun. pe. lib. 3. Plerunqúe enim stylus † consuetu- 124
do, vsus qúe mutantur. vt experiẽtia docet. & cõstat ex. l. 2. §. sed quia diuinæ. C. de vete. iur. enuele. Et vndè hoc euenìat vide Ludoui. Gome. in regul. Cancella. de triena. posse. quæst. 53. pa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gina mihi.882. Quæ & ſuadentur, quia non ſequitur, fuit conſuetudo, ergo & nunc ipſa viget conſuetudo: & eadem res eſt in vſu. vt probatur in predictis iuribus. & in.l.7.tit.9.part.5.ibi, *coſtumbre y ſaſada.* & in.l.4.tit.8.part.5. in qua lege eadem verba repetuntur. & alijs pleriſque in legibus.

125 ¶QVIBVS nõ obſiſtit † dicta.l.fi. C. quę ſit lõg.cõſue.in verbo, *perpetuo*, nec ea quæ Bald. ibidem perpendit: quia &ſi dicta lege caueatur, conſuetudinẽ perpetuam eſſe: niſi eam conſtiterit lege eſſe ſublatam: hoc enim noſtrum nõ attingit caſum: cũm dicta lex conſuetudinem ſemel introductam ſemper extare non præſumat: non ideó vtiqúe quód ipſa conſtituit lex, conſuetudinẽ non mutatam, perpetuó eſſe valituram ex hoc cenſet, nunquãm fuiſſe abrogatam: ſed omni tempore durare. ¶Secundó dici etiam poteſt, dicta Baldi declaratione omiſſa, dictam.l.fin. tantúm dicere, id quod conſuetudine eſt indultum officijs, curijs, ciuitatibus vè ſeu collegijs, proindè eſſe obſeruandũ: ac ſi perpetua lege eſſet conceſſum. vt ex ea lucidè colligitur. & nominatim ita Odofred. explicat. quod etiam á noſtro deuiat caſu. ¶Tertió dic, quód & ſi dicta.l.fi. aliud diceret, non poſſet legi noſtræ applicari: quæ vſum ipſarum legum fori regij probari perſpicuis exigit verbis.

¶QVARTA ratio facillimè etiã euellitur, cũm &ſi hac & cęteris legib⁹ ipſæ
126 ſãctiones fori regij leges nominẽtur † tamẽ lex quidẽ noſtra manifeſtè iubet, earũ vſũ eſſe probãdũ: vt in iudicijs ipſę leges fori poſsint obtinere. ¶Dici etiã poteſt, quód non ſequitur, leges nominantur, ergo obſeruandæ ſunt: nã multę ſunt leges, quæ &ſi leges appellentur, cuſtodiendæ nõ ſunt. vt conſtat in.d. l. de quibus. ff. de legib. & alijs pleriſque ſimilibus.

¶QVINTA ratio ceſſat, quę percipitur † ex.d. l. ab ea parte. ff. de probat. & ex inibi notatis. quia ex verbis noſtræ ſanctionis cõſtat, quód &ſi conſtitutiones dicti fori regij ex libri apertione cõſtẽt: non ideó ſunt obſeruandæ: niſi tantúm vſu ipſæ leges comprobentur. ¶Reſpõderi & poteſt, quód dicta.l. ab ea parte. loquitur in iure ſcripto: quod probatione non indiget. ſed vbi nõ eſt ſcriptum, ſeu in facto (vt diximus) conſiſtit: probatio neceſſaria eſt. vt expreſſè dictæ.l. ab ea part. reſpõdet glo. in.d.l.1. in verb. prolatis. C. quæ ſit long. conſue. & Albe. in. d. l. de quibus. nu. 48. & ibidem Bart. in lectu. col. 4. verſi. quæro tamen. & inibi cæteri docto. in.d.l. ab ea parte. & eodem modo dictæ legi ſatisfacit Albe. in rub. C. quę ſit long. cõſue. col. 17. & Pet. de Bella. in.l.2. col. fi. C. eod. tit. Iacob. de Areti. in tracta. poſitionũ. nu. 42. ſed in præſenti nõ tantúm agitur de lege ſcripta: ſed de vſu in facto conſiſtẽti: quarè non eſt mirum, ſi ipſi⁹ vſus probatio exigitur: & non ſufficiat, dicti fori ſanctiones earum codice ſeu libro extare. ¶Ex quibus fit, ſententiam † Bart. in.d.l. de quibus. & ei aſſentientium. dicentium, conſuetudinem in ſcriptis redactam, ex conſuetudinum codice probari eſſe intelligendam, niſi lex talem cõſuetudinem aliter probari exigat. vt in hac re hac noſtra lege eſſe conſtitũ liquet.

¶PRETEREA & ex eodẽ fonte diriuatur. vt tenet in dictis locis Iacob. de Areti. & Vber. de Bo. poſitionem † circa ius factam reſpuendam eſſe. ex text. in l. ornamentorum. ff. de aur. & argen. lega. & conſtat in.l.2.tit. 12.part.3. ibi, *y deue ſer de tal natura, que pertenezca al hecho.* at ſecus eſſe dicunt † cũm iuxta conſuetudinem, vſum vè, ſeu obſeruãtiam poſitio facta fuerit. quod etiam tenet Alberi. Bart. Bald. Paul. Caſtr. & alij in.l.2.§.quod obſeruari. C. de iur. iuran.

iurand. propt. calum. dan. & idẽ Alberi. in rub. C. de probat. in princip. & alibi ſæpe traditur. ¶Vndé etiã fit, ſuper his quę ſancita ſunt in legibus dicti fori
131 regij ſiue municipalis † poſitionẽ fieri nõ poſſe: nec ei eſſe reſpondendũ. quod & in legib⁹ municipalibus tunc admittẽdũ eſt, cũm ſcriptæ fuerint in volumine ſtatutorum: aliás ſecus. vt voluerunt Bart. Paul. Caſtren. & multi alij in. d. l.2. §.quod obſeruari. & alibi ſæpe. quibus adde Ioan. Igne. in.l. neceſſarios. §. non aliás. nu.130. ff. ad Sillania. at quidé ipſarum legum vſus ſeu obſeruantiæ poſitionem fieri poſſe, cũm in facto conſiſtat, non eſt dubitandum. ¶Ex quibus etiam deducitur, interprætatio. l. 10. tit. 11. parti. 3. cuius in procœmio memores fuimus.

¶NEC contrariæ ſuffragatur ſententiæ ſexta ratio, quia procedit in lege, ad cuius obſeruantiam vſus non exigitur: nec quidem locum habere poteſt in lege, cuius vſum probari neceſſe eſt.

¶SEPTIMA ratio noſtræ non obſiſtit ſententiæ, quia &ſi in lege ſequenti caueatur, nullum iudicandi munus habere poſſe, niſi legerit leges dicti fori regij: non tamen ex hoc inibi conſtitutũ eſt, ipſas leges eſſe obſeruandas, abſqúe dicto earum vſu probato. & lex illa hac noſtra explicanda eſt. l. non eſt nouum. ff. de legib. cum alijs. ¶Dici etiam poteſt, quód cũm multę leges dicti fori vſu ſint nunitæ, quód in eadẽ lege ſequenti nõ immeritó ſancitum eſt, quód antequãm quis iudex efficiatur, dictas leges fori videat. ¶Tum & reſpõdetur, quod &ſi dicti fori regij aliquæ leges vſu comprobentur, eas tamen ſcire decet. vt in princip. inſtitu. de teſta. & in conſtitutione regis Alfõſi, hac noſtra collocata.

¶OCTAVA ratio etiã corr... quia nũ cupatim & abſqúe ...gumẽto a cõtrario ſenſu, prædicta noſ... ſententia in hac lege probatur. vt en... verba iã dicta clariſ

132 ſimè docẽt. ¶Secũdó reſpõdetur † argumentũ á cõtrario ſenſu validũ eſſe. vt in.l. quæcunqúe. ff. de offi. eius. & in. l. qui teſtamẽto. §. mulier. ff. de teſta. cũ ſimilib⁹. etiam ſi ex hoc aliquod ius corrigatur: quandó legis verba aliás ſuperuacanea redderẽtur. vt ait tex. notabil. in authen. ex teſtamẽto. C. de collat. & inibi Alex. co.1. allegat cõcordãtias. & optimè probatur in authent. nulla niſi. iũcta authẽti. diaconiſſã. C. de epiſcop. & cleri. cum ſimilibus, quorũ meminit Iaſ. in.d.l. quę cũqúe. nu.50. & hãc dicit eſſe cõmunẽ ſententiã Curt. iuni. in.l.1. C. de edẽd. nu.29. & placet Ioanni Frã. de Rip. in.d.l. ſi conſtante. nu.73. ff. ſol. ma. Sed hui⁹ legis verba quicquãm operari non poſſent, ſi aliter quàm diximus interprætarẽtur. ¶Quid plura, & Curt. in.d.l. quæ cunqúe. nu.62. nouiſsimè tenet, indiſcriminatim argumentum á cõtrario ſenſu obtinere: etiam ſi ex eo alicuius legis contingat correctio. ex iuribus inibi ab eo citatis: &ſi á communi ſententia non ſit recedendũ. ¶Verúm nec dici poteſt, vt in dicta ſeptima ratione fuit deductũ, huius legis dicta verba, *en aquellas coſas que ſe vſaron*, tantúm ad forum municipale eſſe referenda: cũm ea non ſolum ad municipale forum referri: ſed ad prædictas leges fori regij, huius legis verba euidenter oſtendunt. ¶Præterea in prædicta ſanctione regis Alfonſi, hac lege comprobata, iam dicta verba, *en aquellas coſas que ſe vſaron.* indefinitè ſubiciuntur: & poſt quàm de legibus fori regij & alio quouis municipali foro lex ipſa fuit loquuta, in qua dicta verba, *en los dichos lugares.* quæ in oppoſitum conſiderantur, non ſunt poſita. ¶Proindè dicta verba *en los dichos lugares.* quæ in hac lege ponuntur, etiam intelligi poſſunt reſpectu legum fori regij, & earum vſus in oppidis vigentis. ¶Demúm ſi aliud hæc lex voluiſſet, de facili exprẽſiſſet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& prædictis nō vteretur verbis, ita perſ picuè noſtram ſententiam ſuadentibus c. ad audientiam. de decim. l. 1. §. ſin autē ad deſſicientis. C. de cadu. tollen. cum alijs. ¶Et ex prædictis etiam diruitur quod congeſsimus in dicta ſeptima ratione, allegantes text. in d. l. ſi teſtamentum. C. de inſtitu. & ſubſti. & in d. cap. abbate ſancti Siluani. ſiquidē ex prædictis (vt autumo) conſtet, verba huius legis & prædictæ ſanctionis ordina. conditionem reſtrictionem quę (ex pleriſquę iam dictis) inducere.

¶Præterea in hac lege dictio. *ſecundum*, vel, *prout*, aut ſimilia (de quib⁹ prę dicta iura pertractant) minimè inſunt ſed alia verba: quibus (vt rationes pro hac ſentētia ſupra excogitatæ indicāt) manifeſtè noſtra conſtat ſententia.

¶NEC vrget nona ratio, ex quo lex noſtra diſponat, dictas leges fori vſu comprobari. Quo fit, non ſuſſicere, quòd leges earum libro pateſiant, niſi illarum vſus nobis (vt diximus) innoteſcat.

¶DENIQVE parui ponderis eſt, Montalu. contrarium tenuiſſe. ex iam dictis iuribus & rationibus: quibus eius & ſequatium ſententia conuincitur.

¶EX quib⁹ ad tutum ſeu tranquillum portum ſententia noſtra peruenit: & à uentis & vndis fluctibus quę & cæteris periculis eminentibus euaſiſſe, iam dicta docent: & conſtanter eſſe tenendū, vſum dictarum legū fori regij eſſe probandum: & ab eo qui ipſis fundatur legibus. Et idem eſſe in alijs legibus fori municipalis: quaram etiam meminit lex noſtra. ¶Sed hanc ſententiam pluribus & ſequentibus modis tempera.

¶PRIMO, niſi vſus ipſe notorius eſſet
133 † quia tunc illum probari non erit neceſſum. ad quod Rode. Suar. in. d. proœmio dicti fori regij. chart. 4. pagi. 1. citat Bald. in. l. 1. colu. 2. C. quand. prouoca. non eſt nece. & Sali. in. d. l. 1. C. quæ ſit long. conſue. & alios complures. & domi. Grego. Lup. in. d. l. 7. in verb. paladi no. co. 2. in medio. tit. 2. parti. 1. quod etiā ipſe Rod. Suar. exemplo docet, ſcilicet ex vſu quo lucra inter maritum & vxorem diuiduntur, & inter eos communicantur, quę tanquàm notorium nō eſſe probandum diiudicat. quod exemplū non admitto: & illud nequáquàm poſſe obtinere cenſeo: cùm præter leges præ dicti fori de dictis lucris agentes, plures ſunt ordina. & huius voluminis ſanctiones (quarū vſum probari minimè exigitur) quib⁹ eſt cōſtitutū, lucra ipſa inter virū & vxorē diuidēda vt cōſtat lib. 5. ordina. tit. 4. l. 4. & in his legib⁹ Tauri. l. 16. & l. 53. & l. 77. & l. 78. ex quo leges fori de hac ſpetie lucrorū prædictorū loquē tes, approbatę cēſētur. ex tex. in. l. quidā cōſulebāt. ff. de re iudi. cum alijs quorū ad hoc meminit domi. Greg. Lup. in. d. l. 7. in verb. paladino. tit. 2. parti. 1. ¶Cæterùm & præter ea quæ Roderi. Suar. & Grego. Lup. in dictis locis citant ad dictam primam limitationē † & ad hoc quòd notoria cōſuetudo, ſeu vſus notiſſimus legum prędicti fori regij, probari nō ſit neceſſe. hoc idē tenet Albe. in. d. rub. C. quę ſit lōg. cōſue. col. 18. & in d. l. de quibus. nu. 48. & Pet. de Bellaper. in. d. l. 2. C. eod. tit. colu. fi. Bald. in. l. 1. co. fi. C. ad Velleia. & palàm Abb. in. d. c. 1. de re iudi. co. 5. Boue. in ei⁹ ſingularib. in verb. cōſuetudo. Alex. in. l. 1. co. 1. C. vt quę deſunt aduoca. & idē Alex. in cōſ. 67. in cauſa & lite. lib. 7. & Iaſo. in d. l. de quib⁹. nu. 88. & Guid. papa. in ſingula. 952. & Deci. in cōſ. 655. viſo elegāti col. 3. nu. 26. & in. d. conſi. 402. nu. 10. Mathe. de Afflict. in conſtitu. Neapolita. lib. 1. rub. 45. de feruan. inde. nu. 15. Ioā. de Ripa. in. l. damnum. §. hoc autem ui ditiū. nu. 34. ff. de damno infect. Card. Paul. Pariſi. in conſil. 25. primo. nu. 100. lib. 1. & in conſi. 13. attingendo. nu. 32. eod. lib. 1. & Hierom. Grat. in reſpon.

135. magnifice. nu. 9. lib. 2. ¶Quæ ſententia etiam confirmatur, quia ea quæ
135 notoria ſunt † probatione non indigēt l. emptorem. in princip. ff. de act. emp. vbi notatur. l. ſi verò. §. 1. ff. qui ſat. da. cog. tex. vbi glo. & docto. in. l. 1. C. qui & ad vers. quos. tex. etiā in. c. manifeſta. 2. q. 1. & in. c. euidētia. de accuſa. & abūdē laſo. ſcribitin. d. l. ſi verò. §. 1. ff. ſol. matri. Quinimò & Bald. cenſet. in. l. ſi fugi
136 tiui. col. 2. C. de ſeru. fugi. generalē † conſuetudinem probationē non egere allegat notata in. l. rē nō nouā. C. de iudi. cuius ſentētia in plurib⁹ locis cōmē datur. & amplè Deci. tractat in. d. conſ. 402. incauſa illuſtriſsimi nu. 10. & in cōſ. 655. viſo elegāti. nu. 26. & in cōſ. 540. quę ritur. col. fi. Curt. iuni. in cōſ. 173. habita. col. 2. & in conſi. 24. cùm ſæpiùs. colu. 1. & in conſi. 52. habita. nu. 10.

¶SED ſi ſcire cupis, an ſuper ipſo notorio vſu † declaratio citata parte prędece
137 dere debeat, exactis cōſtare oporteat eſſe notoriū. videre licet tex. & ibi abūdē Deci. in. c. cōſuluit. in. 1. de apella. & Iaſo. in. l. ſiverò. §. qui pro rei. nu. 13. ff. qui ſat. da. cog. & Deci. in cōſ. 483. pro reſolutione. col. fi. inibi plura citatē, quæ videre licet. poſt Alex. in conſi. 1. lib. 6.

¶VERVM iuxta prædictā Rode. Suar. primā limitationē: & præter eum, illud obiter querēdū eſt, an ſicut probari nō
138 exigitur vſum notorium dictarum legū fori regij municipalis vé † ita etiā ipſū allegari non ſit neceſſe. quod videtur, ex ſequentibus. ¶Primò, ex tex. in. d. l. emptorem. in princip. & in alijs iuribus ſupra citatis. & ex tex. in. l. 1. in fine. ff. de act. emp. optima glo. in. c. 2. in glo. 1. vt lit. non conteſta. & ita tenet Iacob. Areti. cui adhæret Alberi. in. d. rub. C. quę ſit long. conſue. col. 17. & Bart. in. d. l. 2. C. eod. tit. q. 25. & palàm Ioan. And. in. d. c. fi. de conſuetu. Bald. in. l. 1. C. vt quæ deſunt aduo. colu. fin. & Sali. in d. l. de quibus. quæſt. 13. cui ſententiæ aſſentit Thom. Grama. in conſi. 60. & videtur probari in authenti. iubemus. C. de iudi. ibi, *ſuas non propoſuerit allegationes*. iunctis verbis finalibus, ibi, *legibus & moribus conſonantem*. quem tex. Bald. & docto. ibidem expēdunt, quòd ea quę iuris & conſuetudinis ſunt, iudex
† ſuppllere valet: & ſi à partib⁹ eorū ni 139
hil allegetur (ſed ille tex. parūper vrge re videtur: ſiquidē & ſi in illo tex. cōſuetudo à parte cōtumace nō ſit allegata; non quidē ipſe tex. inficiatur † à parte 140
preſente eā allegatā nō fuiſſe) eidē etiā ſentētiæ aſſentit Bart. in. l. lege Iulia. ff. de teſtib. in qua hæc probantur in fine. cui etiā opinioni accedit Bal. in. l. filius fami. §. veterani. col. 1. in fine. & ſeq. ff. de procu. & exiſtimat, iudicē poſſe ſupplere notoriā cōſuetudinem. ea potiſsimùm ratione, quia hæc iuris ſunt, & nō facti allegatio. cuius ſententiam amplectitur Roma. & ſi eius nō ſit memor. in. l. ſi deceſſerit. colu. fi. ff. qui ſatisda. cog. & Curti. iuni. in cōſ. 173. habita diligēti. nu. 7. poſt Barba. in. c. 2. colu. 4. de probat. & Deci. in. d. conſi. 655. nume. 28. ¶Quæ ſententia & demùm ſuadetur † ex tex. in. c. dudùm ad audientiā. 141
de elect. & quæ illic Abb. & docto. notant. Etſi huic textui reſponderi poſsit, in eo non ſtabiliri, notorium allegari non oportere. quod & poſtremò Abbati ibidem palàm videtur, & in caſu illi⁹ tex. allegationem eſſe neceſſariam. nā & ipſe Abb. tex. illum ad hoc præclarum eſſe reputat, quòd cauſa etiam concluſa † notorium allegari poteſt: 142
quitur conſtitutio:ſiquidem agit de vſu ſeu obſeruantia legum prædicti fori regij aut municipalis: quam cõſuetudini diſsimilem eſſe,ſupra in ſecunda ratione pro Roderici Suarez ſententia definiumº. & ex huiº legis verbis ſat cõſtat quia & ſi totā hanc conſideremus legẽ, in ea non reperiemus, vllũ verbum loquens in conſuetudine:niſi tãtùm cùm de reptatu nobilium agit.ibi, *Viſo,y aque lla coſtumbre*.quæ dictio, *Et*, inter diuerſa poni iam dictum eſt:& ſi quo ad leges fori municipalis, hæc lex intelligenda etiam videatur in conſuetudine. ex dicta.l.7.tit.2.part.1.qua habetur, ad forũ firmándum,non tantùm vſum,ſed conſuetudinem requiri. Sed quidem dici poteſt.vt infra nume.235.deducemus.

¶ ADQVAM conſuetudinem probandam † decennium (iure ciuili) 203
cum actuum frequentia exigi minimè eſt dubitādũ. vt probatur in.l.diuturna. ff.de legib.& in.d.l.de quibº.& in.d.l.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& 2. C. quæ sit long. consue. & vtrobique docto. maximè laso. in. d. l. de quib⁹ nu. 42. vbi alia congerit. & Roch. Curt. in. d. eius tracta. de consuetudi. nu. 281. & hæc quidem est communis sententia. & est text. 1. parti. tit. 2. l. 5. qua cauetur, consuetudinem decem vel viginti annorum tempore induci.

¶ S E D antequám hinc discedamus
204 † occurit quæstio adnotatu digna, ad quid prædicta lex septipartitarum ad consuetudinem viginti annorum tempus requirit. Nã responderi posse videtur † inter absentes ad cõsuetudinẽ cõficiẽdã viginti annos exigere, pro vt & ad præscriptionẽ. §. 1. insti. de vsucap. cũ similib⁹. vt expręsse in cõsuetudine videtur tenere Azo. in sũma. C. quę sit lõg. cõsue. co. 1. quẽ referũt & sequũtur docto. in. d. l. de quib⁹. & in. d. l. 2. C. quę sit long. consue. & in. d. c. fin. eod. tit. & alibi sępe traditur. ¶ Sed probabiliùs ip se existimo, dictam sanctionẽ predicto modo non esse intelligendã: nec illam in hoc aliquod constituere discrimen, inter consuetudinẽ inter præsentes, seu inter absentes editã: sed in discrimina tim in ea stabilitũ esse, ad cõsuetudinẽ inducẽdã decẽ vel viginti annorũ tẽp⁹ sufficere, nulla quidẽ in tẽpore in hac re differentia cõstituta: & an præcedat decẽ vel viginti annorũ curriculũ. vt tenet domi. Greg. Lup. in. ead. l. 5. tit. 2. parti. 1. Quod (& preter eum) hęc ratio suadet, nam prædicta lex his verbis vtitur, *si vsaren diez o doze años*. quod verbum O. latinè est *aut*, & sic decennũ tãtum sufficere, prædicta verba indicant: cùm ad disiunctiuam adimplẽdã, satis sit, alteram partem esse veram. ff. de condi. insti. l. si heredi plures. Quod etiam suadetur, quia & si in præscriptione inter absentes (vt dictum est) viginti anni exigantur, in consuetudine verò aliud iure optimo statutum est: & decennium tantum sufficere, non considerato an inter absentes seu præsentes ipsa consuetudo sit: cuius dissimilitudinis ea est ratio, quia cùm cõsuetudo tacito populi cõsensu seu maioris eius partis firmatur & populus ipse saltem † ex repræsentatione præsentiũ semper præsit. vt traditur in authenti. hoc ius porrectum. C. de sac. sanct. eccle. & similibus locis. & probatur in. l. proponebatur. ff. de iudi. & in. l. sicut municipij. ff. quod cuiusque vniuer. nomi. patui refet, an consuetudo cõficiatur inter præsentes, vel inter absentes. At verò præscriptio ob eorum negligentiam contra quos præscribitur, constituitur: quorum negligentia minor tunc est, cùm ipsi absunt: id circò contra absentes non decem, sed viginti anni exiguntur.

¶ PRETEREA ex dicta ratione, communis est sententia † quód iure ciuili sufficiat decennium ad consuetudinẽ efficiendam, nõ cõsiderato an interpręsentes, seu absentes consuetudo sit inducta. vt tenet Odofred. Iacob. Nicol. de Mat. & ex antiquis alij multi, quorũ memor est Alberi. eis assentiens in. d. l. de quibus. nu. 37. vbi hanc sententiam alijs rationibus confirmat. & in rub. C. quæ sit long. consue. col. 14. nu. 9. & Bart. in relect. d. l. de quibus. colun. 7. & Bald. ibidem. colu. 12. quia si decennalis consuetudo absentibus non noceret consequens esset, quód furiosis, non quę natis nec pupillis officeret. vt notatur in. l. 2. C. de cura. furio. quod etiam tenet Ang. in. d. l. de quib⁹. co. 5. & Cin. in. d. l. 2. C. quæ sit long. consue. col. 10. & inibi Bart. col. 7. versi. iuxta hoc quæro. & Bald. in rub. C. eod. titu. in princip. & Sali. in. l. 1. C. eod tit. col. 4. & docto. in. c. fi. de consue. & Roch. Curt. in. d. tracta. de consuetudi. num. 283. & hæc est probabilior & communis sententia vt etiam testãtur dicti docto. quarè non iniustè dicta lex parti. eo modo quo diximus, interprætanda est.

¶ Quod

¶ QVOD & fulcitur, quia non sequitur, in dicta lege partitæ exiguntur decem vel viginti anni ad consuetudinem firmandam: ergo in eadem lege probatur, viginti annos ad consuetudinem inter absentes requiri. ex prædictis, quod etiam expręsse tenent Odofredo. & antiqui. in. d. l. de quibus. & in d. l. 2. C. quæ sit long. consue. post glo. in rub. C. eod. tit. & illic Bald.

¶ NEC prædicto intellectui dictæ legis partitæ
208 † dicere obsistit, quód si vt dictum est, prædicta eius verba. ibi, *o veynte años*, intelligerentur, nihil operarentur, superuacanea quę essen, & illa interprætatio non est admittenda, quæ legis verba inutilia reddit. l. ait prętor. in verbo. *frustra*. ff. de iur. iurã. cum inibi à laso. citatis nume. 1. text. etiam in. l. post liminij. in fine. ff. de capti. & post limi. reuer. ¶ Nam hæc quidem ratio facile euellitur, cùm & si vt diximus, prædicta lex sit explicanda, non tamen ex
209 hoc † dicta eius verba superflua efficiũtur: nec ex eo quód ipsa lex vtatur prædictis verbis alternatiuis. vt cõstat in. l. sciendum. §. 1. ff. qui sat. da. cog. & in. l. 2. ff. ad. l. Aquil. & in. l. vbi pactum. cum inibi notatis. C. de transact. Dici etiã potest, quód dicta verba, *o veynte años*, non ideò posita fuerunt in. d. l. parti. vt ex eis liqueat, viginti annos inter absentes exigi: sed quia, si decem annis cõsuetudo induci potest, multó magis & viginti, vt pote maiori tempore decurso. & hoc est quod expręsse tenet glo. in. d. rub. C. quæ sit long. consue. hisce verbis, *si ergo inducitur decem annis, vt dictum est, multo magis viginti vel triginti*. quod etiam tenet illic Bald. post Azo. in eius summa. & Odofred. in. d. l. 2. colun. 4. C. quæ sit long. consue. & ibi Bart. colun. 7. & idem Odofred. in. l. cùm de consuetudine. ff. de legibus.

¶ Prætereà & fortior, maioris quę effi-

¶ NEC Azo. in dicta rub. C. quæ sit long. consue. tenet, viginti annos exigi ad consuetudinem inter absentes constituendam: nam & si adamusim Azonis verba excogitentur, ex his sententiam prædictam tenuisse, colligi non potest: sed tantúm decennio consuetudinem perfici, & multó magis viginti annis: quod à prædicta sententia distare, iam dicta edocent. & ita expręsse tenet Odofred. in. d. l. 2. col. 4. quo loco ait, sæpius Azonis verba eum fuisse rimatum: & ex eis non percepisse Azonem voluisse, ad consuetudinem inter absentes constituendam vicennium exigi. & idem etiam tenet idem Odofred. in. d. l. de quibus. colu. 6. & ibidem Mar. Sil. vbi defendens Azo. ait, quód mentiuntur qui dicunt, Azonem tenuisse, ad consuetudinem inter absentes inducendam viginti annos requiri. cuius Bart. meminit, palàm ei adhærens in. d. l. 2. C. quæ sit long. consue. colun. 7. & Odofred. memor est. & Anto. in. d. cap. fin. de consue. nume. 39. Et hoc modo tueri etiam potest, sententia glosarum in. d. l. diuturna. ff. de legib. & in rub. C. quæ sit long. consuetu. quæ dicunt, ad consuetudinem inducẽdam decem vel viginti annorum tempus esse necessarium. & si glos. in. d. l. cùm de consuetudine. palàm contrarium teneat.

¶ SED IVXTA prædicta prætereũ
dum non est, quód Ang. in. d. l. de quibus. col. 5. tunc prædictam communem
admittit sententiam † & inter absen- 210

 tes

Universidad de Deusto
Biblioteca

tes viginti annos ad consuetudinem minimè exigi: cùm consuetudo vniuersitatē respicit: quia populus semper adest: at verò si priuatam concernat personā eius quę patrimonium vt cōtingit. in. l. venditor. §. si constat. ff. commu. prę. dict. tunc censet, consuetudinē inter absentes non decennio, sed viginti annorum tempore perfici. Quæ menti affigite ad intellectum dictæ legis partitæ.

¶VERVM si dictæ legis intellectum scire cupis, & cùm binum iuditium ad consuetudinem iudicandam exigit: & an procedat, cùm consuetudo excesserit tempus viginti annorum. infra plenè. nu. 251. adnotabimus.

¶DENIQVE si cognoscere vultis formam † qua testes consuetudinē probantes deponere oporteat. latissimè docto. scribunt in. d. l. de quibus. & in. d. l. 2. C. quæ sit lōg. cōsue. & in. d. c. fi. eod. tit. de consuetu. & Pet. Rabe. in eius tracta. de consuetudi. nu. 178. & pluribus sequētib. & fusiùs Roch. Curt. in eod. tracta. de cōsuetudi. nu. 571. & alijs sequentib. & Abb. in cōsi. 53. in prædicta. lib. 2. Alex. in consi. 131. in causa vertente. cope. lib. 2. & in consi. 173. viso & diligēter co. 2. lib. 6. & eod. volumi. in cōs. 212. pōderatis his. nu. 23, Guid. pap. cons. 131. circa processum. per totū. Corne. in consi. 89. visis actis. co. 4. lib. 1. & in. d. cōsi. 179. ex puncto. lib. 3. Deci. in consi. 538. viso puncto. col. pe. & in consil. 215. in causa vertente. nu. 2. & in consi. 483. pro resolutione. nu. 25. Curt. iuni. in. d. cons. 184. nu. 10. & Card. Paul. Parisi. in. d. cōsi. 27. nu. 36. & sequētib. lib. 1. Thom. Grama. in cōsi. 127. in causa magnifici. col. 1. & 2 Aym. Craue. in cōsi. 134. scripsi. nu. 6. & sequētib. lib. 1. & pulchrè idem Aym. in cōsi. 171. magister. nu. 14. cum plurib. sequentib. & alibi sæpè traditur.

¶CETERVM (vt ad viam regrediamur, á qua non immeritó sumus degressi) reperitur etiam obseruantia, quę qui dem † consuetudini in cōpluribus dissimilis est. vt docet Anto. in. d. c. fin. nu. 47. de consue. & hæc est alicuius curiæ obseruantia, quæ potiùs in facto, quàm in iure consistit: quia non est lex: prout consuetudo, quæ legis vim omninó habet. Et inter eam † & stylum etiam est discrimen. vt alt idē Anto. in dicto loco. Item quia stylus strictè sumptus, in scribendo: at verò obseruantia alios cōcernit actus. ¶Differt & rursùs stylus á consuetudine, alijs modis dictis locis á doctoribus congestis. & inibi latissimè Anto. post. Nicol. de Mat. quorū dicta abundè recenset Roch. Curti. in. d. tracta. de consuetu. nu. 24. & sequentib. & moder. in repeti. d. l. de quibus. & in. d. c. fi. de consue. quibus adde Ioan. Fran. de Rip. in. l. quæsitum. in princip. ff. de priui. credito.

¶QVE obseruantia (vt dicit Anto. in. d. c. fi. de consue. in. d. nu. 47. & docto. in dictis locis) effectum † declaratiuum habet: vel dubij iuris, seu omissi: vel loci verborum ambiguorū & vocabulorū. Et de hac obseruantia seu vsu minimè hæc nostra lex tractat.

¶VERVM an ad hanc † obseruantiā interpretatiuam tēpus exigatur, procul dubió res est ambigua: nā quidē ipsum tempus in ea exigi, suadent ea quę abundè supra. nu. 181. & 183. deduximꝰ. & probatur in. d. l. de die. in princip. ff. qui sat. da. cog. Itē cōstare videtur. in. d. l. minimé. ff. de legib. quæ in hac obseruantia nullū exigit tēpus. quę lex de consuetudine præscripta nō loquitur (& si Ang. illic post glo. & Alberi. contrarium palàm firment) & idem constat in. l. si finita. in princip. in verbis, *caueri solet*, ff. de damno infect.

¶SED præter alios prędictę refragatur sentētiæ. tex. in. l. nā imperator. ff. de legibus. in quo tex. probari videtur, obseruātiam etiam interpretantē legē seu aliá dispositionē, decennio & non pauciori tempore

tempori induci. Nam tex. ille de legum interpretatione agens, in ambiguitatibus quæ ex legibus proficiscuntur: consuetudinem aut rerum perpetuó similiter iudicatarum authoritatem, vim legis obtinere sancit. & glo. inibi dictum verbum, *perpetuo*, explicans inquit, *perpetuo*, ideſt, *decennio*. Nisi respondeas ob id illud contingere: quia ille tex. loquitur de populi obseruantia, quæ pro consuetudine summitur, & ius quo ad omnes facit: & ita de ea quę legis vim obtinet: non verò illius quæ est merum factū. quod cōstat ex illo tex. ibi, *vim legis obtinere*, at nos quidem agimus de obseruātia, ex qua ius nō elicitur, sed tantùm factū respicit, & est vnius iudicis seu tribunalis. vt & in simili Roch. Cur. in hac re agens, dictę. l. 2. C. quę sit lōg. cōsue. (quę lex & prædictę sentētię videtur resistere) respondet in. d. tracta. de cōsue. nu. 25. quo etiā loco num. 27. Baldi sententiam ibidem ab eo citatam (qua dixit, obseruantiam præscriptā esse oportere) modo prædicto interpretatur. & si obseruantia de qua loquimur, & totius populi esse posſit, & sat sit ita assuetum esse: & si non tantùm quód ex hoc consuetudinis ius conficiatur. vt colligitur ex Anto. in. d. cap. fin. de consuetu. nume. 47.

¶SVBINDE & prædicto modo responderi possumus textui in. l. si de interpretatione. ff. de legib. & textui in. cap. cùm dilectus. de consuetu. qui de legum seu statutorum interpretatione agētes, lucidè disponunt, ea consuetudine esse exponenda. & ita videntur hæc iura ad obseruantiam interpretantem tempus requirere. vt tenet expressè Anto. in. d. c. cùm dilectus. ¶Secundó dic, quód text. prædicti loquuntur, quo ad hoc vt optima sit interpretatio illa quæ euenit ex præscripta consuetudine: quàm illa quæ simplici obseruantia efficitur.

¶RVRSVM & acriùs prædictæ repugnat sententiæ † dictis quę solutionibus septipartitarum lex titul. 33. l. 4. parti. 7. quæ prohibet, leges interpretari: nisi á principe consuetudine vel antiqua præscripta. vt ex verbis eiusdem legis apparet. ibi. *espaladinar, ni declarar no deue ninguno, nin puede las leyes, sino el rey quando dubda acaeciese sobre las palabras, o el entendimiento dellas, o costumbre antigua que oviesen siempre vsado los hombres de las anßi entender. Esso mesmo dezimos delos priuilejos, y de las cartas del rey.* nam et antiqua consuetudo tunc dicitur, cùm decennio & non minori tēpore præscripta est. vt colligitur ex notatis in. cap. 2. de sepultu. lib. 6. & ex Alberi. in eius dictionario. in verb. antiquum. & expressè ex text. in. d. l. de quibus. & ex text. in. d. l. fin. C. quæ sit longa consue. & in terminis ex Abb. in. d. c. fi. de consue. colun. 8. Pet. Rabe. de consuetudi. nume. 98. & Roch. Curti. in eod. tracta. de consuetudi. nume. 357. & videtur glo. in. c. generali. in verb. antiqua. de elect. lib. 6. & inibi Dominic. & Philip. Franc. co. pe. Verùm & multi tenēt, quód vbi ius antiquam exigit consuetudinem, tempus tantùm cuius initij non extet memoria, eam conficere posse. vt tenent Ioan. Monach. & Archid. in. d. c. generali. & Roma. in singulari. 101. quero secundó. & Alex. in additionib. ad Bart. in. d. l. de quibus. Quo fieri videtur, septipartitarum iure (in hoc regno obseruando) ad vsum obseruantiam vel interpretantem legem & priuilegia, saltem decem annorum tēpus exigi. Quod etiam suaderi videtur, ex dicta. l. 6. tit. 2. parti. 1. iuncta. l. 5. præcedenti.

¶SED PREDICTIS septiparti. legibus illa responsio patentissima videtur, quæ proximè alijs iuribus iuris ciuilis fuit assignata. Et. d. l. 4. titu. 33. parti. 7. interpętari posse, cùm prætendimus

Universidad de Deusto
Biblioteca

dimus,explicationem legum seu priuilegiorum obtinere vim legis generalis.
¶Verùm huic interpretationi assentire minimè audeo:siquidè illi palàm verba dictę legis repugnent: amplissima enim sunt & negatiua.¶Subindè & sanctionibus ipsis legum priuilegiorum vè explicatio,tantùm à principe seu ab antiqua consuetudine fieri cõceditur. Ex quo perspicuè deducitur,ipsarum legũ seu priuilegiorum interprætationem, obseruantia decennio non prescripta minimè fieri posse. & hoc probabilius esse censeo.ex dictis legibus parti.
¶ET si iure regio prætermisso ad obseruantiam ius explicãtem seu stylum decennium non exigi.supra nu. 181.& sequentib.est controuersum.
¶SANE & illud iuxta prædicta non
217 reticebimus † quód etiam iure non regio, ad obseruantiam interprætantem priuilegia,& eorum verba dubia nontãtum videtur tempus exigi:sed & quadraginta annos requiri. vt palàm tenet Ioan.de Imol.in.c.fi.de prescrip.col.io versi.an autem.cuius sententiam persępe allegari vidimus.quam adiubat tex. in.l.2.tit.9.lib.5.ordina.¶Sed prædicta sententia Imol.praué intelligi consueuit:siquidem non loquitur,cùm tractatur exponi verba dubia priuilegiorum, obseruantia non præscripta:in quo casu iamdicta obtinent:sed cùm de ipsorum priuilegiorum intellectu præscribendo agitur, ipse quidem tractat. vt eius verba lucidè edocent,quę in hunc sunt modum,*an autẽ vbi agitur de præscribendo intellectu priuilegij habentis ambiguitatem, & quod potest plures intellectus habere, requiratur tempus quadraginta annorum, videtur dicendum, quod sic.perea quæ leguntur & notantur in.c. cum dilectus.de consuetu.& supra eod.ti. c.auditis*.hactenus ille.quo in casu cùm agitur de intellectu præscripto,non est mirum,si tempus ad eum sit necessariũ ex notissimis iuribus & tempus quadraginta annorum:quia de eo casu quidem agit:ad cuius præscriptionem quadraginta anni exiguntur.vt constat ex tex. in.d.c.cùm dilectus. & ibi Antoni. nu. 18.& ex tex.in.d.c.auditis.Ius enim canonicum ad præscriptionem iuri aduersam(de qua pertractant tex.in.d.c.cùm dilectus.& in.d.c.auditis.)tempus quadraginta annorum exposcit.vt tenet cõmunis caterua scribentium in.d.c.fi.de consuetu.& alijs locis quorum meminit Iaso.in.d.l.de quibus.nu. 44. & Roch.Cur.de consuetudi.nu.293.Quæ assigenda menti sunt,vt percipiatis sententiam Ioan.de Imol.
¶CONSTAT igitur ex prędictis †
quód quandó agitur de priuilegiorum intellectu nõ præscripto, iure ciuili canonico quę circunseptis, obseruantiã etiam tempore non munitam sufficere vt in terminis constat ex Soci.in.d.consi.111.nu.5.lib.1.& abundè Deci. in.d. consi. 48.col.2.& adde videndum eundem Soci.in cõsi.84.accuratissimè.col. fi.lib.3.& Areti. in consi. 7. procedendum.col.1.& ea quæ adduximus dicto nu.181.& sequentib. At verò quód si obseruãtia seu consuetudo interprætans, & eadem ratione stylus & vsus iure cõmuni obsistunt,tempus sit necessarium vt tex.in.d.c.cùm dilectus . & prædicta Ioan Imol.sententia indicant.& placet Areti.in.d.consi. 11.col.fi.& Soci. in dicto consi.260.in causa.nu.19.col.2.lib.2. Roch.Curti.in.dicto eius tracta.de cõsuetudi.nu.31.
¶PROINDE nec conquieseit spiritus † quia his quæ diximus valdè obsistere videtur sententia Bart.in.d.l.Labeo. ff. de supel. lega. cui multi assentiunt,quos supra nu. 193. recensuimus. vbi ait,communem vsum vtendi seu intelligendi decem annorum tempus exigere. quorum opinionem iure optimo probabilẽ esse existimamus. ex his quę contra

contra Roderi. Suar.supra num. 188. & multis sequẽtib.allegata sunt.quę sententia Bart. tractat, cùm de communi vsu vtendi intelligendi vè seu de obseruantia:minimè est ambiguum,de obseruantia seu cõsuetudine ipsum interprætante agere. vt expræsse firmat Roch. Cur.in.d.tracta.de consuetudi.nu. 634. & ita Bart.claré & eius sequaces tenẽt, ad obseruantiam interprætatiuam consuetudinem quę interprætantem tempus exigi. contra prædicta. & aduersus Anto.& alios allegatos in dicto nu.181. & sequentibus.
¶SED distinctionis fędere has doctrinas conciliari posse, existimamus. Aut quidẽ loquimur, de obseruãtia seu vsu vnius personæ vel curiæ, & in hoc casu accedimus sententię Anto.& ei assencientium,qua censet, in hac re tempus etiam decem annorum non exigi: cùm legem generalem hæc obseruantia seu vsus quo ad omnes non efficiant. At verò si hæc obseruantia habeat vim legis generalis,omnes personas populi & iudices astringens:tunc decennium sit necessarium,in quo casu locus erit sententiæ Bart.& ita in terminis Roch. Curt. has conuenit sententias.in dicto tracta. de consuetu.nu.636. & palàm nu. 25. & 27.Etsi præter eum hæc eius diuisio aduersetur Antonio in.d.c.fi.Nãqúe Anto.in.d.c.fi.indiscrimininatim coarguit Bart.in.d.l.Labeo. ¶Et præter Roch. dictæ sententiæ concordari possunt,(& si Anto.vt diximus, generaliter loquatur)Quód aut tractatur de vsu seu obseruantia,quæ agit specialiter de interprætatione alicuius certæ scripturæ seu dispositionis:& tunc decem annorum tempus non requiri,& in hac spetie arbitramur,prædictam sententiam probabiliorẽ esse.Aut vsus vel obseruantia ipsa nõ tractat specialiter de certis specialibus qúe scripturis, aut dispositionibus explicandis:sed vsus obseruantia vè generalis est, & non in aliqua curia seu persona tantùm:& tunc dicimus, opinionẽ Bart.in.d.l.Labeo.prævalere.ex iam dictis. ¶Tertió responderi potest,secundum Roch.in.d. tracta. de consuetudi. nu.636.id quod Areti.in.d.cõsi.11.apud finem.consuluit,quod an iure obtineat cõstat ex dictis nu.240.quibus adde quę infra dicemus.nu.236.
¶RVRSVS vt ad incepta (& non ab re) reddeamus,ipse enim censeo, quód est & alia obseruantia, qua lex custoditur & obseruatur † vt est obseruantia 220
seu vsus dictarum legum fori regij seu municipalis:de qua obseruantia seu legis vsu hæc nostra loquitur constitutio. & tex.in. §.constat.& in. §.sed ius quidem.institu.de iu.nat.gen.& ciui. &. l. omnes populi.ff.de iusti.& iur.&.d.l.2. §.deindè quia difficilè.ff.de orig.iur.& in. §.initium.ibi,*iuris obseruantia*. & in d.l.1. §.sed &si quæ leges.&. §.quia autem. C.de vete.iur.enúcle. & alia complura iura.Et ad hanc obseruãtiam seu vsum legis probandum , si contra leges septipartitarũ alia vè iura nõ abrogata fuerit, haud dubiè non est ambigendũ, vltra actus quos interuenire oportet,decem annorum tempus probari esse necesse:cùm vt proximè dixi,omnes doctores vnanimi consensu in hoc cõueniũt, quód vbi obseruantia seu vsus legibus aduersatur,decem annorum tempꝰ exigitur.¶Verúm si hæc obseruãtia & vsꝰ legum fori regij aut alterius fori municipalis, non fuerint contra leges septipartitarum vel alia iura non derogata: etiam ipse existimo,esse necessariã probationẽ decẽ annorum : & sic ad vsum (hac lege requisitum) probandum, decennium exigi. contra sententiam Rode.Suar.iuribus & rationibus doctrinis qúe aduersus eum iam citatis.Et quia leges dicti fori regij aut municipalis ipsa obseruantia, & vsu, hac lege muniuntur.Et leges illæ ex ipso vsu & obseruan

Universidad de Deusto
Biblioteca

tia resurgunt: & ita quód exindè vires habent:& omnes ad earum custodiam costringuntur.

¶NEC Roderico Suar. fauent, ea quæ supra pro eius sententia cõgesta fuere.

¶Et prior ratio diruitur, in qua dictum fuit, quód si eiusdem Roderici vera nõ esset sententia, omnes leges fori regij inutiles fierent, cùm sic, ea quæ ad consuetudinem sunt necessaria, præcedere oporteret, vt ipsæ leges custodiantur.

¶Nam quidem hoc facilè inficiari possumus: siquidem & si decem annorum tempus, & actuum etiã pluralitas ad ipsum vsum probandũ exigatur: non ideó ipsæ leges fori superuacaneę sunt: & eo maxime, quia nõ binũ exigitur probari iuditium, quod ad consuetudinem custodiendam esse necessarium, infra nu. 248. assatim dicemus. ¶Deindè nec ad hanc obseruantiam legum fori regij, 221 seu earum vsum † vtentium animo cõsuetudinem conficiendi, requiritur: & si ad consuetudinem efficiendam exigatur. vt probatur in. l. 1. §. Iuliano. ff. de iti. act. quę priua. & expræssè sic tenet glo. in. c. consuetudo. 1. dist. & glo. in. d. c. fi. de consue. & inibi communis caterua doctorum, & multi alij quorum meminit Roch. Curti. in. d. suo tracta. de consuetudi. nu. 364. Etsi Iaso. in. d. l. de quibus. anceps in hac re sit.

¶SED nunquid ad hanc obseruantiã, siue legũ dicti fori regij aut municipa- 222 lis vsum constituendũ † vtentium mens ipsum vsum aut obseruantiam conficiẽdi, sit necessaria: excogitandum est: & si ex dictis glo. & iuribus ab eis citatis, idẽ videatur quod in consuetudine. ¶Verùm ipse censeo, si de contrario animo 223 non constiterit, non esse necesse † fieri probationem de dicto animo vtentium spetiatim agentem: siue agatur de probando vsu legum dicti fori regij aut municipalis: seu de vera & propria consuetudine, quod praxis admittit. & probatur in. d. l. de quibus. & in. d. l. 1. C. quæ sit long. consue.

¶DEINDE nec ad hunc vsum legũ fori regij probandum † ita amplos vr- 224
gentes qúe actus, & tanti ponderis, procedere esse necessum arbitror: vt ad cõsuetudinem conficiendam & iudicem cuius arbitrio (vt diximus) quantitas actuũ, qualitas qúe comittitur, ita esse arbitraturum existimo. ex his quæ Alberi. scribit in. d. l. de quibus. & in. d. rub. C. quæ sit long. consue. col. fi. & palàm Anto. in. d. c. fi. de consue. nu. 47. vbi ait Anto. ad hunc vsum seu obseruantiam non tantam exigi probationem, quód ex ea ius consuetudinis insurgat.

¶EX quibus suboritur, non esse dicti fori regij seu municipalis sãctiones superuacaneas: & si ad earum vsum probandum, dicamus decenniũ exigi: cùm nõ omnia quæ ad consuetudinem probandam exiguntur, probari sit necessum.

¶SECVNDO etiam responderi potest dictæ primæ rationi Roderici Suar. quód cùm lex nostra dictum vsum probari disponat: & aliter præcipiat, leges dicti fori regij non esse obseruandas, parum vrgere constat, & si ex probatione dicti vsus, leges ipsæ aliquántulum inutiles redderẽtur: vt ex hoc ipse vsus nõ sit illis qualitatibus probandus: quibus iure expræssè sancitum est. ex. l. prospexit. ff. qui & á quib. cum similibus.

¶SECVNDA etiam ratio excogitata pro sententia Roderici Suar. nostræ non refragatur opinioni, quia & si inter consuetudinem & vsum discrimen sit, non tamen hoc efficit, vt ea quæ diximus, probari non sit necessum, vt vsus ipse constet. Et eo maximè, quia nõ omnia quæ exiguntur in probanda consuetudine, ad vsum probandum, sunt necessaria, vt iam dictum est. ¶Præterea inquántum consuetudo non ius † sed fac- 225
tum respicit, idẽ est quód vsus & mos, vt tenent Bart. & docto. in. d. l. de quib. in

in relect. co. 4. & docto. etiam in. d. c. fi. de cõsuetu. Sali. in. d. l. 1. C. quæ sit lõg. consue. col. 3. vbi & palàm dicit, quántum ad probationem idem esse.

¶DISSOLVITVR & tertia ratio 226 Roderi. sumpta ex doctrina † Bart. in. d. l. 2. C. quæ sit long. consue. q. 28. cùm idem Bart. de consuetudine agens, meminit glo. in. d. l. dos á patre. quod ipse Roderi. multum vrgere dicit (cuius quidem miror, tanti qúe viri, namqúe alio qui vir nostræ ætatis doctissimus fuit, & genitori meo valdé amicus) sed nõ ideó in hoc subticere possum: siquidé Bart. in dicto loco de vsu probando non agat sed de vera & propria consuetudine: & quia ipse Rodericus inconsideratè perpendit prædictam doctrinam Bartuli cùm Bart. inibi non quidem dicat, ad probationem vsus decennium non exigi. Quinimó illic Bart. solerter considerat, si de ipsius vsus probatione tractaret, eius verba docerent, ad ipsum vsum probandum, decem annorum tempus cum auctuum pluralitate requiri: quia Bart. ipsa verba quæ Rode. considerat, expræsse indicant, testes de vsu actuum qúe frequentia, & temporis diuturnitate deponere oportere.

¶VERVM nec nobis obsistit text. á Roderico in quarta ratione allegatus, 227 scilicet † in. l. Mella. §. 1. ff. de alim. & ciba. leg. quia ille text. loquitur de ver- 228 bo, *solet*, quod † vsui seu obseruãtiæ dissimile est. vt expræsse tenent docto. in. d. l. 1. C. quomod. & quando iud. & idẽ tenent alij docto. supra citati. & cõprobatur ex tex. in. l. pe. ff. de alim. & ciba. lega. & in. l. solent. ff. de præscript. verb

¶Secundó dici & potest. quód text. in. d. l. Mella. §. 1. versi. solitus. nõ probat ad dicti verbi, *solet*, veritatem, vnum actum sufficere. vt abundè docet Deci. in d. rub. de consuetu. col. fi. & in. l. vt liberis. nu. 11. C. de collat. ¶Verùm communis sententia in contrarium est. vt testatur Paul. Cast. in. d. l. 1. C. quomod. & quand. iud. & Deci. in. d. rub. & Roch. Cur. in. d. tracta. de consuetudi. nu. 44. quo loco insignè tuetur ipsam communem opinionem. & Deci. sibi non constans ei adhæret. in consil. 4. diligenter consideratis. col. 2. & Purpu. in. l. rogasti. §. si tibi. num. 73. ff. si cert. peta. post Areti. in consi. 7. procedendũ. & Alex. in consi. 5. si vera sunt. col. fi. lib. 5. Quæ sententia vt ipse existimo lucidè probatur in. d. l. Mella. §. 1. Nec Decij solutio in. d. rub. & in. d. l. vt liberis. aliquid ponderis habet. ex his quæ notat Roch. Curt. in. d. tracta. de cõsuetu. nu. 47. qui censet, Decium non rectè explicasse dicti. §. verba. ibi, *eam præstationem sequẽdam, quæ vltima fuit*. & ideó inibi impugnat solutionem Decij. quia dicti. §. verba de vnica tantúm præstatione agunt: & nullo modo interprætari possunt de pluribus. Deindè & si vt Deci. censet, dicti. §. prædicta verba de solita præstatione ex verbis præcedentibus explicãda essent, non tamẽ ex hoc fit, illam solitam præstationem de pluribus actibus esse exponendam. vt ait Deci. & nostrũ placitum illius tex. hæc etiam verba tuentur, *quæ mortis tempore præstare solitus erat, quare si forte varie præstiterit*. nã & varié testatorem alimenta præstitisse in casu illius tex. dicetur, & si bis diuersè præstiterit: ita qúe cõsequens est, dicta verba prædicti textus. ibi, *eam præstationem sequendam*. de vnica tantùm præstatione exponi posse. vt colligitur ex. l. si quis ius iurandum. iuncta glos. in verb. iniquitates. C. de reb. credi. & in. l. qui falsa vel varia. ff. de testib. & inibi glos. & in. l. fiscus. ff. de iur. fisci. cum alijs.

¶RVRSVM & ipse Roderi. Suar. dicto loco fatetur (vt iam dictum est) ad dictum vsum probandum † plures exigi 229
actus, & vnicum non sufficere. quod & probatur in. l. 3. C. de episcop. audi. &

illic

Universidad de Deusto
Biblioteca

illhic docto. & in.d.l.1.§.sed &si que leges. C.de vete.iur. enuclean. & in. d.l. an in totum. C.de edif.priua. & ex traditis in.l.nam ad ea.ff.de legib.& similibus.

¶EX prædictis etiam costat,nostrę sententiæ non officere opinionem Albe. Anto.& sequatium, quorum in quinta ratione pro Rode. Suar. memores fuim⁹ quibus expræsim colligitur solutio ex his quæ supra nu.193.& sequentib. diximus.

¶CETERVM nec in contrarium vt get text.in.l.1.§. sed &si quæ leges. C. de vete.iu.enucle.nam in eo ad probandum ordinem frequentiſsimum iuditiorum,tempus non requiri, stabilitū non est:sed potiús oppositū lucidè in eo constituitur. ¶Potest etiam dici,illum tex. non obtinere,quandó aliqua lege exigitur,vsum probari. vt hac lege disponitur.

¶DENIQVE postremam rationem
230 perfacilem esse arbitror † quia Abb. in.d.c.1.de treg.& pac.(cuius etiam Iaſo.meminit in.d.l.rem non nouam. co. fi. C.de iudic.)in eo tātúm loquitur casu,quo consuetudinem nondum perfectam princeps non improbauerit:&si vsum actuum quę frequentiam legi aduersantes sciuerit: de cuius scientia vel ignorātia in hac nostra lege quicquàm non agitur. ¶Dici & secundó potest, quód Abb.& ei adhærentes non loquū tur,cùm tractatur de lege aliás non obseruanda,ex vsu tamen comprobanda: ita quód ipso vsu legis generalis in toto regno vim obtineat.vt in nostro casu cōtingit.¶Tertió dic,quód Abb.& ei assē cientes tunc loquuntur,cùm prætenditur impedire vinculum legis nondum receptæ ex vsu ipsi legi repugnanti: nō verò cùm agitur, de præscribendo vsu seu consuetudine legis aliquādó receptæ. ¶Quid plura,& deindè videtur posse dici,dictam sententiā Abb.& sequatium iure optimo nō obtinere, sed etiā interueniente scientia principis, tēpus ad prescriptionem conficiendam esse necessarium,vt legis vinculum impediatur.& nominatim abundè qúe sic tenet in puncto iuris Roch.Curt.in.dicto tracta.de consue. nu. 303. quam Rochi sententiā suadere videtur doctrina Abbatis in.d.c.fi.de consue.col.8.versi.dicit tamen hic.cùm inibi Abb. dicat † tempus requisitum ad consuetudinem iuri contrariam,nó minui:&si superior sciens frequentiam actuum, & de ipsa consuetudine constituenda tractari, ei non resistat.ex tex.in.c.cùm iam dudū de præbend. quæ sententia etiam probatur in.c.fi. §.hoc &si legib⁹.4.distin. & idem quod Abb.tenet etiā Iaso.in.d. l.de quibus.nu. 48.& Fel.in.d.c. 1. col. pe.de treg.& pac.post Areti.in.d.consi. 11.col.3. & in consi.154.consultatio.col. 1.& multi alij quorū meminit eis assentiens Roch.in. d. tracta. de consue. nu. 300.&si disputando contrarium teneri posse censeat cum Philip.Corne. ibidē ab eo citato.Sed parùm prædicta sentētia Abbatis tutatur dictam Rochi opinionem:quia Abb.non liquitur. quandó consuetudo fuerit contra legem nō receptam, sed iam approbatā. Verùm dictam sententiam Rochi contra Abb. in.d.c.1.de treg.& pac.minimè recipimus. Tum quia,communis resolutio est in contrarium. Tum etiam, quia ipsius Rochi rationes non quidem vrgent:& maximè quia &si tex.in.d.c.fi.indistinctè & alia quæ ibidem recensetiura sanciant,consuetudinem præscriptam esse oportere:illud enim si accuratiús pēsitemus,non est cùm tractatur de impediendo vinculo legis nondum receptæ superiore sciente & non contradicēte. ¶SANE ex iam dictis etiam fieri censemus † quód &si aliqua lex fori regij aut municipalis decennij vsu non muniatur, sed tantùm principis scientia licèt

cèt non expræssa tollerātia:&si aliquo tempore non tamē decennio fuerit obseruata,quód hic vsus non sufficiet, vt eadem lege deinde iudicari liceat cōtra leges septipartitarū,seu cōtra alias non abrogatas. ex his quę supra congesta fuerunt.& optimè hæc sententia pro
233 batur in.l.5.tit.2.parti.1.quæ † principis seu domini scientiā & tollerantiam ad ipsam consuetudinem conficiēdam his exigit verbis. *sabiendolo el senor dela tierra,y no lo contradiziendo.* idem & cōstat in.l.6.eod.tit.&si iure ciuili nec canonico ipsa principis scientia minimè ad cōsuetudinis robur exigatur.vt constat in.d.l.de quibus. & in.d.c.fi.de consuetu.& inibi communiter docto. & in locis quorum meminit Roch.Curti.in. d.eius tracta.de cōsuetu.nu.351. & Areti.in.d.consi.154.colu.1.in fine.vbi firmat hanc esse communem sententiam Etsi dictæ legis partitæ sanctionem hucusqúe obseruari non viderim. Nec cō suetudinem ex eo impugnari, quia de principis scientia & pacientia nequàquàm constet,ex eo fortassis,quód principis aut domini terræ scientia & pacièntia sat cōsuetudo constituta videtur, ex generali iuris concessione,qua consuetudinem legitimo tempore & non contra rationem introduci conceditur. vt docto.in simili scribunt. in dicto.c.fi.& locis iam dictis.& fusiús Roch. Curt. in d. tracta. de consuetudi.nu.351. ¶Vel dic, sufficere iudicis seu rectoris regij aut domini in oppido commorātis scièntiam & patientiam,vt satisfiat verbis dictæ legis parti.pro vt etiam dici consuevit,quandó agitur de præscribenda iurisdictione contra principē:cuius scientia & consensus tacitus saltē &si exigatur,sat est(vt cōmuniter tenetur) cōstare de sciētia & pacientia rectoris seu prę fidis prouinciæ,ab eodē principe creati.vt tenet Bart.in.l.fi publicanus. §.in vectigalibus.col.1.ff.de publica. & vectigal.& Areti.in consi. 42.viso cōsilio col.fi.versi.cùm igitur.in medio.cum sequēt.& Aret. refert. Aym.Cra.in cōsi. 204.vniuersitatis.nu.5. & idem traditur in alijs locis quorum meminit Franc. Balb.in tract.præscript.in.2.part.5.partis.col.9.versi. secunda quæstio est, an requiratur scientia. & Didac.Couarru. in.repeti.regul.possessor. in initio secū dę partis. col. antepenul. versi. sed tamen. de regul. iur.lib.6. quam rectoris scientiam & tollerantiā probari,immò nec articulum super eis fieri, hucusqúe minimè nobis compertum est.

¶CETERVM an prædicta septipartita.sanctio explicari possit in consuetudine iuri obsistenti: & an iure etiam ciuili ad cōsuetudinem iuri aduersam conficiendam,exigatur scientia principis.abūdè & pulchrè scribit Aym. Crave.in suo aureo tracta. de antiquita.tempo.in.4.parte.nu.134.&si quidem eadē constitutio palàm loquatur in cōsuetudine etiam preterius introducta.vt eius verba clarè edocent.

¶AT verò si † aliqua sanctio fori regij septipartitarum legibus alijs qùe iuribus minimè repugnans,sciente & tollerante principe,quandoqùe obseruetur, &si obseruatio ipsa integro decennio non muniatur,an sufficiat, vt de inceps custodienda sit:& hoc casu Roderici sententia obtinere valeat.cogitandum quidem est.visis abūdè á Fel.scriptis in.d.c. 1.de treg. & pac. & á modernioribus.in.d.l.de quibus.& in.d.ca.fi.de consuetu.& Roch.Curti.in.d.tracta.de consuetud.nu.351. & sequentib.& Bertrand.in consi.195.pro breuiori.col.3.& sequentib.volu.1.in quo loco etiam idē Bertrand.quęrit,quis probare teneatur legem vel statutum nunquam fuisse receptum, seu obseruantia comprobatū. ¶EX quibus omnibus iure optimo cōtra Roderici Suar.sententiam tenendū est:& ad dictarum legū fori regij vsum
234 obseruan

Universidad de Deusto
Biblioteca

obſeruantiam vé probandã, decenniũ haud dubiè requiri.

235 ¶ QVOD maximé erit, in vſu legum fori municipalis † ſeu in eius obſeruãtia. ex. d. l. 7. tit. 2 part. 1. quæ exigere videtur veram conſuetudinem ad vigoré fori. ¶ Et ſi hac ſanctione & lege ordina. in ea collocata, non ipſe exiſtimem; ad probandum vſum legis fori municipalis conſuetudiné & ea quæ ipſam cõficiũt, neceſſe eſſe probari: magis quàm ad dicti fori regij & eius ſanctionũ vſũ cùm æquabiliter lex noſtra & quæ ei immiſta eſt, circa vſum & obſeruantiam legum fori regij & municipalis agant: eiſdem qúe verbis: quarè ideo diuerſe non ſunt intelligenda. l. eum qui edes. ff. de vſucap. ad finem. cum alijs. & quia quando determinatio duo reſpicit determinabilia, æqualiter ea decidere cẽ ſendum eſt. l. iam hoc iure. & ibi docto. ff. de vulg. & pup. l. inteſtamento. C. de teſta. cum concordan. ¶ Nec huic ratio ni dicere obſiſtit, quód. d. l. 7. tit. 2. part. 1. corrigeretur (quæ ad fori vires cõſuetudinem exigit) ſi dictę interprætationi locus eſſet: & tantùm hac lege & prædicta ſanctione ordina. ſufficeret vſus ſeu obſeruantia abſqúe conſuetudine, ad vim fori municipalis. nam quidẽ hęc ratio perquàm facilis eſt, ex eo quia (ut cauetur dicta lege ordina.) leges prędictę ſeptipartitarum receptę non erant nec vt leges obſeruabantur tẽpore quo dicta lex ordina. edita fuit. Vndé ſequitur, dictam legem partitę nullo modo poſſe aduerſari dictæ expoſitioni.

¶ DEINDE & iuxta ſentẽtiam Bart. in. d. l. Labeo. ff. de ſupelect. lega. illud nõ eſſe prætereundum autumo, quód & ſi
236 (vt ipſe exiſtimat) ad vſum † communem probandum, decem annorum tẽpus exigatur, vt eodem vſu diſponentes eorum ſcripturas interprætari voluiſſe ſit præſumendum: quód tamen hoc obtinere non videtur, inter contrahentes ſtatutum vſui contrarium probabiliter ignorantes, vſum tamen nondum decẽnio munitum, ſtatuto contrarium ſcientes. nam hoc caſu dicendum videtur, eorum contractum hoc communi vſu voluiſſe explicari, potiùs quàm illo ſtatuto: & ſi vſus ipſe communis nõ comprobetur tempore decem annorum. vt pulchré voluit Areti. in. d. conſi. 11. colu. fi. ea præcipuum ratione, quia ipſi contrahentes eà quæ ignorabant, cogitare nõ potuerunt. l. mater. ff. de inoffi. teſta. & Aretini meminit Roch. Curti. in. d. ſuo tracta. de conſuetudi. nu. 29. & nu. 61. & Ferd. de Loazes in relect. §. iuſtitia. nu. 140. inſti. de iuſti. & iur. quibus adde videndum Albert. Brun. in tracta. de augmento. in vltima conclu. col. 10. & hoc præter eos ſuaderi videtur, quia verba contractus nõ debent operari vltra agẽtium intentionem. l. nõ omnis. ff. ſi certa peta. l. qui cum tutoribus. §. fi. ff. de tra fact. ſed contrahæntium intentio percepi non videtur, ſtatuto ab eis ignorato. quod & ſuadet optimus tex. in. l. generaliter. C. de tabul. lib. 10. ibi, *conſenſum enim non ignorantium volumus obligare.* & quod habetur in. c. cognoſcentes. de conſtitu. quorum contrahæntium prouiſio ſeu voluntas facit ceſſare diſpoſitionem legis ſeu ſtatuti. l. fi. C. de pact. conuen. cum alijs.

¶ EX quibus conſequens ſit † contractus verba potiùs eſſe interprætanda ſe
240 ge aliqua fori regij, vſũ munita nondũ decem annorum: ſi vſum ipſum contrahentes non ignorant, quàm aliqua legẽ ſeptipartitarum, vſui prædicto contraria, ab eis non cognita. Quo caſu quidẽ videtur, Roderici Suar. ſententiam poſſe obtinere. ¶ Sed nihilominus (ſi rem accuratiùs penſitemus) cõtrarium probabiliùs veriùs qúe eſſe cẽſemus. Tum ex hac lege. Item & ex rationibus proximé contra Roderi. Suar. congeſtis. Quod etiam fulcitur † quia cõtrahẽtes ſeptipartitarum legibus alijs qúe cõmunibus iuribus eorũ contractus ſubii cere, eſt præſumendum: & ſi earum habuerint ignorãtiam. vt conſtat ex. l. ſi duo. & ibidem Bald. ff. de acqui. hæred. & in. l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. & tenẽt Bart. & docto. in. l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebel. cũ ibi á recentioribus citatis. & á Ioan. Frã. de Ripa. in. l. 4. §. Cato. nume. 35. ff. de verb. oblig. & Iaſo. in conſi. 84. omiſſa. col. 1. lib. 1. & in conſi. 137. in cauſa & lite col. 1. lib. 4. & Deci. conſi. 257. quæritur. col. 2. Tiraquel. in tracta. de vtroqúe retractu. tit. de retract. conuen. gl. 2 nu. 14. potiùs quàm dictæ obſeruantiæ vniformi & decennio nõ comprobatæ. Quod
239 & ſuadetur, quia ignorantia † contrahæntes excuſabiles ſeu immunes non reddit. ff. de regul. iur. l. qui cum alio. cum illic á Decio citatis. & probatur in. l. ſed & ſi pupillus. §. conditio. vbi Paul. Caſtren. ff. de inſtito. & in. l. 1. §. ſi plures. ff. de exercito. & latè Deci. in. l. quándiũ. col. 1. C. qui admi. Bal. citans in. c. 1. per quos fi. inueſti. quod etiá obtinet contra forenſes ignorantes. vt conſuluit Cuma. in conſi. 26. cùm ſtatutũ Paduæ. colu. 1. cui Deci. ſcribit in. d. regul. qui cum alio cõtrahit. col. 1. & Hiero. Grat. in conſi. 42. licét primó. nu. 18. & ſequentib. lib. 2. cum ſimilibus quorum meminit Card. Paul. Pariſi. in cõſi. 93. dicendum. nu. 53. & ſequentib. volu.
240 1. Etſi nõ in omni caſu † nec ſemper ſit præſumendum, diſponẽtes iuri communi adhærere voluiſſe. vt in. l. ex facto. §. ſiquis rogatus. ff. ad Trebel. & ibi notãt docto. & in locis illic á recentiorib. traditis. & á Philip. Corne. in cõſi. 197. circa primum. col. pe. lib. 1. & Card. Pariſi. conſi. 78. in præſenti. nu. 25. lib. 2. & Ludoui. Gozad. in conſi. 59. prima facie. nume. 20. ¶ Proindè & quæ diximus ſuadẽ tur, quia ignorãtia dictarum legum ſeptipartitarum & iuris communis non iu

ſtè á contrahæntibus allegari valet. l. leges ſacratiſsimæ. C. de legib. c. 1. de cõceſsio. præbẽd. in. 6. & inibi Ancha. in. 6. notabi. & alibi ſæpe traditur.

¶ PRETEREA & Bart. non tãtùm loquitur, cùm vſus cõmunis legi ſeu ſtatuto aduerſatur: ſed etiam cùm ille vſus ſit præter legẽ. vt palàm ex eius verbis conſtat (& ſi contrarium anceps tamen teneat Areti. in. d. conſi. 11. col. fi. & Soci conſi. 260. in cauſa. num. 19. lib. 2.) & in vtroqúe caſu vſus ipſe communis vt informis & decennio non munitus, perpẽdendus non eſt: etiam ad explicãdas cõtrahæntium diſpoſitiones: nec exiſtimãdum eſt, cõtrahæntes illo vſu ſuas ſcripturas interprætari voluiſſe, omiſſa lege communi ſiue municipali, etiam ab eis ignorata.

¶ EX his quidem videtur dubia ſententia Aretini in. d. conſi. 11. cùm voluit, nõ lege ſtatuto vé á contrahæntibus ignorato † contrahæntium verba eſſe inter 241
prætãda: ſed potiùs obſeruãtia vſu qúe communi decennio non cõfirmato, ab eis tamen cognito. cùm probabilius videatur, contrahæntes voluiſſe iura communia municipalia qúe ad eorum contractus explicationem expendi: quàm uſum conſuetudinem qúe imperfectã, legi vel ſtatuto contrariam. ex iam dictis. ¶ Quod & ſuadetur, quia ut lex ſtatutum qúe ſubertantur, vſum contrariũ decennio roboratum præcedere, neceſſum eſt. dicta. l. d quibus. & ibi docto. & in. d. c. fi. de conſuetudi. cum alijs.

¶ EX quo ſubinfertur, quód & ſi cõtrahæntes ignorent ſaltém ingenere legẽ ſeu ſtatutum vires habens, de eis potiùs, quàm de vſu ſeu conſuetudine nondũ præſcripta, iure qúe non munita, cogitaſſe cenſendum eſt. quod doctores vnanimi conſenſu opinare recẽſet Alber. Brun. in. d. eius tracta. de augmento. in conclu. fi. q. 2. co. 6. dicens potiùs ſtatuto
† quàm conſuetudine non præſcripta 242
contra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

contrahæntium verba esse explicãda. quo in loco dicit, hoc idem Are. firmas 1c. & si Areti. aliud quidem teneat, cùm statutum à cõtrahæntibus ignoratur: si eis consuetudo nondùm præscripta pateſcat. ¶ Sed prædictis non obstantibus, dictam Aretini sententiam saltèm
243 in casu quo ipse loquitur † iure optimo obtinere posse censeo: nam ipse quidem loquitur, in forense statutùm municipale probabiliter ignoràte, & obseruantiam contrariam sciente †
244 cuius ignorantiam ipsi forensi licet allegare: ei qúe ideó ipsa ignorantia non nocet: cùm probabilis sit. ex tex. in. l. fi. ff. de decret. ab ordi. faciẽ. cum alijs de quibus meminit Bar. in. l. 1. C. de sum. trini. & illic Iaso. in lectu. nu. 31. & Alex. in consi. 86. visa inquisitione. col. pe. & fi. lib. 4. & Franc. de Rip. in eius tracta. pestis. char. mihi. 99. q. 13. nume. 449. & Aym. Craue. in consi. 115. nobilis. nu. 4. Quod etiam munitur, quia quandó ignorantia exfacili probari potest omninó contrahæntes ignorantes excusat. l. si quis patrem. ff. ad Macedo. tradit. De ci. in. d. regul. qui cũ alio cõtrahit. nu. 3.
¶ QVID plura, & multi & non absre
245 dubitant † an statutum municipale liget forenses. quod quãdó sit verum docto. abundè notant in. d. l. 1. C. de sum. trini. & in. c. 1. & 2. de constitu, & alibi sæpe traditur.
¶ SED in hac re magnum discrimen esse arbitror, cùm forensis habet ignorãtiam statuti municipalis, vel iuris communis: si quidem ius commune non ita ei ignorare licet: sicut municipale. vt colligitur ex. d. l. fi. ff. de decret. ab ordi fa. & in. l. fi. §. diui. ff. de publica. & in vestigare potiùs i⁹ commune, quàm municipale, idem forensis sit obnoxius. vt liquet ex. dictis iuribus & similibus. & palàm tenet Mathe. de Affict. in Neapol. cõstitutio. libr. 1. rub. 10. char. 46. nume. 4. & singulariter Aym. Cra. in. d
consi. 115. nu. 4. vbi ad hoc citat Ancha. & Alex. in consilijs ibidem ab eo commemoratis.
¶ QVE omnia menti affigite, vt rectè percipias sententiam prædictam Aret.
¶ Et ex his huic quæstioni sit finis.
¶ DEINDE & septimó illud cunctari oportet, iuxta prædicta & has leges
† nunquid ad hanc obseruantiã vsum qúe, quo fori regij sanctiones municipales qúe confirmari debent, vt custodiendæ sint, actuum exigatur pluralitas quod iure optimo breui videtur. vt probatur in. d. l. 3. C. de episcop. aud. & ita in proprijs terminis tenet Rode. Suar. in procemio dicti fori regij. cuius supra nu. 180. memores fuimus. & palàm idem tenet Alberi. in. d. l. de quibus. nu. 60. & in. d. rub. C. quæ sit long. consue. col. fi & Ant. in. d. cap. fi. de consuetu. num. 47. iudicis tamen arbitrio committitur, quos actus interuenire sit necessũ: & an quotidiani raró vè accidẽtes sufficiant & si adminús duos exigi actus sine dubio tenendum sit. vt tenent Alberi. & Anto. in dictis locis. post Bar. in. d. l. Labeo col. fi. ff. de supel. lega. cuius dictũ abunde reasummit Roch. Curti. in. d. eius tracta. de consuetudi. nu. 626. & se quentib.
¶ HVIC & proxima est illa quęstio(erit qúe octaua) an act⁹ illi qui cum decem annorum cursu exiguntur † ad probandum vsum legum fori regij seu municipalis, iudiciarij esse debeant, bis qúe iudicatum esse oporteat. Quod videtur, quia & si iure ciuili † ad consuetudinẽ constituẽdã binus actus iudiciarius nõ exigatur vt probatur. in. l. sed ea quæ. & in. d. l. de quibus. in verb. *moribus*. ff. de legi. & in. l. nã imperator. ff. eoti. & in. l. cùm de nouo. ff. eod. tit. & hoc tenẽt cõiter doct. in. d. l. de quibus. vbi Pau. Cast. col. 2. testatur hãc esse cõmunẽ opinione. & ibi Iaso. nu. 51. refert plures docto. tenentes eandem sententiam & notãt moder. in. d. c. fi. de cõsuetu. &

Curti. in. d. tracta. de consuetudi. num. 362. & sequentib. post Pet. Raben. in ei⁹ tracta. de consuetu. nu. 142. Septipartitarum tamen iure, hoc mutatum est. vt in. l. 5. ti. 2. par. 1. vbi probatur, binũ actũ iuditio obtentũ ad consuetudinẽ conficiendã exigi. quod etiã iure ciuili sancitũ esse aliqui opinarunt, præcipuũ glo. in. d. c. fi. de consuetu. & in. d. l. de quib⁹ quib⁹ cõsultó omissis. Rode. Suar. in. d. procemio. firmat, ad ipsum vsum probãdũ, obseruantiam qúe prædictã, bis esse iudicatũ minimé requiri, in consuetudine tamen cõtrariũ diiudicans. & si speciatim nõ citauerit dictã legẽ part. & ipse quidẽ in eadẽ sũ sententia. Quę & suadetur, quia nulla iuris ciuilis nec regij sanctione cõtrarium cautum reperitur & si in cõsuetudine nominatim hoc decisum sit prædicta lege septipartitarũ.
249 ¶ VERVM enimverò his obsistere † videtur (quod nullus aduertit). d. l. 7. tit. 2. par. 1. quæ ad fori vigorẽ, non tantùm vsum, sed consuetudinem palàm exigit & ita binũ iuditium. ex. d. l. 5. Sed dispositio dictæ. l. 7. non præmit nos, à priori sententia discedere. quia si hanc primã sanctionem Taurinam rectè considera m⁹, tãtùm in ea stabilitur, ad muniẽdas leges dicti fori regij seu municipalis, nõ cõsuetudinẽ, sed vsum vel obseruantiã necessariam esse (vt etiã supra. nu. 202. diffiniuimus) inter quæ nõ modicum in hac re est discrimẽ. vt constat ex prædictis. & ex congestis in precedentibus quęstionibus. Quo fit, binũ actũ iuditiarũ in tali vsu & obseruãtia non requiri siquidẽ in vsu contrarium aliqua lege cautum nõ reperiatur. ¶ Dici & potest dictam. l. 7. de consuetudine, pro vt factũ est agere: at dictã. l. 5. de consuetudine, prout iuris est. Sed hæc solutio nõ videtur tuta: cùm dicta. l. 7. de consuetudine agere videatur, prout ius est vt constat ex exordio dictę. l. 7. in verbis, *en que se encierran dos cosas, que auemos dichas vso y costumbre*. quæ verba de consuetudine, prout ius est loquuntur: cùm in legibus præcedentibus de ea sæpiùs tractatur. maximé in. d. l. 5. & in. l. 6. quod etiam clarè percipitur ex alijs verbis dictæ. l. 7. præcipuùm ibi, *se torna como en ley*. Quarè aliter dicendum censemus, quód dicta lex. 7. in hac re non est cõsiderãda. cùm lege ordinamẽtorũ hac in nostra collocata, leges septipartitarũ nouissimè recipiũtur, & hoc pacto, quód leges fori regij seu municipalis vsu aut obseruãtia munitę, ipsis legibus septipartitarũ pręponãtur. Vndè fit, dictas sanctiones septiparti. nullo modò posse obsistere legib⁹ fori regij aut municipalis, nec eisdẽ sãctionib⁹ septipartitarũ cõstitutũ. Respondeti potest (vltra prędicta) & quartó, dictã. l. 7. interpręta ri nõ posse dęprędicto foro regio: quia cũ ipse for⁹ regius à rege edit⁹ sit, vt valeat vsum cõsuetudinẽ qúe probari nõ est necessum. vt iuribus notissimis sancitur, quę deduxim⁹ in procemio harũ legũ in verbis, porlos procuradores. Quod & suadetur † quia cõstitutiones dicti fori regij á rege Alfõso editę fũt, áquò etiã septipartitarũ leges sunt cõstitutę. vt ex eis cõstat. quod & testatur Mõtal. in procemio dictarũ septipartitarũ. & cõstat in chronica eiusdem regis, quarè nõ est dicẽdũ, ipsũ Alfonsũ regẽ dictas fori regij sanctiones (ab eo cõfectas (ex eo dirui voluisse, quód cõsuetudine vsu qúe nõ cõprobẽtur, quia ad legis vigorẽ, earũ nõ exigitur vsus nec consuetudo: & si contraria cõsuetudine tollatur. vt constat in procemio. ff. in princ. & in. l. 1. in. fine. C. de emen. C. cũ alijs de quibus suprà memores fuim⁹ in procemio nu. 243. Et sicut dictũ est, ad vim fori regij, cõsuetudo nõ exigitur, sed tãtùm eius vsus & obseruantia: idẽ est etiam existimandum quo ad sanctiones fori municipalis ex hac lege. & ex dicta ordina. sanctione. quib⁹ æquabiliter cõstituitur, eisdẽ qúe
250
verbis

Universidad de Deusto
Biblioteca

verbis,fori regij & municipalis vſũ probari.vt ſupra in.6.quæſt.diximus. num. 235.quarè inter leges fori regij & municipalis,quo ad hanc ſpetiem diſcrimen aliquod conſtituẽdum non eſt. ¶Ex his enim ſat dictæ.l.7.ſatisfit.

251 ¶VERVM & quia † agimus de intellectu.d.l.5.tit.2.part.1.aliud dubiũ valdè elegans(ab alijs nõ cõtrouerſũ)iuxta ipſam legẽ inueſtigare libet,nũquid ſicut prædicta lex requirit binũ iuditiũ in cõſuetudine decẽ vel viginti annorũ ita & etiam idem exigatur in conſuetudine maioris temporis. Et videtur quód non ex ſequentibus.

¶PRIMO quia ipſa lex tãtùm loquitur in cõſuetudine decẽ vel viginti annorum:quare ad aliam maioris temporis minimè eſſe extendendã videtur. l. cùm prætor.ff. de iudi.l.ſi ſeruũ. §.prætor ait.in verbis. *non dixit prætor.* ff. de acqui.hered.cũ alijs.& his alludit tex. in.c.ad audientiam.de decim.& in.l.1. §.ſin autem ad deficientis. & ibi Bald. C. de cadu.tollen.

¶SECVNDO hæc ſentẽtia inſtruitur,quia hic casꝰ omiſſus eſt in dicta lege:quare iure cõmuni decidẽdus eſt.l. commodiſſimè.ff.de libe. & poſthu. quo iure.vt communiter docto. cõcludunt, & in multis iuribus probatur, binus actus iudiciarius in conſuetudine non requiritur,vt dictum eſt.

¶TERTIO hãc opinionẽ fulciũt,verba hęc dictæ legis.ibi,*ſi en eſte tiẽpo fueren dados dos juizios.* quæ verba,*ſi en eſte tiempo.*palàm edocent,ipſam legẽ tantùm loqui in conſuetudine decẽ vel viginti annorũ.l.nemo.ff.de hæred. inſti. cũ alijs.& quæ Bar.expræſsim cẽſet in. l.gallus. §.inſtituens.co.2.verſ.ad ſecũdum.ff.de libe.& poſthu. cuiꝰ meminit Deci.in cõſ.377. vilis & diligẽter. nu.5.

252 ¶QVARTO,quia iura † magis aduertũt & reſpiciunt tẽpus triginta ſeu quadraginta annorũ,quàm tẽpꝰ decẽ vel viginti annorũ:&quod denegãt tẽpori decẽ vel viginti añorũ, cõcedũt tẽpori triginta ſeu quadraginta añorũ.vt in.l.1.& in.l.ſicut. C.de præſcrip.30.vel.40. anniuncto tit. C.de præſcrip.long.tempo. cum ſimilibus.c.de quarta.de preſcrip.

¶Et in proprijs terminis † quòd cõſuetudo munita triginta vel quadraginta añis prævaleat conſuetudini decẽ vel viginti annorũ.cõſtat in.l.7.tit.9.part.1. ibi, *ſaluo ſi lo an por coſtumbre vſada de quarenta años.*& in.l.7.tit.10.parti.4.in verbis.*peroſi coſtumbre fueſſe en algunos lugares vſada por quarenta años.* quod etiã expræſſè dicitur in.l.12.tit.22.par.1. & in.l.10.ti.1.lib.7.ordina.legitur & notatur in.l.domini.& ibi glo. C. de agri. & cenſit.lib.11. & notat Bald. in. c. 1. in princip.co.1.qual.feu.alie.pote.& Areti.in conſi.44.in propoſita.

¶QVINTO hęc fulcitur ſentẽtia,quia prędicta lex ſeptipartitarũ (in eo quód binos iuditij actus requirit)anteriora jura corrigit,quibꝰ vt dictũ eſt, manifeſtè probatur, actũ iudiciariũ nõ requiri ad cõficiẽdã conſuetudinẽ. Vndè ſequitur vltra caſum in quo ipſa lex loquitur,nõ eſſe extendendam.vt in.d.l.præcipimꝰ C.de appella.vbi Bart.& in. d. l. ſancimus. C. de teſta.Et ita conſtat, dictã legẽ ſeptipartitarũ interprætandã eſſe in cõſuetudine decẽ ſeu viginti añorũ.

¶DENIQVE & cùm hic caſus contingeret † iudices nimis contenderunt & hac re inter eos non modica fuit controverſia , varié qúe ſenſerunt : & eorum pleriqúe contra prædicta tenuerunt : & exiſtimauerunt , ad conſuetudinem triginta ſeu quadraginta annorum etiam exigi binum actum iudiciarium : hoc modo interprætantes prædictam legem ſeptipartitarum. Et hac præcipuùm ratione , quia iure ciuili, ad conſuetudinem conſtituẽdam ſufficiunt tãtùm decem anni.vt in rub. C.quę ſit long.conſue.&in.l.1. C. cod.

eod.tit.quod etiã cõmuniter docto. admittũt.in.d.l.de quibꝰ.& in ſimilibꝰ ibi dẽ à modernioribus citatis.& in.d. c. fi. de cõſue.quarè cõſequens eſſe videtur, conſuetudinẽ triginta vel quadraginta annis munitam nõ poſſe plus operari: quàm cõſuetudinẽ decẽ annis cõfectã. Quo fieri videtur,nõ magis actꝰ iuditio cõprobatos in cõſuetudine decẽ vel viginti annorũ requiri:quàm in cõſuetudine triginta vel quadraginta annis roborata. Quod(& præter eos) ſuaderi videtur exadẽ lege parti. cùm illa nõ tantùm actꝰ iudicarios exigit in cõſuetudine decẽ annorũ(quæ ipſo decẽnio validatur)ſed etiã in cõſuetudine viginti annorũ.quod illic ex alio cõſtitutũ nõ videtur:niſi quia &ſi cõſuetudo viginti annis cõfecta,maioris fuerit tẽporis:quàm ea quæ decẽ annis introducta eſt: tamẽ parẽ vim habẽt : nec enim diſcrimẽ eſt, inter cõſuetudinẽ decẽnio cõfirmatã & illã quæ fouetur vſu viginti annorũ: &ſi in preſcriptiõe aliud eſſe,iura notiſsima doceãt.quod ſupra.nu.206. recẽſuimꝰ.

¶SED his nõ refragãtibꝰ in priori ſum ſentẽtia:cõſtãter qúe cẽſeo,ad cõſuetudinẽ triginta annorũ ſeu maioris tẽporis binũ actuũ iudiciariũ nõ exigi.exprimis rationibꝰ. Et in cõtrariũ cõſiderata ad cõtrariũ nos nõ impellũt,cùm &ſi quo ad conſuetudinẽ conſtituẽdam, paremvim decẽniũ obtineat:ſicut & tẽpus viginti annorũ.negari tamẽ nõ poteſt, cõſuetudinẽ triginta vel quadraginta annorũ,maioris efficatiæ roboris qúe eſſe: quàm cõſuetudinẽ cõfirmatã decẽnio ſeu viginti annis ex iuribꝰ ſupra citatis.

¶HIS ſanè prænotatis, rurſus & nonô iuxta prædicta , & legis Alfonſi prædictam legem noſtram qúe , illud dubiũ ſuſcitari expedit (&ſi facilimum) nunquid ſi ex actis proceſſus conſtet † aliquam legem prædicti fori regij ſeu alterius fori municipalis quándoqúe eſſe obſeruatã:aliquandó verò non:ex hoc cõpertum ſit , legẽ ipſam vſu non ſtare , & ad dictarũ ſeptipartitarũ ſanctiones alia qúe iura ſit recurrẽdum. Quod iure optimo obtinere,breuiter ipſe cenſeo. ex text. in.l. ſemper in ſtipulationibus.ff. de reg.iur.ibi,*quia varias fuit.*& in. d.l. cùm de conſuetudine.ff.de legib.& in. l.queſitũ. §.ſiquis eod.ff.de fun.inſt. & in.l.nemo. §.tẽporalis. ff.de regul.iur. Quod etiam probatur.in.d.l.nã imperator.ff.de legib.ibi,*perpetuo.*& ex his quę Bart.ſcribit in.l.2.in fine principij.ff.ſolu.mat. & in.l.ſolent. §.non verò. co.1 ff. de offi.procõ.& moder.in.d.l. de quibus.& Alex.in conſi.127. viſo teſtamento.col.pe.lib.5.& Deci.in.d.conſ.8.co. 4.idem Deci.in conſi. 215.in cauſa vertente.col.2 & in conſi.129.diligẽter cõſideratis.col.1.& abundè Ioan.Ignac. in. d.l.neceſſarios. §.nõ aliàs.nu.130. ff.ad Sillania.in qua relectione loquitur,quâ doqúe inconſultè, impudicè , temerariè, ſtultè audacter qúe contra noſtrum cæſarem,procúl ab ipſa veritate.

¶SED an cõſuetudo † perfecta ex cõtrario actu interrũpatur,nec ne,& quãdó,videre licet Ang.in.d.l.cùm de conſuetudine.& tradita in.d. §.temporalis & moder.in.d.l.de quibꝰ. & notata. in. c.cùm acceſſiſſent.de cõſtitu.& Alex.in cõſ.5.ſi vera ſit.col.pe.lib.5. & quę latè ſcribit Roch.Cur.in.d.tract. de cõſuetu.nu.402. cum multis ſequẽtib. quibus adde.d.l.5.tit.2.part.1.& Didac.Caſtel. in.l.6.Taur.in verbis,el fuero. 256

¶DECIMO iuxta iam dicta & has leges alia quæſtio ſuboritur (ab alijs omiſſa) an ſanctiones fori regij † quæ in codice ordinamẽtorũ à Mõtaluo collocantur,quibus hoc verbum,*fuero* , in margine idem Montaluus adiungit,leges prædicti fori ſint cẽſendæ : vel tanquàm leges ordinamẽtorũ obſeruandę. Quod ſcire vtile eſt,quia ſi ordinamẽtorũ ſanctiones ſũt,earũ vſum probari neceſſũ nõ erit.at verò ſecꝰ eſt,ſi remaneãt 257

Universidad de Deusto
Biblioteca

sanctiones fori regij.ut hisce legib⁹ disponitur.Et quidem videtur,eas sine dubio vt leges ordina. esse reputandas.

¶QVOD primó suadetur,quia predictę leges fori regij extant in dicto codice ordina. & inter alias ipsi⁹ codicis sanctiones: quib⁹ dictæ fori leges ordinatè coniunguntur:& totus ille codex appellatur leges ordinamentorum.

258 ¶SECVNDO hęc fulcitur pars † quia dictę leges fori regij ex quo sunt positę in dicto libro ordina. canonizatę cẽsentur. Vndè fieri videtur,vt ordinamẽtorũ leges eas esse obseruandas:minimè qúe earũ vsum probari op⁹ esse.vt in simili tenet glo.in.c.in primis. §.de persona.vers.capitali.2.q.1.dũ loquitur de legib⁹ iniũctis decretis.cui multi assentiũt,quorũ meminit Frã.de Rip.in. c.2. de rescrip.nu.76.& in.d.l.1.ff.si cert.pet a.nu.67.Et hãc secũdã rationẽ fouet doctrina And.de Iser. in prędudijs feudo. & ibi Aluero.co.5.& alia quę Cur.iuni. cõgerit in tracta.feudo.1.par.q.5.col.2. in quo loco ipse ad finẽ quęstionis cẽsetleges lõgobardorũ iuris corpori admissas obseruandas esse,vt expręsim canonizate.

¶HVIC sentẽtię & tertió locũ esse cõmunis docet obseruãtia , qua ipsę leges fori regij adiũctę libro dictorũ ordi. tenẽtur vt leges ordi. eis qúe vt talib⁹ (sciẽtib⁹ & paciẽtib⁹ regibus nostris) iudicatur:á qua obseruãtia videtur nõ esse recedẽdũ.dicta. l.minimé.ff.de legib. cũ alijs.Et faciũt in simili quod Abb.& do
259 cto.tradũt † de libro decreti agẽtes.in d.c.2.de rescrip.vbi dicũt,cẽsendũ esse propter lõgã obseruãtiã illũ esse approbatũ.& inibi Fel.nu.43.vers.liber decreti.plura vidẽda addens,inibiqúe adhoc plures refert doct.& ibi etiã Rip.nu.77. & sat probari videtur in.c.cõtinebatur vers.cùm in decretis.de despõ.impube. quod ẽt prẽter alios probat tex.in.d.l.1. §.sed &si quę leges. C.de vet.iu.enuc.

¶PLANE & quartó hæc instruitur sentẽtia † quia idẽ Mõtal.testatur in procemio dictarũ legũ ordina.reges catholicos præcepisse quendã effici codicem, quo prędicti fori regij sãctiones vsu munitæ,& propriæ etiã ordinamẽtorũ leges colligerentur: deindè qúe in eiusdẽ codicis exordio dicitur,librũ illum á Montaluo regio præcepto editũ fuisse: & ita satis Montal.fidẽ fecisse videtur, codicem illũ cõfeciſse dicto regio mãdato.cui credendũ videtur,& etiam cõtentis in dicto procemio,& in codice ipsarum legũ ordi.Tũ quia,aliàs reges nostri seu saltẽm eorũ proceres,regij qúe senatores tanto tẽpore nõ cõsilescerẽt sed quidẽ contentis in dicto procemio & in exordio dicti libri non modicũ obsisterent.Tum etiam,quia (vt aiunt) Mõtalu.credibilis vir,laudatę qúe vitæ fuit quarè facilè ei credendũ est.ex his quę glo.tenet in.l.Titio fundus.in verb.actiones.ff.de condi.& demostra. cum similibus.& ex his etiam quæ Bart. censuit in.d.l.de quib⁹.cuius supra nu. 168. memores fuimus.& constat ex.d.l.1. §. & sinceritatis. C.de vete.iu.enucle.ibi. *nobis que tuo testimonio placitis*. Quod & comprobatur,quia existimandum videtur † Montaluum habuisse regium mãdatũ,ad copulandas ipsas leges fori regij dicto eius codici, vt veræ ordinimentorum sanctiones:cùm non sit credendũ,nec verisimile, aliter ipsũ dictas leges fori ibidem collocasse, & dictum procemium,ipsarũ qúe legũ initiũ: quibus dicitur , ad hoc mandatũ habuisse, illic adiungisse.ex his quæ tenẽt domini de Rota in antiquis.decisio. 23. nota quód vbi.quibus assentit Fel.in.c.sicut. de re iudi.nu.31.&.35.inquo loco alia ad hoc expendenda congerit. & Deci. in consi.36.diligenter consideratis.col.4. vbi hoc maximè tenet,cùm præter hæc tempus antiquum præcesserit. & alibi sæpe traditur.

¶Rur-

¶RVRSVS & quintó eadem cõfirmatur assertio,ex cõmuni sententia,qua ha
262 betur † feudorũ librũ esse authenticũ etsi manifestè eius authoritas non appareat.quod multi ex doctoribus tenent, quorũ meminit Bald. in præludio feudorũ.co.3.& hac maximè ratione, quia ipse liber non tantùm vsu roboratus est sed etiam eius constitutionibus indicatur(prout sanctionibus codicis dicti ordina.& etiam fori regij ibidẽ copilatis, quotidiè fit)quod & voluit Oldra quem Bal.refert in dicto loco.& dictũ feudorum librum esse authenticum : quia Federicus imperator iunior ipsum misit ad doctores Ticinẽses,vt sub congruis titulis accuratè illum disponerẽt.quod & docto.abundè notant in.d.c.2.de rescript.& notabiliter Cur.iuni.in tracta. feudorum.1.q.quo loco ipse Curt.hanc cõmunẽ esse resolutionẽ diiudicat,multas alias subiungens rationes,hanc tutãtes sententiã. Et maximè,quia plerique imperatores ipsum librũ notũ habẽtes, quam plura conc essẽrunt priuilegia. §. naturales.si de feud.fuer.contro.int.domi.& agna.& alijs eiusdẽ libri sanctionibus derogantes:prout etiam nostri reges plerunqúe frequentissimè qúe leges dicti codicis Montalui abrogãt: ex quo librũ ipsum cõprobasse cẽsendũ est. ex l.quidam consulebãt.ff.de re iudi.& in l.idem Vlpianus. §.fi.ff.de excusa . tũto.& quę notatur in.l.quo enim in princip.ff.rem rat.habe.& inibi glos. & est tex.in.l.tribun⁹. §.fi.ff.de testa.mili. & ibidem docto.cum similibus.

¶DEINDE & sextó,hãc sentẽtiã meritissimũ quẽdã senatorẽ regiæ cancellariæ fulcire ipse vidi ex.l.2.in princip.ff. de or.3i.iur.ibi, *is qui liber vt diximus,appellatur ius ciuile Papirianũ:nõ quia Papirius de suo quicquã ibi adiecerit:sed quod leges sine ordine latas in vnũ cõposuit* . ad quod etiam est tex.in eadem.l.2. §.postea.

¶DENIQVE & septimó, in eiusdẽ sententiæ cõprobationẽ facit,quia hac nostra lege(quæ tempore quo codex dicti Montalui editus erat , fuit cõstituta) ordinamẽtorum leges obseruari sancitur. Vndè fieri videtur,hanc legem esse explicandam,etiam de legibus ordina. dicto codici á Montaluo copilatis.

¶VERVM prædictis non refragantibus,contraria sententia probabilior videtur: & prædictas leges fori regij quæ dicto codici ordina.á Montaluo sunt admixtæ,leges fori , & non ordinamentorum esse:& ideó videtur censendũ,earũ vsum esse probandum. Quæ sententia ex sequentibus constat.

¶PRIMO quia hæc lex generaliter loquitur in omnibus cõstitutionibus prædicti fori regij:& cõstituit eas viribus carere,nisi vsu obseruãtia qúe muniãtur.

¶Quo fit, quód cùm constitutio nostra constituta sit post dictum ordina. codicem á Montaluo editum , etiam de illis legibus prædicti fori quæ in ipso codice Montalui continentur , est interprætanda. l.de præcio.cum similibus.ff. de publicia.

¶SECVNDO illud etiam huic sententiæ maximè fauet,quia non constat, Montaluum á regibus nostris mandatum potestatem qúe habuisse, vt posset leges prędicti fori regij transferre in ordinamentorum sanctiones,aut mutare: nec vera esse in dicto codicis procemio & in earũ exordio enunciata † nec ad 263
hoc dictũ mãdatũ pręsumitur.c.cùm in iure.de offi.deleg.cũ alijs.etiã mille annis decursis. secundum Bald , in. l. 2. C.si ex fal.instru.cui multi assentiunt. quos moderni citant in. l. sciendum.ff. de verb.oblig.& Sebastia.Vanti.in suo aureo tracta.de nullitatibus.titu. quib. mod.senten.nul.defen.po.nu.91.&.92. pagina mihi.601. & alibi sæpe. & expressè hoc probatur in.l.fin. ff. de vsucap.pro empt.cui⁹ meminit Bal.in l.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C. de reb. al. non alie. col. 1. moder. quo
que in. l. qui in aliena. in princip. ff. de
acqui. hæred. Quod etiam ratione sua-
detur, quia authoritas legis cõdẽdæ est
de reseruatis principi in signum supre
mæ potestatis. l. 2. §. pe. ff. de ori. iur: &
ideó nullo tẽpore præscribi poterit. vt
legitur & notatur in. l. comperit. C. de
præscrip. 30. vel. 40. anno. cum similib⁹
de quibus meminit Franc. Balb. in eius
tracta. præscriptio. 2. parte. 5. partis. col.
4. versi. prima quæstio est.

¶ QVIN immó & ipsum mãdatũ (cúm
principis esse oporteat) in scriptis cõsta
re necesse erat. l. 1. C. de mãda. princip.
& probatur in. l. 41. harũ legũ. in sui prin
cipio. cũ alijs. Nec Mõt. authoritas (etiã
si doctoris grauissimi fuerat) est necessa
ria. vt notatur in. l. 1. C. de profe. qui in
vrb. Constã. lib. 12. cũ alijs quę infra cita
bũtur, in verbis, y à traido mayor daño.

¶ RVRSVS & tertió hæc constat pa
rs, quia si aliud concederemus, in Mon
talui potestate fuisset, leges aliter non
obseruandas populis dare. quod durum
esset: & iuri repugnare, satis est notum
cum nullus (etsi excellens vir) tantam
in republica authoritatẽ habere possit:
vt ei⁹ scripta (nisi principis sint) legis
vim obtineãt. vt legitur & notatur in. l. 1.
& si. C. de legib. cũ alijs quæ in proposi
to ad hoc citat Ioan. Igne. in. d. l. necessa
rios. §. non aliàs. nu. 127. ff. ad Sillania.

¶ PRETEREA & quartó hanc par-
tem patrocinantur quæ scribit Hostiẽ.
in sua summa. de immuni. eccle. §. sed
nec illa immunitas. versi. si verò pater-
num. & multi alij in procemio feudorũ
quorum memor est Curt. iuni. in. d. tra-
cta. feudo. q. 1. in quibus locis ex plurib⁹
264 rationibus concludunt † feudorum li-
brum non esse authenticum.

¶ QVINTO hęc posterior opinio ex eo
265 cõfirmatur † quod de Gratiano docto-
re antiquo dici consueuit (cuius autho-
ritatem Montalui authoritati præponi
nõ est dubiũ) quód etsi leges aliquas de
cretorũ libro idẽ Gracianus immiscue
rit, nõ ideó esse canonizatas, nec obser
uãdas, nisi liqueat de papæ approbatio-
ne: quia de ipsius Greciani potestate
(quã ad hoc habuerit) nõ cõstat. vt tenẽt
glo. & doct. in. c. 1. versi. tractat⁹. de reb.
eccle. nõ alie. lib. 6. & gl. in. c. 1. in. gl. 2.
de except. & idẽ tenet etiam Imol. in. c.
1. co. 3. de cõstitu. & doct. in. c. eccleśia
sanctæ Mariæ. eod. titul. & in rub. ff. de
verb. obli. & in. c. super eo. de testi. & in
d. c. 2. de rescrip. vbi Ioã. Frãc. de Rip. n.
78. firmat hãc esse communẽ sententiã.
& eãdẽ tenẽt opinionẽ multi alij quorũ
meminit Iaso. in lectio. d. l. 1. n. 43. C. de
sum. tri. & Deci. in authen. ingressi. C.
de sac. sanct. eccle. in co. 1. & præpo. in
procemio decre. co. 1. & etiã Rip. in. d. l.
1. nu. 68. ff. si cert. peta. Quod etiã dictũ 266
reperim⁹ de Irnerio † & suæ traductio
nẽ esse standũ: quia ad hoc authorita
tẽ habuisse nõ liquet. vt legitur & nota
tur in authẽ. si quis in aliquo. C. de edẽ.
& ibi Curt. iuni. co. 1. & moder. in. l. si si
nita. §. Iulian⁹. ff. de dãno infect. & ali-
bi sæpe. & Gratiani plures cõgerit erro
res Abb. in suo dictiona. in verb. Gratia
n⁹. cuius meminit And. Tira. de iure pri
mogeni. c. 31. nu. 499. ¶ Verúm etsi Soló
& Dacio Lacedemonijs & Athaniẽsib⁹
leges tradiderint, & eorum sanctiones le
gis vim obtinuerint: id ex eo fuit, quia
illis popul⁹ cõsensit. vt ex antiquis Tro
go Liuio cæteris quę authoribus (qui gre
cas & Roman. historias texuerũt) facilè
percipi potest. & meminit etiã Iustinia
n⁹ in. §. sed ius quidem ciuile. insti. de
iur. natu. gen. & ciui. cum similibus de
quibus meminit Ioan. Igne. in. d. §. non
aliàs. in relect. nu. 128.

¶ SEXTO hæc suadetur sententia, quia
cúm Montalu. dicto codici ordinamen
torũ aliquam legẽ prædicti fori collo-
cauit: non fatetur eam esse legem ordi.
sed potiús dicti fori regij: ex quo in mar
gine

gine dictũ verbũ, *fuero*, imposuisse cons
tat. Vndẽ fit, dictas leges nõ ordina. sed
fori regij esse: & hac nostra cõprehendi
lege: & ita earũ vsum probari oportere.

¶ SEPTIMO hæc sententia alia &
efficaci firmatur ratione, quia & si in di
cto codice ordina. á Montal. edito, præ-
dictę leges dicti fori regij scriptæ sunt:
& admixtæ ordina. sanctionib⁹: nõ ideó
sequitur, ordinamenti leges, & non pre
dicti fori regij effici: nec suam mutasse
naturam. argumento. l. cúm res. C. de
probat. Quo fit, vt censet Bart. in. d. l. 2.
in princip. colun. 1. ff. de vulg. & pup.
267 quód & si ius † ciuile consuetudinem
in scriptis redigat, non ideó ipsa con-
suetudo efficitur ius ciuile. & Bart. ibi-
dẽ cõplures docto. accedunt. de quibus
inibi moderni memores sunt & in. d. l. 2
C. quæ sit long. cõsue. & probatur in. l.
immó. ff. de legib. & notat Curt. iuni. in
tracta. feudorũ. q. 1. lib. 1. co. 3. & hanc di
cit esse magis cõmunem resolutionem
Roch. Curt. in. d. tracta. de cõsue. nu. 3.
& 7. & pulchrè prosequitur Ioan. Igne.
in. d. l. necessarios. §. nõ aliàs. ff. ad Sillẽ.
nu. 731. ex cui⁹ dictis cõplura in horũ fa
uorẽ percipies. quod & sequitur Bar. de
Chassene. in cõsue. Burg. char. 381. co. 1.
Quæ & suadẽtur, ex his quę priús voluit
Paul. Castrẽ. in. l. si filius qui patri. ff. de
vulg. & pupil. cuius meminit Curt. in. d
tract. feudo. lib. 1. in. 3. q. col. fi

268 ¶ HIS & octaua accedat ratio, quia lex
idẽ quod antiqua cõstituens † dicitur
ius antiquũ, & nõ nouum. l. absentẽ. in
verbis, *si heres ius*. & inibi Bal. C. de a
ccusa. cũ similib⁹ de quib⁹ mæminit Iaso
in. d. l. Gallus. §. si eius. nu. 14. ff. de libe.
& posthu. & moder. in. c. 1. de cõsti. lib.
6. Vnde deducitur, nouã sanctionẽ non
mutare naturã legis antiquæ: quare & si
Montal. factiones dicti fori regij dicto
codici ordinamentorum immiscuerit:
non ideo firmandum est, non habere na
turã prædictarum legum fori regij

¶ NONO hæc opinio cõfirmatur † 269
quia Mont. dicto codici ordinamẽtorũ
plures collocauit factiones dicti fori re
gij, quas vsu nõ extare sine dubio cõstat
& hoc maximè liquet. in. l. 5. tit. 15. lib. 2.
ordina. & in. l. 5. tit. 19. eo. lib. 2. & in. l. 1.
tit. 7. lib. 3. ordi. post mediũ. & alijs ple-
risque legib⁹ eiusdẽ libri. quarè dici nõ
potest, Mõtaluũ dicto codici ordinamẽ
torũ tãtúm iniũgisse leges vsu cõproba
tas: & ex hoc earũ vsum probari nõ esse
necessum.

¶ SANE & decimó hæc opinio proba-
tur. in. d. l. 2. §. fi. ff. de origi. iur. & in. l. 1.
§. quib⁹. C. de nouo C. faciẽ. ibi, *quibus specialiter permissimus*. & per totum. C.
de iusti. C. cõfir. & in. §. supra dictis C.
de emẽda. C. ibi, *permissimus hæc omnia facere*. & in. d. l. 1. §. iubem⁹ igitur. C. de
vete. iu. enuele. & in. l. 2. sequẽti. §. quæ
omnia. & in procemio institutio. §. cùm
que quib⁹ in locis ideó uiris illis sapiẽti
b⁹, & eorũ gestis standũ esse disponitur:
quia eis à principib⁹ hoc specialiter fuit
cõmissum. Et quód in hoc casu speciale
mãdatũ exigatur; siue electio specialiter facta. cõstat in. d. l. 2. §. primus diuus
Augustus. ff. de origi. iur. cuius tex. me-
minit Iaso. in. l. omnes populi. in relect.
nu. 34. col. 7. ff. de iusti. & iur.

¶ DENIQVE & vndecimó pro hac vr
get sentẽtia tex. in. l. 2. ff. de custo. reo. &
quę ex ea Ioã. Frã. de Rip. cõgerit in. d. l.
1. ff. si cert. peta. nu. 61. quæ videre licet.

¶ CETERVM supereſt nunc, vt ea
quæ in contrarium considerata fuerũt
diruantur, si hanc sequaris sententiam:
quam ipse ut probabiliorem amplector

¶ ET prior tatio dissoluitur, quia & si le
ges prædicti fori regij reperiantur in di
cto codice Montalui, ibidem tamen ex
præsse vt fori leges scriptæ sunt. & ideó
vt dictum est, in margine dicitur fue-
ro. ¶ Secũdo modo respondetur, quód
& si Montalu. dictas leges fori immis-
cuisset vt leges ordina. nõ sufficeret cúm

Universidad de Deusto
Biblioteca

non appareat ipſi Montaluo hoc eſſe conceſſum. ex dictis iuribus. ¶ Tertiò die, ſat eſſe ex verbis generalibus huius legis conſtare, prædictas leges fori regij iniunctas dicto codici Montalui, hac lege compræhendi: & vſu eſſe cõprobãdas, vt eas obſeruari ſit neceſſum. ex iam dictis. ¶ Vndè fit, nihil referre codicem legum ordina. regium ordinamentum nuncupari: cùm hoc non á regibus noſtris: ſed á Montaluo duxerit originem. ¶ Præterea & ſi liber decretorum ſit (vt diximus) authẽticus † nõmen quę decreti habeat, non hoc efficit, leges á Gratiano ibi collocatas eſſe canonizatas ſeu comprobatas. vt ſuperiora manifeſtè edocent. quod etiã hac præcipuum ratione diiudicat Ioan. Franc. de Rip. in. d. c. 2. de reſcript. nume. 80. & 81. & in. l. 1. ff. ſi cert. peta. nu. 270
66. quia generalis † comprobatio non 271
extenditur ad iure improbata. quod vltra eum expræſſe probat optimus tex in. l. ſi quis priore. §. fi. ff. ad Trebel. & inibi glo. & quæ pulchrè Ancha. ſcribit in clem. fi. §. nos enim. de ſepultu. poſt Card. ibidem. & Bald. in. l. priuilegia. C. de ſac. ſanct. eccle. & Feli. in. d. ca. 2. de reſcript. num. 36. poſt Ancha. illic. & idem Ioa. de Rip. in lib. 1. reſpõſorum. c. 5. col. pe. nu. 5. & Iaſo. in conſi. 170. viſis narratis. co. 2. nu. 1. lib. 4. Quod etiã probatur in. l. tribunus. §. cùm aliquis. vbi Bald. ff. de teſta. mili. quarè & ſi prædictus codex ordina. expreſsim eſſet á noſtris regibus comprobatus, non enim ex hoc ſequeretur, quòd prędictę leges fori in eo á Mõtaluo copilatæ haberẽt naturam legum ordina. ita quòd earum vſus probari non exigatur: cùm hac lege & regis Alfõſi ſanctione in ea contenta, contrarium deciſum eſt.

¶ SECVNDA ratio etiam diſſoluitur, quæ oritur ex glo. in. d. c. in primis. 272
quia ipſa glo. tunc obtinet † cùm lex canoni permiſcetur, ab eo conſtituto qui ligandi ius habet. & ita illam glo. docto. in prædictis locis interprætatur maximè Abb. in. d. c. 2. ad finem. de reſcript. & inibi Ripa nu. 80. & idem Abb. in. c. 1. in princip. de præſumpt. docto. etiam in. ca. nouit. de iudi. & in. ca. 1. de conſtitu. Feli. in. c. ſuper eo. in. 1. de teſtib. nu. 3. & Iaſo. in. d. l. 1. in lect. nu. 43. C. de ſum. trini. Ioan. de Rip. in. d. l. 1. nu. 67. ff. ſi cert. peta. ¶ Vndè fit, quòd ſi alicui legi ordina. ſeu aliæ ſimili á regibus noſtris editæ † immiſceatur aliqua ſanctio prædicti fori regij, talis legis fori vſum probari non ſit neceſſè: vt potè ibidè á regibus cõprobatæ. Quod eſſet temperandum, niſi verba legis regiæ aliud ſuaderent. Ex quibus alia hac ratione collocata enodata remanent. 273

¶ TERTIA etiam ratio conuincitur cùm certò nobis compertum ſit, illam obſeruantiam longam quę interpræta tionem prędicta ratione enerratam, his nõ vigere regnis: nam et plerunque † 274
complures iuriſperitos vidimus, Montaluo eius quę prædicto codici non ſtare: & leges dicto codice extantes, vt potè non rectè traductas refutare: & ad ipſarum legum codices manu conſcriptos ideó recurrere.

¶ EX QVO quidam patronus cauſarum regiæ Cancellariæ non modicum peritus, & iure optimo, quondàm dicebat, Montalui codicem † & leges inibi extantes tantùm valere, quántum veris & veriſimilibus codicibus ſeu exemplaribus diſſimilia non fuerint. Quod (& præter alios) ſuadetur † ex his quæ in curijs huius Pinciani oppidi anno. 1523. petitione. 56. procuratores horum regnorũ cæſari noſtro accuratè ſupplicarunt, circa correctionem prædicti codicis Montalui: codicem ipſum mendis erroribus quę plenum exponẽtes: & ex indè varia & contraria oriri iuditia & leges regias: & quibus legibus ſit iudicãdum ex hoc ignorari: & ipſum cæſarem aduer-

aduertentes olim catholicorum regũ mandato, dictum codicem limę & correctioni neceſſariæ traditum: ab eodè quę cæſare iuſtè expoſtulãtes, vt ipſum codicẽ iam ſic præcepto dictorum catholicorum regum (vt aiunt) correctũ, & denuó cæſaris etiam iuſſu caſtigatũ, typis commendari præcipiat: quod ipſe cę̃ſar eis benignè pollicetur. idem etiam fuit ſupplicatum in curijs Madricij anno. 1534. petitio. 1. & in curijs Segouiæ anno. 1532. petitio. 41. ¶ Quæ & non minús conſtant, ex. l. 2. harum legum. qua palàm ſereniſsima regina noſtra ſpondit, dictum codicem Montalui (vt potè vicioſum) exactè correctioni tradendum. ¶ Deniqúe & in curijs huius Pinciani oppidi anno. 1537. petitio. 93. conſtat, doctori Petro Lupi de Alcozer olim noſtrę regiæ Cancellarię cauſarũ patrono, ingentis ſpiritus, & ingenij iucundi, eleganti qúe viro (qui aduocationis offitio longè ante eius mortem finẽ conſtituit) ordinamentorũ recollectionem fuiſſe comiſſam, & earum & horũ regnorum ſanctionum limam ſeu correctionem. quod opus doctorem ipſum edidiſſe, & deindè dominorum á conſilijs cę̃ſaris correctioni opus illud tradidiſſe, notũ eſt: atqúe vtinam iam in lucem deueniret, prout omnes & non inmeritó appetunt, & ardentèr cupiunt.

¶ QVARTA ratio prioris ſententię parui põderis eſt, cùm vt dictum eſt, nõ conſtet de regio mandato facto Mõtaluo: & ei nequáquám in hac re credendũ ſit, nec cõtentis in dicto procemio. Nã & ſi Irnerio & Gratiano vtpotè antiquioribus & ingenti authoritate pollẽtibus, non ſtatur, conſequens eſt, Montaluo fidem non eſſe præſtandam: & ſi omnia quę enarrantur in procemio dictarum legum ordina. idem Mõtaluus teſtaretur, ei á regibus fuiſſe cõmiſſa. 277

¶ QVINTA etiam ratio diruitur † cùm pleriqúe (vt dictum eſt) teneant, (& certè ſolidis vrgentibus qúe rationibus) feudorum librum non eſſe authenticum. ¶ Secundó dic, librum feudorũ admodum diſtare á prædicto codice Montalui, eſſe qúe rem diſsimilẽ: cùm feudorum liber antiquiſsimus ſit, & immemoriali vſu obſeruantia qúe comprobatus, & ab inſignis doctoribus expoſitus, at qúe quotidiè ab imperatore toleratus. Quibus & alijs rationibus mouentur, tenentes feudorum codicem eſſe authenticum. vt abundè traditur in eiuſdẽ codicis præludio. & latiùs Curt. iuni. in. d. eius feudo. tracta. lib. 1. q. 1. Quæ rationes dicto Montalui codici applicari non ita poſſunt: & eo maximè, cùm apud cæſarem approbantem in dictis curijs ipſum codicem mendoſſum eſſe, exploratum eſt. vt etiam dicit tex. in. l. 2. harum legum. ad quæ omnia & videas Ioan. Igne. in repeti. d. l. neceſſarios. §. non aliás. nu. 128.

¶ SEXTA ratio quæ oritur † ex. d. l. 278
2. in princip. ff. de origi. iur. non minús debilis eſt, cùm ibidem tantùm quæritur, quarè ius ciuile Papirianum appellatur: & lex illa ideó eſſe inquit, non quia Papirius ibi quicquàm de ſuo adiecerit: ſed quia, leges ſine ordine latas compoſuit. Vndè ſequitur, primam ſententiam illic non probari: nam vt ille tex. dicit, nihil de ſuo Papirius addit, ſed abſqúe mendis & vicijs ipſas leges compoſuit: & ideó ibidem comprobatur eiuſdè Papirij opus: quod nullo modo ſit de prædicto codice Montalui.

¶ Secundò reſpondetur, dictam ſextã rationem non obtinere, ex verbis eiuſdem legis. §. exactis. ibi, *placuit publica authoritate decem conſtituiſſe viros.* quibus & alijs verbis conſtat, Montaluum aliquam authoritatem non habuiſſe: cùm ei eſſe conceſſam nõ appareat: nec ad dictum eius codicem conficiendum fuiſſe conſtitutum: vt prędicti decè viri fuerunt. vt liquet. in. d. §. exactis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶DENIQVE & postrema ratio eno datur, quia hac nostra lege non tractatur de legibus ordina. collocatis in dicto codice Mõtalui: sed tantũm de his quæ constiterit esse verè leges ordinamentorum. ¶ Quod & suadetur, ex sanctione regis Alfonsi, hac in lege traducta, & multó ante Montal. & dictũ eius codicem edita, quam ideó de prædicti Montalui codice non cogitasse est censendum: & ita de eo non videtur esse intelligendam: nec nostram legem quæ confirmat legem prædicti regis Alfonsi. ex tex. in. l. Aurelius. §. testamento. ff. de libera. lega. & ibi Alberi. & etiam Bald. in. l. aduersus. C. si aduer. rem iudi. cum similibus.

¶QVIBVS omnibus prędicta nostra sententia ad tutum portus accesserit: & optimo iure constare, leges fori regij admixtas prędicto codici Montalui, non esse leges ordina. sed earum vsum probari oportere. quam sententiam á pleriſque multúm iure peritis recepi quidem vidi. & si tantúm ex sententia Bar. in. d.l. 2. in princip. ff. de vulg. & pup. alijs rationib? supra citatis omissis. Quę omnia figite menti: quia alibi discussa non reperietis. iuxta quæ cogitare licet Et dubium hoc noua declaracione decidi oportet. Et sine dubio ipse censeo, & non abs re, huic rei ambiguitati quę & mendis dicto Montalui codice repertis á domino meo licenciato Arrieta cęsaris á consilijs: nec non ingenij iucundi, eminentis quę scientiæ viro, ex præsim esse consulendum. cui (alijs dominis regijs senatoribus consultis) maximatotius rei publicę felicitate hęc sunt á cæsare nostro commissa, & etiam constitutio vnius codicis regiarum legum.

¶CETERVM & vndecimó quæri, iuxta prædicta & has nostras leges con-
279 gruum est, an sufficiat † leges prædicti fori regij & etiam municipalis in ciuitate vsu esse munitas: vt ex hoc, eas quoque in eius castris custodiri necessum sit. Et quid si in ciuitate sanctiones dicti fori regij seu municipalis vsu roboratæ non sint: nunquid ideó in eius castris (quibus ipsæ leges vsu comprobantur) obseruari non debeát. & quia propriús pertinent ad huius legis verba, ibi, *guardadas en los dichos lugares*. ideó ibidẽ de his dicta videas nu. 494. & sequentib.

¶DVODECIMVM dubiũ & nõ abs re iuxta dictum quintum notabile, & has nostras leges subticendum, quod etiam alij omittunt. Quid de legib? styli dicendum sit † an alijs horum reg- 280
norum legibus deficientibus, sint obseruandæ prędictæ leges styli: ad eas quę sit recurrendum (& si vsu non comprobatas) post pragmaticarum & ordinamẽtorum septipartitarũ quę leges, & alias sanctiones regum nostrorum: atque prędicti fori regij aut municipalis constitutiones vsu cõprobatas. & videtur quód sic. ex sequentibus,

¶PRIMO quia dicte leges styli † le- 281
ges esse dubitandum non videtur. vt ex eis constat. & ideó in. l. 4. tit. 4. lib. 5. ordina. leges quidem nominantur. consequens ergo est, prædictis styli sanctionibus esse etiam iudicandum, & si earum vsus non probetur. vt in. l. Arriani. C. de hæreti. cum similibus.

¶SECVNDO hæc sentẽtia instruitur, quia dictæ leges styli Hispaniæ regum & præcipuũm regis Alfonsi, quidam stylus obseruantia consuetudo vé sunt: pro vt dicitur in earum initio. Vndé fieri videtur, á tali stylo, obseruãtia seu consuetudine non esse recedẽdum. ex tex. in. ca. ex literis. de constitu. cum similibus quorum memores fuimus supra in procemio. in verb. enel entendimiento. Quod & suadetur ex tex. in. l. 3. apud finem. ff. de supel. lega. ibi, *propter vsum imperatorum*. quam ad hanc rem palám expendit Alberi. in. d.l. de quibus. ff. de legib. nu. 54. & ex † tex. illo 282
Frantiæ

Frantiæ (vt idem Alberi. ibidem ait) Barones dicere solent, *terræ nostræ consuetudine iudicare volumus: sed regis curiæ praxi seu obseruantia*. cui? cex. etiam meminit Math. de Afflict. in decisio. Neapol. 253. duo regij. col. 2. ¶Quod nõ mi-
283 nùs comprobatur † quia vt ait Alex. (Bart. recensens in. d.l. de quibus.) in cõ si. 39. visis. col. fi. lib. 3. binus principis stylus idem operatur, quod consuetudo vniuersitatis & populi. quod etiam Deci. admittit in rub. de consuetudi. col. 2. & in consi. 699. accepi. col. 2. nume. 6. & Roch. Curti. in. d. eius tracta. de consuetudi. nume. 380.

¶SANE & tertió hæc suadetur pars
284 † quia è nostris pleriqúe has leges vt veras sanctiones allegant. quorum est Ioã. Lup. in repeti. rub. de dona. ant. vir. & vxo. char. 27. col. 47. nu. 13. & frequenter idem Pala. Rub. in repeti. c. per vestras. & etiam Montalu. in. l. 1. tit. 3. lib. 3. for. leg. in verb. de consuno. in fine. & Roderic. Suar. in suo tracta. lucrorum. char. 23. & eas quotidiè cæsareo cõsilio regijs qúe cancellarijs & in alijs prætorijs allegari, notum est.

¶DEMVM & ipse vidi, quendam petitissimum aduocatum constantèr hanc tueri sententiam, & audacter tenere, has leges styli esse obseruandas, alijs legibus regijs deficientibus: & illis iudicãdum ter eis earum vsus non constet: cùm leges esse, ambigi non possit: & illas esse abrogatas non constet. ex. d. l. Arriani. & ex tex. in. d.l. sancimus. C. de testa. & in. d.l. præcipimus. C. de appella. cum suis vulgatis similibus.

¶VERVM & contrariam sententiã alios tenere vidi (etsi nulla congrua ratione) cuius quidẽ & ipse sum sentẽtiæ.

¶ET primó ex lege nostra, quæ etsi doceat quibus legibus sit iudicandum, nõ meminit dictarum legum: quinimmò sanctionib? alijs (quám hac lege expræ sis) non esse iudicandum præcipit. quod etiam disponitur in lege secunda harũ sanctionum.

¶SECVNDO hoc idem constat † 285
quia leges prædicti styli in desuetudiné abierunt: & illis causas dirimi nõ video nisi tãtùm illis quæ vsu muniuntur. quarè nisi earum probetur vsus, eis iudicandum non est. quod docet tex. in. d.l.1. §. sed etsi quæ leges. in verbis, *sed etsi quæ leges in veteribus libris positæ, iam in desuetudinem abierunt, nullo modo easdem vobis ponere permittimus*. & tex. in. §. igitur. in procœmio instit. ibi, *& quod postea desuetudine*. & in. §. fi. instit. de noxal. ibi, *& ab vsu communi hoc penitus recessit*. & in. d.l. de quibus. ad finem. cũ similibus quorum meminit Fel. in. d.c. 1. nu. 6. de treg. & pac. post Luc. de Pen. in. l. euidenter. col. 1. C. de excusa. mune. lib. 10. in qua lege idem etiam probatur.

¶RVRSVS & tertió hæc probatur sententia, quia nobis non constat, prædictas leges styli ab eo esse editas, qui authoritatẽ habuerit. Vndé sequitur, propriè non esse leges cẽsendas: saltèm nisi earum appareat vsus. ex his quæ habẽtur in. l. 1. ff. de constit. princip. & in. §. sed & quod principi. instit. de iur. nat. gen. & ciui. & alibi sæpe traditur.

¶QVE sententia & quartó ex eo confirmatur † quia prædictæ leges styli ap- 286
pellantur declarationes legum dicti fori regij. vt in earum constat initio. & in eis sæpiùs. consequens ergo est, quód sicut prædictæ leges fori regij (vt hac nostra sanctione cauetur) nisi earum vsus probetur, obseruandæ non sunt: quód nec ipsius styli leges robur habere nequeunt: nisi earum constet vsus: cùm potentior esse non debeat, nec alterius naturæ declaratio † quám declaratũ. vt 287
traditur in. l. hæredes palàm. §. si quid post. ff. de testa. cum similibus ibidem citatis. quod & suadet tex. procœmij libri sexti. quem inibi Phili. Franc. & docto.

ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad hoc perpendũt,quód declar. n: nouum non efficit ius. quod nó modicum fouent quæ supra in ptoœmio congessi mus nume. 297. Et quidem proprius cõ firmatur † quia lex declarans tantúm in his casibus obtinet,quibus & lex quæ declaratur,& non in alijs. vt docet tex. in authenti. de fil. ante dota. institu. nat. in fine. colla. 3. & tex. cum glo. in clem. statutum. verti. consuetudinẽ. de elect. & ibi abundè docto. & in. c. si cui. vbi etiam glos. & in. c. is qui. & illic Philip. Franc. de elect. lib. 6. cum similibus.

288

¶DEMVM & quintó repertio Roderi. Suar. in eius tracta. lucrorum, seu cõ quæstuum. chart. mihi. 22. in quæstione illa, an maritus lucra constante matrimonio quæsita, alienare possit. vbi expræssè tenet † dictas leges styli veras non esse leges: eis qúe non esse iudicandum: nec ad eorum obseruantiam nos constringere: nisi quántum vsu munitæ reperiantur. & ideó (vt ipse inquit) frequenter leges ipsæ in vsu obseruantia qúe fundantur. Præterea & in terminis nostris Didac. de Segur. in suo tracta. de bonis lucratis. chart. mihi. 17. in. 8. solutio palám tenet, prædictas constitutiones styli nõ esse leges: nec legum habere authoritatem: eo quia à regibus Hispaniæ eas esse editas non constat. quem omninó inibi videas. etsi idem doctor loquens de lucris quæsitis inter maritum & vxorem, legem styli de his lucris agẽtem consuetudinem & regni praticam esse fateatur.

289

¶VERVM nec rationes cõtrariæ tãti sunt ponderis, vt proximé à nobis congestis præualere possint. ¶Et prior ratio facilè succiditur, quia ex facili negari potest, quód in lege ordina. hac in ratione allegata † styli leges nominẽtur quia tantúm eiusdé legis hæc sunt verba, *lo contenido en el libro del stylo de corte*, quibus quidem verbis potiús nostra probatur sententia: & illas non esse leges: siquidẽm aliter ibidem leges appellarentur, prout dicti fori regij sanctiones. ¶Nec his repugnant dictæ legis sequentia verba. ibi, *y las otras leyes*, cùm hæc non sint referenda ad librum styli sed ad fori regij leges, quarum antè ipsa lex ordina. memor fuerat. ex glo. in. l. si idem cum eodem. §. fi. cum ibi notatis. ff. de iurisdi. omni. iudi. cum similibus. quorum meminit Iaso. in. l. 1. col. 2. nu. 9. in. 1. limita. C. de libe. præterr. ¶Secúdó dic, quód etsi dicta lex ordina. nominaret leges dicti styli constitutiones: ex hoc non sequitur, eas omninó comprobasse: & ita quód earum vsus nõ sit probandus. nam & in. d. l. 1. §. sed etiã quæ leges. C. de vete. iu. enuc. le. iuribus quæ similibus, illæ leges quæ in desuetudinẽ abierunt, leges appellantur: non tamen ibidem eas obseruari præcipitur: sed potiús contrarium constituitur. ¶Quod etiam suadetur † quia etsi princeps legem aliquam abrogatã aliqua eius sanctione commemoret: ex hoc eam nequàm approbare, nec ei robur dare, cẽsendum. est argum. clem. si summus pontifex. de senten. excomu. & expræsse ita tenet Deci. in. c. 1. de constitu. in. 2. letu. col. 3. ¶Tertió respondeti potest, quód cùm vt dictum est, prædictus liber styli sit editus ad declarandas dictas leges fori regij, & hoc dicta lege ordina. non sit mutatum: non potest dici, eadẽ lege esse constitutum, legum styli vsum probandum non esse. ex dictis in. 4. ratione nostræ sententiæ. ¶Similiter & quartó respondetur, dictam legem ordina. dicti libri styli meminisse, in eatãtúm materia, in qua nõ est necessũ, probari vsum legũ dicti libri: scilicet in lucris cõstãte matrimonio à viro & vxore quæsitis: nã leges fori regij & dicti libri de ipsis lucris agẽtes, vsu muniri notum est: quare dicta lex ordina. ad alias leges dicti libri vsu non comprobatas, non posse trahi quidem videtur: etsi perspicuè

290

cuè huic obsistat solutioni, quód illæ leges dicti libri de quibus loquitur dicta lex ordina. vsu in omnibus casibus fuisse roboratas, minimè constat.

¶SECVNDA ratio deficit etiã, quia &si nõ diffiteamur leges dicti libri etiã fuisse quendam stylum regum: seu eas ex vsu & communi obseruantia originẽ duxisse: tamen in desuetudinem (vt dictum est) abierunt: & hisce temporibus stylus ille non viget. Præterea cùm leges dicti libri sint interprætationes dictarum legum fori regij: eo casu obtinere valent, quo & ipsius fori regij sanctiones. & ita consequens est, vt sicut ad obseruandas dicti fori regij sanctiones, earum vsum constare necesse est: ita & ad roborandas leges dicti libri styli, earũ vsum probari oporteat.

¶DENIQVE &si è nostris plerique dictas leges styli vt veras sãctiones allegẽt eas qúe iudicijs palatijs qúe citari, sit notũ: non tamen hoc eas veras efficit leges & absqúe vsu obseruandas: nec earum mutat naturã. vt ex infra dicẽdis palám constat. ¶Responderi etiã potest, quód leges dicti styli, quæ palacijs iudicijs qúe citãtur: tãtùm illæ sunt quæ vsu fouentur. ¶Et ex his huic dubio sit finis.

¶SED insurgit statim circa quintũ notabile huius legis, alia & egregia dubitatio (& præter alios) an fori † iuzgo sanctionibus sit iudicãdũ. Quod videtur, & si consuetudine non roborentur. Quia leges sunt: & etiam editæ ab eis qui potestatẽ habuerunt. vt ex illis constat. & maximé ex. l. 9. ti. 2. lib. 9. dicti fori. quod causarum quendam patronum insignẽ ingenij qúe elegantis virum sic tenere ipse vidi: & his sanctionibus fori iuzgo (alijs legibus regni deficientibus) sine dubio esse iudicandum.

292

¶VERVM ego in contraria sum sentẽtia, & dictas leges fori iuzgo his regnis nõ esse custodiẽdas cẽseo. Quod manifestè hæc nostra indicat sanctio. Et aliquib9 rationib9 in præcedẽti dubio postremó cõgestis etiã suadetur. Et eo maximé, quód hęc leges cõtrario vsu extinctæ sunt: & nũquàm earũ aliqua lege iudicari vidi: nisi alijs legib9 idẽ sit cõstitutũ. Quinimmó & multi iudices & aduocati eis carent, tãquàm non necessarijs.

293

¶DEMVM & in proprijs terminis, hãc etiã admittit sentẽtiã Mõtal. in. l. 2. tit. 3. lib. 4. for. leg. in glo. magna. col. 8. vbi dicit, dictas leges fori iuzgo hisce regnis nõ seruari: & eis nequáquàm iudicari: vsu qúe roboratas non esse. quod etiã expræsse tenet Ioan. Lup. à Pala. Rub. in. l. 27. harum legum. nu. 35.

¶VERVM idẽ Ioan. Lup. in dicto loco prædictã temperat sentẽtiã, & constantèr cẽset, quód &si his regnis iudices nõ vtantur prædictis legibus fori iuzgo: tamen quód ab earũ ratione, argui quidẽ liceat. ex glo. in. c. nouit. de iudi. in verb. quicunqúe. quæ dicit † rationem legis correctæ semper vigere. ff. de capit. diminu. l. eas. ad cuius glo. propositũ multa citat suo more And. Tiraq. in tracta. de cessante causa. 1. parte. nu. 126. cum sequentib.

294

¶VNDE etiã sequitur (& preter ipsum Ioan. Lup. si eius sententia iure obtinet) quód &si (vt hac nostra lege cauetur) fori regij leges obseruari nõ debeant: nisi earũ vsus probetur † quód tamen ab earũ ratione argui liceat: &si earũ obseruãtia nõ cõstet. quod tantúm admitto, cùm ipsa ratio fuerit naturalis: siuè legibus fori regij, seu fori iuzgo, aut styli sit collocata: siquidẽ glo. in. d. c. nouit. de ratione naturali tãtúm agat. vt ex. d. l. eas. (quã ipsa glo. allegat) euidẽtèr percipitur. nã glosę sententia † doctorũ qúe resposa ex iuribus quæ allegãt, sunt interprætãda. vt ait Bar. in. l. nõ solúm. §. si liberationis. co. 2. ff. de libe. lega. cum similib9. à Didac. Segu. cõgestis in. l. co hæredi. §. cùm filiæ. co. 25. ff. de vulg. & pup. substi. ¶Et in terminis quód glo. prædi

295

Universidad de Deusto
Biblioteca

prædicta (vt diximus) sit explicanda. optimè censet Felin. in cap. 1. col. pen. de rescript. etsi Decio cõtrarium videatur in c. 1. de constitu. in lectu. 2. in col. 2. & Anto. in d. c. 1. de constitu. nu. 7. vbi ait, rationẽ legis correctæ posse citari: cùm ratio bona immutabilis qúe fuerit. ¶Et
296 iam dicta suadétur † quia naturalis ratio vt lex citari potest. l. scire oportet. § sufficit. ff. de excusa. tuto. cũ alijs infra allegandis in verbis, y no por otras. At verò si ratio non fuerit naturalis, tunc ex ea nequàquàm argui posse existimo
297 † & si alicui legi prędicti fori regij, aut fori iuzgo, siué libri styli, vsu non roboratę, sit admixta: quia qua ratione hac lege disponitur, ipsam legem non esse obseruandã, eadem & iudicandum est, á ratione non naturali illic extante: si casus occurrens vsu non muniatur, argui non licere. quod probatur in. l. 1. in princip. C. de lat. liber. tollen. iuncta glo. in verb. imaginem. & idem etiã constat ex notatis in. l. 1. ff. de legiti. tute. cũ similib⁹ citatis á modernis in. l. 1. ff. sol. matri. & in. d. c. 1. de constitu. Præterea & hæc maximè obtinent, cùm hac lege & regis Alfonsi iam dicta ratione, contenta foro regio aut municipali obseruari tãtùm præcipitur, cùm vsu sint roborata, & harũ legum verba cõpræhæ dunt rationem non naturalem legum ipsius fori. ¶Quibus dicere non refraga
298 tur † iure optimo constare, rationem legis correctę sub latam nunquàm censeri, ex dicta. l. eas. ita expressè tenent Anto. & Imol. in. d. c. 1. de constitu. & alibi sæpe traditur. quia eorum sententia ex prædictis explicanda videtur, de ratione naturali: nisi aliud palàm constaret de mente corrigentis.

EN LO AL QVE SON contra Dios, y contra razõ. ex hoc text. regis Alfonsi adnotare potest, & erit sextum notabile. leges fori regij & municipalis in † his quæ Deo rationi 297
vé aduersantur, non esse custodiendas: & si obseruantia vsu qúe roborẽtur. Vn dé fit, & erit septimũ notabile † vsum 298
seu consuetudinem Deo aut rationi repugnantem viribus carere. quod etiam alijs iuribus notissimis probatur. maximé in. c. fi. de consuetu. & in. c. ex parte. eod. tit. & in. c. abolende. de sepultu. & in. c. non satis. de simon. & in. c. sané. de tẽpo. ordina. & in. c. mala. 8. distin. & in. c. vsus. 11. distin. & in authenti. omnes peregrini. C. commu. de succe. & alibi sæpe. & est etiam tex. in. l. 7. tit. 9. parti 5. & in. l. 5 tit. 2. parti. 1. quæ & dicit, consuetudinem iuri naturali seu bono communi resistentem, non esse obseruandam. Immó &. l. fi. eod. titu. forum contra Deum † aut terrę dominum, inualidum 301
reddit.

¶VERVM (& præter alios) hanc legem dictis verbis, *contra Dios, y contra razon.* non copulatiuè, sed disiuntiuè intelligas: cùm hæc lex doceat, leges dicti fori regij aut municipalis Deo aut rationi obsistant, non esse obseruandas: & si vsu comprobentur. & idem constat ex tex. in. d. c. fi. de consuetu. & alia iura similia supra citata.

¶CETERVM de huius legis materia abundé docto. scribũt in dictis locis maximè moder. in. d. c. fi. de consuetu. & Roch. Curt. in. d. eius tracta. de cõsuetu. nu. 80. & multis sequentib. vbi politè & copiosè loquitur. & inibi etiam ait (ex pluribus quæ ibi videre licet) consuetu 300
dinẽ iuri diuino † aut naturali, seu gentiũ aduersam, vel nutritiuã peccati etiã venialis, seu illam quæ præstat causam delinquendi, minimè valere: nec illam quæ aliquid inducit contra honestatem vel publicam vtilitatem, seu qua Deus omnipotens tentatur. ¶Et illic prædictorum anectit exempla, regulam qúe facit: quam pluribus ampliationibus & restrictionibus decorat. ad quod videndus est

457 YABADENGOS COmo de ordenes. notanda hæc sunt verba & subsequentia, & exeis &. 28. cõstat † iudices prælatorum & monachorum aliorum quę similium regum nostrorum vassallorum, in causis profanis seu temporalibus, hanc legem obseruare teneri: & huius legis ordine iudicare esse obnoxios. quod & constituitur ordina. lib. 1 l. 5. ti. 4. & harũ legũ proœmio. & infra. l. 2. & in alijs plerisque legibus & pragmaticis regijs. & probatur. in. d. l. 11. tit. 1. parti. 1. & uide. l. 57. tit. 6. parti. 1. & cõstat ex traditis. in. c. Romana. §. debet. de appel. & in. c. verúm. de for. cõpe. & in. c. solite. de maio. & obidien. cũ alijs quorum recentiores memores sunt in. c. cæterúm. de iudi. quibus & fauet. tex. in. c. cúm venissent. de eo qui mitti. in posse. quem inibi Bald. ad hoc expendit, quód in regno Franciæ omnes res témporales etiam ecclesiæ, regis ordinationibus diffinitũtur. & tradit Chassene. in consi. 60. quidam prior. nu. 16. ¶ Et prædictorum ea potissimũ est ratio † quia oppida dictorum prælatorum & monachorum

chorum regibus nostris subsunt: sunt qúe temporalis iurisdictionis, & de regum terris: quarè consequens est, in eis ius regium in ipsis causis profanis esse obseruandum: & si oppida illa sint prælatorum & monachorum. vt legitur & notatur in. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. & in similibus ibidem à docto. congestis. & habetur in. c. peruenerauilem. qui fil. sint legiti. & traditur in. c. 1. & illic abundè scriben. de no. ope. nuncia. quod & Bart. & alijs placet. in. l. priuilegia. C. de sac. sanct. eccle. & doctoribus in. d. c. 1. de constitu. & passim habetur. prout etiam iure optimo constitutum est, quód in terris ecclesię canones inter laicos à iudicibus custodiantur. vt notatur in. c. si duobus. de appel. cum similibus quorum ibidem Deci. 3. co. meminit. & docto. in dictis locis. ¶ Ex his quidem fit, à prælatis ecclesiasticis habentibus ciuilem & secularem temporalem qúe iurisditionem, ad regem prouocandum. vt cõstat ex pragmatica catholicorum regum Hispali edita anno. 1502. & ex traditis in. l. si quandó. C. de appella. & alijs quorum Feli. comminiscitur in. d. c. solité. col. 3. de maio. & obidi. & in proprijs terminis hanc tradit rédomi. Didac Couarru. c. 4 pratica. quæstio. nu. 2. & ante eum idem tenet Montalu. in. l. 1. co. 3. versi. ex quibus sequitur tit. 4. parti. 3.

457 ¶ VERVM non intelligas hanc nostram legẽ † cúm de spiritualibus vel ecclesiasticis causis, seu de materia peccati fuerit actum dictis locis prælatorũ & similium: cúm tunc ipsis oppidis est obseruandum ius canonicum: legibus regijs prætermissis. & sat constat in. l. 56. tit. 6. parti. 1. & in. l. 58. eod. tit. & parti. & in. d. c. ecclesia sanctę Mariæ. & ibidem Abb. col. 2. notat illũ tex. ad hoc. & idò constat in authenti. clericos. C. de episco. & cleri. traditur etiam in. d. c. 1. de consti. cum similibus de quib⁹ illic Deci. in relect. col. 1. & 2. & domi. Didac. Couarru. lib. 2. varia. resolu. c. 20. nu. 3.

NO EMBARGANTE, que contra las dichas leyes de ordenamientos y pragmaticas se diga y alege, que no son vsadas ni guardadas. aduertendum ex his verbis & hac lege etiam est. &. 29. ordinamentorũ & pragmaticarum sanctiones esse obseruãdas † & si allegetur & probetur, in vsu non fuisse. idem & constituit rex Enrricus Cordubæ. anno. 1455. petitio. 26. Vndè sequitur, hic esse casum † ex nõ vsu leges nõ abrogari, vt cõstat in dicto proœmio. ff. in princip. cum alijs plerisque quorum memores fuimus in proœmio. nisi lege expręsse aliud constituatur. vt hac lege. qua sancitur, leges fori regij aut municipalis vsu nõ munitas, nequá quám esse obseruandas. 458

¶ SANE & in tantúm hanc intelligo legem, & est censendum † ordinamentorum pragmaticarum qúe sanctiones, & si vsu non roboratas (quia earum non contingit casus) esse custodiẽdas, quód & si tempore quo hæc lex edita fuit, ipsæ leges ordina. & pragmaticarum contrario vsu fuissent derogatæ, obseruandæ quidem deindè sunt. vt palàm hæc lex docet. quod in terminis tenet Dida. Castel. hic in verb. cõtra las leyes. 459

¶ Et quidẽ suadetur. ex glo. iuncto tex. in. d. c. 1. de consti. in verb. singularium. quo in loco habetur † noua lege tolli generalem præteritam qúe consuetudinem. & illic docto. & moder. in. c. 1. de rescript. ¶ Idem etiam est de legib⁹ septipartitarum † vt & si contrario vsu, tẽpore quo hæc lex edita fuit, ipsis derogatum esset: immó & ante legem regis Alfonsi (hac lege collocatam) illę minimé essent receptæ. sunt tamẽ deinceps obseruandæ. vt harum legum verba indicant. 460 461 462

¶ VERVM & præter alios cõfestim alia

Universidad de Deusto
Biblioteca

alia & neceſſaria & quotidiè occurrens ſuboritur quæſtio, an poſt hanc legem introduci poſsit cõſuetudo † obſiſtens legibus ordina. & pragmaticarum: qua eiſdem ſanctionibus ordina & pragmaticarum derogetur: & ita quòd conſuetudine ipſa, potiùs quàm dictis ordina. & pragmaticarum iurib⁹ ſit iudicandum Quod ex ſequentibus non videtur. 463

¶PRIMO ex regis Alfonſi ſanctione huic immiſta. ibi, *contra las leyes q̃ en eſte nueſtro libro ſe contienen.* quæ verba clarè docent, coniunctis præcedentib⁹ regem Alfonſum conſtituiſſe, iudicandum potiùs eſſe legibus ordina. & pragmaticarum, quàm ſanctionibus fori regij aut municipalis, etiam vſu & obſeruantia munitis. Quo fieri videtur, eſſe dictis verbis expreſſum, ipſorum ordinamentorum & pragmaticarum leges intantùm eſſe obſeruandas, quòd etiã hoc obtineat, & ſi vſus & obſeruãtia ſint in contrarium: & ſic & ſi cõſuetudo eis aduerſetur. quod non tantùm intelligẽ dum videtur, de cõſuetudine ante hãc legem extãte: ſed etiam de illa, quę poſt hanc legem euenerit: ſiquidem verba dictæ legis regis Alfonſi generalia ſint. vt dicta. l. de prætio. ff. de publicia. ¶Et
464 quia † cùm conſuetudo præterita derogatur, ex hoc enim & futura abrogata cenſetur. vt probatur in. l. ſi ſeruitus. in princip. ff. de ſerui. vrba. prædio. & in. l. 3. §. diuus. ff. de ſepul. viol. & hæc eſt magis communis ſcribentium ſentẽtia in l. ſi mihi & tibi. §. in legatis. ff. de leg. 1. quo in loco hanc eſſe magis communẽ reſolutionem fatentur Alex. & Iaſo. co. ſi. plures citantes. reprobata glo. in cle. ſtatutum. de elect. quæ contrarium voluit. & hanc ſententiam contra illam glo. plerique amplectuntur in. d. c. 1. de feud. cogni. & Pet. Raue. in. d. eius tracta. de conſuetu. nu. 42. &. 53. & Alex. hãc etiam aſſeuerans eſſe magis communẽ opinionem in. l. ſi non ſpeciali. C. de teſta. & idem Alex. in cõſi. 134. eterni. nu. 37. lib. 6. Iaſo. etiam in. d. l. de quib⁹. nu. 55. quo in loco dicit hanc eſſe communem reſolutionem. & idẽ Iaſo. in relect. d. l. 1. C. de ſum. trini. nu. 73. &. 74. & in. d. l. fi. col. fi. C. de teſta. & moder. in. d. c. 2. de probat. vbi Deci. cenſet, hanc eſſe communem ſententiam. colu. 2. poſt Feli. ibidem col. 4. & Roch. Curt. in. d. tracta. de conſuetudi. nu. 521. & abundè Tiraquel. eam eſſe communem recen ſens, & congerens cõplures eam ſequentes, in eius tracta. de vtroque retractu. char. 4. nu. 18. in præfactione. & nouiſsime domi. Couarru. varia. reſolu. lib. 3. c. 13. nu. 4. Quam conſuetudinem † futuram quę princeps tollere poteſt. l. ne minẽ. C. de re milita. lib. 12. & inibi loã. de Plat. tex. etiam in. d. c. 1. de conſtitu. lib. 6. & tex. in authenti. nauigia. C. de furt. & in authenti. chaſſa. C. de ſacroſanct. eccle. authenti. omnes peregrini. C. commu. de ſucceſsio. notat Paul. Caſt. in. d. l. fin. col. 1. C. de teſta cum cõcordantijs quorũ Aym. Craue. memor eſt. in tracta. de antiqui. tempo. 1. part. num. 13. & in. 4. part. nu. 20. & prædictis omnibus adde Bald. Nouel. de dote. 6. parte. in. 21. priuilegio. nume. 18. &. 19. & Ioan. Lup. in repeti. c. per veſtras. 5. nota bi. nu. 2. poſt medium. de dona. int. vir. & vxorem.

¶SECVNDO hęc ſuadetur ſententia ex uerbis huius legis. ibi, *no embargante que contra las dichas leyes de ordenamientos y pragmaticas ſe diga y alege, que no ſon vſadas ni guardadas.* quibus verbis manifeſtè videtur † ſublata cõſuetudo futura, poſt hãc legẽ euenies, & quæ cunque obſeruantia dictas ordina. & pragmaticarum ſanctiones repugnans. 466

¶SANE & tertiò hæc fulcitur ſententia, iterùm hanc legem conſiderando, ibi. *en lo que ſon o fueren vſadas y guardadas en los dichos lugares, y no fueren contrarias a las dichas leyes de ordenamientos y pragmaticas.* expẽdẽdũ quidẽ eſt dictũ verbum, *fueren*, quod tempus futurum reſpicit, & rem poſt has leges euenientem: & ita lucidè hac legẽ vſus ipſe cõ ſuetudo quę contra dictorum ordina. & pragmaticarum ſanctiones improbantur. Quod & munitur, ex huius legis ſubſequentib⁹ verbis, ibi, *no embargante los dichos fueros y vſo y guarda dellos.* quæ verba docere videntur, prædictis legibus ordina. & pragmaticarum conſuetudinem contrariam ſeu vſum nullo modo eſſe admittendum: & ſi legibus cuiuſcunque fori etiam regij ipſe vſus ſeu conſuetudo ſit concordis: à forciori igitur erit, cùm vſus & conſuetudo foro regio aut municipali abſimiles ſint. 465

¶DEINDE & quartò prædicta ſententia nõ minus ex alijs huius legis verbis percipitur, ibi, *como en ellas ſe contiene, aunque no ſean vſadas ni guardadas.* quibus verbis conſtitui videtur, ſeptipartitarum ſanctiones cuſtodiẽdas obſeruandas quę eſſe: & ſi earum contrarius liqueat vſus ſiue obſeruantia. Vndẽ conſequens eſt, idem etiam eſſe dicendum de legib. ordina. & pragmaticarum: quæ hac lege prædictis ſanctionibus ſeptipartitarum præponuntur.

¶QVINTO hæc inſtruitur ſententia, ex eo quod in ſimili nuncupatim tenet And. de Iſern. in. c. 1. §. donare. co. 2. qual. ol. pot. feu. alie. & in præludijs feudo. col. 8. in. 3. q. apud finem. & Luc. Penen. in. l. 1. C. de cond. & pro. lib. 11. colu. 6. & Mathe. de Afflict. in eiſdem prælud. feudo. §. fi. col. 2. &. 3. quibus aſ
467 truunt locis † conſuetudinem obſiſtentem conſtitutionibus regni Neapolitani, irritam eſſe, non quę poſſe introduci contra ipſas conſtitutiones: & quòd ex quo in earum præludio antiquæ cõ ſuetudines illis conſtitutionib⁹ obſiſtẽtes refelluntur, quòd etiam futuræ cõ ſuetudines ipſis Neapolitanis conſtitutionibus aduerſantes, ſublatæ cenſentur. ex pluribus dicto loco á Math. de Afflict. congeſtis. quæ ſententia & idẽ Mathe. de Afflict. placet lib. 2. earum conſti. Neapol. rub. 5. nu. 8. char. 202. co. 2. & lib. 1. rub. 53. §. fin. nu. 4. chart. 129. col. 4. & in. c. 1. de feud. cogni. & Tho. Grama. conſi. 152. in cauſa honorabilis col. fin. Immò & idem Mathe. de Affli. dictis conſti. Neapol. lib. 2. rub. 10. nu. 24. dicit † conſuetudinem inferioris 468
principe, legi regiæ nequàquàm poſſe derogare. & vide eundem. lib. 2. rub. 5. nu. 8. char. 202. quo loco quærit, an conſuetudo immemorialis admittatur cõtra regias conſtitutiones.

¶DENIQVE & noſtræ regie Cancellariæ quendam eruditum patronum ita reſpondiſſe conſuluiſſe quę ipſe quidem vidi † ex dictis pragmaticarum 469
& ordinamentorum ſanctionibus, futura conſuetudine poſt has leges euenięte, nequàquàm derogari. & auditu etiã percepi, cuidam regio ſenatori à cæſaris quę conſilijs eminentis ſcientiæ viro, hanc placere ſententiam. cui & nũcupatim adſtipulantur in hac lege Cifuentes. & Dida. á Caſtel. infra in. l. 3. in verb. ſiete teſtigos. col. 11. verſi. tu tamen. & palàm illic Ioan. Lup. nu. 36. & ſequentib.

¶VERVM his minimè refragantib⁹ ipſe quidem in contraria ſum ſentẽtia, & iure optimo abſquę dubio cẽſeo † 470
conſuetudinem confectam poſt hãc legem cõtra pragmaticarum & ordina. ſeptipartitarũ quę leges, ſeu cõtra alias ſanctiones horum regnorum, poſt has leges obtinere poſſe, viribus quę nõ carere. quod & multos non modicè iuriſperitos arbitrari plerũque vidi: & ſi nullam congruam rationem aſsignantes. & hanc ſententiam ex ſequentibus amplector.

¶PRIMO quia & ſi totam hanc legẽ con

Universidad de Deusto
Biblioteca

471 cōsideremus † in ea quidem cōsuetudo futura non respuitur: nec ei aliquo modo derogatur: quinimmó nec hac lege præteritæ cōsuetudinis: sed tantùm vsus obseruantiæ qúe, prout factum respiciunt, & ante hanc euenerunt legem, mentio fit. vt etiam copiosè supra deduximus. nume. 235. & 250. Quo fit, hanc legem ad futuram cōsuetudinem minimè esse trahendam. l. si seruum. §. prætor. ff. de acqui. hæredi. c. inter corporalia. post medium. de transla. præla. l. illā C. de collat. cum alijs quæ Tiraque. recenset. in. d. l. si vnquàm. verb. libertis. nu. 2. & 3. C. de reuo. dona.

¶SECVNDO huic alludit sententiæ text. in. d. c. 1. de constitu. libr. 6. ibi. *quia tamen locorum & personarum singularium consuetudines & statuta: cum sint facti, & facti consistant, potest probabiliter ignorare ipsis: dum tamen sint rationabilia, per constitutionem a se nouiter editam, nisi expresse caueatur in ipsa, non intelligatur, in aliquo derogare.* est enim ille

472 tex. adnotandus † quòd nunquàm consuetudini derogatum videtur, nisi expræsim sit cōstitutum. quem tex. ibidé ad hoc Dominic. & cæteri perpendunt & traditur in. c. 2. de præbend. in. 6. & fusius Barba. in. d. c. fi. de consuetu. nu. 73. cum concordan. adeó quòd non sufficit

473 † tacitè consuetudinem abrogare. vt probatur in. d. c. 1. de cōstitu. & ita tenet Paul. Castr. in. d. l. fi. co. 1. C. de testa. & Iaso. in. l. 1. C. de sum. trini. in relect. nu. 71. & probatur in. l. fin. in princip. ff. de leg. 2. & ille Bart. consequens ergo est, quòd cùm hac lege nominatim consuetudini futuræ non sit derogatum, non esse asserendum, illam reginam nostram abrogare voluisse.

¶HEC ETIAM sententia munitur & tertiò ex. l. 6. infra

474 † harum legū cùm ea cautum sit, consuetudinem eidem legi contrariam esse obseruandā.

¶Sed videtur hanc rationem non posse subsistere: cùm dici possit illam legē hanc non suadere partem: sed potiùs aduersam: siquidem dici potest, consuetudinem illi legi obsistentē ideó præualere: quia specialiter illā consuetudinem esse obseruandam, illic sancitū est: quæ alijs casibus contrarijs esse dicendū videtur. vt in l. ius singulare. ff. de legib. Sed videtur posse dici. in. d. l. 6. nō iure singulari, cōsuetudinē illā esse cōprobatā: sed potiùs iure cōmuni. Vel quòd dicta. l. 6. non loquitur de futura cōsuetudine. vt eiusdē legis verba docent, ibi, *seconsiuerūt*. ergo sequitur, ex ea in hac re argumentū (ex. d. l. ius singulare.) cōtra futurā consuetudinē sumi nequàquàm posse: sed potiùs pro ea: quia si ibi dē præterita cōsuetudo cōfirmatur, cui dā ex his legibus aduersa, ergo & futura Sed nihilominùs dicta ratio nō videtur tuta, ex eo quia expræsim ibidem probatur. ideó ad quartam accedo rationē.

¶QVARTO hæc suadetur sententia. ex dicta. l. de quibus. ff. de legib. & in d. c. fi. de consue. & in. l. 6. tit. 1. part. 1. & alijs plerisqúe. quibus cauetur, leges anteriores consuetudine futura abrogari. quæ iura hac nostra non derogātur. Vnde consequens est, mutatam censendū minimè esse l. sancimus. C. de appella. cū alijs. & ait dicta. l. 6. tit. 2. part. 1. qua expræsim sancitur, leges antiquas abrogari consuetudine postea euenientē.

¶QVINTO hæc opinio cōfirmatur, quia si fateremur hac lege constitutum esse, consuetudinem futuram probabili & iusta ratione munitam, & ob publicam causam introductam, pragmaticis tamen seu ordinamentorum sanctionibus aduersam, respui: publicæ vtilitati cōsuetudine subueniri minimè posset: quod credendum non est, reginam nostram hac eius sanctione cōstituisse: sed iusta & rationabilia voluisse. vt in. d. l. ex facto. ff. de vulg. & pupi. cum alijs in procœmio. nu. 341. citatis.

¶Sextó

¶SEXTO hęc sententia ex eo sulcitur, quia si contrarię opinioni loc⁹ esset tota consuetudinis materia periret, & huius legis verbis, & non ad hoc perspicuis, cōsuetudinis iura tot vigilijs excogitata euerterentur. quod admittendum nō est. vt docet imperator Iustinianus. in. l. si quandó. in princip. C. de inoffi. testa.

¶CETERVM & septimó hęc sentē

475 tia verior quidem est † quia ordinamē torū sanctionibus populorum cōsuetudines cōfirmantur: & eas obseruari præcipitur. vt constat in. l. 10. incipien. *nuestra merced.* tit. 1. lib. 7. ordi. & in. l. 8. eod. tit. & etiam ordinamētis Tauri (Typis non traditis) oppidorū cōsuetudines cōprobantur. Quod & sancitur. 1. par. tit. 2. per totum. & 5. parti. tit. 11. l. 28. & tit. 8. l. 2. & alijs plerisqúe iuribus.

¶DENIQVE & octauó huic sententiæ palàm adhæret Dida. á Castel. hic. verb. contra las leyes. & praxis eam recepit: & quotidié cōsuetudine post has leges introducta (& si his legibus aduer-

476 sa) lites diriminntur. Quinimmó † cæsar noster alij qúe Hispaniarum reges tempore quo regnare incipiunt, & nouiter regnorū oppida ingrediuntur, laudabiles mores & iustas oppidorū cōsuetudines indiscriminatim cōfirmant: eas qúe deindé iurant obseruare.

¶SANE rationes pro priori sententia cōgestę facilè enodātur. Et prior quidē quia verba sanctionis Alfōsi regis (quæ hac traduntur ratione) non quippè pertractant de consuetudine ordinamentis & pragmaticis aduersa: sed tantùm de vsu aut simplici obseruātia: inter quę non modicū discrimē est. vt supra. nu.

477 174. & sequen. differuimus. Quo fit †: quòd & si vsus dictis derogetur verbis, consuetudo abrogata minimè censetur vt constat ex supra traditis. ex diuersis enim non fit illatio. ff. de minorib. l. Papinianus exuli. &. C. de donat. int. vir. & vxo. l. si maritus quóndam. ¶Præterea & si hęc non obtinerent, & verbis dicta priori ratione collocatis consuetudo præterita abrogaretur: non tamen in hac re futura esset sublata, cuius derogatio expræssa exigebatur. vt docent iura supra citata saltém in hoc casu. vt constat ex his quæ & infra tradentur. nume. sequenti. & vlterioribus.

¶RVRSVM & non tantùm dictis verbis regis Alfonsi, & similibus huius legis, consuetudo futura minimè euertitur: quinimmó nec fori regij aut municipalis præteritus vsus reicitur: sed potiùs vsus ipse comprobatur: cùm hisce legibus approbetur vsus legum prædicti fori: & septipartitarum legibus præponitur: & si ortæ sint ex dictis iurisperitorum & sanctorū & antiquis iuribus.

¶EX QVO & solutio prædictæ cōmuni resolutioni (qua habetur, futurā consuetudinem sublatam videri, cùm consuetudinem præterita dimouetur) colligitur: quæ & tunc obtinet, cùm consuetudo in totum abrogatur † non verò si ipsa limi 478
tatur, aut temperatur, seu aliquo tantùm casu repellitur. vt probatur in. d. l. fin. C. de testa. quam ita Bart. interprætatur in. d. l. 1. C. de sum. trini. colun. 8. versic. præterea non reperitur. post Cin. palàm hoc diiudicantem in. l. dudúm. C. de contrahæn. empt. & etiam Iaso. in. d. l. 1. C. de sum. trini. in relect. numero. 74. & in. d. l. fin. C. de testa. numero. 10. in fine. vt contingit in vsu fori regij aut municipalis, qui dictis verbis legis regis Alfonsi non prorsus ipse vsus removetur: sed tamen cùm repugnat legibus ordinamentorum & pragmaticarum: non verò quandó alijs obsistit iuribus: & si septipartitarum codice collocatis. ¶Secundó ipsi communi

Universidad de Deusto
Biblioteca

muni ſentẽtiæ reſpõdeas(& pręter hoc quód ei glo. in clem. ſtatutũ. de elect. & pleriq́ alij aduerſantur, quorũ Tira que. meminit in. d. eius tract. de vtroq́ retractu. in prefactione. nu. 17. char. 4. & Couarru. lib. 3. varia. reſolu. c. 13. nu. 4.)
479 quód prędictę cõmuni opinioni locus eſt † & derogata cõſuetudine præcędẽti etiã futura ſubintouetur, cùm cõſuetudo ſpeciatim prohibita eſt. vt hic minimè fit, nõ ſi tacitè. vt nũcupatim reſpõdet Iaſo. in. d. l. 1. relec. nu. 75. C. de ſum. trin. ex tex. & ibi Bar. in. l. fi. in princip. ff. de leg. 2. vbi Pau. Caſt. & vltra Iaſo. pa Iám colligitur ex Are. in. l. 3. co. 2. ff. de teſta. & priús ex Bal. in. l. humanũ. co. 2. C. de legi. & pręter eos optimè probatur in. d. c. 1. de cõſti. in. 6. & meliꝰ hoc cõ ſtat ex. d. l. fi. in princip. ff. de leg. 2. & ſi Decio aliud videatur in. d. c. 2. de prob. co. 2. Nec recedit Bar. in. l. ſiquis in prin cipio teſtaméti. ff. de leg. 3. ab intellectu ab eo excogitato in. d. l. fi. in princip. & ſi aliter etiã in. d. l. ſiquis in princip. d. l. fi. illã explicet legẽ. Imó idem Bart. in. d. l. ſi quis in princip. col. 1. teſtatur cõmunem eſſe interprętationẽ ab eo aſſignatam in. d. l. fi. in princip. Quæ etiã ſuadetur ex tex. in. l. nonunquám. ff. de condi. & demoſtra. & in. l. expreſſa. ff. eod. titul. ¶Tertió dic, quód dicta
480 communis reſolutio tunc ſubſiſtit † cùm cõſuetudo remouetur, ex eo quia iniqua & indecens eſt. vt in. d. authenti. nauigia. C. de furt. cum ſimilibus ſupra citatis. & pleriſq́ alijs congeſtis â Tiraquel. in. d. tracta. de vtroq́ retra ctu. in prędudijs. nu. 19. & Couarru. d. lib. 3. varia. reſolu. c. 13. nume. 4. at conſuetudo ex alia cauſa abrogata, optimè ex noua cauſa neceſſaria conſtitui poteſt. ut tenent Bald. & Sali. in. d. l. dudúm. colu. 2. ex. l. 1. C. de impo. luc. deſcrip. Immó & idem Bald. in. d. l. dudúm. cen ſet, ex noua cauſa, abſq́ neceſſaria, induci poſſe. ¶Quartó dici poteſt, quód ſi poſt conſuetudinem ſublatam 481
† noua emergat cauſa, quæ non ſuberat tempore legis conſuetudinem abrogantis, conſuetudo futura confici valet. & in hoc caſu prædicta reſolutio communis deficit. vt optimè probatur in. cap. non debet. de conſang. & affini. & in. l. ſi hominem. ff. manda. & expreſſe ſic tenet Abb. in. d. c. fi. de conſuetu. colun. fin. & in. d. cap. 2. de probat. quo
482 in loco ex hoc dicit † ex noua cauſa quam à lege conſuetudinem euellente, non fuiſſe excogitatam exiſtimantes, aut ex antiqua cauſa tempore editæ legis conſuetudinem remouentis non detecta, nouam poſſe introduci cõ ſuetudinem. quod etiam tenet Areti. in. d. cap. 2. & illic Feli. colun. 5. nume. 11. & Deci. colun. 9. & idem Abb. in. c. cæterũm. colun. 2. de iuram. calum. & Curti. iuni. in tracta. feudorum. lib. 4. quæſt. 19. & in conſil. 158. præſuponitur in facto. numero. 9. quod probatur in cap. per veſtras. de dona. int. vir. & vxo. & illic Ioan. Lup. in relect. char. 105. colun. 3. & meliús probatur in. d. cap. 1. de conſti. in. 6. & inibi Dominic. col. fi. hanc rem fuſiús diſcuciens. poſt Anto ibidem ab eo citatum, opinatur, prætę rita conſuetudine derogata, ex emergenti ratione vel reipublicæ vtilitate, nouam poſſe conſuetudinem confici. quibus accedere videtur Philip. Franc. in dicto. cap. 1. colun. penul. & Barbati. in dicto. cap. 2. de probat. col. 14. dicens, ad hoc eſſe text. in. cap. ſuggeſtum. de decim. & in capitul. penul. de cleri. non reſiden. & Ioan. Anan. in cap. 3. ne præla. vic. ſuas. Petr. de Rau. in. dicto. tracta. conſuetu. numero 104. & 105. Dominic. & Præpoſi. in. c. fruſtra. 8. diſtin. colun. 2. Roch. Curti. in eodem tracta. cõſuetudi. nu. 528. & 530. & Couarru. lib. 3. varia. reſoluti. cap. 13. numero. 4. illic exiſtimans, hanc eſſe communem ſententiam. Vndé ſequitur

quitur, quód & ſi hac lege præterita diueretur conſuetudo, ex noua quidem cauſa vel rei publicæ vtilitate, optimè cõſuetudo poſſet inſtitui. Quinimmó & dicit Mathe. de Afflict. in. §. fi. quæ
483 fuit cau. beneſi. ami. quód † ſublata conſuetudine, ratio naturalis minimè videtur abrogata. & conſtat ex dicta. I. ſcire oportet. §. ſufficit. ff. de excuſa. tuto. cum infra citatis numero. 528. & multis ſequentibus.

¶EX QVIBVS omnibus ſat & eno data remanet ſecunda ratio pro contraria ſententia excogitata, ex prædictis verbis huius legis, *no embargante que contra las dichas leyes de ordenamiento y pragmaticas ſe diga y alege, que no ſon vſadas ni guardadas.* quibus & ſatisfit, quia non quidem ea intelligenda ſunt de cõ ſuetudine futura aduerſa ipſis ſanctionibus ordina. & pragmaticarum: nec cùm contrario vſu ſit derogatum ipſis legibus ordina. & pragmaticarum: ſed tantùm cùm conſtitutiones ordina. & pragmaticarum vſu non extiterint: ob ſeruantia q́ minimè ſunt munitæ, quia earum non contingerit caſus. q́ interprętatio iure conſiſtit: cùm iuribus notiſsimis caueatur, legibus ex earum non vſu nequáquám derogari: ſed tantùm earum contrario vſu. vt ſæpiús ſupra deſcripſimus. ¶Quæ & ſecunda ratio ex alijs q́ ſubſequẽter dicemus, reſpui poteſt.

¶CETERVM ex prædictis etiam conſtat, tertiam rationem noſtræ non officere ſententiæ, & dicta verba, *en lo que ſon o fueren vſadas y guardadas en los dichos lugares. y no fueren contrarias alas dichas leyes de ordenamientos y pragmaticas.* Tum quia, his verbis non quidem de conſuetudine agitur: ſed tantùm de vſu, qui vt iam dictum eſt, conſuetudini diſsimilis eſt: & vſu abrogato, conſuetudo abrogata non videtur. Tum etiam quia dicta verba, *fueren*, etiam intelligi poſſunt, conſiderato tantùm tempore, quo hæc leges editæ fuerunt, & non futuro. vt ex eis ſat conſtat. Tum & quia & ſi prædicta verba intelligerentur de conſuetudine, non eſſent explicanda de conſuetudine noua, confecta ex cauſa vel vtilitate rei publicæ. ex his quæ dicta ſunt. quibus etiam & alijs verbis commemoratis in dicta tertia ratione reſpondetur.

¶DEINDE & parui ponderis eſſe quartam rationem prædicta perſpicuè indicant.

¶SANE nec contrariam fouet opinionem † And. de Iſern. & Luc. Penẽ. Mathei q́ de Afflict. ſententia, in 434
quinta ratione tradita. ſiquidem hij doctores loquuntur, cùm ſpeciatim conſuetudo contraria improbatur, quod hac lege non fit. vt dictum eſt. Prætera his regnis complures habemus leges, oppidorum conſuetudines confirmantes, quas ſupra. 7. ratione citauimus pro noſtra ſententia. Rurſùm & And. de Iſern. & Luc. Pen. & Mathe. de Afflict. ſuam ſuadent ſententiam ex dicta communi reſolutione, qua habetur, conſuetudine abrogata, etiam futuræ conſuetudini derogatum cenſeri. q́ ſententia ad hanc rem non pertinet. vt dictum eſt. Et precipuùm cùm noua ratione ſeu vtili rei plublicæ, ipſa conſuetudo futura munitur.

¶DENIQVE nec aliquid noſtræ repugnat ſentẽtiæ, quod è noſtris pleriq́ cõtrariũ arbitrãtur, cùm eorũ iuditiũ prædictis iurib9 & rationib9 dãnetur.

¶EX quib9 ſatis noſtra ſentẽtia ad tutũ portũ acceſsit: & haud dubiè exiſtimandũ eſt, poſthas leges cõſuetudinẽ rationabilẽ poſſe inſtitui, maximè ex noua cauſa, etſi aduerſã ordi. & pragmaticarũ ſeptipartitarũ q́ iurib9 alijs q́ regijs ſãctionib9. ¶Quod intelligẽdũ eſt, cùm cõſuetudo ipſa legitimè fuerit preſcripta. dicto ca. fi. de cõſue. cũ ſimilibus. Et eo

Universidad de Deusto
Biblioteca

modo.l.5.titulo.2.partit.1.sancitum est At verò si contra dictas leges non consuetudo præscripta, sed vsus seu stylus prædictis obstans legibus euenerit, á principe non introductus, nõ quidem iure potest consistere. ex dicta.l. de quibus. cum similibus. & quæ expressè in procœmio diximus numero. 171.

¶Et hæc omnia præcipuùm obtinebũt si post hanc legem semper fuerit vsus consuetudo quæ contraria: quia tunc sat cõstat, legẽ nõ esse receptã: & ita nõ ligat. ex tex. in capitulo. in istis. §. leges 4. distin. authenti. de fideiusso. in princip. colla. 1. cum alijs quorum recentiores memores sunt in capitulo. 1. de treg. & pac. & alibi sæpe. Quæ omnia vtpote quæ non dissertamenti suffigite.

COMO LAS DELOS FVEros municipales, que cada ciudad villa o lugar touiere. nota & trixessimó
485 † forum municipalem, oppidorum quæ statuta, leges nuncupari. quod etiam habetur in dicta.l. item eorum. § diuus. ff. de sepul. viola. & in dicta. l. vt gradatim. in princip. ff. de mune. & hono. cũ suis concordã. ¶Sed confestim hic animaduertendum est, quód & si leges nominẽtur, non quidẽ simpliciter est, sed cum adiuncto. vt hac lege constat. & dictis iuribus. & sat liquet in. §. omnes. institu. de iu. natu. gen. vbi tex. populorum statuta ius ciuile appellat: idest, ius municipale illius loci. vt ibidem exponit tex. & docto. in dicta.l. omnes populi. & alibi sæpe. Quod an semper obtineat: & populorum forus seu statuta leges dicantur. abundè scribit Ioan. Igne. in relect. l. necessarios. §. nõ alias. ff. ad Sillania. numero. 723. & sequentibus.

¶EX HIS decidi posse videtur, du
486 bium plerunque occurrens † cauetur enim compromisso, quód arbitri iuribus seu legibus causam decidant, an ipsi arbitri statutis legibus quæ municipalibus consuetudinibus quæ (iure communi omisso) iudicare teneantur, cùm & leges municipales, ius & leges esse, hæc lex & alia iura citata edoceant. Et quidem videtur: prius, iure communi ab eis esse iudicandum † cùm iuris vel 487
legis appellatione, ius municipale compræhendi non videatur: sed ius commune. ex tex. in. §. sed quotiens. institu. de iu. natu. gen. vel ciui. cum alijs quorum Barba. meminit in dicta. rub. de cõsuetu. coluna. 6. & in proprijs terminis prius controuersiã esse dirimendam iure communi, quàm oppidorum statutis seu legibus municipalibus. tenet Guid. de Suc. & alij plerique quos Deci. recẽset in capitulo licet causam. coluna. 2. de probat. post Iaso. in. d. l. omnes populi. co. 4. ff. de iusti. & iu. & in. d. l. prescriptione. numero. 18. C. si cont. ius vel vtil. publi. & Ferdi. Loaz. in relect. §. 1. insti. de iusti. & iur. numero. 122. quam magis communem sententiam esse testatur Barba. in consi. 66. viso puncto, & visis statutis. coluna. 3. lib. 3.

¶VERVM ipse contrariam sentẽtiam probiliorem esse censeo † & arbitros ipsos causam statutis municipalibus, oppidorum quæ consuetudinib⁹, & eorum legibus municipalib⁹, potiùs quàm iure communi iudicare esse necessum. Quod casibus illis intelligo, quibus ius municipale seu consuetudo iuri communi præponitur. ad quod & vide Bald. in capitulo. 1. columna. 1. de feud. eogni. & scribentes illic. Tum hac nostra lege, quæ hoc pluribus suadet verbis. vt hic Calatay. dicit, huic adhærens sententiæ, & si breui, & veluti per ignem pertransiens, hanc rẽ discuciat. Tum quia, populorum statutis consuetudinibus quæ iuri communi de-

derogatur. vt in dicta. l. de quibus. & in dicta. l. omnes populi. cum alijs notissimis. ¶Præterea & hæc nostra sententia suadetur ex tex. in capitulo. 1. vt lit. penden. & in dicta. l. præscriptione. C. si cont. ius vel vtil. publi. qua perspicuè
489 constat † iuris appellatione, etiam cõsuetudinem statutum quæ municipale compræhendi. ¶Denique & in pro-
490 prijs terminis † hanc amplectitur sententiam Bald. in. l. illa institutio. colu. fi. ff. de hæred. instituen. & Abb. in dicto capitulo. 1. colun. 1. vt lit. pend. & plerique alij quorum moder. memores sunt in dicto capitulo. licet causam & illic Deci. coluna. 2. & moder. in dicta. l. omnes populi. & Iaso. in dicta. l. præscriptione. quo loco nume. 20. hanc dicit esse communem sententiam. cui & adstipelatur Fordi. Loaz. in dicto. § 1. insti. de iust. & iur. num. 123. vbi etiam ait hanc esse communem opinionem: & eam plerisque fouet rationibus. cui sententiæ & adhæret Ioan. Lup. in relect. rub. de dona. int. vir. & vxo. char. 2. colun. 1. & Calatay. in præsentia. Roch. in dicto suo tracta. de consuetu. nume. 50. & sequentibus. & inibi hanc esse communem resolutionem existimat. & Ludoui. Gome. in capit. statutum. de rescrip. in. 6. nume. 1. quem ibidem vide nume. 8. & in capitu. 1. de consti. lib. 6. nume. 214. Etsi Roch. Cur. in. d. eius tracta. nu. 55. dicat, cõtrariã sentẽtiã disputando posse teneri. Qui & numer. 58. prædictam communem resolutionem quibusdam temperat modis: quæ videre licet. & Ferdi. de Loaz. in dicto. §. 1. de iusti. & iur. nume. 133. & sequẽtib. & etiam Deci. in dicto capitulo licet causam. coluna. 3. ¶Exquibus constat, nõ rectè dixisse Barba. in dicto consili. 66. cùm censet, contrariam sententiam communem esse.
491 ¶NEC communi obsistit sentẽtiæ † tex. in. d. §. sed quotiens. qui magis vt
get, quem cõtrariã tenentes sententiã præcipuùm in hac re perpẽdunt. cui sa 491
tisfieri potest, vt recentiores in dictis locis respondent. & abundè Deci. in. d. c. licet causam. co. 2. & 3. quarum solutionũ illa nobis placet, quód tex. ipse non loquitur, cùm consuetudo statutũ vel ad sunt, quibus iuri communi derogatur. vt prædictis cauetur iuribus. ¶Vel præter alios dic, quód ille tex. tunc obtinet cùm verbum, *ius*, non ad casus decisionẽ, sed ad alia dissimilia subiicitur. Verùm quãdó ad controuersiã dirimendã dirigitur, ad instruẽdũ quæ quo iure sit iudicandũ: de illo iure interprætandũ est, quo casus priùs iure est dirimendus. ¶Potest etiã dici, quód in. d. §. sed quotiens verbum illud, *ius*, ab. illis exprimitur, qui Romanorum iure priùs vtuntur. vt constat ex dicto. §. sed quotiens. ibi, *nostrum ius*. quarè non est mirũ si de illo iure Romanorũ, verbũ, *ius*, ab eis prolatũ explicandũ sit. quæ solutio sat colligitur ex mẽte Decij in. d. ca. licet causam. co. 3. Ex quo & præter alios ille tex. nostrã tutatur sentẽtiam, cùm perspicuè verbũ, *ius*, de illo iure esse interpretandũ doceat, quod illorum prius est, ab eis quæ priùs obseruandũ, à quibus prædictũ verbum, *ius*, profertur. Vndè fit, verbũ, *ius*, in cõpromisso collocatũ, de illo iure esse interpretandũ quod primò á conficientibus compromissum est obseruandum.

¶NEC ETIAM nostræ officit sen-
tentiæ † tex. alius qui etiam pro con 492
traria consideratur opinione. in capitulo. 3. de eo qui mi. in posse. cau. rei seruã. Tum quia, ibidem de proferentis mente palàm constat cùm illic de iure & consuetudine separatim tex. loquatur. Quæ solutio suadetur ex tex. in capitu. cùm dilecti. de donat. & ex his quę Iaso. congerit in. l. si quis id quod. ff. de iurisdi. omni. iudi. nu. 13. in. 3. limita. Vel dic vt per Abb. in dicto cap. 3. in. 3. notabili.

Universidad de Deusto
Biblioteca

493 ¶DENIQVE quid erit † cùm in compromisso nõ iuris simpliciter, sed iuris communis mentio fit. videre licet doctõ. in dictis locis. & præcipuum Iaso. in. d. l. præscriptione. nu. 21. & in. d. l. omnes populi. nu. 24. & sequentib. Roch. Curt. in. d. eius tracta. de consuetu. nu. 58. quo nu. & plerisque alijs communẽ temperat sententiam. & Ferdi. de Loaz. in. d. §. 1. de iusti. & iur. numero. 134. & moder. in dictis locis. & adde vidẽdum Ludoui. Gome. in relect. d. c. 1. de constitu. lib. 6. numero. 214. & ibidem ab eo citata.

EN LO QVE SON O FVE
ren vsadas y guardadas en los dichos lugares. adnotanda &. 31. est hæc
494 lex, cùm ea stabilitur † leges fori regij seu municipalis tantùm in illis locis esse obseruandas, quibus earum vsus in est, & non alijs. quod & probatur. l. parti. titul. 2. l. 6. ibi, *mas si la costumbre fuesse especial, entonces no desataria la ley: si no en aquel lugar tansolamente do fuesse vsada*, traditur in. l. si de interpretatione. ff. de legibus. vbi Odofred. & in dicta. l. de quibus legitur & notatur in dicta. l. 2. C. quæ sit long. consue. & in dicto capitulo. fi. de consue. & illic fusiùs Barba. nume. 139. Ex quibus & habes, consuetudinem esse stricti iuris. quod quandò sit abundè supra deduximus. nume. 32. & plerisque alijs.

¶VERVM iuxta prædicta confestim illud quærendum est, an sufficiat
495 fori regij aut municipalis leges † apud ciuitatem vsu extare, vt ex hoc in castris oppidis quę eidem ciuitati subiectis obseruari debeant: sit quę eis ibidem vtendum & iudicandum, prætermissis legibus septipartitarum: & si in ipsis castris oppidis vè leges dicti fori regij aut municipalis vsu non sint munitæ: nec in eis earum acciderit casus. quod videtur ex tex. in capitulo super eo. de cogna. spiri. & in. l. qui ex vico. & l. eius qui. §. 1. ff. ad municip. & in. l. 3. §. 1. C. de natu. libe. tex. etiam in. §. fi. insti. de satisda. ibi, *cum necesse est, omnes prouincias caput omnium nostrarum ciuitatum, idest, hanc regiam vrbem eius quę obseruãtiam sequi.* ad idem est optimus tex. in. l. 1. §. sed & si quæ leges. C. de vete. iure enucle. ibi, *debere omnes ciuitates consuetudinem Romæ sequi, & legem, quæ caput est orbis terrarum.* & ad hanc rem est optimus tex. iuncta glo. in. l. ex ea causa. ff. de postulan. vbi habetur † ciuitatis consuetudinem extendi ad castra, sub ea extantia. & ibidẽ notant Alber. & Bart. cuius glo. Bart. meminit et adhærens in. d. l. 2. C. quæ sit long. consue. q. 36. & scribentes in. d. capitu. translato. de constitu. Ludoui. Roma. in consi. 141. eximie. coluna. 1. Lauren. Calca. in consi. 2. coluna. 18. & Iaso. in. d. l. omnes populi. in relect. nume. 39. & in. d. l. de quibus. nu. 88. Deci. in consi. 389. visa longa. nu. 7. Roch. Curt. in. d. suo tracta. de consuetu nu. 341. & nu. 527. & notabiliter Aym. Craue. de antiqui. tempo. 4. part. nu. 26. post Barba. in. c. fi. de consue. colu. 31. quia vt ipse ait, non cõgruit quandam obseruantiam in ciuitate vigere, & dissimilẽ in castris populis quę ei subditis. quod dicti docto. concedunt præcipuùm Bart. in. d. l. 2. C. quæ sit long. cõsue. in. d. 36. q. post Guiller. & Anto. quoqùe in. d. c. fi. de consue. nu. 63. cùm castra fuerint de ciuitatis districtu iurisditione qúe: aliás secus.

¶ET prædicta sententia ex eo sulcitur † quia generalis consuetudo
497 prouintiæ, etiam iuri contrariæ, in omnibus ipsius prouintiæ locis obseruanda est: & si in eis expræssim dicta consuetudo vllo vnquàm tempore vsu fuerit roborata. vt probatur in capitulo. cùm ecclesia Vulterana. de elect, vbi ita tenent Hostien: & docto. & Abb. ibidem testatur, hanc sententiam doctoribus placere. & Carol. Ruin. dicit eam esse communem sententiam in consili. 29. plura præponuntur. numero. 9. libro. 5. Etsi Abb. in dicto capitul. cùm ecclesia. aliud sententiat, cùm consuetudo iuri communi aduersa fuerit. Verùm indiscriminatim prædicta communis sententia obtinet. vt videtur Carolo Ruin. in dicto consili. 29. in dicto numero. 9. & vide Rochum Curti. in dicto tracta. de consuetudine. numero. 538.

¶SED nostræ sententiæ refragari
498 videtur † quòd hac lege constitutum est, leges prædicti fori regij aut municipalis vires tantùm in illis locis habere, quibus earum viguerit vsus. Vndè fieri videtur, prædicta iura & doctrinas nequàquàm ad hanc rem pertinere: cùm & si in ciuitate seu capite vsus ipse obtinuerit, non quidem ineat in castris & oppidis ciuitati subiectis: quarè & ex hac lege dicendum videtur, leges prædicti fori regij aut municipalis minimè esse obseruandas in ipsis castris & locis, vbi vsus ipsarum legum non viget: sed potiùs sanctiones dictarum septipartitarum.

499 ¶Sed hoc prædictæ sententiæ obsistere non censeo, cùm sat † vsus in castris oppidis quę ciuitati subiectis esse videatur, si in capite incat. vt palàm constat ex dictis iuribus & doctrinis. & ex tex. in capitul. cùm non liceat. de præscrip. & in dicta. l. fi. C. de testa. ¶Quod
500 & suadetur † quia ad vires consuetudinis non exigitur, actus inqualibet territorij parte probari: sed sufficit in territorio ipso tot interuenisse actus, ex quibus pateścat tacitus populi consensus. vt in dicta. l. de quibus. & illic scriben. & in dicto capitulo. fi. de cõsue. Philip. Corne. consi. 319. circa primum. colum. 11. versi. nam ad esse. lib. 3. Roch. Curt. in. d. tracta. consuetu nume. 542. Aym. Craue. de antiqui. tempo. 4. part. num. 28. quem videre licet.

¶VERVM hæc nostra sententia tẽ
peranda est † nisi in castris & locis ci- 501
uitati subiectis, adsit vsus contrarius legibus dicti fori regij aut municipalis: quia præponendus est vsui dictarum legum in capite vigenti. vt notatur in. d. l. fi. C. de testa. & expræsse constat ex tex. in. c. quoniám. de offi. ordina. & speciatim sic tenet Bar. in. d. l. 2. C. quę sit long. consue. in. d. 36. q. & Bald. per tex. ibi in dicta. l. de quibus. colu. 2. Antoni. in. d. c. fi. de consuetu. numero. 63. Roma. in consili. 61. licet mihi. in fine. Soci. consi. 7. nunc quæsitorum. co. 3. versi. præterea etiam. lib. 1. Ioan. Crot. in relect. l. omnes populi. col 5. ff. de iusti. & iu. Roch. Cur. in. d. eius tracta. de consuetu. nu. 341. & Card. Paul. Parisi. in consi. 25. vidi. co. pe. lib. 4. Aym. Craue. de antiqui. tẽpo. 4. part. nu. 26. & palàm Areti. in consi. 131. in causa quę vertitur. ver. præterea in casu nostro. & hoc optimè probatur ex hac nostra lege, & eius verbis generalibus, ibi, *como delos fueros municipales, que cada ciudad villa o lugar tuuieren: en lo que sono fueren vsados, y guardados en los dichos lugares.* idem & suadet tex. in dicta. l. fi. C. quæ sit long. consue. & quod Abb. scribit in c. pastoralis. col. 3. de offi. ordina.

¶SED Barba. in. d. c. fi. col. 31. hoc palàm intelligit † cùm contraria & spe- 502
cialis consuetudo castri à principe sit confirmata: & quod aliàs existimat, cõsuetudinem iure minimè subsistere. quod prius palàm volùit Bald. in dicta. l. 1. C. quæ sit long. consue. ex tex. in dicta. l. fi. C. de testa. idem Bald. in dicto. capitulo. translato. coluna. fi. & in alijs locis citatis à Iaso. in. d. l. fi. C. de testa. nu. 19. & scribit Roma. in consi. 218. præsens casus. co. 3. Etsi Bar. in. d. l. 1. C. quę sit

Universidad de Deusto
Biblioteca

sit long .consue. dicta. q.36. & alij ei assencient es palâm contrarium censeât. Et ideó Roch. Cur. in dicto o tracta. de consuetu. nume. 539. tantúm admittat Bartuli sententiam in dicta.l. 2. C. quę sit long. consue. & sequatium, cúm castrum ciuitati subiectum introduceret consue tudinem res suas respicientem: Vel si ipsius castri consuetudo principis muniatur confirmatione, superioris vè tacito consensu inducta sit. de cu ius veritate vi de docto. in dicta. l. omnes popu li. & illic moder. & Iaso. in di cta.l. de quibus. nume. 30. & scriben. in d. capit. quæ in ecclesiarum. & Roch. Curti. in. d. eius tracta. de consuetu. nu mero .387. & Iaso. in dicta.l. fi. C. de testa. d. nu. 10. & alibi sæpe traditur. Sed vtcunqúe sit, existimo sententiã Bald. in dicta. l. 1. C. quæ sit lon. cõsue. & in d. c. trãslato. & Roma. in. d. consi. 218. & sequatium, ad legem nostrã nullo mo-
503 do pertinere: sed generaliter cẽseo † vsum dictorum castrorum oppidorum qúe subditorum obsistentem prædictis sanctionibus fori regij aut municipalis (& si á principe non confirmatum nec tacito superioris consensu roboratum, oppidorum qúe res non atingentem) ad h anc rem esse potiús considerandũ quám capitis contrarius vsus, concordis dictis legibus fori regij aut municipalis: ita qúe si castris ciuitati subditis non obseruantur sanctiones fori regij aut municipalis: sed potiús ibidem earum vigeat contrarius vsus: & si in ciuitate iplæ leges vsu muniantur, videtur quidem ipsis castris predictas fori leges non esse custodiendas: sed eis omissis, partitarum legibus alijs qúe iuribus es se iudicandum. ex hac lege. quæ sæpius & dicta regis Alfósi sanctio verbis generalibus vniuersalibus qúe constituũt & tantúm dictas fori sanctiones obtine re, quántum in locis vsu confirmantur & his verbis, *que cada ciudad villa o lugar tubieren*. discrimine prætermisso, an loca oppida qúe ipsa ciuitati subiectantur nec ne. Quod & suadetur ex dictis iuribus. & ex Bartuli in. d. l. 2. in. d. q. 36. & aliorum doctrinis supra cõgestis. ¶ Præterea hoc consouetur, quia & si in ciuitate ipsius fori leges vsu muniantur: at verò in castris & locis eidem ciuitati subiectis non idem sed vsus contrarius vigeat: nequáquám tunc dici potest, ipsis castris dictas fori leges vsu roborari, vt hæc exigunt leges, ad hoc vt eas ibidem custodiri sit necessum.

¶ NEC quidem Bald. in. d. l. 1. C. quę sit long. consue. & in. d. c. translato. & Roma. in. d. consi. 218. & Roch. prædicto nu. 539. his loquuntur terminis. & quandó iure necesse est, subditis locis vsum extare, vt illis iura aliqua custodiantur.

¶ DENIQVE & hęc instruitur sententia, quia & si iure castra ciuitati subdita consuetudinem propriam (qua ius oritur) aduersam consuetudini ciuitatis conficere non possent, ab sqúe principis confirmatione, vel superioris licẽtia: tamen vsum contrarium legibus dicti fori (factum non ius respicientem) requisitum hac lege ad ipsius fori vigorem, ipsis castris non posse extare, non est prohibitum: nec dicti fori contrariũ vsum (factum conspicientem) ipsis castris vigentem dici valet in castris non extare: eo quód in capite contrarius vsus ipsi foro concordis ineat.

¶ EX quibus & fori videtur † quód si in capite leges prædicti fori regij aut municipalis vsu non muniantur, nec custodiantur: sed in eius castris earum vsus conualescat: quód ipsius fori sanctiones in ipsis castris sunt obseruandæ & si non in capite. sat enim hisce legibus fori prædicti vsus quorũcũqúe oppidorũ, etiam ciuitatibus subditorum, à regibus nostris comprobatur. Et ita predicta sententia Baldi in. d. l. 1. C. quæ sit long.

long. consue. & ei adhærentium (præter ea quæ dicta sunt) minimé nostræ obsistere potest.

505 ¶ PROINDE nunquid vsus seu consuetudo † vnius ciuitatis ad oppida sibi vnita extendatur, tractant docto. in prædictis locis. & Roch. Curti. in. d. suo tracta. de consuetudi. numer. 539. & abundé Aym. Craue. de antiqui. tempo. 4. parte. nume. 27. post Francis. Curti. in consi. 57. coluna. 6. & 7. & alibi sæpe traditur. ¶ Quæ omnia memoriç cõmendate, quia noua.

506 COMO ENLO QVE DE terminaremos adelante por algunas leyes de ordenamientos. animad uerte &. 32. & præter alios † quód si lex noua post hanc edita fuerit, leges prædicti fori regij aut municipalis & si vsu robaratæ, pereunt, sublatæ qúe videntur: & si recentioribus legibus expræsim hoc non disponatur. & idem probatur in dicta. l. 6. in fine. titu. 2. parti. 1. & in dicta. l. 3. §. diuus. ff. de sepul. viola. cuius abundé Iaso. meminit in relectine dictæ. l. de quibus. numero. 54. & moderni in dicto. capitul. 1. de rescript.

¶ EX quibus sequitur, hic esse tex. nouissimé consideratum pro glo. in. d.
507 capitul. 1. de constitu. libro. 6. in verb. facti. qua habetur † lege superuenienti derogari legi anteriori: & si fuerit vsu consuetudine vé munita: & quód correcta abrogata qúe lege, consuetudo idem dispones abrogata censetur. de quo abundé illud tractat Ludouic. Gomec. numer. 210. cum multis sequentibus. & docto. etiam in. §. ius ciuile. insti. de iur. natu. gen. vel. ciui. & in clem. 1. de elect. Alex. in. l. 1. in princip. colun. 4. & sequentib. ff. ad. l. Falcid. & late Felin. in. d. capitul. 1. de rescript. numer. 15. & alijs sequentib. Roch9. Curti. in. d. eius tracta. de consuetudine. numero. 434. & Alber. Brun. in eius tracta. de augmento. 4. conclu. principali. colun. 2. & sequentibus. quibus in locis ad hanc rem pertinentia scripta reperies.

YNO POR OTRAS ALgunas. adnotandum hic est &. 33. minimé † alijs legibus quám regijs, 508 hac lege expræssis, causas esse dirimendas. idem in simili disponitur in dicta. l. fi. titul. 6. libr. 1. fori regij. & in. l. 1. titul. 7. eodem. lib. quibus stabilitur, ipsis fori regij sanctionibus tantùm esse iudicandum, & non alijs. quod etiam de legibus septipartitarum constitutum est. 3. parti. titul. 4. l. 6. ibi, *por las leyes deste libro, y no por otras*. ad idem est tex. in dicta. l. 1. titul. 22. parti. 3. & vide. l. 15. titul. 14. parti. 3. ¶ Quod & de legibus fori iuzgo in eodem foro desfinitur. in. l. 8. titul. de los juezes. & titul. de las leyes. l. exordiente, *ningun home*.

¶ Idem etiam statuitur de legibus codicis. vt. C. de iusti. C. confirman. §. hunc igitur. quo in loco ingens imponitur pæna alijs legibus vtentibus. ¶ Sic & sancitur & prouidetur de iuribus de cretalium. in proœmio Gregoria. ad-finem. & illic glo. & fusiús scribentes.

¶ VERVM in dicta. l. fi. titul. 6. libr. 1. foro legum. cauetur, quód & si aliæ leges allegari non valeant, tamen aliam legem ipsius fori sanctionibus concordem allegare licet. ¶ Iteni & dicta. l. 8. titul. de los juezes. foro iuzgo. sancitur, librum aliarum legum in iuditio productum, dirumpendum esse: & si alias leges ad illarum confirmationem allegare non prohibeat.

¶ CETERVM ex dictis verbis huius legis † necessarium suboritur 509 dubium, & non accuratè hucusqúe expeditum, an legibus regijs in hac lege expræssis deficientibus, foro qúe

Universidad de Deusto
Biblioteca

regio aut municipali vsu munito, sit iudicandum legibus iuris ciuilis. Quod præter alios ex sequẽtibus nõ videtur.

¶PRIMO ex dictis verbis nostræ legis, *y no por otras*. quæ clarè concinunt, alijs legibus quàm hic expræssis nequà quàm esse iudicandum.

510 ¶SECVNDO hæc constat sententia † ex sanctione Regis Alfõsi in hac lege collocata, ibi, *o alguna dubda fuere hallada enellos, o algun hecho, porque por ellas no se pueda librar: que nos seamos requeridos sobre ello.* quæ verba indicare videntur, quòd si legibus regijs hac lege expræssis cõtrouersia dirimi nõ possit, ad regem recurratur, vt ille dubium occurens decidat. & hæc verba ita explicat Ioan. Lup. in relect. rub. de donat. int. vir. & uxo. char. 2. col. 2. & sic dictis verbis prædictæ legis sancitum esse videtur, his regnis lege ciuili, etiam pro ratione, & deficientibus legibus regijs, nullo modo posse causas iudicari: sed regem esse consulendum.

¶HANC partem & tertiõ adiubat eadem Regis Alfonsi sanctio, cùm in ea tantùm concedatur, leges iuris ciuilis studijs legi: vt sapientiores subditi fiant non tamen ipsa lege conceditur, causas dirimi ipsis legibus iuris ciuilis, sed perspicuè inhibetur: quia si ipse rex aliud voluisset, facilitèr expræssisset: prout fecit, cùm disposuit studijs legi. l. 1. § fin autem ad deficientis. C. de cadu. tollen. cum similibus.

¶DEINDE & quartó hæc fulcitur sententia, ex vltimis verbis huius legis, quibus constituitur, iure deficiẽte, Bartuli & Baldi & Ioã. And. Abb. què sententijs nequàquàm standum esse: prout ante lege Madri. sancitum erat. cuius eadem lex Alfonsi rationẽ his subdit verbis, *porque nuestra intencion y voluntades, que cerca dela dicha ordenacion y determinacion delos pleitos y causas, solamente se haga y guarde lo cõtenido en la dicha ley delseñor rey don Alonso, y enesta nuestra.* quibus verbis sat lucidè cautum videtur, iure ciuili nec alio quàm regio causas esse decidendas.

¶RVRSVS & quintó hanc saudet sententiam. l. 2. harum legum, ibi, *pues por ellas y no por otras an de juzgar.* quæ lex manifestè hanc sententiam edocere videtur: & nullis nisi regijs legibus posse iudicari.

¶SANE & sextó hanc cõprobat partem. l. 2. tit. 4. ordina. lib. 2. qua exprimitur † modus iuramenti præstandi à dominis auditoribus regiæ cancellariæ, in quo hæc subiunguntur verba, *otros si que los pleitos que ante nos vinieren, que los libremos lo mejor, y mas ayna que pudieremos, bien y lealmẽte por las leyes delos fueros, y derecho y leyes y ordenanza de nuestros reynos.* quibus verbis constare videtur, alijs iuribus quàm regijs minimè cõtrouersias dirimi posse.

¶SEPTIMO hæc sententiæ confirmatur † quia complures leges iuris ciuilis editæ fuere á paganis & hostibus Christianæ religionis. vt ait glo. in. l. Titia. §. Seya. ff. de aur. & argen. leg. & abundè scribit And. Tiraquel. complura congerens in tract. de iure primogenitur. q. 17. nu. 31. post recentiores multa tradentes in. l. multum interest. ff. de verb. obliga. consequens ergo videtur, eorum legibus non esse iudicandum. c. fraternitatis. de hereti. cum similibus.

¶HANC opinionem & octauó patrocinatur sententia. Oldra. in cõsi. 69. cõsuevit. colun. 3. quo asserit loco † Hispanos legem edidisse, qua sancitũ fuit, quòd leges imperatorum in iudicijs allegantes capite plecterentur. cuius meminit Micha. Vleu. de regimi. mundi. 1. q. 2. partis. numer. 9. & Ioan. Lup. in relect. rub. de dona. int. vir. & vxo. char. 2. colun. 2. docto. etiam in. capi. super ipsa cula. de priuileg. ex qua causa tempore regis Stephani (vt Ioan. Lup. dicto loco re-

censet) Romanę sanctiones ab his regnis expulsæ fuere: edicto què regio inhibitum fuit, ne quis earum retineret libros. ut Poli. lib. 8. ca. 22. in fine. scriuit

514 † non enim Romanę leges Hispanos constringunt. vt dixit. Lauren. cuius meminit Archidia. in. c. cùm deuotissimã 12. q. 2. & ibidẽ Egidi. de Bellame. Hostien. & docto. in. d. ca. super specula. de priuileg.

515 ¶NONO pro ista opinione facit † quia etiam Galliæ ius ciuile non obseruatur. vt in. d. capitul. super specula. de priuileg. ibi, *quia tamen in frãcia, & nõ nullis prouincijs laici Romanorum imperatorum legibus non vtuntur.* & probatur in. capitul. de accusationibus. vbi glo. 3. q. 5. facit tex. & ibidem notata in. d. ca. cùm deuotissimam. 12. q. 2. & abundè Guiller. Bened. tradit in repeti. c. Raynuntius. de testa. in verb. & vxorem nomine Adalesiam. numer. 235. & Barth. de Chasse. in consi. 8. super duobus. nu. 25. cum sequentib. & in consue. Burgũ. Char. mihi. 282. col. 4. des successiones rub. 7. quo loco aduertit videndum Mathe. de Afflict. in consti. regni Siciliæ. lib. 1. q. 20. & Pet. Rebuf. in 1. tomo constitu. Gallica. in procemio earum. gl. 5. numer. 20. Qui plura, & in legibus Lusitanis stabilitum est, causas regni non legibus imperatorum, sed ipsius regni sanctionibus moribus què esse dirimendas. vt constat. lib. 2. dictarum legũ Lusitanarum. tit. 5. in principio.

¶DECIMO & optimè hæc instruitur sententia † quia licet authoritas maiorum soleat pro lege allegari. vt probatur in. l. si idem cum eodẽ. in princip. ff. de iurisdi. omni. iudi. cum similibus quorum meminit Deci. in. d. l. illã. C. de collatio. colun. 1. & recentiores in. d. l. 1. ff. si cert. peta. & alibi sæpe. at tamen id verum est, si eorum authoritas á principe lege aliqua comprobatur. vt dicta l. si idem cum eodem. in princip. sat do-

516 cere videtur, ibi, *quæ sentencia rescripto imperatoris nostri Antonini confirmata est.* & ita expræsse tenet Deci. in. dict. l. illam. colun. 2. & palàm Ioan. Fran. de Rip. in. d. l. 1. numer. 61. ff. si cert. peta. quatè cùm leges ciuiles non videamus á nostris regibus comprobatas, illis iudicari posse, nequàquàm videtur: & si á maioribus editæ sint. ¶Quæ ratio ex eo etiam munitur, quod eidem Decio videtur. in. d. l. illam. colun. 1. C. de collat. in quo loco existimat † naturalẽ etiam rationẽ allegari pro lege nequàquàm posse: nisi eiusdem rationis lex edita sit, ab eo qui potestatem habuerit. quod & admittit idem Deci. in. cap. secundó requiris. de appella. colun. 2. & palàm Paul. Cast. in. d. l. 1. ff. si cert. peta. ¶Quo fieri videtur, & ciuiles leges allegari etiã pro ratione naturali minimè posse: & si leges regiæ defficiãt, cùm ab eo constitutæ non sint, nec approbatæ, qui hisce regnis potestatem leges conficiendi & si nunc viueret, nõ habuisset. Quod & suadetur, ex his quæ notantur in. l. fi. C. de iurisdi. omni. iudi. & á Bar. in. d. l. omnes populi. 1. q. principali. cũ similibus.

517

518 ¶VNDECIMO huic sententiæ alludit † quia pleriquè leges imperatorum, absquè ratione sunt: & æquitati aduersantur. vt sat constat. C. de super in dict. & in alijs quorum memor est Mathe. de Affl. decisio. 321. in regia camera. nume. 9. & earum plures sunt iniquę iniustæ què. quas eommemorat diuus Anto. Archiep. Florenti. 1. par. eius sũmæ. tit. 19. §. 4. & summa Pisana. in ver. leges. & Mathe. de Affli. in cõsti. Neapol. præludio. q. 20. Vndè fieri videtur, leges imperatorum nec pro ratione his regnis allegari licere. ¶Quod & munitur † quia ratio naturalis plerũquè aduersatur rigori iuris ciuilis. vt legitur & notatur in. d. l. prospexit. ff. qui & áquib. de cuius intellectu (vltra iam dicta) abũ-

519

Universidad de Deusto
Biblioteca

dē Feli. scripsit. in. d. c. si quandó. co. 7. &. 8. de rescript.

¶ DENIQVE & duodecimó in propriis nostris terminis Montal. huic accedit sententiæ. in. l. 4. tit. 5. lib. 1. for. legū. in verb. acuerde. quo firmat loco, iura imperatorum Hispanię minimé vigere.

¶ VERVM prædictis non repugnantibus, ipse contrarium verius & probabilius esse censeo † & legibus regijs deficientibus, seu fori regij aut municipalis legibus, vsu roboratis, his regnis legibus iuris ciuilis, in temporalibus profanis quę causis, iudicādum esse. quod praxis admittit, regibus nostris pacientib9 & etiam supremo cæsaris consilio singulis custoditur diebus & alijs regijs pretorijs: quibus & iuris ciuilis iura tam à iudicibus, quām à causarum patronis plerunque allegantur. & ita post hanc legē interpretatum est. quarē hæc sententia obtinere debet. l. minimé. ff. de legib. l. sed ea. ff. eod. tit. quam Mathe. de Affli. in. d. consti. Neapol. præludio. d. 20. q. post glo. illic ab eo allegatam, ad hoc citat. † quód Neapol. regno sanctionibus eiusdem regni non stantibus, Romanorum legibus ex tacito principum cōsensu, iudicare licet. vbi hoc intelligit de legibus iustis. & hęc inquām sit prior ratio.

¶ SECVNDO hæc instruitur opinio † quia ipsę leges iuris ciuilis á sapiētibus (vt nostra edocet lex) editæ fuerūt. ex philosophorum quę consilio originem ducunt: ipsæ quę leges ciuiles philosophia quidem pollent. l. 2. ff. de legibus. cui adde tex. & quæ Iaso inibi notat in. l. cùm Sillanianum. C. de his quib. vt indig. & alia quæ singularitér scribit dominus meus Cardi. de Turre Crema. in. capitul. si in adiutorium. nume. 2. distin. 20. & Ioan. Neuiza. inter consilia Alber. Brun. in consi. 12. col. 2. minimé ergo mirum est, si vt rationes iuris ciuilis leges (regijs sanctionibus non extantibus) obseruandæ sint.

¶ TERTIO hæc sententia confirmatur † quia summi pontifices iure canonico deficiente, ad ius ciuile esse recurrendum, suis præcipiunt constitutionibus. c. 1. de no. ope. nuncia. c. lege. & ibidem glo. 10. distin. &. d. capitu. si in adiutorium. & in capitu. historia. 33. q. 2. & vtrobique docto. cum similibus. ¶ Præterea & feudorum sanctionibus cauetur † eis non extantibus, feudorum cōtroversias iure ciuili esse dirimendas. vt cōstat in. d. c. 1. de feud. cogni. & illic Bal. col. fi. censet, quód etiam deficientibus iuribus feudalibus, iuris ciuilis argumētis vtendum est † quia argumentis causæ decidūtur. l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad Trebel.

¶ HANC partem & quartó coadiubat pragmaticarum sanctio, à regibus catholicis Barchinonę edita anno. 1493 qua cauetur † nullum iudicem effici posse, absque eo quód iuri canonico aut ciuili decē studuerit annis. quod enim minimé ibidem constitueretur, si legibus regijs, & dicti fori regij, aut municipalis vsu extantibus, deficientibus, iuris ciuilis legibus profanas & temporales causas iudicare non liceret.

¶ QVINTO huic sententię suffragatur hæc ratio † quia leges ciuiles ratione muniuntur: & ita generaliter præsumitur. ut legitur & notatur in. c. illa. 12. distin. quod & tenet Bald. in. l. quod verō. colun. 1. ff. de legib. & etiam scribē. in. d. c. fi de consuetu. & alibi sæpe. igitur consequens est, vt legibus regijs nō extantibus, & dicto foro regio aut municipali vsu roborato, legibus similibus cōtrouersiæ decidantur † quia & rationes tantùm ad causas dirimendas quidē sufficiunt. capitu. sana. 9. distin. ca. frustra. 8. distin. tex. iuncta glo. in. capit. ex eo. de elect. in. 6. versi. quām rationis. nā quę † lex est, omne quod ratione constitit. 1. distin. capitu. cōsuetudo. & abū dē

dē tradit Car. in. d. c. fi. §. licet. 4. oppositione. de consuetu. Quo fit, vt videtur Paulo Castren. in. l. Clodius. coluna fi. ff. de acqui. hæredi. quód ratio † ita allicere mouere qúe debet animū, sicut & lex: & quód timore sepolito, si bonam adinuenimus rationem, & si casum decisum non reperiamus, ratione ipsa illum diiudicare liceat. & palām idem tenet Andr. de Isern. in feudo. procemio. coluna. fi. & videtur glo. in dicto capitul. ex eo. versi. quām rationis & scribit Iaso. in. l. quānuis. n. 8. & prędecēdē. ff. de in ius vocā. & idē Iaso. in. l. cū filio. numero. 56. ff. de lega. 1. censet, quód rationabile dictum † magis iudicem mouere debet, quām ipsa lex. & vide quæ supra diximus numero. 90.

¶ Quæ ratio etiam suadetur ex tex. ad notandō & si notissimo in dicta. l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excusa. tuto. vbi habetur, & illic perpendunt Bal. & scribentes † naturalem rationem nobis ad causarum decisionem sufficere: & si nullam allegemus legem. ad quod & ipse Bald. ibidem citat Iacob. Raue. & Cinum. cum similibus quorum Iaso. & recentiores memores sunt in dicta. l. illam. qua in. l. numero. 10. citat Ang. post Aristo. & Auerr. dicentem † quód quęrere legem, vbi naturaliter sentimus, infirmitas intellectus est. & palām Bald. in. l. actor. coluna. 2. C. de probat. & in. l. testium. coluna. penulti. C. de testib. & idem Iaso in dicta. l. illam. & recentiores complura similia congerunt. & in dicta. l. 1. ff. si cert. pęta. & etiam ipse Iaso. in. l. quotiens. numero. 25. C. de rei vendica. & latissimè Ioan. de Neuiza. in eius filua nuptiali char. 19. coluna. 4. quo loco complures citat docto. Quo fit, vt ait Bald. in consi. 38. dominus Thomas. coluna. fi. libr. 3. secundum antiquam impræsionem † quód & si lex casum occurrentem expræsim non dirimat, sufficit nobis illum naturali ratione decidere. quæ cuncta respondet. l. si me & Titium. ff. si cert. peta.

¶ POTEST enim † ipsa naturalis ratio pro lege allegari, absque alio textu. l. cùm ratio naturalis quasi lex. ff. de bon. damna. c. secūdó requiris. ibi, *ipsa namque ratio dictat.* vbi doct. de appella. tex. etiā in. l. 1. §. in primo. C. de cadu. tollen. quē ibidem Bald. in princip. ad hoc expendit † quód ea quæ naturali rationi cōcordant, intacta esse oportet perpetuó qúe sunt custodiēdā. quo fit, vt ibidē existimat † ad ipsam naturalē rationē, prout ad optimū legis clipeū esse recurrēdū. quarē idē Bal. in. l. quotiens. co. 1. C. de suis & legi. hæredib. cē set, legis virtutē ratione cōsistere. quia lex naturā speculatur. §. adoptio. insti. de adopt.

¶ COADIVBAT & hęc omnia tex. in §. ius autem ciuile. insti. de iu. natu. gē vel ciui. ibi, *quod vero naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes perǽque custoditur: vocatur que ius gentium, quasi quo iure omnes gentes vtuntur.* idem habetur in dicta. l. omnes populi.

¶ EX quibus fieri videtur † quód si aliqua sanctio fori regij muniatur naturali ratione, non exigatur, ei9 vsum probari: cùm & sola ipsa ratio naturalis pro lege sufficiat. quod adde his quę supra scripsimus numero. 117. & sequentibus. ¶ Sanè & hoc saltem obtinet † cùm ipsius fori lex non aduersaretur legibus septipartitarum: aliás enim ex hac lege, prius obseruarentur leges septipartitarum, quæ peccatum non nutriunt, quām dicti fori sanctio: & si ratione naturali munita diceretur, vsu tamen non comprobata. ex glo. in. §. sed alia. insti. de iu. natu. gen. vel ciui. in verb. sed naturalia. ibi. *sed die, quod non derogatur ob hoc ius naturale: licet non seruetur in illo casu: nam nihilominus æquum*

Universidad de Deusto
Biblioteca

æquum & bonum est. & ibi Ioan. Fab. & glo. in l. manumissiones. ff. de iusti. & iur. l. ius ciuile. ff. eodem titulo. & fusiús Cardi. in dicto capitu. fi. §. licet. co luna. 6. de cõsuetu. & Abb. ibidem. co lun. 1. & 2. & Roch. Curti in dicto eius tracta. de consuetu. numero. 182. &. 120. cum similibus.

¶ CVM igitur vt ex his quæ hac quin ta ratione recensentur, in causis dirimendis ratio iudices constringit, non est mirum, si dicamus, legibus regijs deficientibus, aut fori regij vel municipa lis legibus vsu munitis, iuris ciuilis legibus saltém vt rationibus causæ ipsæ iudicandæ sint: quia leges ciuiles ex ra tione oriri (vt diximus) præsumendum est: qua ratione etiam leges & statuta verbis generalibus loquentia restringi solent. vt constat in capitulo. sug gestum. de appella. vbi Abb. & docto. & Iaso. in dicta. l. quánuis. coluna. fi. ff. de in ius vocan.

¶ SEXTO hæc opinio inconfeso
542 ex eo est † quod constituit tex. in l. ii. titulo. 7 libr. 1, ordinament. ibi, *y mandamos que les sean guardadas las leyes delos emperadores, y las leyes que los reyes nuestros progenitores hizieron y otorgaron en fauor delas yglesias.* Nec obstat, si dixeris, hac lege tantúm comproba ri leges imperatorum, editas fauore ecclesiæ: cúm sat lege illa imperato rum sanctiones ferè æquiparentur le gibus regijs: cúm de vtrú que ibidem idem constituatur. Et palám ipsa edo cet lex, imperatorum leges his regnis omninó improbatas non esse. vt pleri qúe & absre autumant.

¶ SEPTIMO hæc suadetur pars ex tex. in capitulo fi. de transact. vbi
541 cauetur † quód si iudex ius expræ ssim minimé adinueniat, æquitate cau sam dirimat. & probatur in. l. quód si epheli. in fine. ff. de eo quod cert. loc. cum similibus. Sed quæ equior senten tia esse potest, quám illa quæ munitur legibus ciuilibus, peccatum non in ducentibus. ex tex. in. l. 1. ff. de legibus cum similibus.

¶ OCTAVO & hanc senten tiam tex. noster perspicué edocet, cúm in eo nullum verbum collocatur, quo iuri ciuili derogetur: nec quo legibus regijs deficientibus, & prædicto foro regio aut municipali vsu munito, ipso iure ciuili iudicari sit prohibitum: & si extantibus legibus regijs, eis prius esse iudicandum, hac lege constitua tur: quare nequàquám ius ciuile hac le ge abrogatum arbitrari oportet. vt in dicta. l. præcipimus. C. de appella. & di cta. l. sancimus. C. de testa. quibus acce dat quod notatur in dicta. l. 1. C. de iu stt. C. confir. & quod ibidem spetiatim scribit Paul. Castren, firmans † quód 543
si noua eduntur statuta, & nouo subi ciantur volumini, si eis expræssum nó sit, quód vetera sint abolita, quód si casus occurrerit, veteribus statutis, & nõ nouis decisus, casus ipse dirimendus est pristinis & antiquioribus statutis, & non iure communi: cúm statuta anti qua spetiatim abrogata minimé fue rint.

¶ NONO prædictam indicat sen tentiam tex. in l. ii. titulo. 2, ordinamé. libr. 2. ibi, *entonces cada vna delas partes, o abogados, o procuradores por palabra, o por escrito ante dela sentencia informen al juez, alegando leyes y derechos y decretales partidas y fueros.* cuius quidem verba generalia iuris ciuilis leges lucidè com præhendunt, vt & canones.

¶ PRETEREA sat prædicta in fluitur sententia, & decimó, ex eo quod Baldus tenet in capitulo. 1. §. in iuria. coluna. 5. versi. quæro vtrum. de pac. iur. firman. quo censet loco, ius ciuile curijs regum non pro authori tate † sed tantúm pro ratione alle- 545
ga

gari. cuius meminit Paris de Puteo. in tracta. sindicatus. in parte. testis. capitu lo. 2. versi. fui semel rogatus. numero. 9. & Ioan. Lup. in repeti. dictæ. rubr. de dona. int. vir. & vxor. char. 2. coluna. 1. in fine. Mathe. de Afflict. in constitutio ni. Neapol. libr. 1. in dicta. q. 20. nume ro. 5. Et hæc suadentur ex eo quod di cunt Iacob. Butri. & Bald. in. l. nemo. C. de senten. & interlo. omni. indi. Ga llos legum ciuilium sanctiones † vt ra 544
tionem obseruare: & nõ quia leges sint & Bald. refert & sequitur Pet. Rebuf. in consti. Gallica. 1. tomo. in earum procemio. numero. 20. & dicit etiam Bald. in dicta. l. nemo. leges imperato 545
rum non ex eo Galliæ allegari † quia imperatorum sunt: sed quia naturales sunt, & rectitudine pollent. vt in capi tulo 1. inquibus cas. seu ami. Et quia, ex naturali procedunt ratione, & ex fõ te equitatis. capitulo. i. de feud. cogni. ratio enim naturalis (vt eidem Baldo inibi videtur) minimè circunscribitur quia ipsa cum humano genere á princi pio orta est. §. siquis. insti. de rer. dui. & Bald. etiam refert Iaso. in dicta. l. allam. coluna. 3. & in. l. dedi. §. si liber coluna. 2. ff. de condi. ob cau. quod etiã placet Ioanni Ignc. in dicta. l. dudum. in relect. numero. 22. C. de contrahen. empt. & in sua disputatione. an rex Ga lliæ recog. in pera. n u. 142. vbi fatetur, Gallos imperialibus legib9 vti nõ extã tibus regni legibus, non vt legibus: sed quia ex ratione originem ducunt, á qua
546 resilere non licet. & ita intelligendus † videtur tex. in dicto capitulo super specula. de priuile. vbi probatur, quód Galli non vtuntur legibus imperatorũ nam hoc est interprætandum, quód eas vt leges non obseruant. Vel quód stantibus legibus regijs, cæsareas leges pretermittunt. at verò consuetudini bus statutis que & santionibus illius re gni deficientibus, iuris ciuilis & impe ratorum legibus causas quidem defi niunt. vt dictum est. & sat videtur esse de mente Hostien. & aliorum in eodẽ. capitulo super specula. ita & nos existi mare oportet, & horum regnorum le gibus, foro qúe regio aut municipali vsu roborati s, non extantibus, iuris ci uilis legibus causas esse dirimendas: non vt imperatorum & iurisconsulto rum legibus, sed vt solidis rationibus.

¶ Præterea & And. de Iser. in procemio feudorum. coluna. 7. censet, in regno Siciliæ imperatorum leges seruandas non esse (prout & Galliæ non custo diuntur) quia illius regni populi impe rio subditi non sunt. vt in dicta. l. 1. C. de sum. trini. nisi quántum ratione con sistant. Immó & ibidem astruit, impera torum leges (antequám ipsum Siciliæ regnum fuisset Romanæ ecclesiæ) edi tas, ipso Siciliæ regno custodiendas es se. argumen. authenti. vt cúm de appe lla. cognosci. in princip. colla. 8.

¶ SEDHIS & hac decima ratio-
547 ne traditis, precedentibus qúe † ob sistere videtur dicta. l. fi. foro legum. libro. 1. titulo. 6. ibi, *mas no queremos que ninguno por ellas razone.* & ibi, *para razonar.* quibus verbis inhibitum cen setur, etiam iuris ciuilis sanctiones, vt rationes posse allegari. ¶ Sed hæc. l. fi. prædictis non repugnat. Tum quia, lex fori est, quæ nisi vsu comprobata, minimé est obseruanda. vt hac nostra sacitur lege. Tum etiam, quia prædicta fori sanctio non loquitur, alijs illius fo ri legibus deficientibus. Tum item, quia & dici potest, dictam legem fori regij esse explicandam, cúm aliæ leges allegantur, non vt rationes, sed vt le ges. & quód prædictum verbum, *razone*, & prædictum verbum, *razonar.* d. lege non ob id subiiciantur, quia legis illa ratio, quia leges aliæ sunt constitu tæ, diruatur, sed tantúm earum allega-

tio

Universidad de Deusto
Biblioteca

tio quam interprætationem suadet tex in.l. 1.titu.6.parti.6.

¶VNDECIMO hanc rem palám Præposi.decidit in.capit.ius quiritum. in fine. 1.distin.quo loco existimat † 548
quód cùm reges Hispaniarum non recognoscant imperatorem vt superiorē imperiales leges ad eorum regna non extenduntur: nisi quatenús ipsorum regum tacita tollerantia fuerit concessum seu permittant eorum subditos imperialibus vti legibus. Quæ nostrorum regũ tollerãtia sat cõstat, & illorũ qui ab eis prætorijs regijs creantur. Immó & plerúque reges nostros eorũ priuilegijs, imperatorum iura abrogare cõspicimus.

¶DVODECIMO hæc sententia connestitur ex præludio legum Madri. anno. 1502. ibi, *por las leyes delas partidas, E delos fueros, E ordenamientos, E pragmaticas, y por derecho comun*, quo loco sat ius ciuile nuncupatur: & illo casus etiam dirimi posse, palám illic decidit. Quod deficiente iure regio intelligi oportet. & idem suadet finis dictarum legum Madri. quo loco doctorum sententias tantùm abrogat, in his quæ illis Madri. constitutionibus aduersantur: & in alijs eas palám minimè immutat.

549 ¶DEMVM & decimo tertio † hãc nominatim amplectitur sententiã Mõtalu. in dicta.l.fi.titul.6.lib. 1.foro legũ & confert legibus ordinamen. & alijs regijs deficientibus, in causis alias leges posse allegari, & illis iudicandum esse & inibi affruit, praxim hanc recipere sententiam. ¶Quod etiam placet Didac. á Castel. hic. in verb. no se vse della. & inibie ixistimat imperatorum leges his regnis Hispaniarum vt rationes allegari rectè posse: & si non vt leges sed vt authoritates. quod hac potissimùm arbitratur ratione, quia lege- abrogata, eius ratio allegari potest. vt in dicta.l. eos. ff. de capit. diminu. cum alijs hic citatis á Dida. Castel. in dictis verbis, no se vse della. quod etiam admittit idem Didac. Castel. in.l. sequenti. in ver. pues por ellas. & in verb. y no por otras. quem & vide in.l.3.infra.ver. siete testigos. coluna. 8.

¶HIS igitur rationibus constat, probabiliorem esse nostram sententiam, qua asseruimus, legibus regijs deficientibus, iuris ciuilis legibus haud dubiè esse iudicandum. ¶Supereſt rationibus contrarijs respondere.

¶QVARVM prima non refragatur † cùm huius legis dicta verba, y *no por otras*, intelligenda sunt, cùm de occurrenti casu leges regiæ reperiuntur: quibus tunc necesse est, priùs quám iuris ciuilis legibus iudicare: at verò secus dicendum est, cùm ipsæ leges regiæ & aliæ hac lege expressæ defecerint. ex prædictis.

¶DEFICIT & secunda ratio, & legis verba hac ratione tradita parúm vrgent, quia tantùm eis cauetur, regem consulendum esse, cùm legibus regijs & foro regio aut municipali aliquod inexplicabile occurrerit dubium: quod nostrum non attingere casum non est ambiguum: nec dictis verbis non esse inhibitum iure regio deficiente, iuris ciuilis legibus iudicari posse. Confirmatur & hæc solutio, quia & iure ciuili plerúque sancitur legibus, cùm de alicuius legis intellectu dubium fuerit, principem esse consulendum. vt in. l. fi. C. de legibus. cum similibus. non tamen ideó ad principem recurrendum est, si ratione vel aliquo iure dubium illud dirimi possit. vt in. d. l. non possunt ff. de legibus. & alijs quæ supra numero 318. citauimus. Nec ex hoc, quód hac lege sit statutum, principem consulendũ

dum, cùm iuris occurrerit dubium, glosa quidem iuris seu rationis refutatur. vt probatur in dicto capitulo cùm dilectus. de consuetu. & traditur in dicta.l. quánuis. ff. de in ius vocan. & illic abũde Iaso. & nuncupatim Bart. in dicta.l. omnes populi. coluna. 19. versi. tertió quæro an statuta recipiant interprætationem. cum similibus quæ hic Calatay. congerit, optimè in materia loquens. & etiam Iaso. in dicta.l. omnes populi. numero. 53. & sequentibus in relect. complures recensens docto. qui & hoc tenent, & si expositio seu glosa á lege reiciatur † nam de glosa hominis, nõ verò legis interprætandum est. quod optimè probatur in.l. quánuis. C. de adulte. cum alijs quorũ meminit Ioã. Francis. de Rip. in dicta.l.1. numero. 26 ff. si cert. peta. post Alex. in consil. 192. perspecta facti. coluna. 2. libro. 6. Curt. antiqui. in consi. 9. Ticinensi. coluna. 9 & moder. in dicto capitulo translato. & Bartho. de chassene. in consue. Burgund. in earum conclusione. char. 382. coluna. 1. & vide Curti. iuni. in consil. 6. circa has. coluna. 4.

¶DIRVITVR etiam & tertia ratio, quia & si Alfonsi Regis lege, huic nostræ admixta, ius antiquum legi concedatur, vt sapientiores subditi inde efficiantur: non ob id quidem ipsius iuris antiqui legibus iudicari prohibitum est, regijs sanctionibus non extantibus, alijs quæ hac lege expræsis. Et hæc solutio adiubatur ex tex. in.l. quod fauore. C. de legibus. & in.l. legata in vtiliter. ff. de leg. 1. Immó exquo ea legi conceditur † sat non esse liquet, ius ciuile improbatum: sed potius comprobatum. vt palám constat ex tex. in. l. 1. §. omnia enim. C. de vete. iu. enuele. & ex Bart. in dicta.l. 1. columna. 6. versi. quædam enim scripturę. ff. si cert. peta. cui enim ibidem docto. assentiũ 552
& expræsse hoc inibi tenet Curti. iuni. numer. 51. Quod & suadetur ex tex. ad hoc notabili in dicto capitul. super specula. de priuileg. vbi sat constat (à contrario sensu arguendo) quód cùm iura aliqua legi conceditur, eis iudicãdum posse, permissum videtur. & vide quæ supra numero. 447. descripsimus.

¶CETERVM ex superioribus quarta enodatur ratio, quia & si vltimis verbis huius legis Madri. sanctio, qua Ioan. And. Bart. Bald. Abb. opinio nes tantúm allegari, concessum erat, abrogetur † non quidè hoc ex eo fuit 553
quia regina nostra hanc conficiens legem, vellet iure regio & fori regij aut municipalis sanctionibus, vsu roboratis deficientibus, iure ciuili non esse iudicandum: sed quia indecens erat, damnosum qúe dictam Madri. sanctionem obseruare. vt hæc edocet constitutio. quia complura Ioan. And. Bart. Bald. & Abb. opinantur, quibus cæteri docto res iure optimo aduersantur, & solidis rationibus: quarè absurdum quidem erat, necesse adhærere sententijs Ioan. And. Bart. Bal. Abbatis qúe. Nec huic nocet solutioni ratio hac lege assignata, quarè dicta Madri. sanctio fuerit abrogata, ibi, *porque nuestra intencion y voluntades, que cerca dela dicha ordenacion y determinacion delos pleytos y causas, solamente se haga, y guarde lo contenido en la dicha ley del señor rey don Alonso, y en esta nuestra*. quia hæc verba non ideó hac lege collocata sunt, quia legibus iuris ciuilis, alijs qúe rationibus, regijs legibus & dicto foro regio & municipali vsu munito, non extantib9, minimè sit iudicãdũ: sed quia regina nostra noluit dictorũ doctorũ sententias esse necessarias, & legi confirmari: sed tãtùm iudicandi ordinem hac lege expræssum, esse necessarium sancit ¶Rursum dicta verba quibus hæc & Alfonsi regis

Universidad de Deusto
Biblioteca

si regis sanctio comprobatur (vt supra diximus) explicanda sunt, cùm casus occurrens legib⁹ hac lege spetiatim nominatis decidi potest: non verò si eis dirimi non valeat: sed iuris ciuilis legibus. ¶ Vel prædicta verba huius legis, quibus ad litium decisionem hanc legem tantùm,& dicti Alfonsi regis esse obseruandam cauetur, dicendum est, ita esse intelligenda,quód alię leges vt leges minimè sint custodiendæ, etiam deficientibus legibus regijs hac in lege expressis:non tamen, quód vt rationes allegari nequeant,& eis prout rationibus iudicare non liceat.ex his quę dicta sunt.¶ Præterea & dici potest,dicta Madri.lege hac nostra derogata,palàm iura ciuilia & canonica comprobata esse, cùm confirmauit sententias Bart.& Bald.Ioan.And. & Abb. quæ iuribus ipsius iuris ciuilis & canonici ab ipsis doctoribus muniuntur. quam sanctionem lex nostra non quidè prorsùs abrogat: sed tantùm in eo quód sanciebat,sententias dictorum doctorum esse necessarias. vt huius legis verba speciatim docent,ibi,*en quanto a esto*.& ita in alijs non derogatur dictę legi Madri. sed potiùs illa approbatur.ex.l.cùm prętor.ff.de iudic.& in.l. maritus. C. de procura.Et sic nequáquàm hac mutatur lege,quod dicta Madri.sanctione perspicuè antè cauetur,in iuris ciuilis & canonici confirmationem.

554 ¶ EX quibus & alijs desuper consideratis, & quinta cessat ratio † sumpta ex lege sequenti, in verbis,*pues por ellas y no por otras*.& ea esse interprætanda constat,extantibus legibus regijs, & alijs hac lege contentis, casum contingentem decidentibus. Vel sunt (vt diximus) intelligenda, quo ad hoc vt alijs sanctionibus iuris ciuilis, vt legibus iudicari nõ possit: etsi vt rationibus sic.

¶ SEXTA RATIO, lucidè dissoluitur † quia sanctione ordinamè.hac ratione citata, non est constitutum, quód deficientibus legibus regijs, & fori regij aut municipalis sanctionibus vsu munitis, iuris ciuilis constitutionibus, prout rationibus causas decidere non valeamus: sed tantúm ibidem sanciturdominos auditores recentér creatos iurare teneri,quód legibus regijs cótrouersias diriment.¶ Præterea etiá dicta lege sancitum fuisset,nõ alijs quàm legibus regijs causas esse decidendas, hoc enim (vt diximus) obtineret, cùm illis lites dirimi possent: & eis casus occurentes deciduntur.¶ Deindè & dici posse videtur,dictam legemordinamè. potiús nostram suadere sententiam: vt pote quę dicta eius verba,*por las leyes de los fueros,y derecho,y leyes,y ordenanzas de nuestros reynos*, etiam iuris ciuilis leges compræhændant: saltèm ibi dum dicitur,*y derecho*,cùm † á legibus nostris etiam iuris ciuilis sanctiones, iura nuncupãtur.vt constat in lege regis Alfonsi hac in nostra collocata.ibi ,*y derlos derechos y dichos de muchos sabios antiguos*. & in dicta pragmatica Barchino.quæ est in volumine pragmaticarũ. char.118.ibi,*delos derechos canonico y ciuil*. & alijs plerisqúe. Et huc vergit,& præcedens solutio adiuuatur, quia sicùm in dicta lege ordinamenti dicitur *y derecho*,intelligeretur de iure legum regni,superuacanea verba subsequentia redderentur,quæ in hunc sunt modum,*y leyes ,y ordenanzas de nuestros reynos*. Nisi dicas, quód etsi dicta vltima verba,*de nuestros reynos*,ad omnia præcedentia referantur.ex.l.talis scriptura.ff.de leg. 1.cum alijs. & sic etiam ad verbum illud,*derecho*,dictæ pragmaticæ immixtum: & ita quód dictum verbum,*derecho*,de iure regio intelligatur quód & superfluitas in hoc casu minimè daretur: etsi inibi tex. loquatur cõ iun

iunctim de iure & legibus regijs: vt potè quę ipsæ regiæ leges hisce regnis ius commune sint. vt supra dictum est in alio proposito. ¶ Præterea & quód in hoc casu verba dictæ pragmaticæ minimè superfluant:etsi dicto modo intelligantur constat ex.l.1.& ibi Bart.colun. 1.ff.de pact.cum concordan. quorum meminit Iaso.in.l.1.ff. de iusti.& iur.columna.2.& in dicta.l.de quibus. nume. 3.& congerit Eeli.in procemio. rex pacificus.colu.fin.

557 ¶ SEPTIMA quoqúe ratio parui põderis est † cùm principis Aboliti sanctiones obseruandæ quidem sunt. c. vt inquisitionis.iuncta glos.in verb. tunc. de hæreti.lib.6.legitur & notatur in. c. 2.de conce.præben.ibi, *cum enim in ipsis etiam legibus gentilium inueniatur inhibitum*.cum alijs quorum Feli.memor est in.d.c.trãslato.in princip.& illic recentiores.de cõstitu. & Math. de Affli. in cõsti.Neapol.lib.1.q.1. nu. 2. & quod pulchrè scribit domin⁹ meus Card. de Turre Crema.in.d.c.fi. inaudiutorium 10.distin.nu.2.¶ Et non quidem ex hoc
558 quód à paginis aliquæ leges ciuiles editæ sunt † ius canonicum ad eas reccurri inhibet:sed potiús iure ipso canonico deficiente, illis causas esse dirimendas præcipit.vt in.d.c.1.de no. ope. nuncia. & traditur in alijs iuribus similibus. Præterea & diuus Augusti.ceuset libro
559 de libero arbitrio.capit.9. iustam & rationabilem legem † principes malos conficere posse. cuius meminit domi. Cardi.de Turre Crema.in.d.c.ius quiritum.1.distin.col.2.& plerunqúe Apostolus etiam gentilium dicta inducit.vt constat in epistola ad Corinthi. prout recenset And.de Isern.in procœmio feudorum.col.fi.

¶ OCTAVA ratio etiam inefficax est,quia etsi his regnis Hispaniarũ lex edita fuisset, qua sancitum esset, leges ciuiles alegantes capite esse plectendos iam enim contrario vsu esset derogata: cùm vt diximus, prætorijs regijs quotidiè iudicatur eisdem legibus iuris ciuilis.

¶ NONA ratio facilè refellitur, cùm Galliæ obseruantia his regnis nõ sit applicanda.¶ Præterea vt etiam dictũ est & Galliæ leges iuris ciuilis prout rationes obseruantur.

¶ DECIMA ratio etiã diluitur, quia sanctiones iuris ciuilis maioris sũt roboris ad causas iudicandas,quàm aliæ authoritates,de quibus dicta ratione agitur: cùm saltèm tẽpore quo ipsæ leges iuris ciuilis editæ fuerunt,ab habẽtibus potestatẽ leges cõdẽdi,cõstitutę sunt.vt aduertit And.de Iser.in.d.prælud. feudorũ.co.7.¶ Proindè ipsas leges iuris ciuilis præsumitur ratione muniri.vt dictũ est.¶ Itẽ & sat à nostris regibus cõprobantur,vt illis vt rationibus iudicetur alijs legibus hac lege expræsis nõ extãtibus.vt liquet ex prædictis.

¶ PRETEREA & sententia Decij allegata prædicta decima ratione,non quidem iure obtinet † quia etsi expræs 560
sim ratio naturalis non comprobetur, ea tamen iudicari potest. & ad hoc est tex.expræssus contra Decium (qui loquitur in ratione naturali) in.d.l.scire oportet. §.sufficit.ff.de excusa.tuto.ibi, *cuius fidem sufficit firmare ex ipsa naturali iustitia. Veruntamen et constitutio est imperatorum Seueri et Antonini hoc dicens*. igitur hic tex.solùm rationem naturalem habere sat esse inquit:etsi illo casu etiam imperatorum constitutionem in esse dicat,quam minimè esse necessariá lucidè tex.ille exprimit,cùm sufficere solam reperiri rationem naturalem dixerit. & quidem Decius aduersatur alijs iuribus & doctrinis supra cõgestis nu.528.& sequentibus.& Purpurato palàm in.d.l.1.nume.137.ff.si cert. peta.&

Universidad de Deusto
Biblioteca

contra Deci. instat tex. in. d. §. sed naturalia. insti. de iur. natu. gen. vel ciui. & tex. in. l. 2. ff. de vsufruct. ea. rer. quę vsu cõsu. & illic Bald. cũ similibus † ratio enim naturalis fortior est, quàm principatus, & validior principibus habẽtibus authoritatem legis edendę. vt diximus in procemio nume. 270.

561

562 ¶AN VERO aliæ authoritates † quàm ratio naturalis lege cõprobari necessũ sit, vt eis iudicari possit. videas scribentes in. d. l. illam. & in. d. l. 1. ff. si cert. peta. vbi Deci. nu. 22. & sequen. & illic Ioan. Fran. de Rip. nu. 61. & ibidem Purpu. nu. 137. & sequentib. & nume. 149. & Feli. & recentiores in. d. c. 2. de rescript. Deci. in. c. ne innitaris. de constitu. & in capitul. 1. columna. 2. de offi. delega. cum similibus.

¶VNDECIMA ratio contraria subertitur, cùm vt diximus, leges iuris ciuilis rationabiles esse præsumuntur, etsi earum aliquæ contra rationem sint. Præterea cùm aliquę iuris ciuilis leges rationi aduersantur, si tamen ex aliqua causa editæ sunt, subsistinẽtur: si tamẽ peccatũ non nutriant. vt notatur in. d. §. sed naturalia. & locis similibus supra. nu.

563 338. cõgestis. Præter hęc † etsi legũ ciuilium rationes non constent, nõ ideó irrationabiles esse iudicandũ est: cùm nõ omnium quæ à imperatoribus & iurisc̃ósultis stabilita sunt, ratio reddi potest l. nõ omniũ. ff. de legib. & ideó rationes eorũ quæ legibus constituuntur, iudices inquirere nequàquàm oportet: vt ab eis resilire liceat. vt in. l. & ideó. ff. eo. ti. de legib. & cùm editę sunt secundum eas & nõ de ipsis iudicare licet. c. in istis. 4. distin. cum alijs quorum memores sunt moder. in. d. c. si quando. de rescript.

¶Deniqúe & melius probabiliúsque

564 est † iudices his regnis regijs legibus deficientibus, iuris ciuilis sanctionibus ortis à dictis sapientium & iurisconsultorum philosophorũ qúe iudicare, quánt quód ipsorum iudicum arbitrio causæ decidantur, & in casibus legibus regijs alijs qúe hac lege commemoratis non decisis, ex eorum capite nouas exquirãt rationes, dictis iuris ciuilis sanctionibus prætermissis. vt palàm docet tex. in. d. l. 2. §. mirabile. C. de vete. iur. enucle. ibi, *& propter ipsam inscientiã et voluntatem iudicum, magis quam legitima authoritate lites dirimebantur.* & hęc confirmãtur ex his quæ traduntur in. d. l. non possunt. maximè per Balduni.

¶POSTREMO parum refert sententia Montalui ab eo tradita in. d. l. 4. tit. 5. lib. 1. foro legum. cùm vt diximus, leges iuris ciuilis his vigent regnis, prout rationes, & ex plerisqúe constet, nostram sentẽtiam iure optimo obtinere.

¶EX QVIBVS huic dubio sit finis & satis constat, nostram obtinere sentẽtiam, & legibus regijs & fori regij aut municipalis vsu munitis, non extantibus, iuris ciuilis legibus esse iudicandũ: & etiam iure canonico ipsis legibus regijs deficientibus, controuersias esse dirimendas, eisdem constat rationibus.

¶Sed an priús iure ciuili vel canonico causæ tunc decidantur. infra discutiemus nume. 590. & sequentibus.

¶EX QVIBVS etiam fit, vt & supra numero. 369. & sequentib. abundè diseruimus. in verb. por que fueron sacadas. † non tantùm iuris ciuilis legibus regijs sanctionibus & fori regij aut municipalis vsu munitis, non extantibus, esse pronunciandum: sed & quód eisdem iuris ciuilis legibus ipsæ regiæ sanctiones explicari debẽt: si legibus regijs illa interprætatio minimè repugnet. cùm præter complures rationes quas ad hoc congessimus di. tis verbis por que fueron sacadas, leges ipsæ ciuiles his regnis prout rationes obseruantur

565

tur. Vndè minimè mirum est, si eisdem leges regiæ exponi valeant. ex iurib9 supra citatis. nu. 527. & sequen. nam quidẽ sicut lex alia lege interpręari potest

566 ita & † per punctum rationis lex declaratur. ex notatis in dicta. l. quánuis. ff. de in ius vocan. & speciatim ita tenet Bal.

567 in. c. 1. col. 3. de constitu. quia † ratio nõ fallit, nec fallitur. de ponde. au. l. fi. lib. 10. & Baldi meminit Iaso. in. l. si mater tua. nu. 7. C. de succeso. edict. & alibi sępe. Et legis verba simpliciter prolata

568 † ad ea quæ sunt rationis, restringenda quidẽ sunt. vt ex. d. l. quánuis. idẽ Bald. dicit, in authenti. ingressi. colu. 2. C. de sac. sanct. eccle. & tradunt docto. in. d. §. sufficit. & Abb. in. c. suggestum. co. 1. vbi probatur. & in. c. proposuit. co. 2. de appella. & latissimè Bartho. de Chasse ne. in consuetu. Burgund. in conclusio. char. 382. post Iaso. in. l. nõ dubium. nu. 36. C. de legib.

¶QVE & fulcitur sententia, ex dicta constitutione regis Alfonsi, hac nostra lege comprobata, cùm ipsum ius ciuile eadem sanctione studijs legi concedatur: quarè ipsum ius expendendum etiam videtur, quo ad iura regia interpręanda.

¶RVRSVS hæc munitur sententia, quia lege nunquàm videtur prohibita iuris interprætatio, quæ ex alia lege fit.

569 vt supra. nu. 551. dictum est. prout & quãdó † consuetudo lege abrogatur, de interprætatiua consuetudine minimè ipsa lex intelligẽda est. vt Decio videtur in. c. cùm. M. col. 3. de constitu. post Ancha. ibidem ab eo citatum. & probatur in. d. l. præcipimus. cum similib9. C. de appel. & adde videdum eundem Deci. in consi. 475. in causa quæ Mantuæ. col. fi. nume. 37. Paul. Castren. & alios complures citantem. Quo fit, iure ciuili interpręari posse regium ius: & hanc interprætationem nequàquàm hac lege esse sublatam.

¶QVE & suadentur † quia intantùm legibus anterioribus recentiores sunt explicandæ. l. non est nouum. ff. de legib. quód etiam hoc obtinet, etsi priores leges iuris corpore collocatę abrogatæ sint: itaque & leges derogatæ ad sequentium legum explicationem sunt trahendæ. vt probatur in cap. authoritate. de concesio. preben. lib. 6. & expręsse sic Bart. tenet in. l. fi. col. fi. ff. de fal. & in. l. 1. ff. de coniungen. cum emancip. libe. eius. in fine principij. cuius memi nit Ludoui. Gome. in regul. de triena. possesso. q. 61. col. 5. versic. tertius intellectus.

570

¶CETERVM & hæc suadetur sententia † quo ad leges septipartitarum, præcipuùm vt illæ iure ciuili interpræ tentur. ex text. in. l. 2. titul. 1. parti. 1. ibi, *y destas dos maneras de derecho que de suso diximos, y de los otros grandes saberes sacamos, y ayuntamos todas las leyes deste nuestro libro, segun que las fallamos escriptas en los libros de los sabios antiguos.* quæ lex adnotanda quidẽ est, cùm illa caueatur, non tantùm septipartitarum leges á iuris ciuilis constitutionibus & iurisconsultorum legibus originem duxisse: sed eas ex antiquorum codicibus in septipartitarum libros mandato regio fuisse transłatas. & prout in exemplaribus antiquis repertæ sunt. ¶ Quo fieri videtur, ex dicta qúe lege partitæ constat † septipartitarũ leges iuris ciuilis sanctiones in dubio non corrigere, existimandum esse: etsi aliquas reperiamus leges septipartitarum, ipsius iuris ciuilis sanctiones abrogantes, rarissimas tamen. quarè à nostris dici solet † vt plurimùm dictas septipartitarum constitutiones, minimè deuiare à iuris ciuilis

571

572

573

Universidad de Deusto
Biblioteca

legibus. vt nominatim tenet Roderic. Suar. in præludijs fori regij. chart. 6. pagina. 2. & in relect. l. quoniàm in prioribus. 2. ampliatio. colu. 2. C. de inoffi. testa. & in dicta. l. 1. titul. 4. lib. 3. for. legum. in dicta. 6. limita. 3. pagina. in fine. ad quod nullus dictam. l. 1. tit. 1. parti. 1. satis expræssam considerauit. Ex qua etiam constat, nequáquàm dici posse, ipsas septipartitarum leges iure ciuili minimé posse interprætari: cùm ex eis quidem oriantur: & ad septipartitarum librum (prout in veteribus iacent libris) traductæ sint. quibus & accedat. l. 6. titul. 1. parti. 1. quæ secundum ordinem à Domino Grego. Lup. traditũ exorditur. *tomadas fueron.*

574 ¶RVRSVM & passim nostros iura regia tàm septipartitarum † quàm alia iure ciuili interprætari conspicimus: & regia iura ciuili iuri conciliari. & ita facit Ioã. Lup. in dicta repeti. rub. de dona. int. vir. & vxo. §. 3. numero. 5. & chart. 11. numero. 15. & sæpissimè in ead. relect. & dicto. c. per vestras. & passim Montal. quę & ad hanc rem vide in procœmio legum fori. & idem tenet Roderic. Suar. in dicta. l. 1. titul. 4. lib. 3. fori legum. in dicta. 6. limita. pagina. 3. & in allega. 15. pagina. 3. & Didac. à Segur. in relect. l. 1. §. si vir. ff. de acqui. posse. chart. 14. & 15. chart. fi. columna. versic. sed restat. & domin⁹. Iacob. Septimãcen. in eius libro nuncupato, institutiones catholicæ. de bon. hæreti. capit. 9. numero. 97. & 98. & domi. Didac. Couarru. varia. resolu. lib. 1. capitul. 3. numero. 6. & lib. 2. capitul. 1. apud finem. & eod. lib. capitul. 2. columna. 3. & capitul. 7. columna. penul. & fin. & fusiùs lib. 1. varia. resolu. capitul. 14. numero. 5. vbi ait † regias constitutiones
575 (quas septipartitarum opus complectitur) quotiens earum paciuntur verba, ad ius Pontificium Cesareum quę esse reducendas: ita quód nihil vtriusque iuris sanctionibus aduersum in eis statui existimemus. quam sententiam praxis recepit.

¶PRETEREA & idem domi. Couarru. resolu. lib. 3. c. 16. co. pe. palàm cõfet, legibus septipartitarũ illã interpræ
576 tationem esse constituendã † quæ minus ius antiquum cõmunes vè assertiones lędat. & probatur in. d. c. cùm dilectus. de cõsue. & similibus. quorũ meminit Tiraque. in tract. de vtroque retract. tit. de retract. lignag. §. 9. glo. 2. nu. 55. vi de tamẽ Dida. de Segur. in relect. l. cùm patronus. char. 3. col. 4. & sequen. ff. de leg. 2. & domi. Dida. Coua. dicto lib. 1. resol. c. 8. nu. 6. Quod intelligendũ est, ni
577 si regiarũ legũ verba repugnent, & interprætationem ipsam minimé pacian tur. l. ille aut ille. §. cùm in verbis. ff. de leg. 3 tex. notabilis ad hoc in authen. ex testamento. & illic Alex. C. de collat. cum similibus.

¶ET prædicta omnia non modicè cõ firmantur, quia & si Neapolitanum regnum habeat constitutiones † iure tamẽ ciuili & cõmuni interpretandę sunt & ad ipsum ius ciuile sunt reducendæ, cùm earum paciantur verba: immó illius regni sapientes opinantur, constitutiones dicti regni esse strictè interprætãdas. & ita tenet glos. in dictis constitu. Neapoli. in constitu. pęnam eorum. quæ est. 10. glo. & in verb. ocultatorem. quod etiam tenet And. de Isern. in constitu. regni prosequentes. nu. 10. quam opinionem vtrobiquè amplectitur Math. de Afflict. maximè in. d. cõstitu. pęnã eorũ col. 27. post glo. in constitu. Neapol. probationum incursibus. in glo. fin. & glos. in constitu. exceptiones. sub rub. 22. & idem tenet Mathe. de Afflict. in. §. si quis per triginta. intit. si de feud. fuc. controuer. int. domi. & agna. 6. notabi. nume. 10. quibus adhęret. Tho. Grama. in decisione. 28. magnificus Ioãnes. nume. 29. & sequẽtib. & in decisio.

47. in causa vniuersitatis. num. 6. & pulchrè idem Thom. Grama. in consi. 68. in causa vniuersitatis. colu. 2. quo loco ex hoc dicit, regni constitutionẽ à iure cõmuni deuiantẽ ad ipsum ius cõmune esse reducẽdã, strictè quę esse interprætãdã, & in eo tantùm casu quo loquitur. quę etiã vide in decisio. 63. honorabilis. nu. 15. & in decisio. 101. magnifica. col. 1. & 2. post Math. de Afflict. in dictis cõstitu. Neapol. lib. 1. rub. 4. nu. 7. & 8. chart. 106. & adde Barth. de Chasse. in cõsue. Burgũd. des successiones des bastardes rub. 8. nu. 18. char. 293. & char. 207. rub. 5. nu. 32. & quę in materia scribit Mathe. de Affli. decisio. 166. fuit dubitatũ. co. 2. post And. de Iser. in eius peregrina super cõstitu. Neapol. in cõstitu. iuris gentiũ aggressoris. char. 21. nu. 13. quod cẽsẽt
578 prędictæ glo. & dicti doct. & si † cõstitutiones illi⁹ regni Neapol. à Federico secũdò editę sint, & antequàm deponeretur, & reges Carolus secũdus & Ferdinãdus prim⁹ eas obseruari præcepisset. vt ipse Math. de Afflict. recẽset in lib. 1. diętarum constitu. Neapol. q. 1.

¶ET EX omnibus prædictis quidem autumo, praxis quę etiã reciperevidetur (est quę demẽte prædictorum in dictis locis. & Dida. á Segu. in. d. §. si vir vxori char. pe. & fi. & plerosquè ita arbitrari vidi: & si aliquibus durum ex hac nostra
579 legẽ videatur) quód si regiæ leges † aliquam iuris ciuilis sanctionẽ corrigãt ita strictè interprætandæ sunt, quód ea quæ traduntur de iuribus corrigentibus in authenti. quas actiones. C. de sacr. sanct. eccle. & similibus locis, locum habeant, & cum regulis & limitationibus á Iaso. congestis in. d. authenti. & á recẽtioribus in. l. si constante. in princip. ff.
580 solu. matri. & alibi sæpe. nam & lex siue statutum iuri communi derogans † á iure communi corrẽcto interprætationem recipit. vt probatur in authenti. offeratur. C. de lit. cõtesta. iũcta glo. in verb. fideiussione. qui text. & si ius anterius corrigat, iure tamen anteriori communi explicatur. scilicet ex. l. sciẽdum. in princip. & inibi glos. ff. qui sat. dar. cog. & in statuto idem probatur in. l. 2. C. de noxalib. & nuncupatim ex Bart. in. l. 1. §. lex Falcidia. ff. ad. l. Falcid. & in proposito ita tenet Roma. in. l. si quis priore. ff. ad Trebel. & Ioan. Imol. in. l. si verò. §. de viro. ff. solu. matri. in. 1. mẽbro principali. & Alex. in. l. fi. §. in cõputatione. colu. pe. C. de iur. delibe. & in. l. inter cætera. colu. pe. ff. de libe. & posthu. Iaso. in authenti. nouissima. nume. 24. C. de inoffi. testa. & in. d. l. omnes populi. nume. 161. Barthol. de Chassene. in consue. Burgund. tit. des droitz rub. 4. §. 7. colun 4. num. 4. char. 157. & pulchrè Roderi. Suar. in repeti. d. l. quoniàm in prioribus. chart. mihi. 59. colu. 2. & sequentib. cùm agit de intellectu. l. 9. titul. 5. lib. 3. foro leg. columna. 4. vbi ideó ait † post Montalu. antiquis iuris 581
communis legibus de legitima loquentibus, ipsas leges regias esse explicandas & modificandas: prout in legitima ipsis antiquis iuribus constitutum est: & si leges ipsæ antiquæ ab illis legibus regijs in aliquibus casibus corrigantur. Etsi Didac. à Segur. in hac re in relect. dictę. l. cùm patronus. chart. 3. colu. 4. & sequentib. anceps pertranseat. & Bald. opinetur in. l. maximum vitium. columna. 5. C. de libe. præte. statutu⁹ iuri communi derogans; non esse iure communi interprætandum: sed prout iacet. cui aliqui adhærent, quorum meminit Iaso. in dicta authenti. nouissima. numero. 24. & alij docto. in prædictis locis. & And. Tiraque. in. d. eius tracta. de vtroque retractu. tit. de retractu lignag. §. 1. glo. 10. nume. 76.

¶SED NON est hic silentio prætereundum, quod tenet Calatay. supra in procœmio. huius regni sanctiones

Universidad de Deusto
Biblioteca

ius commune esse quód ideó plerique errant, eas restringentes, prout odiosas, arguentes de statutis ad leges regias. in quo videre licet. Bartho. Cap. in constitu. regni Siciliæ. in constitu. lite legitime. numero. 7. & in constitu. pœnam eorum. numero. 22. Sed quidem prædicta sententia Calatay. ex prædictis non potest obtinere, cùm leges regiæ iuri regio seu ciuili aduersantur: quia tunc strictè intelligendę sunt prout & statuta iuri communi contraria: & iam non arguendo de statutis ad
583 leges: sed quia præter iam dicta generaliter dicendum est † omnia quæ iuri obsistunt, stricti iuris esse. vt in dicta. l. præcipimus. C. de appella. & expræsse probatur in l. in honorarijs. versic. sed cùm rescisa. ff. de act. & obliga. ibi, *quia contra ius ciuile datur.* quem tex. ad hoc citat Bart. in. l. cæsar. colun. 7. versic. secundó quæro. ff. de publica. cum similibus à Tiraquel. citatis in dicto. tracta. de vtroque retractu. titul. de re-
587 tract. lignag. §. 35. glos. 1. numero. 2. & in præfactio. numero. 62. & in legibus communibus corrigentibus abundé scribit Sali. in dicta. l. 2. colun. 4. versic. nec obstat quód statuta. C. de noxalib. at verò cùm leges regiæ iuri non aduersantur, tunc non strictè interprætabuntur. ex. l. de prætio. ff. de publicia. &. l. non possunt. ff. de legib. nec illas stricti
584 iuris esse censeo † & si statuta stricti iuris esse, dici consueuit. vt legitur & notatur in. l. 3. §. hæc verba. & ibi docto. ff. de nego. gest. & in. l. quidquid astringendæ. ff. de verb. oblig. vbi docto. & Bart. in. l. constitutionibus. ff. ad municip. cum alijs quorum meminit Albert. Brun. in tracta. stantib. mascul. articul. 9. in princip. numero. 9. & Tiraquel. in dicto eius tracta. titul. de retractu. lignag. §. 35. glos. 1. nume. 2. quo loco scribit, an statuta sint stricti iuris quo ad alia, quàm quo ad extensionem. & in sequentib. numeris complura in hac materia congerit.

585 ¶VERVM an ex hoc † quód statuta stricti iuris esse dicantur, ideó si iuri communi non aduersantur, extendi possint, nec ne, & quando: & an quo ad extensionem iuri communi æquiparentur: & ea eo exponi modo liceat, quo ius commune. copiosè Bart. scribit in dicta. l. omnes populi. colun. 21. & fusiùs ibi moder. & idem Bart. in dicta. l. cæsar. colu. 7. & 8. & in. l. non dubium. C. de legib. & nouiores etiam in dicto. c. translato. de constitu. Sali. in dicta. l. 2. C. de noxal. Ioan. de Imol. in. d. l. 1. §. lex Falcidia. co. 1. ff ad. l. Falcid. & illic Alex. col. pe. & Alber. Brun. in. d. tracta. stantib. mascul. arti. 9. q. 1. co. 6. & ali
586 bi sæpe. quib? & traditur locis † an de lege ad statutum argui liceat. ad quod & vide tex. in. d. c. 1. de constitu. in. 6. & ibidem Dominic. & Ludo. Gome. nume. 22.

587 ¶CONSTAT igitur, regias leges ad iuris ciuilis sanctiones trahendas † quæ iuris ciuilis leges & his regnis solét ius commune nuncupari. & ita singulis diebus fieri solet. & inquit domi. Didac. Couarru. lib. 2. varia. resolu. capit. 2. colun. 3. ius Cæsareum his regnis passim ius commune appellari. quod præter eum palàm procœmium legum Madri. anno. 1502. his edocet verbis, *por las leyes de las partidas, y de los fueros, y ordenamientos, y pragmaticas, y por derecho comun, y estylo del nuestro consejo.* Verùm & ipse censeo † ius regium pro
588 priùs ius commune nuncupari. ex hac lege in dictis verbis, *y no por otras.* & probatur in capitul. cùm à nobis. de testib. & ibi Abb. & ex his quę tradũtur in. d. cap cùm venissent. de eo qui mit. in posse. cau. rei seruam cum similibus quorum meminit Ioan. Lup. in relect. rub.

rub. de dona. int. vir. & vxo. char. 1. co. 2. vbi inquit, his regnis leges regias ius cõ
589 mune esse † prout Neapoli regno constitutiones ipsius regni in ipso regno ius commune sunt. vt expresse tenet And. de Isern. in. d. cap. 1. de eo qui sib. & hered. cuius meminit Mathe. de Afflict. in constitu. Neapol. lib. 1. quęs. 1. ei assentiens. & in rub. 48. numero. 14. eod. lib. 1. char. 121. & Thom. Gram. in consil. 54. in causa honorabilis. colun. 2. Etsi idem Mathe. de Afflict. eod. lib. 1. rub. 27. in fine dicat, illas Neapoli cõstitutiones non esse in regno ius commune: sed statuta specialia ipsius regni. Et idem Mathe. de Afflict. in eius de ci. in decis. fi. co. 2. arbitretur, prædictas constitutiones regni Neapoli ius regni municipale esse: & non ius vniuersale: & quód ius ciuile ipsius regni sunt illæ constitutiones. vt in. d. l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. Et quód regni constitutiones in regno ius ciuile sint. scribit Corse. in tracta. de potesta. regia. q. 101. co. 2. Quim & Micha. Vlcu. de regimi. mundi. in. 14. vol. tracta. docto. 3. q. 2. partis. numero. 5. dicens, horum regnorum leges inter quas & septipartitarum sanctiones enumerat, horum regnorum ius proprium nuncupandum. §. nam quod quisque. insti. de iu. natu. gen. vel. ciui. & in. d. l. omnes populi. ff. de iusti. & iu.

590 ¶DEINDE & iuxta prædicta, & dicta huius legis verba, *y no por otras.* & in materia illud sobolitur dubium † an non extantibus legibus regijs in nostri Cæsaris prouintijs terris quę, primó iure Canonico, quàm Ciuili causæ profanæ à iudicibus laicis sint dirimendæ.

¶Quod videtur ex text. in authenti. vt iudices sine quoquo suffrag. §. & hæc. colla. 2. vbi glos. in versic. eloquiorum. & in authenti. quomod. oporte. episcop. §. 1. colla. 1. & concordan. il lie in glos. citatis. & ita expræsse tenet Ioã. Lup. in repeti. rub. de dona. int. vir. & vxo. char. 2. colu. 1. & Didac. à Castello hic in verbo. primeramente. & palàm Barthol. de Chassene. in consil. 63. quidam minor. numero. 24. quam sententiam Ioan. Lup. & sequaces suadent ex doctrina Bald. in. d. l. 2. C. quemadmo. testa. ape. vbi ait Bald. in dubio potius ius
591 Canonicum † quàm Ciuile esse obseruandum: quia iuri diuino (cui omnes populi subiiciuntur) ipsum ius canonicum inhæret. at verò ius imperatorum vbique non viget. cuius Baldi sententiæ adhæret Montalu. in. l. 4. verbo. acuerde. titul. 5. lib. 1. for. legum. Quæ sententia instruitur (præter Ioan. Lup. & ei assentientes) ex pragmatica Barchino. edita anno. 1493. qua sancitur, iuri cononico aliquem decem studuisse annis sufficere, vt iudex effici valeat. Vndè fieri videtur, ibidem probari, his regnis iure canonico (prætermisso iure ciuili) posse iudicari in causis profanis, & inter laicos etiam in terris nostri cæsaris.

¶SED QVIDEM his minimè refragantibus, ipse in contraria sum sententia, & contra Ioan. Lup. & sequaces praxis quotidiana est, singulis quę diebus supræmi iudices, alij quę inferiores laici (iure canonico omisso)
592 iuris ciuilis † legibus (regijs sanctionibus deficientibus) ipsas causas profanas dirimunt. Quod iure comprobatur † quia causæ profanę in ter-
593 ris imperij iuris ciuilis legibus (iure quidem canico omisso) lites decidun tur: si iuris ciuilis leges peccatum minimè nutriant. vt probatur in. cap. per venerabilem. qui fil. sint legi. traditur per docto. in. d. cap. 1. de nou. opere nuncia. & in. c. cùm esses. de testa. & ita glo. cẽsetur in regul. possessor. de reg. iur. lib. 6. Bar. etiam in. l. priuilegia. C.

Universidad de Deusto
Biblioteca

de sac.sanct.eccle.sũt alia similia,quorum meminit Feli.in.d.c.ecclesia sanctæ Mariæ.de constitu.num. 43. & illic Deci.col.13.quo loco hæc temperat,& etiam in sequen.col.Quod etiam suadetur † quia statuta oppidorum in terris 594
principis à laicis edita potiús iure ciuili,quàm canonico sunt interprætanda. vt probatur in.c.ex literis.de constitu.& illic palàm Ant.7. notabi. cum alijs ab Albert.Brun.nuncupatim congestis in tracta.stantib.mascul.11.q.1n.5.artic.& moder.in.d.c.ecclesia sanctæ Mariæ.

¶NEC huic sententiæ refragatur tex. cum glo.in.d.authenti.vt iudi.sine quo quo suffrag. §.& hæc.cum glos.& in.d. authẽ.quomod.opor.episcop. §.1. quia eis non cauetur,priús ius canonicum in terris imperij esse obseruandum: sed saeras regulas esse sequendas,& diuinas authoritates in causis allegari posse, quod rem nostram minimé tangit, nec efficit,vt iure ciuili prætermisso,iure canonico possit iudicari.vt liquet ex iam dictis.& quę in proposito docto.scribũt in.d.l.1.ff.si cert.peta.& inibi abũdé recenciores,præcipuum Deci.num.22.& 23.& in.l illam. C.de collat.& in.c.ne innitaris.de constitu.& similibus.

595 ¶NEC nostre obsistit sententiæ † doctrina Baldi in.d.l.2. C. quemadmod. testa.aperi. cùm Bald. loquatur in terris paganorum,in quibus ius ciuile non viget:nec vt ratio obseruatur. Verúm his regnis,ius quidem ciuile deficiente iure regio custodiri notũ est.& ita prædicta doctrina Bal.á casu nostro deuiat.

¶Præterea si ius canonicum iuri inhæreat diuino,non tamen ita quód in causis profanis in terris imperij sit iuri ciuili præponendum.vt constat in.d.c. per uenerabilem.& ex notatis in.d.c.1. de no.ope.nun.cum supra citatis. ¶Proin
596 dé & † principis ore diuinitús leges sũt promulgatæ. vt in. c. nemo de annorũ. 16.q.4.& in.l.fi. C.de long.tempo. præscrip.& in authenti. de instrumen. cau. & fid. §.quia igitur.colla.6.& ibi glo.& alibi sæpe.

¶DENIQVE nec dicta † pragmatica nostræ repugnat sententiæ,cúm etiã 597
in ea constituatur, quód si quis decem añis iuri ciuili studuerit,iudex effici possit. ¶Item & his regnis † pleriqúe iuris 598
canonici studio & præcipuúm adhærẽt & in eo vsqúe ad doctoratus culmẽ gradatim ascendunt:minimé tamẽ ex hoc iuris ciuilis studium amittunt: quaré dicta pragmatica loquitur de eo, qui iuri canonico etiam decennio studuerit.

¶ITAQVE constantér tenendum est,iure regio deficiẽte,his regnis(omisso iure canonico) causas profanas à iudicibus laicis iure ciuili derimendas esse. ¶SED & iuxta prædicta illud sanè scire oportet † quód si ius regium, forus 599
qúe vsu munitus,ius qúe ciuile deficiát temporales & profanæ causæ iure canonico his regnis decidendæ sunt. vt praxis admitit.& traditur in.d.c.1.de nou. ope.nuncia.& illic scriben.& in.d.c.si in adiutorium. 1. distin.vbi Præpos.& in similibus notissimis citatis á Feli. in d.c.ecclesia sanctæ Mariæ.de cõsti.nu. 49.vbi post Anto.in.c.1.de iura.calum. ex tex.ibi,& alijs á Feli. illic allegatis, hoc locum obtinere asserit † &si doc- 600
tores iuris ciuilis aliquam teneant sententiam,iuri canonico obsistentem: & quód tunc in terris imperij deficiẽte lege ciuili,ipsum ius canonicum sequendum sit,refutata sententia contraria legum doctorum. ¶Quod etiam sit terris
ecclesiæ † quibus cúm ius canonicum 601
non extat,causæ iure ciuili deciduntur vt in eodem.c.1.de nõ.ope.nuncia.& habetur in. d. c. si in adiutorium. & illic Præpos.& in.c.quis autem.10.distin.& alijs plerisqúe iuribus quæ nouissimi referunt in.d.c.ecclesia sanctę Mariæ.& in.d.l.1. C.de sum.trini.cum concordan.passim traditis.

¶SED

¶SED obitér iuxta prædicta, & materiam nostræ legis,illud cunctari necessum etiam est, vt integré & plené cognoscamus, quibus iuribus iudices iudi-
602 caturi sint. Nunquid iure canonico deficiente † iudices ecclesiastici, & illi qui primó canonico iure iudicare tenẽtur, potiús iure regio,quám ciuili controuersias dirimere sint obnoxij. Quod
603 videtur † vt in proprijs terminis tenet Didac.de Villadiego (vir sciẽtia & subtilitate pollens)in relect.c.constitutus. de in integ.resti.char.7.col.2.cui assentit Ioan.Lup.in repeti.d. rub. de donat.inter.vir.& vxo.char.2.col.1.allegans ad hoc tex.in.c.ad nostram. de probat. & placet Cifuent.infra in.l. 3. harum le-
604 gum.nu.3.& vide Ioan.Lup.in.d.eius relect.§.24.nu.1. ¶Sed præter eos † reperio nuncupatim Præpos.contrarium palàm tenentem.in.c.consuetudo.1.distin.col.3.quo loco lucidé dicit,Hispaniæ iudicem ecclesiasticum(iure canonico non extante)priús imperialibus legib9,quàm iure regio cõtrouersias dirimere teneri.quod etiam admittit Barthol.Cap.in singulari.80.canonista.
605 ¶VERVM ipse censeo † prædictam sententiam nostrorum probabiliorem esse:&si tex.in.d.c.ad nostram.citatus á Ioan.Lup.minimé eam suadere videatur:quia ille tex.non loquitur, cúm ius canonicum deficit.Immó in casu illius tex.ius canonicum inerat contrarium legi regiæ.vt constat ibidem in verbis, *volentes igitur,vt hæc pestis contraria omni iuri penitus extirpetur.* ¶Nec officit di
606 cere † saltẽm à contrario sensu illic colligi,quód si lex illa iniqua non esset iuri qúe canonico non aduersaretur,cui stodienda quidem esset.Quia respondẽdum est,vt per Abb. ibidem in secundo notabili.& Deci. primo notabi.& docto.in.d.c.ecclesia sanctæ Marię.de constitu.& in.c.quod clericis.de for.cõpeten.Item nec illic percipitur à contrario sensu,stantibus iuribus ciuilibus potiús lege regia (deficiente canone) quàm iuris ciuilis sanctionibus esse iudicandum.præsertim cúm argumentũ á cõtrario sensu minimé obtineat,si legi aduersatur.vt supra.nu.103.deduxim9 & sufficit legi ciuili aduersari deficiente canone,etiam in terris ecclesiæ.vt in d.c.1.de nou.ope.& in.d. c. si in adiutorium. & ex vtrobiqúe traditis palàm cõstat.

¶CETERVM pro sententia † Didac.de Villadiego & Ioan. Lup.nostra qúe præter eos videtur tex.in.c.cúm de uitiosimam. iuncta glos. 12. quæst. 2. ibi, *dum eę seculi leges hæc eadem ita se habere voluerint*.cum.c.sequen.quibus in locis Grego. omissis legibus ciuilibus, argumentatur de legibus regijs: & illis eius fouet sanctionem:illę enim seculi leges quas ibi Gregorius recenset, á Lõgobardis editæ sunt. vt inibi ait glo. † 608
qui reges fuerunt.vt testantur Odofre. & Bald.in authenti.dos data. C.de dona.ante nup.col.2.& Feli.plura congerens in.c.ex parte.in.1.de rescript. nu. 44.Curti.iuni.in tracta. feudo.1. parte. q.5.& alibi sæpe traditur.

¶DEINDE & pro predicta † sentẽ 609
tia(& etiam præter alios) cõsidero tex. iuncta glo. in.c.in legibus. ead. 12. cau. q.2.in quo etiam liquet, Eusebium papam in Longobardo.lege & Gotica Salica qúe(Romana lege prætermissa)suã suadere sententiã.ad quod & facit tex. in.d.c.super specula.de priuileg. & in c.dilecti.de arbit.

¶PROINDE &si in.d.cap.1.de no. ope.nun.& in.d.c.quis autem.10.distin. & in.c.ex antiquis.54.distin. & alijs notissimis iuribus caueatur,iure canonico deficiente, principum constitutionib9 seu legibus esse iudicandum: tamen & his verbis comprehenduntur leges regum.

¶EX QVIBVS constat, diuersé in

Universidad de Deusto
Biblioteca

610 hac re fieri inter ecclesiasticos iudices & seculares † cùm in terris imperij seculares iudices iure regio deficiente, causas profanas (iure canonico omisso) iure ciuili dirimere sunt obnoxij: at verò iudices ecclesiastici (canonico iure non extante) prius regio quàm ciuili iudicare tenentur.

¶DENIQVE an iure regio Cesareo quę seu canonico deficiente, sanctorũ dictis causæ sint derimendæ. vide nota ta in.c.ne innitaris.de constitu. &illic Feli.nu.3.& sequentib. Deci.& alios recẽtiores & eundem Feli.in.c.2. nu. 44. de rescript.& in. c. qualiter & quando nu. 4.&. 5.de accusa. Ioan.Frãc.de Rip. in.d.l.1.ff.si cert.peta.nu.69.& ibidem Deci.nu.22.& Purpura.nu.47.& plerisque sequentib.post laso.in. §.quędam. institu.de actionib.colun.11. & in similibus.

¶QVIBVS omnibus huius legis dicta verba, *y no por otras*. satis ornata fuere: &si me immodicum fuisse fatear.

VNA LEY Y ORDENANça que habla de las opiniones de Bartulo, y Baldo, y Ioan Andres, y el
611 Abbad. ex qua lege fat constat † quanta horum doctorum sit authoritas: quorum laudes passim docto. enarrant. & præcipuum Ioan.de Neuiza. eius filua nuptial. complura congerens. char. 20. & sequentib.& de laudibus Ioan And. videndus est Ioan.Franc.de Rip.in repeti.c.inter cæteras. nu.5. & sequẽtib. de rescript.& alibi sæpe. Et Ioan.And. anno salutis.1348.obit, & ingenti peste tunc vigente infectus. vt refert beatus Anto. Archiep. Florenti. 3. parte suę historiæ tit. 21. §. 3. c. 8. colun. ii. & Cattel. Cotta. recenset in eius libro nuncupato, memoralia ex varijs doctorũ lectionibus. in verb. iuris ciuilis scięti am. col. 12.& inibi. col. 3. inquit, Bar. anno. 1355. ætatis suæ anno. 46. decessisse. Et col. 14. refert. Bald. anno. 1400. 4. Calẽd. Maij á seculo recessisse. & Papiæ in diui Francisci basilica sepultum. Et Angel. eodem anno Florentiæ obisse. Et colu. 16. idem doctor asserit. Abb. Senis anno. 1430. floruisse.

612 ¶ET DICTE legis hic correctæ † meminit Ioan. Baptist. de sancto Seueri. in eius tracta. de modo studẽdi. char. 4. col. pe. & moder. in. l. quidam cùm filium. §. 1. ff. de verb. obliga. Ludoui. de Gozad. in consi. 39. prima facie. nu. 15. Thom. Grama. decisio. 63. honorabilis. nu. 15. quibus in locis prædicti docto. recensent, Hispaniæ esse legem, qua Bartuli opinio alijs omnibus pręponitur.

¶HODIE tamen hac lege dicta sanctio iam corrigitur, qua Bart. Bal. Ioan. And. & Abb. sententiæ authoritate necessaria pollebant. & ex hac lege. &. 34 habes † horum doctorum sentẽtijs hodiè iudicare non esse necessum.

614 ¶QVIBVS continuó dubium occurrit † an etiã hodiè stãte hac lege Bart. Bald. Ioan. And. & Abb. opiniones prętorijs regijs alijs quę horum regnorum allegari possint, & eorum sententijs accedere liceat. Et videtur quòd non, ex quo hæc lex eorum authoritati derogare censetur. Et quia vt indicant huius legis verba, non tantùm prædicta abrogatur sanctio: sed statim hęc subiiciuntur verba, *y mandamos que de aqui adelante no se vse della, ni se guarde ni cũpla: porque nuestra intencion y voluntad es, que cerca de la dicha ordenaciõ, y determinacion de los pleytos y causas solamente se haga y guarde lo contenido en la dicha ley del dicho señor rey don Alfonso y en esta nuestra.* quibus verbis radicitùs videntur sublatæ sententiæ Bart. & prædictorum doctorum.

¶SED ipse contrarium censeo, & deficiente alio iure Bartuli Bald. Ioan. And. & Abb. sentias iuris argumentis vel rationibus conuestitas, etiam hodiè posse

posse allegari: & cùm rationi vel iuri obseruando minimè aduersantur. & hoc praxis recepit. & placet hic Didac. á Castel. Et ratione fulcitur, quia hæc lex prædictam antiquiorem corrigit sanctionem, quia nociua: & nequàquàm cõueniens erat eius dispositio. vt huius legis verba edocent, ibi, *a traydo mayor daño y inconueniente.* cuius damnum &si hæc lex non exprimat, notissimũ erat
615 † cùm omnes opiniones dictorum quatuor doctorum iuri rationi quę minimè inhærebant. quam ob rem Bartuli Bal. Ioan. And. & Abb. complures sententię iure optimo ab alijs damnantur, & rationibus solidis, à quibus nulla causa deuiãdũ erat, propter dictorũ doctorũ authoritatẽ scientiá quę eminentem. vt inquit tex. ad notandus & si notissimus in. d. l. 1. §. sed nec. C. de vete. iur. enucle. ibi, *cum posset vnus forsitam & deterioris sententia, & multos & maiores in alia parte superare.* cuius passim docto res sũt memores. & hic ad hãc rẽ Calat. plura cõmemorat in nostri legis fauorẽ. & quæ supra in procœmio scripsimus nu. 228. Sed hæc ratio & similes minimè obtinent, cùm sententiæ dictorum quatuor doctorum iure aut ratione optima roborantur, & contrariæ non muniuntur melioribus rationibus.

¶RVRSVS hæc constat sententia, cùm Bartuli Bald. Ioan. And. & Abb. sententiæ hac non improbãtur lege: & si illa eorum authoritatem necessariam non esse constituatur. quod diuersum est, & sic ad hunc casum hęc sanctio minimè est trahænda. l. Papinianus exuli. ff. de minoribus. l. sancimus. C. de testa. ita quę hæc lex prędicto modo est intelligenda: & quòd prædictã sanctionem tantùm corrigat hęc lex, in quãtum in ea stabilitum erat, necessariè iure deficiente dictorum doctorum opinionibus esse iudicandum: & eorum authoritates non probabiles sed necessarias esse. at verò eorum sententias iuri aut rationi concordes sanctio nostra minimè euelit.

¶EX QVIBVS dicta huius legis verba, *y mandamos que de aqui adelante no se vse della.* & sequentia, huic non repugnant sententiæ † cùm vt diximus, intel 616
ligenda sunt, nisi leges regię defecerint casus quę contingens eis dirimi non valeat: quia tunc ciuilibus legibus prædictorum quę doctorum & aliorum veris sententijs decidendus est. quod si dictis verbis Bartuli Bald. Ioan. And. Abb. opiniones iure munitæ reicerentur, & iuris ciuilis sanctiones (contra ea quę supra nume. 509. & plerisquę sequentibus dicta sunt) aliorũ quę & doctorum sententiæ prædictis verbis etiam diuerentur: complures acciderent casus, qui legibus regijs diiudicari non possent: sed super eis princeps consulendus esset, iuris ciuilis & doctorum sententijs prętermissis: quod quidem absurdum esset, á ratione quę satis alienum. quia cùm legibus omnia determinari non queant. vt hac lege cautum videmus, & alijs notissimis, necessum quidem est, doctores consulere: quare Alciat. in. l. fin. ff. de verb. signi. adeò existimat, Bartuli & doctorũ sentẽtias esse necessarias, quòd & audacter censet, sine Bartulo alijs quę quibusdam interprætibus ius nostrum minimè consistere. & hoc est vt ei videtur, quod iurisconsulte inquit in. l. 2. §. post originẽ. ff. de origi. iur. ius consistere minimè posse, nisi aliquis sit iurisperitus, perquem possit quotidiè in melius produci. ad quod videas etiam Plato. 6. de legibus.

¶EX QVIBVS sit consequens, & 617
hęc lex palàm constituit † hodiè non tantùm Bartuli Bald. Ioan. And. Abb. sententias posse allegari: sed & cæterorum doctorum & si recentiorum opiniones, & deficiente iure expresso illis iudicare licere, si legum optimis argumentis

Universidad de Deusto
Biblioteca

gumentis seu aliquibus adiuuentur rationibus: nã & si iuniores, non tamẽ ideó respui debent: cúm & ideõ perspicatiores reputẽtur. vt ait Priscianus. cuius meminit glo. in d. l. gallus. in princip. ff. de libe. & posthu. cum similibus quæ Ioan. de Neuiza. recenset in. d. eius silua nuptiali. char. 19. col. 2. in fine. cum sequentib. quo loco ad hanc rem complura cõgerit.

¶ DENIQVE & hæc firmatur sentẽtia ex glo. in. c. statutum. verb. numerandum. de præbend. in. 6. cuius meminit Iaso. in. d. authenti. quas actiones. C. de sac. sanct. eccle. nu. 24. & alibi sæpe. nã magis reducitur ad ius primeuum, si cui iuscunque doctoris sentẽtiam iure seu ratione melius munitam amplectamur ex. d. l. 1. §. sed nec. C. de uete. iur. enucle. cum similibus.

618 ¶ SVBINDE & ex eodẽ fonte fluit † hac nostra lege abrogatam etiam esse. l. 6. tit. 4. ordina. lib. 1. qua cauetur, nemini licere aliquem doctorem allegare post Bart. & Ioan. And. euenientem & ita expræsse tenet hic Ludoui. á Tauro. & legem illam hac lege esse derogatam. quod etiam hic placet Didaco á Castel. in verb. en la dicha ley. & ita quidem p raxis recepit. & probatur ex his quæ hic recensẽt Dida. Castel. & quia huius legis ratio expressa ex damno euenienti munita, etiam obtinet quo ad. d. l. 6. tit. 4. lib. 1 ordina igitur consequens est, hanc legem correctoriam ad. d. l. 6. esse extendendam. vt probatur in. l. his solis. C. de reuo. donat. ibi, *satis etiam cautum putamus*. & tenent Bald. & docto. in. d. authenti. quas actiones. cum concordan. ibidem á Iaso. citatis nu. 22. & moder. in. d. l. si cõstante. in princip. ff. solu. matri.

¶ SAT qúe etiam ex eodem pacto deducitur, & hac lege optimam doctorum opinionem esse sequendam: & ideó cõmunem esse præponẽdam. vt ex hac lege colligit Ludoui. á Tauro. & probatur in. c. nouimus. de verb. signi. & in. l. 1. ff. de offi. quæsto. & alijs iuribus quæ recensuimus in procemio. nume. 198. quod plerisque temperat modis abundè Ioã. de Neuiza. in. d. eius silua nuptiali. char. 19. & sequentib. & passim recentiores.

YLO QVE HEZIMOS por estoruar la prolixidad y mucha dumbre de las opiniones de los doctores, a traydo mayor daño y inconuenié 619
te. adnotandum est ex his verbis &. 35. quód & si † opinionum multitudo damnosa sit (iuxta ea quæ congessimus in procemio nu. 87. & nume. 193. & sequen. & opinionum conflictus euitandus sit. vt in eodem procemio abundè dictum est. nu. 163. & sequen.) quód tamen melius est, opinionum conflictum non remouere, quám sententijs aliquorum doctorum omninó esse assenciendum.

¶ CETERVM & ex dictis verbis huius legis, palám etiam colligitur, multiplices opiniones oriri ex plurimis doctoribus: nam homines faciles sunt ad dissenciendum. l. item si vnus. §. principaliter. ff. de arbit. cum multis alijs quæ in procemio recensuimus. nu. 219. quę videre fas est.

¶ EX QVIBVS & videtur † authorum librorum qúe copiam rei publicæ 620
non expedire: cúm ex eis opiniones contrariæ generentur: & dubia occurrentia obnubilentur: eorum qúe vera decisio supprimatur. Quinimmó & plerique iudices ex tot librorum multitudine perturbantur: & controuersias iure dirimere minimé sciunt. & Socrat. & Plato recensent † præceptum fuisse, 621
ne iudices & medici in ciuitate multiplicarentur. & Strabo. lib. 2. inquit, legum pluralitatem viuendi ritum depraua re.

¶ SED his non obstantibus † nihilominús ipse censeo, saltém iure pe 62
iurium

iurium qúe non ignaris complures libros habere, congruum vtile qúe esse: cúm illis melius veritas adinueniatur & scrutetur: & nuncupatim dubia optimis iuribus rationibus qúe plerunqúe determinata comperiuntur. Etsi quandoque (raró tamen) ipsa dubia nõ rectè nec veris iuribus solidis qúe rationibus decisa reperiamus, á quibus sapientes iudices facilè præcauebunt. per libros
623 † enim sapientior quis efficitur. l. petit. ad exhiben. glo. in. l. 1. C. de senten. quæ pro eo quod inter est profe. & illic Pet. Rebuf. char. 114. in glo. in verb. dãnum. nu. 2.

624 ¶ VERVM scholaribus † authores seu libros plures habere, decens nequá quám est, nec aptum: sed quidem ipsa librorum multitudo eos distrahit. teste Seneca ad Lucillú. & sat cõstat. C. de nouo. C. faciẽ. in princip. & duob⁹ titulis sequen. ¶ Et hæc omnia palám Cardi. amplectitur in clem. 1. vbi probatur. de magistris. in. 17. notabi. vbi tractat, an expediat plures libros habere. post Oldra. in consi. 84. an expediat habere. colun. 2. & Alberi. in. d. l. 2. col. pe. C. de vete. iur. enucle. & traditur in. d. tracta. de modo studendi. char. 8. col. 2. & in tract. de potesta. secul. & eccle. (tractatuum. 14. volum. reperto.) c. 137. char. 218. colu. 1. Et ideó Hieroni. in epistol. 40. inquit, *Vtinam omniũ tractatorum haberem volumina: vt tarditatem ingenij eruditionis diligentia compensarem.* Vnde versus, *haurit aquam cribo, qui discere vult sine libro.* Et ideó Policratus. lib. 11. c. 1. dixit, quód librorum multitudine, aliquid ad scientiam aspiranti esse vtilius facilè nõ credit, & quód absque authorum lectione minimè censet, hominem scientem effici. & his adde rex. notabil. in. d. l. 2. §. mirabile. C. de vete. iur. enucle. ibi, *mirabile autem aliquid ex his libris emersit, quod multitudo antiqua præsente breuitate paucior inuenitur*, *homines etenim qui antea lite agebant, licet multæ leges positæ fuerant, tamen ex paucis lites proferebant vel propter inopiam librorum, quos comparare eis impossibile erat, vel propter ipsam inscientiam, & voluntate iudicum magis, quam legitima authoritate lites diremebantur.* ¶ Et denique Oldrad. in dicto consi. 84. ad finem. recensẽt † Hispanos cõ 625
sueuisse complures habere libros. Etsi quidem complures viderim iudices ad uocatos qúe vtilioribus libris carentes: qunimmó & iudicẽ regio prætorio extantem, Innocentium non habentem.

A TRAIDO MAYOR daño y incõueniente. nota &. 35. † 626
indecens & quidem graue damnum esse, aliquorum doctorum etiam illustriũ sententijs necesse adhærere: sed veritatem iuribus & rationibus perquirere: & illis opinionibus adstipulari, quæ optimis iuribus & rationibus muniuntur. vt in. d. l. 1. §. sed nec. C. de vete. iur. enucle. cum alijs. quare non iustum statutũ illud esse censeo, quo cauetur † opinio 627
nem glosæ omnibus alijs esse præponẽdam. cuius statuti memor est Fulgo. in consi. 102. præsuppositio. colu. pe. & alibi sæpe traditur.

¶ EX quibus sat illi conuincuntur † 628
qui cúm Barr. seu alterius eminentis doctoris vident sententiam, illam vt textum aliter veritate non excogitata sequuntur. quod refellit. d. §. sed nec. & tex. in capit. ego sólis. 9. distin. ibi, *alios autem ita lego, vt quantalibet sanctitate, quanta ve doctrina polleant: non ideo verũ putem, quod ipsi ita senserint, sed quia mihi per alios authores vel canonicas vel probabiles rationes, quod a vero non abhorret persuadere potuerunt.* sunt quæ alia similia quæ Iaso. commemorat in. d. l. illam C. de collat. nume. 6. 7. & 8. quo loco & citat Bald. in. l. res publica. C. ex quibus cau. maio. post Iacob. de Aren. dicẽtem † nec glosæ nequáquám credendum 626

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum esse: nisi lege aliqua eius dictū roboretur. adde optimum tex. in. l. Emilio ff. de minorib.

¶EX HIS & non absre Curti. iuni. in. l. cùm quidam. nume. 16. C. de impube. & al. substi. & in consi. 56. col. fi. per
630 grauitér eos coarguit † qui magis doctoribus & decisionibus interminis, quàm veris & solidis rationibus, aut legū fundamentis adhærent. quod quidem lex nostra satis confirmat.

631 ¶NAM doctoris † authoritas nō est necessaria & si probabilis sit. vt etiá palám hęc docet lex. & legitur & notatur in. d. l. i. C. de profesſo. & medi. vbi docto. & in. d. l. i. C. de legib. & in. d. l. si de interpretatione. ff. eod. tit. & alijs pleriſqúe quorum recentiores memores sunt in. d. l. i. ff. si cert. peta. præcipuúm Iaſo. nume. 28. & docto. moder. in. d. c. ex parte. in. i. de reſcrip. & in. d. l. illam C. de collatio. & alibi sæpe. ¶Quo fit,
632 nec gloſæ nec Innocentij † immō nec Rotæ authoritatem esse necessariam. vt tradunt docto. in dictis locis. & copioſe Iaon. Franc. de Rip. in. d. l. i. ff. si cert. peta. nu. 77. & locis ibidē allegatis. & Ioā. de Neuiza. in. d. ſilua nuptia. char. 19. colu. 3. & sequen.

¶QVE omnia intantúm locum habent, & doctorum sententiam minimé esse necessariam, ſed probabilē, quód
633 & obtinēt † & ſi ab ipſis doctoribus eorum sententiæ ratione aliqua foueātur vt palàm tenet Bart. in. d. l. i. colun. 6. & ibidem moder. ff. si cert. pet. ¶Vndé
634 ſequitur, huic legi locū esse † & ſi Bar. Bald. ſeu Ioan. And. & Abb. ſuas sentētias aliquibus ſuadeant rationibus. & ex huius legis verbis generalitér loquētibus perſpicuè colligitur. Etſi Ioan. Franc. de Rip. in. d. l. i. nume. 77. & ſequentib. dubius huius reiſit: & hac præcipuúm, ratio ne quia ratio altera lex est vt in. d. l. cùm ratio. ff. de bo. dāna. & quia ratio ipſa iuſtitia est. vt in. d. l. ſcire oportet. §. ſufficit. ff. de excuſa. tuto. Sed ipſe quidem non recedo á sententia Bart. & ſequatiū. ex iam dictis. Nec iura á Ioan. Franc. de Rip. in contrariū allegata aliquid refragantur: cùm de ratione naturali loquantur, quæ ſi conſti
635 terit † doctorum authoritate nequáquàm egemus. vt probatur in. d. §. ſufficit. & in ſimilibus. & conſtat ex his quæ ſupra recenſuimus. nume. 528. & ſequētib. Nec doctrina Bar. intelligitur, cùm doctorum sententiæ ratione naturali
636 fouentur: ſed colorata perſuaſiua quę, non autem ſolida, cui alia & potior obſiſtit † quæ ideō prævalet. vt in. c. cùm nō sit. de decim. vbi Abb. 3. notab. cum concordan. & ita Bartulum priùs palám Ioan. Franc. de Rip. in. d. l. i. in. d. num. 77. incolumem reddit: & ſi ab hoc vltimo lucidè recedat, quia ſi ratio non concludat, non videtur ratio. l. non dubium. C. de legib. Sed dici poteſt, quód & ſi non sit ratio ſolida & neceſſaria, ſaltem poteſt esse corolata & probabilis.

637 ¶CETERVM ex hac lege, ex eadē qúe officina conſequitur † quód ſi occurrens caſus valdè dubius fuerit, legē nec rationem vrgentem habens, probabilius tunc esse, principem conſulere, quàm Bartuli & aliorum doctorū, abſqúe lege vel ratione nūcupatim loquētium authoritati accedere. & probatur ex tex. & ibidem notatis á Cardi. in. d. c. ego ſolis. 9. diſtin. cum ſimilibus.

¶VERVM & ex dictis verbis huius legis, præcipuúm ibi, *a traydo mayor daño y inconueniente*. & verbis præcedentibus adnotandum etiam eſt, &. 36. legem
638 ad euitandum damnū editam † abrogandam esse, ſi poſt eius conſtitutionē damnoſior apparet. & habetur in. c. nō debet. de conſangui. & affini. & in authenti. de nupt. §. i. colla. 4. &. C. de emenda. C. §. ſupra dictis. & in. d. l. 2. §. i. C. de vete. iur. enucle. cum alijs. facit quod habetur in. c. ſuggeſtum. de decim.

cim. cum multis ſimilibus. Quod vtinā illico fieret, cùm damnum & præiuditium imminet: nam pleruncque complures leges & pragmaticæ ad rei publicę vtilitatem fiunt, quarum incommodū deindè conſtat: & nequáquàm abrogantur.

¶PRETEREA & ex noſtra cōſtat lege,
639 & 37. quód quando qúe lex cùm editur † iuſta & rationabilis est, & ſequenti tempore damnoſa efficitur. vt hęc indicat ſanctio, & prædicta iura. & habetur in clemē. i. de immu. eccle. & in authē. quib. mod natura. effi. legiti. in princip. colla. 5. cum alijs pleriſqúe notiſsimis. & ob id quod aliquo tempore vt iuſtum recipitur, alio inquam tempore vt iniuſtum depellitur, & ob eam rē leges paſſim mutantur: quia legiferi medico aſsimilantur, quia tempore est quidem obſeruaturus. vt nūcupatim in hac ſpetie notat Bald. cuius meminit Iaſo. in. l. iuſtitia. col. ſi. ff. de iuſti. & iur. quibus addendus est tex. in. d. c. non debet. de cōſang. & affini.

¶ITEM & hac confluit lege, &. 38. ex
640 noua † cauſa á lege, qualibet qúe diſpoſitione esse recedēdū. l. in cōfirmando. &. l. vtilitatē. ff. de confir. tuto. vel cura. &. l. quæro. §. inter locatorē. ff. loca. cū alijs quorum Deci. meminit in conſil. 337. viſo conſilio. col. 2. &. 3.

641 ¶EX prædictis & ſit † ex noua cauſa opinionē mutare licere. vt probatur in. l. nō vnquàm. ff. de colla. bono. vbi glo. &
642 in. l. diui fratres. ff. de iurepatro & aliſ pleriſqúe. Vnde ſequitur † doctori cōſulenti cōſiliū eius in melius mutare licere. quod probatur in. l. ſi. §. ſed cùm in ſecūdā. ad ſīnē. C. de furt. & ibi. docto. cū ſimilib⁹ quorū Deci. memor est. in regul. nemo poteſt mutare. ff. de reg. iur. co. i. & in. l. edita. C. de edēd. co. i. & in. l. nō omne. ff. de regu. iur. & copioſe Vlpian⁹ de Rānis. in. §. his igitur. co. antepe. inſtitu. de iuſti. & iur. & Ludo. Gome. in regu. cancella. de triena. poſſe. q. 53. pagi. 5. ¶Quibus adde Angel. in. l. Labeo. in fine. ff. de ſerui. ruſti. prędio. quo
643 cenſet loco † doctorem excuſari, qui quo dā tēpore vnū decidit, alio qúe tēpore aliud. ex. d. l. Emelius. etſi inibi cōiultē aduertat, vt ab hoc tāquàm ab igne caueat. quod quidē mihi videtur: quia palám regiæ cancellariæ cōſtitutionibus videtur inhibitū: & præcipuúm huſce tēporibus ab hoc præcauendum erit cùm illis adhocati quidem odio habentur: qua ex cauſa, cùm ipſe in qua dam & ſatis ardua cōſuluiſſem cauſa, & cōtra quendā ſtrenuū militem, & deindè aduerſarius eius patrocinū á me ſæpiùs efflagitaret, iuſtè quidē recuſaui: & i hoc
644 iure minimè esſet prohibitū † quia aduocatus cōtra aliquē de iure reſpōdens rectè poſsit aduerſariū patrocinio foue re. vt probatur in. c. diſciplina. 45. diſtin. & nuncupatim ita Rayne. arbitratur in. l. ſi. ff. de poſtulā. ita intelligens glo. ibi. cui aſſentit Alb. illic. & etiā elarè Ang. & docto. in. l. Labeo. ff. de arbit. & alibi sæpe traditur. Demū tamē in dicta cauſa dominorū auditorū præcepto, ſub pœnis cōpulſus aduocatus fui aduerſarij prędicti militis: & in cauſa obtinui etſi priùs cōtra meū cōſiliū fuerit iudicatū. quod adnotādū est ad intellect i. l. 8. tit. 19. ordi. lib. 2. &. l. antepe. conſtitutionum aduocatorum.

¶EX iam dictis & ex hac lege etiā col
645 ligitur † ex vario facto á partibus enarrato, doctori ſalua cōſciētia licere, præſtare cōtraria cōſilia: & pro vtraque parte conſulere. vt in terminis tenet Bald. in cōſ. 12. quidā nomine Angelutius. co. i. lib. 2. cuius Deci. meminit in. l. præcibus. co. 2. C. de impub. & al. ſubſtitu. & ibidē recenſet, ita Socinū feciſſe in cauſa magni pōderis: etſi vt idē Deci. & rectè exiſtimat, hoc facere nō oporteat, cùm ex hoc oriatur maxima ſuſpitio auaritię & nō omne quod licet, fieri debet. vt in

l. non

Universidad de Deusto
Biblioteca

l.non omne.ff.de legib.cum alijs.

¶EX his hęc noſtra finitur relectio,ad laudē Dei,& eius matris dominæ meæ, totius qúe curiæ cælestis.cui finis impoſitus eſt,in qua peruigilē habuiſſe labore,res ipſa indicat,cōſtat qúe huius legis & alijs cōmētarijs occupato; aſsiduis qúe negotijs detētus,paulisper cōquieuiſſe,minimé qúe mihi cōſiliū illud Catonis notum percipiſſe,*interpone tuis interdū gaudia curis*.vulgatis traditū locis & in.ff. procemio. §.ne autem. & inibi glo.&.2.part.tit.15.l.20. & traditur alijs pleriſqúe in locis quorū cōminiſcitur Guiller.Bened.in relect.c. Rainūtius. in verb.dotē quā ei dederat.nu.63.& ſequentib.frequens enim meditatio carnis afflictio eſt.vt habetur Eccleſiaſtes. c.12. † ex quo nimio ſtudio egritudines inſurgere,manifeſtū eſt.vt cōſtat ex traditis in clem.exiui. §.licet.de verb.ſig niſi.& pulchrē ſcribit Pet. Rebuf.in relect.l.1. C.de ſenten.quæ pro eo quod intereſt profe.char.114.in glo.in verb. dānū.ex quo Socrates(vt Seneca recenſet)cumpueris ludere minimè erubeſcebat:& Cato animū curijs publicis deſeſum laxabat.quam ob rem philoſophi Ethicorū lib.ad Nichomachū.4.prodit requiē iocumqúe in vita neceſſaria eſſe. qui & eod. lib.iocari(in quit) vt ſtudeas rectē ſeſe habet.qui & ibidē ait,& quód cúm cōtinuē homines laborare nequeant,requie quidē indigēt. & belliſsimē audias hæc verba legis partitæ.l.15. ti.5. par.2.*ca biē aſsi,como el q̄ toma gran trabajo en el tiempo que deue holgar,no ſe puede excuſar,que no venga por ello en enfermedad,o a muerte*.& ob id congruum eſt,vt ſuis tēporibus vtamur ocio moderato.

646

SEQVITVR.
lex.2.cuius ſunt verba.

OT que nueſtra intencion y voluntad es,q̄ los letrados en eſtos nueſtros reynos ſean principalmēte inſtructos,y informados de las dichas leyes de nueſtros reynos:pues por ellas y no por otras han de juzgar. E a nos es echa relacion,que algunos letrados noſtruē,y otros nos vienē a ſeruir en algunos cargos de juſticia ſin auer paſſado,ni eſtudiado las dichas leyes,y ordenamiētos,y pragmaticas y partidas: de lo qual reſulta que en la deciſion de los pleytos y cauſas,algunas vezes no ſe guardan,ni platican las dichas leyes,como ſe deuen guardar y platicar: lo qual es contra nueſtro ſeruicio: por que nueſtra intencion y voluntad es,demandar recoger y enmendar los dichos ordenamientos,para que ſe ayan de imprimir,

mir,E cada vno ſe pueda aprouechar dellos: porende por la preſente ordenamos.E mandamos,que dentro de vn año primero ſiguiēte,y dende en adelante,contando deſde la data deſtas nueſtras leyes, todos los letrados que oy ſon,o fueren,aſsi de nueſtro conſejo,E oydores delas nueſtras audiēcias,E alcaldes dela nueſtra caſa,E corte y chācillerias o tienen o touieren cargos no puedan vſar delos dichos cargos de juſticia,ni tenellos,ſinque primeramente hayan paſſado ordinariamente las dichas leyes de ordenamientos, E prematicas,E fuero real.

SVMMARIVM EO rumqę in hac.l.2.continentur.

1 ¶IVDICES eligendos neceſſum eſt, habere peritiam legum horum regnorū.

2 ¶IVDICES eligēdos habere oportet ſciētiā iurium, quibus iudicare cōſtringūtur.

3 ¶STVDIVM regiarum legum in iudicibus adeo præcedere neceſſum eſt, quòd &ſi habeant peritiam iuris canonici & ciuilis,iudices in his regnis fieri non poſſunt:niſi ſint inſtructi legibus regijs.

4 ¶ASSESSOR à iudice ſeculari electus,recuſari poteſt,ſi iura regia ignoret.

5 ¶IVRIS ciuilis peritus qui canones non viderit, recuſari poteſt, ſi cauſa per ius canonicum ſit decidenda.

6 ¶ASSESSOR in cauſa ſubtili,ſi debilis ac rudis ingenij fuerit,recuſari poteſt.

7 ¶HEC lex.2.Tauri.de illis iudicibus loquitur,quorum ſcientia & non aliena cauſæ ſunt dirimendæ.

8 ¶HAC l.2.ancorrecta ſit pragmatica Barchinonæ edita,qua diſponitur,eſſe neceſſum,iudicem efficiendum iuri canonico aut ciuili ſtuduiſſe.

9 ¶IVDICES creandos ſaltèm in ſublimibus prætorijs,ſat conuenit legiſſe ius canonicum & ciuile.& ſequen.

10 ¶IVRIS peritus perfectus quis efficitur ex iure ciuili & canonico.

11 ¶LEGES ſi quis ſciat, ſi canonum ſit ignarus,iuris dulcedinen non guſtauit.

12 ¶ADVOCATI an hodiè neceſſum ſit ſtuduiſſe decenio iuri canonico aut ciuili.ex pragmatica Barchinonæ cōfecta

13 ¶CONSTITVTIO hæc an in aduocatis obtineat.& nu.14.&.15.

14 ¶ADVOCATI an eſſe debeant iuris periti.& nu.15.

15 ¶INTELLECTVS ad.l.2.ti.6.parti.3.& etiam interpretatio.l.13.eod.titu. & parti.

16 ¶DOCTOR qui Salmāti.aut in hoc oppido Pinciano fuit gradum conſequutus,vtrum ſi cupit admitti ad oſſitium aduocationis,examini ſit ſubiiciendus &ſequen.& numero.19.&.20.

17 ¶DOCTOR reprobari poteſt ,&ſi examine comprobatus fuerit.

18 ¶SCHOLARIS &ſi ſit valdè peritus non poteſt conſequi licētiam ad gradum doctoratus abſqúe doctorum examine.

20 ¶DOCTORES ignari potiùs nuncupari poſſunt,fontes ſine aqua ,quàm doctores legum.

21 ¶DOCTORES laureati in ſtudijs generalibus,faciliùs ſunt ſcrutandi & examinandi.

22 ¶IGNORANTIA legum an hodiè hac lege iuris non profeſſores immunes reddantur.

23 ¶DICTIONIS principalmente interpretatio.

24 ¶IVDICES plerique ſunt,qui temerè legibus regijs nō cognitis,quim nec iure ciuili aut canonico viſo, iudicandi munus ſuſcipiunt.

25 ¶IVDEX ignarus ſi eligatur, plura indè damna eueniunt,nō tantùm ſubditis,ſed & eorum dominis.& nu.26.&.28.

Universidad de Deusto
Biblioteca

27 ¶QVOD datur non merẽti perditur.
29 ¶IVDICES aptos eligens valdé laudâdus est,&ficõtrariũ faciat coarguẽdus est.& numero.88.&.89.
30 ¶IVDICVM electio multũpericulosa est
31 ¶IVDICES inscij,& non recti iudices propter peccata populi plerunq; eliguntur ad iudicandum.
32 ¶ELIGENDVS ille est, qui pollet recta & sana conscientia, & Deum timet.
33 TIMENS Deũ ab errore diu nõdetinetur
34 ELIGENDVS ille est ad munus iudicâdi qui & ptimescat principẽ,& ipsũ eligẽtẽ.
35 ¶ILLE est nominãdus ad dirimẽdas causas,qui erroris timidus pudens q; est
36 ¶BELLAMERA quãdò cauta erat ambigua,consulebat abeo condemnato, appellare ab eius sententia.
37 ¶IVDICES valdé timidi,nõ sunt apti in causis dicendis.
38 ¶ELIGENDI sunt ad causas iudicãdas validi & fortes.
39 ¶AVARI non sunt assumendi ad munus iudicandi.
40 ¶AVARI multũ coarguẽdi sunt.& nu. 41.42.& 43.quibus in locis assimilatur in ferno,& amphore,& igni,araneo q; cue.
44 ¶ELIGENDVS est mitis ad officiũ iudicis.Et ibi ponuntur complura contra iudices non mites.
45 ¶IVDEX non ita mitis nominandus est,quòd exindè litigatores superbiat,& iudices vilipendantur.
46 ¶SVPERBI non sunt in iudices eligẽdi.& nu.47.superbus fumo adequatur
48 ¶ELIGENDI sunt ad iudicandum veridici,non verò mendaces.
49 ¶IVDICES bonæ famæ esse oportet.
50 ¶AD officium iudicandi criminosi assumendi non sunt.
51 ¶ELIGENDVS non est ille ad iudicandũ,qui remotus fuit à munere iudicãdi.
52 ¶IVDEX qui recta non pollet vita ,expellendus est à officio iudicandi.
53 ¶AD iudicandum ille nominãdus est, qui iuris peritiam habet.
54 ¶CONSTITVENDVS ille est ad officium iudicis,qui iucundi celeris q;, & non tardi fuerit intellectus.
55 ¶IVDICES cuius ætatis esse debeãt & sequen.& numero.57.&.58.
56 ¶SVMMVS nullus fit repente.
59 ¶IVDEX senex regio cõsilio nominandus est.& quõdò intelligatur.n.61.&.62.
60 ¶SAPIENTIA est in senibus.
63 ¶IVVENES an sint præponẽdi senibus in officijs causarũ iudicã darũ. & nu.64.
65 ¶ELIGENDVS est expers ad iudicãdi munus & nu.67.cum sequentib.
66 ¶EXPERIENTIA in iudicibus exigitur.& quaré.
68 ¶IVDEX nõexpers claudo assimilatur
69 ¶IVDEX vt quis sit cõmodus, ante ómia deditus esse debet officio aduocationis.
70 ¶IVDEX nõ expers facilitèr decipi potest
71 ¶EXPERIENTIA in aduocato est etiã exquirenda.& nu.72.vbi & traditur, an expediat aduocatum antiquum iuniore extimescere.
73 ¶IVDEX ad maiora pretoria ille nominandus est, qui vsu fuerit comprobatus.
74 ¶PIGER nec desidiosus est assumẽdus ad iudicandi officium.
75 ¶MONACHVS ad causas iudicandas,non est nominandus.Et nu.76.quid de preceptoribus sancti Ioannis seu sancti Iacobi,aut Alcanta.
77 ¶CLERICI an possint iudices creari, ad causas laicorum iudicandas.
78 ¶IVDICES esse non possunt damnati à sancto officio inquisitionis,nec eius lij,aut nepotes.
79 ¶IVDICES potentes fieri non debent
80 ¶NATVRALES populi nõ possunt in iudices assummi.
81 ¶DILECTI regibus non sunt euocandi ad munus iudicandi.
82 ¶FAMVLANTES alicui in populo,iudices inibi non sunt creandi.
83 ¶NATVRALES regni iudices hisce in regnis fieri debent,non verò externi.
84 ¶IVDICES creari non possunt cæcus,surdus,& mutus,nec seruus,nec quotidiano morbo elaborans.
¶ELIGENTES iudices quam curam habere necessum est.
86 ¶ELIGENTES iudices non saluãt conscientiam suam,illum eligendo, cuius notitiam plenam non habent.
87 ¶ELIGENTIBVS iudices non satis esse debet iuris præsumptio,qua quis bonus rectus q; præsumitur.& ibi n.88. author citat Luc de Pen.& Math.de Afflict.contra non benè iudices eligentẽ.cũ sequen.
90 ¶IVDICES nõ idonei temerarij sunt,& alia contra eos.Et nu.91.an mortaliter peccant.& vide nu.92.
93 ¶HEC lex etiam locum haber contra iudices iam creatos.
94 CONSTITVTIO hæc an obtineat in omnibus iudicibus.Et an in foro conscientię.nu.113.

Senten

95 SENTENTIA iudicis á sit nulla, & careat viribus, qui studio ordinario non vidit leges regias.& nu.96.97.&.98.
99 IVDEX quis effici non potest,&si sciat aliquas leges:nisi studio ordinario leges regias viderit.
100 PROBARI quomodo possit,iudicẽ creandum ordinario studio vidisse leges regias.& videnu.101.102.&.104.& nu.111.
101 IVRAMENTO partis an possint probari,ea quæ in animo consistunt.
102 IMPEDIMENTVM an probetur iuramento impediti.& nume.108.
103 STVDIVM ordinariũ legũ regiarũ an testibus probari possit. & nu.105.&.109.
106 IVRAMENTVM partis an admittatur,iusta ea quæ eius animũ respiciũt,cùm tractatur de alterius grani præiudicio.Et quid quandò probatio alio modofieri potest,quámiuramẽto partis. & num.107.
110 INTELLECTVS pragmaticę editæ Barchinonæ anno.1492.
112 STVDVISSE non sufficit,nisi studium vtile fuerit.
114 IVDICES nontantúm leges illas scire oportet,quæ sunt obseruandę absq; earũ vsu probato,sed & illas quibus iudicãdum non est,nisi earum constet vsus.

VTILIS EXPOSITIO
ac relectio legis secũdę Taurinarũ sanctionũ

QVE QVIDEM LEX SE cunda adnotãda est,& quatuor cũcluditur partib⁹ .In prima decisionis ratio adiũgitur. In.2.ipsius rationis ratio. In.3.iterũm regina reddit ad rationẽ prioris decisionis. In.4.& vltima inest decisio huius legis. Prima est in principio Secunda ibi,*pues por ellas*. Tertia ibi,*y anos es hecha relacion*. Quarta ibi,*porende*.

¶HAC lege ñe diuisa: in sũma hoc cõtinet. Horũ regnorũ iudices necessũ est legib⁹ regijs esse instructos:quia illis causæ sũt dirimẽdæ:quaré iudicãdi munere neminifungi licet nisi ei tãtũmqui ipsas leges studio ordinario perlegerit.

¶ADNOTANDVM primó ex hac lege est,Horum † regnorum iudices oportere, habere peritiam regiarum legum : quia illis iudicandum est, non verò alijs iuribus. cuius explicationem affatim tractauimus in.l.1. præcedẽti.in verbis,yno por otras. habes q;e ex hac lege,iudices † eligendos necessum esse,habere scientiam iurium,quibus iudicare constringuntur.quod etiã disponit tex.in.l.1.tit.15 libro.2. ordinamen.& in.l.3.&.4.titulo.4 parti.3.& in authẽ.de iudicib⁹ §.nostris.colla.6.& in.c.1.de cõsang.& affini.& in princip. 20.dist. cũ similibus, de quibus notãter Micha. Vlcurru.in tracta. de regimine mundi. 4.parte. in.2.&.3.q.primæ quęstionis.&.5.q.ipsi⁹primæ quęstio.col. fi.

¶EX QVIBVS, & ex huius legis verbis precipuum ibi,*principalmente instructos*.constat, intantúm oportere, iudices horũ regnorũ scientiã habere regiarũ legũ † quód etsi quis habeat plenã peritiam iuris ciuilis & canonici:nõ potest esse iudex,nisi sit instructus legib⁹ regijs,eas q;e ordinario studio viderit. quod vtinã in vsu esset. ¶Ex quibus & sequitur,sat q;e hic docet tex. quòd si in his regnis iudex secularis † aliquẽ asse ssorẽ elegerit,iura regia ignorãtẽ,quód ex hoc potest talis assessor recusari.vtex presse in presẽti tenet Cala.qui ad hoc citat Domini.in.c.statutũ. in princip. de rescrip.li.6.dicẽtẽ,quód si causa iure † canonico sit decidẽda,iuris ciuilis perititus qui canones nõ viderit recusari potest.quod priús ibi tenuit Archidia. & fusiús Specul.in ti.de requisi.consil. co.4.ex dicto.c.1.de cõsan.& affi.& notanter Ioa. Lup. á Pal.Rubi.in rub. de

Universidad de Deusto
Biblioteca

donat.int.vir.& vxo.in introductione. coluna.2.nu.5.illic Bald. & alios plures referens,quos videre licet,qui tenét quód in causa subtili † assessor debilis modici qúe, aut rudis ingenij recusari potest,tanquàm ius ignorans,quo iudicare tenetur.quod & tradit Feli.in capit. sciscitatus.col.6.nu.10.& moderni in.l.apertissimi. C.de iudit.& alibi sæpe. ex qua causa neminem vnquàm recusatum ipse vidi:& si auditu percepe rim,olim in Granatensi prætorio quédam illius senatorem ex,hoc recusatum fuisse.

6

¶CETERVM & hæc lex.2.de illis
7 iudicibus loquitur † quorum scientia (& non aliena) causæ sunt dirimendę nõ qúe de iuditib⁹militib⁹,qui singulis diebus ad regéda oppida assúmũtur,cũ assessoribus iuris peritis.& ita hæc dicit lex.in verbis, *que los letrados*. & idem traditur in authenti.de iudicib.in principio.& illic Angel.colla.6.& docto. in.l.2. C.de senten.ex peri.recitan.& in.l.certi.& ibi moderni. C.de iudi. precipuúm Iaso.vbi plura adducit.& pulchré Mathé.de Afflict.in constitutio. Neapol.lib 1.rub.94.de elect. officia. coluna.2.& probatur in. l. 18. titulo.9. parti.2.

¶SED confestim iuxta prædicta, & hanc constitutionem,illud suboritur dubium,ab alijs omissum,nunquid hodié † hac lege correcta sit pragmatica
8 Barchino edita anno.1493. qua cauetur,quód vt quis effici possit iudex,constare necessum est,illum in iure canonico aut ciuili decem studuisse annis. Quod videtur,quia hac nostra lege tantúm exigitur,vt quis iudex creari possit quód regias viderit leges,& non aliud. ¶Sed contrarium probabilius esse diiudico: & non tantúm requiri, iudicem efficiendum studio ordinario regias vidisse leges: sed & decem anis studuisse iuri canonico & ciuili. cúm hac lege dicta pragmatica mutata non sit. ex.l. sancimus. C.de testamen.& in.l.preci pimus. C.de ap pella.Et quia hæc nostra lex supplenda est ex dicta pragmatica Barchino.capitul. cúm expediat. de elect.libro.6.l.non est nouum.ff. de legibus. Proindé & hoc constat, quia horum regnorum iudices non tantum leges regias scire oportet,sed iuris ciuilis & canonici sanctiones:cúm illis iudicandum etiam sit, legibus regijs deficientibus. vt supra plenè ostensum fuit in.l.1.Tauri.nume.509.& plerisqúe sequentibus.Et quia illis sæpe regiæ leges explicandæ sunt,vt ex illis ortæ. vt etiam abundé scripsimus in ead.l.1.numero . 369 . cum multis sequentibus. & etiam inibi numero.565.& sequentibus.

¶QVE omnia maximé obtinent in dominis regijs senatoribus, cancellariarum qúe auditoribus: quibus singulis diebus complures occurrunt causæ non tantúm iure regio dirimendę, sed ciuili.Immó & pleriqúe causæ ecclesiasticæ,iure canonico tantúm decidédæ:quaré † iudices creandos saltém in prætorijs sublimibus vtrunqúe ius cognocere sat quidem expedit.nam ut Bald. dicit in capitul.cúm causam.colun.2. de probat.quód sicut ex medicina & philosophia quis perfect⁹ efficitur medicus † ita & ex iure ciuili & canonico quis sit absolutus iurisperitus: & quód & siquis leges sciat, si canonum sit ignarus † iuris dulcedinem non gustauit,nec cognoscere poterit perfectè & absolutè praxim legum & iuditiorum.& ideó dicit hęc verba Roma. in singulari.654.habens. *che legista senza capitulo vale poco, malo canonista senza lege vale niente*. cuius meminit Ludoui. Gometi in capi.2.nu.37.de consti.lib.6. complura iuxta hæc inibi congerens. &

& Guiller. Benedi. aliqua etiam scripsit in materia in repeti.capitul. Rainuntius. de testamen. in princip. prędudio.post Ant. inibi. & Ioa. Lup. in introductione rub.de dona.int. vir. & vxo.coluna.1.in princip.post Barba in rub.de præcario. quo in loco congruum esse dicit,iudicem seu consulentem vtriusqúe iuris scientiam mediocriter habere: &si dicat ibidem, hoc esse difficilé & paucis datum, quia vita breuis, ars vero longa sit. vt inquit Hipochras.cuius meminit Bald.in.l.fi in princip. coluna. 2. C. commu. de leg.quo in loco Bald.ideó ait,fat esse excelsum intellectum etiam habentem, vnicam ex prædictis cognoscere scientiam.ff.de leg.3.l.Stichus.& adde videndum Mathe.de Afflict. in constitutio.Neapol.lib.1.rub.30.ad finem. char.mihi.93.coluna.2.

¶SVBINDE & iuxta proximé dicta,illud obiter quęstionis est, an dicta pragmatica Barchino, quæ exigit decem annorum studium iuris canonici
12 vel ciuilis, in † aduocatis locum habeat: & ita aduocatum recipiendum, necessum sit,priús decemannis studuisse iuri canonico aut ciuili, vt aduocationis officium exercere possit. quod necessarium esse non censeo. quia illa pragmatica,nec alia lege regia hoc cõstitutum est.ex tex. in.l.si seruum. §. Prætor ait.versi.non dixit prætor.ff de acqui.heredi. cum suis similibus. Et quia quinqúe annorum studium aduocatis etiam sufficit.vt in.l.iubemus. §. Pro sportulis.& illic glo. C.de aduoca. diuer.iudi.& in proœmio.ff. §.& quod iam primis.ibi,*& in quinti anni*.& traditur in.l.petitiones. C.de aduoca. diiudi.& per glo. in capitul. cúm ex eo. de elect.libro.6.& probatur in capitu. fi.de magist.cum similibus.quorum iurium correctio euitanda est.ex dicta.l. sancimus. C.de testa.cum suis concordan.

¶PRETEREA non est prætereúdum,sed hic inuestigare expedit,nunquid dato quód dicta pragmati. Barchino.edita,in aduocatis non obtineat,an decisio huius legis † in ipsis aduocatis locum habeat:& sic an ad hoc quód quis admittatur ad causas exorandas, seu ad munus aduocationis, nec essum sit regias leges ordinario studio vidisse (prout in iudicibus hac sanctione stabilitur) quod videtur, quia non rectó aduocati eorum offitium exercere possunt (prout nec iudices) nisi regias viderint leges,quibus consulere & causas tueri oportet. & sic ratio huius legis in ea expræssa ibi, *pues por ellas y no por otras an de juzgar*,in aduocatis obtinet:ergo consequens est,etiam in aduocatis hanc legem locum habere. ex.l. illud.ff.ad.l.Aquil.cum simlib. Quod & suadetur, quia aduocati iurisperiti esse debent, non qúe iurium ignari. vt in. l. nec cæterorum. C. de postul.& illic Fulg. idem probatur in dicta.l. iubemus. §.pro sportulis. C. de aduoca. diuer.iudi.ibi,*nec de cætero quenquam antequam per statuta tempora legum eruditioni noscatur,inhesisse supra dicto consortio sociari*.& idem constat.in dicta.l. petitiones. C. eodem titulo. & notat Specul. in titul. de aduoca. §.1. coluna.3.versi.item quód non habet peritiam. & Bart. in.l. 1. §. postulare. vbi etiam docto.ff.de postulan.& idem tenet Abb.in rub.de postul.& dicit Alberi.in dicto. §.postulare.hanc sententiam saltém in illis locis obtinere, inquibus iura obseruantur. ¶Et hæc sententia manifesté probatur ex ordi. aduocatorum.in earum proœmio.ibi,*tiene menos letras, y sufficiencia, y auilidad, para vsar sus officios*.&in.l.3.earundem ordinationum. ibi, *y estudiado el dere-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

cho que cumpla.& in.l.19.in eisdem ordinationibus.quaré in.l.1.earundem legum dispositum est, neminem posse exercere offitium aduocationis : nisi priús rigore examinis comprobetur,in quo quidem examine interrogãdus est de iurium peritia,& de regiarum legũ scientia. ¶Præterea hæc pars sulcitur ex tex.in.l.1.titulo.19.lib.2.ordina.vbi
14 disponitur † aduocatos esse obnoxios iurare,quód dum causam viderint desperatam,eius patrocinium repudiabũt quod claré probatur.in.l. rem non nouam. §.patroni. C.de iudi.quod quidẽ et an causa sit iniusta, nõ poterit cognoscere aduocatus,qui regias leges nõ studuerit: quaré consequens est, hanc legem in aduocatis locum habere , & necesse est,illum vidisse ordinario studio leges regias,qui cupit sociari consortio aduocatorum. ¶Denique & expresse huic assentit sententiæ.Ioa.Lup. á Pala.Rubi.in presenti.coluna.1. etsi paucis respondeat verbis.

¶CVI sententiæ non refragantur glosæ in dicta.l.nec cæterorum. & in dicto. §.postulare.quæ dicunt, causarum patronum effici posse,in aduocationis offitio expertum,&si legum peritiam non habentem.quibus dictis in locis plerique ex doctoribus adhęrent Tum quia,contraria sententia probabilior est,ex dictis iuribus. quam dicti docto.tenent & Bart. etiam in.l.1. §. aduocatos. ff. de var.& extraordi. cogni. Nec contrariam sententiam probat tex. (vt aliqui & non rectè tenent) in.l.certi. C.de iudi. siquidem vt Bar. dicit in dicto. §.postulare. lex illa obtinet in iudice & milite,qui potest habere assessorem iurisperitum : non verò procedit in aduocato. cui (præterea) satis verecundum esset,leges per assessorem cognoscere : & hoc quidem clientes fugaret. quod adiubat sententia Odofre.in dicta.l.nec cæterorũ.cuius inibi alij memores sunt. Tũquia Angel.illas glosas intelligit in dicta.l. nec cęterorum. quãtúm ad hoc, quód aduocati iurium iguari generaliter patrocinium pręstent,factum exponentes.

¶VERVM nec huic nostræ sentẽ
15 tiæ obsistit † nec prædictis (& præter Ioa.Lup.) tex.in.l.2.titulo.6.part.3. in verbis *todo home que fuere sabidor de derecho,o del fuero,o dela costumbre dela tierra,porque lo aya vsado de grande tiempo, puede ser abogado* . quæ lex luculenter docere videtur,iurium ignarum posse exercere offitium aduocationis : etsic & si regias non viderit leges: & sufficere non ignorare terrę consuetudinem seu forum.nam cùm dicta.l.disiunctiué loquatur,sat est alteram partem esse verã.l.si heredi plures. ff.de condit. insti.cum alijs.& ita hæc lex partitę videtur concordis cum dictis glo. in dicta.l.nec cæterorum.& in dicto. §. postulare.& sic palàm Montalu.tenet in dicta.l.parti.¶Rursùm & sententię nostræ aduersari uidetur tex.in.l.13.codẽ titu.6.par.3.in verbis,*no seyendo sabidores de derecho,ni de fuero,o de costũbres que deben ser guardadas en juyzio* . quæ lex confirmatur per tex.in.l.fi.in dictis ordinationibus aduocatorum. ¶Sed hęc leges partitę nostræ sententiæ non offitiunt, nec supradictis. quia ipsę leges non admittunt aduocatum iurium ignarũ, cùm exigant,illum scire forũ, & ius consuetudinem qúe,quibus iudicatur : & dicta verba , *o de fuero* , summuntur pro iure, quo causæ dirimuntur . vt supra diximus in.l. 1. numero. 390.prout consuetudinem ius esse docet tex.in.l.de quib9.ff.de legib.& alia iura notissima. Dici etiam potest,dictionem,*O*,qua dictæ leges partitæ vtuntur coniunctiué summi pro dictione , *&*,

vt plerunqúe in iure fit.vt constat in.l pe. C.de verb.signi.& in.l.si Titio fũdus. ff.de vsu & vsuf.leg. Tertió dici potest,quód si dicta dictio,*O*,disiũgat præcedentia,& subsequentia verba,(& nõ vt dictum est,sint explicanda) quód dictæ leges sunt intelligendæ,in illis terris in quibus aut forus, consuetudo qúe terræ tantúm custoditur.ex his quæ Alberi.notat in dicto. §.postulare.

¶EX QVIBVS enim satis constat hanc nostram legem in aduocatis obtinere.

¶QVO fit,necessum iustum qúe esse,in aduocatorum solito examine á legibus regijs requisito : dominos regios cõsiliarios oportere accuratè quęrere, ab eis qui aduocationis munus expostulant,an regias leges viderint, & de eis eos interrogare. quod vtinam obseruaretur,& alia ad offitium necessaria ada mussim tunc scrutarentur.nõ qúe beginé & breui leui qúe manu examen ipsum absoluerent: exquo ad causarũ patrocinium aliqui recipiuntur,qui potiús causas perdunt,quàm tutantur.

¶SED hic & illud reuocare nos cogit in disputationem, nunquid ea quæ
16 proximè diximus, locum habeant in eo † qui Salmanti. seu in hoc Pincia-no oppido susćepit gradũ doctoratus, & illum sit necesse approbari solito & requisito examine,prędicto modo perficiendo,vt aduocationis offitium exercere possit. Quod nõ videtur ex tex.in. l.magistros. C.de professo. & medi.li. 10.cum alijs.Præterea & hoc suaderi videtur,quia ratio quaré dictæ leges regiæ exigunt subiici examini recipiendos ad causarum patrocinium,eaquidé est, vt antequàm approbentur, de eorum constet scientia.sed hæc ratio in prædictis doctoribus locum habere nó videtur,ex notatis in ca.1. de magist. cum alijs, ergo consequens est, quód nec etiam in eis obtinebunt dispositiones dictarum regiarum legum,de dicto examine loquentes. l. adigere. §. quánuis.ff.de iur.patro. capitulo. cum cessante.de appel. Demúm hanc sententiam in expræsis terminis tenet And.de Isern.in eius peregrina super constitu. Neapol.in rub.de offi.aduocato.nam etsi inibi disponatur, nemini licere, exercere offitium aduocationis, nisi priús comprobetur examine iudicũ magnæ curiæ seu regijs literis, illã tamen sanctionem And.de Isern.inibi temperat nisi in doctore, qui gradum fuerit consequutus in generali approbata qúe vniuersitate . cui sententiæ Mathe.de Afflict.accedit in eisdem cõstitu.Neapol.libro.1.rub.80.numero.3. quo in loco numero.2.etiam quærit,an extante prædicta constitutione , ille qui non fuerit examinatus, possit præstare consilium, seu coram arbitro allegare,vel pro amico dilationem petere.

¶VERVM ipse contrariam teneo sententiam ,& constanter dico, in his regnis neminem etsi cuiuscunqúe vniuersitatis doctorem , non posse causas exorare, nec earum suscipere patrocinium,nisi priús dominorum iudicum examine comprobetur , eo modo quo diximus. quod ex sequentibus constat.

¶PRIMO ex dicta.l.1.in dictis ordinationibus aduocato. quæ generaliter constituit,nullum aduocatum effici posseni si priús examine approbetur.& ideó generaliter explicanda est. l. de prætio.ff.de publicia.cum alijs.quæ ratio confirmatur,quia cùm dicta lege fiat prohibitio generalis,omnes comprehændere est cesendũ.l.si mulier. §.1. ff.quod met.cau.& est bona gl.in.l.hoc gen9.in ver.nubẽdo.ff.de cõdi.& demõstra.& hanc sentẽtiã maximè probant

Universidad de Deusto
Biblioteca

verba.d.l.1.ibi.*ninguno sea, ni pueda ser* quod verbum, *ninguno*, illic ponitur, vt nemo excipi possit: etsi in studijs generalibus sit approbatus. ex tex.in.c.solite.de maio.& obidien.& in.l. Iulianus. in princ.ff.de leg.3. nam verbum, *ninguno*, prohibitionem magis præcisſam edocet. vt probatur in.l.si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. & est bona glo.in.c.cúm dilectus. versi. á suspensis de consuetu. cum alijs quorum memi- nit Dec. in consi. 520. in causa Pistoriẽ si. numero. 7.

¶SECVNDO hæc suadetur sentẽ tia, quia doctor etsi examine compro-
17. batus † reprobari potest, eius ignoran tia detecta. vt legitur & nota. in.l.sed & reprobari. in princip. ff. de excusa. tuto. & ibi doct. & idem probatur in.l. vt gra datim. §. reprobari. ff. de mune. & hono. & in.l.2. C. de profesſo. & medi. li. 10. & tenet Bart. in. d.l. magistros. co. 1. & idem Bart. & docto. in. l. 1. C. de dig nita. lib. 12. sunt plures aliæ concordã tiæ de quibus singulariter in proposito meminit Montal. in. l. 8. in verb. la sciẽ tia. per totum. titu. 31. part. 2. post Abb. in. c. cúm secũdum. co. pe. versi. in glo. in verb. proponere. cum sequen. de prę bend.

¶PROINDE & tertió hæc senten tia fulcitur, ex. d.l. magistros. vbi Bart. & alij docto. notant, decretum seu licẽ tiam superioris exigi præter examen & comprobationem. quod & probatur vt & Bart. dicit in clem. 1. &. 2. de ma- gist.

¶QVARTO hæc instruuntur. ex Bald. in. c. constitutus. co. 2. de appella. vbi ait, scholaré † etsi multũ peritũ nõ
18 posse consequi licentiam ad gradum doctoratus, absque doctorum examine quod fusiús tradit Dec. in. d. c. consti- tutus. col. 1. & Iaso. in. l. si. nu. 26. ff. de li be. & posthu. Si igitur peritia (etsi notis sima) scholarem non reddit immunem ab examine: ita nec scientia doctoris in studijs generalibus investigata, illum minimè facit liberum á dicto examine, requisito per dictas leges regias ad cau sas perorandas.

¶PRETEREA hæc pars suadetur ex traditis in. d.c. cúm secundum. de prębend. & ibi glo. & Abb. quę Micha. Vlcu. in. d. tracta. de regimi. mund. 4. parte. q. 1. col. 2. ad hoc expendit, quód
19 iudex nõ ex eo quód sit doctor † præsu mitur iurisperitus, ita vt ab examine sit immunis. nam vnico examine eius sciẽ tia omninó percipi non potest. quia for talsis in materia sibi familiari extitit pũ ctuatus. vt Bart. & non ab re dicit in. l. 1. C. de athletis. lib. 10. & idem dicit Abb. in. d. c. cum secũdum. de prębẽd. co. fi. versi. & habes. & ibi etiam Abb. col. pe. versi. in glo. in verb. proponere. in fi. dicit quód plures doctores propter presumptionem gradus doctoratus as- summuntur ad multa publica officia, & sua imperitia multos lædunt: iudi- ces enim eligentes scientiam speculeu tur, non gradum.

¶SANE & quintó hoc constat, quia in studijs generalibus doctores tantùm examinantur circa ius ciuile seu cano nicum, non verò regium: circa quod precipuum examen aduocatorũ crean dorum esse debet, ex hac nostra lege. & ex prædictis. Præter hoc, quód etiam ab eis alia querenda sunt, quæ pertinẽt ad ordinationem & merita processuum.

¶SEXTO hæc sententia confirma tur ex. d.l.1. in legibus aduocatorum. iterúm considerata. quæ clarè dispo- nit, in examine aduocatorum non tan tùm scientiam iurium investigari opor tere, sed & examinandorum mores & vitam. vt dictæ legis verba indicant. ibi *y por reprimir, y obiar la malicia de algu- nos abogados, que vsan mal de sus officios* quo fit, doctoris gradũ non sufficere, vt doctores ipsi á dicto examine eripiãtur.

¶DE

¶DENIQVE & prædicta opinio fulcitur (præter plures huius regię can cellariæ constitutiones) quia aliquos vidimus doctores in studijs generalibus gradibus decoratos, scięntia & eruditio- ne non polleutes, & ad causas exoran- das seu diudicandas, non quidem ido-
20 neos. qui potius † fontes sine aqua nũ cupari possunt, & nebulæ turbinibus agitatæ quàm iurium professores, seu le gum doctores. vt probatur in. c. sequuti 2. q. 7. & interminis sic dicit Luc. Penẽ. in. d. l. 1. colun. 2. C. de athletis. lib. 10. quos etiam coarguit Bald. in. ff. præ- ludio. in fine. cui passim doctores adhæ rent. & hanc sententiam praxis recep- pit, & quidem ipse vidi á dominis sena- toribꝰ huius pretorij regij doctores Sal manticæ & huius nostræ Pincianæ vni uersitatis examini subicere, ante quàm
21 eos immiscęant consortio aduocatorũ & iuste quidem. Etsi verum sit, doctores in prædictis studijs laureatos † facilli- me esse scrutandos. ex tex. in clem. 1. §. nos eodem. de iur. iuran. & inibi expræ sse Cardi. versi. nos itaque. in. 18. notabi li. & ex. d.l, sed & reprobari. §. amplius versi. valde tamen disciplinatos. & ibi Bald. & Dec. in. d. capi. constitutus. in. 2. coluna. 1.

LOS LETRADOS EN ES- tos nuestros reynos, sean principal mente instructos, y informados delas dichas leyes de nuestros reynos. hic ad notandũ est, horum regnorum iuris pro
22 fessores leges regias scire præcipuum teneri, vnde fieri videtur † cæteros nõ iuris professores ipsa iura regia nec alia scire esse obnoxios: & ita ipsorum iurũ ignorantiam hodie eos excusare. Sed contrarium censeo, & ignorantiam iu- ris regij & communis etiam non iuris professores immunes minimè reddere. ex tex. in. l. leges sacratissimę. C. de le- gib. & in. l. constitutiones. C. de iur. & fact. igno. cum similibus. & probatur in l. 3 tit. 4 ordina. lib. 1. & 1. parti. titu. 1. l. 14. & foro leg. lib. 1. ti. 6. l. 4. Nec dicta verba huius legis, *los letrados*, officiunt, quia iure ciuili idem esse sancitum con stat, & iudices aduocatos quę legibus esse instructos oportere. vt in. d. authen ti. de iudicib. §. nostris. cum alijs supra citatis nu. 13. & non quidem ex hoc cõ ceditur, ceteros iuris ignorantiam excu sare. sed dicta. l. leges sacratissimæ. & si miles expræsse contrarium constituũt. Nec ex dictis verbis, *los letrados*, argu- mentum á contrario sensu percipi po- test, quia prædictis aduersaretur legibꝰ ex traditis in. l. nemo. C. de iurisdi. om ni. iudi. & in. l. 2. C. de condi. insert. & in. l. conuenticulam. C. de episcop. & cleri. cum alijs. Præterea tex. hic loqui tur de legum scientia, quæ exigitur in iudicibus per hanc legem: vt iudicandi munus habeant, quæ enim in alijs ne- cessaria non est, sed sufficit eos peritio res consulere, & eorum consilio dicta- rum legum perititiam habere. ff. de bo no. posse. l. in bonorum. &. ff. quis ordo in bono. posse. serue. l. 2. in fine. & est bo na glo. in. l. 3. C. de iur. & fact. igno. cũ alijs de quibus docto. in. l. iuris ignorã- tiam. C. qui admi. quare non est mirũ, si lex nostra de alijs quàm iuris profes- soribus non loquatur. & adde videndũ Didac. Castel. in præsenti. in verb. de- las dichas leyes. Rursùm regia nostra constitutio (præter iam dicta) in prædi- ctis non subsistit, cùm iuris professores præcipuùm regijs legibus esse instruc- tos hæc lex disponat. Perpendendum quidem est huius legis verbum † *prin-* 23.
cipalmente, quod docet & cæteros nõ excludi. & notat Bart. in. l. ambitiosa. colu. 4. ff. de decret. ab ordi. fa. & Bald. in. 1. constitu. C. col. fi. & ex eo quod le gitur & notatur in. l. principaliter. C. de libe. cau. & faciunt tradita per Iaso. in. l. si quis nec causam. numer. 25. ff. de

Universidad de Deusto
Biblioteca

reb.credi.& facit quod dicit tex. in. l. qui se patris. C.vnd.libe.cum ibi citatis á Iaſo num.34.& in.l.pro hærede. §. 1.in princip.ff.de acqui.hæredita.

NOS VIENEN A SERVIR en algunos cargos de iuſticia, ſin hauer paſſado, ni eſtudiado las dichas leyes,y ordenamientos,y pragmaticas y partidas.ex quibus etiam verbis noſtræ legis notandum eſt,complures eſſe
24 † qui temeré Deum non timentes legibus regijs non congnitis, ſuſcipiunt munus iudicandi. Quim pleriq; qui ignorantes nedúm iura regia,ſed & nihil fermè iuris canonici ciuilis q́ue ſtudio ordinario domi viderunt,& intẽ peſtiuè iudices fieri cupiunt. Verùm & quod deterius eſt,iudices creantur. Sanè & aliqui ſunt,qui nondúm in ſcholis perfectè audierũt iura canonica aut ciuilia,& iam iudices eſſe volunt. Præterea & complures ſunt iudices,qui nõ tantúm in cauſis iudicandis eorum inſcitia commodi non ſunt:ſed & vita moribus q́ue nequiſsimis ſunt infecti. exquibus quidem respublica pergrauitér læditur,& collitigantes enorme damnum paciuntur.

¶DE IVDICVM igitur electione tractaturos,his quidem mederi oportet & accuratiſsimè diligenti q́ue ſtudio& non edormito iudices eligere expedit. Tum quia, ex iudicibus incommodis
25 totus populus læditur † respublica q́ue vicijs abundat, complura quidem damna exindè contingunt.vt in .d.authenti.de iudicib. §. 1.colla.6.& idem diſponitur in volumi. pragmaticarum in pragmati. Madri.edita anno. 1494. char.mihi. 125. Tum etiam,quia ex iu-
26 dicibus non aptis † pænæ etiam temporales non tátúm ſubditis, ſed eorum principib9 accidunt.vt edocet Micha. de Vlcu.in.d.eius tracta.de regimi.mũdi. 4.par.5.q.primæ quæſtionis.vbi complura in propoſito refert.& Marti. Ramau. in ſuo tracta.nominato ſpecul. iudi.nu.33.cum ſequẽtib.& probatur Eſa. c.5.& in capit.vè qui dicitis.11.q.3.& ex Apoſtol.ad Roma.1.& Daui.pſalm.81. Proindè & Platonis verba .6.de legib. *audias ſi quis*, inquit, *ciuitati non idoneos magiſtratus conſtituat, quamuis leges bene poſitæ ſint, tamen non modo id nihil proderit, riſum que mouebit, verum etiam calamitates maximas ciuitati pariet.* Tum
27 itẽ, quia vt philoſo. inquit, † *quid quid immerenti datur perditur*. & ob id Aul. Geli.ait, *benefitium quodammodo accipit qui digno dederit.* quem ad hanc ſpetiẽ iudicũ citat Marti.Ramaudi. in dicto. eius ſpeculo iudicum. nu.28.& philoſo. 7.dicentem, *& hi quod prauus dignus honore nõ eſt, quia honor præmium eſt virtutis.* Tum quia, inſcij ſiué incommodi iudices cauſas iniuſtè dirimũt: ius ſuũ vnicuiq́ue non tribu untiuſtitiam non collunt:æquum ab iniquo non diſtinguunt: bona propria á dominis auferũt Tum & quia,qui de iudicum electione aut nominatione iniuſtè pertractant, non quidem officijs,ſed perſonis: non vtilitati communi,ſed priuatæ:non neceſsitudini,ſed amicis conſulunt.& nõ tantúm reges fallunt,& rei publicæ adueršantur,verúm & odio collitigatorũ flagrant. Tum etiam,quia qui conferũt
28 immerenti officia honores q́ue † Deũ pergrauitér offendunt, & illum quidẽ ſpernunt.8.q.1.c.qui vos.&.1.q.1.capi. pueri.& expræſſè ſic dicit Mathe. de Afflict.in conſtitu.Neapol.li.1.rub. 37. in tit.de officio magiſt. §.ſtatuimus.nume.57.char.mihi.102.colun.2.ad quod inibi refert Luc.de Pen.Et ſicut beneſitium indigno conferentes pæccant,ſic & eligentes aliquem ad munus.authore Cardi.in clem.1.nu.10.de æta.& qualita.Deci.in.ca.cúm in cunctis.nu. 20. de elect. Quim & læſis ſunt aſtricti perſoluere noxam & damna ſuborta ex ini-

ex iniqua electi adminiſtratione. ex tex.in.l.2.ff.ii men.falſ.mod.dixe.& in capitul. eaquæ.de offi. archi. & adnotat Hoſtien.in ſua ſumma.de penis. §. quid de officialibus. & Adrian. in. 4. ſententia.in tracta.de teſtib. capitul. quia iam determinatum eſt. verſic. ſecunda concluſio. & Cayetan. in ſua ſumma.in verb.electio officialis. Grabi.in.4 diſtinctio.15.q.7.Roma.in conſili.338.in cauſa præpoſitæ.coluna.2.Iaſo.in.l.ſiquis in conſcribendo.coluna. 3.C.de pact.Deci.in capitul. ſæpe.colun.penul.de appella.& in.l.1.in princip.numero.26.ff.quod quiſque iur. & abundè Ioa.Lup.in repeti. capitu. per veſtras.de donat.int.vir. & vxo. §. 26. numero.11.char.mihi.100. & dominus Didac.Couarru.in repeti.regul.peccatum.2.part. §.7. numero.1. de reg. iur. lib.6. Denique glo.in dicta authenti. de iudicib. §.quia verò competens. colla.6.ſicut exiſtimat,idoneos iudices eli
29 gentes, laudãdos eſſe † & ita valdè coarguendos eſſe cenſet,immeritèr iudices conſtituentes. quos & querulus quidem impetit Luc.Penen.in .l.1. C. de diuer.offi.lib.12.
30 ¶EX quibus enim ſat dignoſcitur † iudicum electionem non modicúm eſſe periculoſam.quarè Micha. Vlcur. in dicto eius tracta.de regimine mundi. 4.parte.1.q.ſecundæ queſtionis principalis.profitetur,nullam eſſe grauiorem cauſam in principe,quàm iudicũ electionem.& in.2.q. eiuſdem ſecundæ queſtionis principal. quo in loco etiam dicit,iram Dei eſſe præparatam contra iudices perperám eligentes. ex tex.in capitul. ſiquis hominem.iun precedenti.& ſequenti.11.q.3.

¶VNDE ſit(vt diximus) iudicum iniquam ſeu non commodam electionem anxiè ſolicitè q́ue eſſe euitandam.
31 † plerũq́ue tamen inſcij & non recti iudices ex peccatis populi eliguntur. vt ſat conſtat ex Hieremi. 2. & Iob. capitul. 24. & Oſee.capitulo. 4. vndè & Euariſtus papa vt conſtat in capitu l. non eſt. 2.q.7. pro meritis ſubditorum (inquit) rectorum vitam á Deo diſponi. Et Hieronim.ideó arbitratur, principem & iudicem eccleſiæ prout merita noſtra depoſcunt conſtitui. vt traditur in capitul. audacter.8.q.1.& in capitul. ex merito.6.q.1.

¶QVAM ob rem cognoſcere neceſſum eſt,quæ ineſſe debeant in electionibus iudicum, vt fiat exactiſsima electio iudicum. Et quidem in ipſis electionibus,& in perſonis iudicum quæ ſequuntur precogitanda ſunt.

¶PRIMO ad iudicandum ille quidem eligendus eſt † qui ſana recta q́ue 32
conſcientia pollet. vt conſtat in libr.2., ordina.titu.3.in proœmio.& in titu.15. l.1.&.6.&.3.parti.titul. 4.l.4.& faciunt tradita in capitul. innouamus. prope fi.6.diſtin.& alibi ſæpe.id circó Bald. cenſet in.l.2. C. de ſenten.experi.reci. coluna.fi.iudicem duplicem ſolem habiturum, vnum conſcientiæ, alterum verò ſcientiæ: cúm abſq́ue priore erit diabolus,& ſine ſecundo inſipidus. & latè idem ponit Ioa. de Neuiza. in ſua ſilua nuptiali.char.mihi.23.in.10.limita.poſt Barba.in capitul. quoniàm frequentèr. §.in alijs.vt lit.non conteſta. & docto.moder.in.l.rem non nouam. C.de iudi.& alibi ſæpe. Proindè ideó ſanctè in dictis legibus regijs & in. l.3. titulo. 4.par.3.diſponitur,aſſummendũ eſſe ad munus iudicandi Deum extimẽtem.quod etiam conſtat in ead.3.parti. titulo.17.l.4.& videre licet text. in.l.5. titulo.16.ordinam.libro.5. cuius rationem dicta.l.3.titulo. 4.parti.3.hiſce inuit verbis, *ca ſi a Dios temieren, guardar ſe han de hazer peccado, E auran enſi piedad, y juſticia.* et ſimilem rationem aſſignat

Universidad de Deusto
Biblioteca

nat. dicta. l. 1. titulo. 15. lib. 2. ordina. & sat idem constat in capitul. siquis abbas. 18. q. 2. & in authēti. vt iudi. si. quoq. sufrag. §. eos. colla. 2. timor enim domini sapientiæ est initium. prouerbio. capitul. 9. & Deum timens boni operosus erit. vt scribitur Eccle. capitul. 15. & quæ habentur inibi. capitul. 25. & ex hoc Paralipo. 2. capitul. 19. iudices ad Dei timorem consiliantur. Vndé & Dauid psal. 2. verba audi, *erudimini qui iudicatis terram. seruite Deo in timore, & exultate ei cum tremore, apprehendite disciplinam, ne quando irascatur dominus, & pereatis de via iusta.* ideó qúe & Hila. de
33 trinitate. libro. 6. asseuerat † *timentes Deum ab errore diu minime detineri.* Denique ideó timentes Deum eligēdi sūt ne sint sicut iudex ille, de quo Luc. capitul. 18. his verbis scribitur, *erat quidam iudex in ciuitate, qui Deū non timebat, & homines non verebatur.* & prædicta latè prosequitur Math. de Afflict. inconstitu. Neapol. libro. 1. rubr. 45. numero. 48.

¶ QVI MIMMO & ille in iudicē
34 eligendus est † qui pertimescat principem & illum eligentem. vt ait tex. in dicta. l. 3. titulo. 4. parti. 3. & in dicta. l. 1 titulo. 15. lib. 2. ordina. cuius causam dicta. l. 1. in hunc modum insinuat, *y si temieren a nos, y a los señores que los pusieren, auran miedo y verguença de errar, pues que tienen sus lugares para juzgar de derecho.* & dicta. l. 3. titulo. 4 parti. 3. ipsam rationem hisce verbis demonstrat, *y si al señor ouieren miedo, recelarse an, de hazer cosa, por do les venga mal del, veniendo seles a miente, como tienen su lugar, quanto para juzgar derecho.* idem & probat tex. in. l. 6. titu. 15. ordina. lib. 8.

¶ EX eodem fonte fluit, & dictæ leges disponunt, iudicem illum etiam nominandum esse
35 † qui erroris timidus pudens qúe fuerit. & est tex. ad idem in capitul. omnis qui. 45. distin. Vndé Bellame. in capitul. proposuit. coluna. 2. de appella. eos esse censet rectos iudices † qui errare contremunt: & ob id
36 partem ab eis condemnatam appellare cupiunt: & cúm sacri palatij esset auditor, priori sententia ab eo damnato, quandó causa ambigua erat, appellare consuluisse enarrat. Et ipse plerunqúe audiui, iudicem regium senatorem cęteris antiquiorem, (non modicé peritum) cúm eius solo voto quis cō dénabatur, fuisse merore præssum. Nō
37 tamen ex his vellim intelligas † iudices valdé timidos esse laudabiles: quos tex. vtiqúe arguit in. l. obseruandum. ff de offi. presid. & Marti. Rama. in dicto eius tractu. nominato specul. iudicum. coluna. 6. vbi non modicé impetit iudices effeminatos & pusilanimes. & non ab re, cúm Eccle. 7. sic dicatur, *nolli esse pusillanimis in animo tuo.* & Greg. super Eze. homilia. 19. hisce loquitur verbis, *scientia ergo nostra crescat ad fortitudinē vt cum videt quid agendum sit, hoc agere per mentis fortitudinem possit: ne timore trepidet, & pauore collapsa, non valeat bona defendere, quæ sentit.* ad quod & est tex. in capitul. accusatores vel testes. 3. q. 5. & ob id, timidos seu pusillanimes vicium animi pati, concinit tex. in. l. 1. § fi. infine. ff. de edil. edict. & Cice. pro Cecima. 12. vndè & dicit Lactan. Fir. lib. 1. diui. iusti. *timiditatem in sapiente commorari non oportere.*

¶ EX PREDICTIS etiam sequi
38 tur, ad munus † iudicandi esse eligendos validos firmos fortes qúe. quod expræssè disponit tex. in dicta. l. 18. titul. 9. parti. 2. in his verbis. *Otrosi deuen ser firmes, demanera, que no se desuien del derecho, ni de la verdad: ni faga contrario, por ninguna cosa que les pudiesse ende auenir, de bien ni de mal.* & sat constat ex dicta. l. obseruandum. ff. de offi. præsid. & in capitul. re vera. 3. q. 9. & in authēti. de trien. & semi. §. siquis. colla. 3. & ex præ

præsse ita tenet Marti. Rama. in dicto tracta. speculum iudicum. numero. 17. ad quod etiam videre licet. Eccle. capitul. 7. in his verbis, *nolli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne forte extimescas faciem potentis & ponas scandalum in agilitate tua.* & Amb. officio. lib. 1. inquit, *non mediocris animi est fortitudo, quæ sola defendit ornamenta omnium virtutum, & iustitiæ custodit: & quæ in expiabili prelio aduersus omnia vicia decertat: in victa ad labores: fortis ad pericula: rigidior aduersus voluptates.*

¶ DEINDE & prædictæ leges dis-
39 ponunt, auaros † non esse admitēdos ad munus iudicandi. & constat Exod. 18 in verbis, *prouide autem de omni plebe viros sapientes & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam.* & faciunt quæ habentur in authenti. ut iudi. sine quoq. suffrag. colla. 2. & est ad idem tex. in. l. 1. titulo. 15. libro. 2. ordinamen. & latè prosequitur Marti. Rama. in dicto eius speculo iudicum. nume. 14. & Math. de Afflict. in dictis consti. Neapol. lib. 1. rub. 45. numero. 52. in medio. nam qui quærit locupletari, à iustitia animū suum auertit. & dicitur Eccle. capitul. 10. *auaro autem nihil est scelestius.* hinc Apostol. ad Colo. 3. ait, *auaritiam idolorum seruitutē esse.* quod & traditur in capitul. cúm omnis. 1. q. 1. & in capitul. auaritiæ. de præbend. & vide quæ habentur Exod. 23. & Eccleſiastici. 20. Iudex enim auarus cito vendit iustitiam. vt Ambro. palàm ait. cuius est tex. in capitul. pauper. 11. q. 3. quem ad hoc expræsse expēdit Alberi. in suo dictionario. in verb. iudex. Ex quo beatus Paul. 1. ad Timothe. 6. in hunc modum contra auaros insurgit, *nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueū diaboli, & desideria multa & inutilia & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetētes erraue runt a fide, & inseruerunt se doloribus multis.* hactenus diuus Paulus. contra quos Augusti. in suo lib. de verbis domini. inquit *insatiabilis est sola auaricia diuitum, semper rapit, & nunquam saciatur, nec Deum timet, nec hominem reuerētur, nec patri pareit, nec matrem cognoscit, nec fratri obtemperat, nec amico fidē seruat, viduā opprimit, pupillum inuadit* & auaro idem Augusti. ad comitem. in
40 ferno † assimilari, censet. qui quantos cunqúe deuorauerit, nunquàm dicit
41 satis est. Greg. etiam in Moralibus. lib. 14. capitul. 27. dicit, amphore † auaritiam æquari, cùm cordis os in ambitu teneat, quod prophetæ esse ostensum ait. Quim & idem Grego. eodem lib. 14. moralium. extimauit, auarum hidropico adæquari. Proindè & idem Greg. li. 15. moralium. igni auaritiam †
42 comparauit. & assignat inibi rationem hisce verbis, *quia auaritia desideratis rebus non extingitur, sed augetur, ignis more cum ligna que cōsumit acceperit excreuerit, & inde videtur ad momentum flamma eam premi, inde paulo post cernitur dilatari.* Quid plura & Titilm. in psalmo. 89. auarum † in sua domo & substantia idē
43 esse ait, quód araneus in sua tela quam texuit. & Hieronim. ad Rusti. contra auarum sic dicit, *ædificant quasi semper victuri, viuunt quasi altera die moriturī.* auaritia enim (vt Salu. in catali. commemorat) est malis imbuta, & corpus animum qúe effeminat. Rursum & illud Scipionis Aemiliani notum est, cùm seruus Sulpicius Galua, & Aurelius in senatu contenderent, vter aduersus viriatum in Hispaniam mitteretur, rogaretur qúe ipse Scipio, quæ esset eius sententia, inquit, *neutrum mihi mitti placet, quia alter nihil habet, alteri nihil satis est.* quod refert Valeri. Maxi. lib. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

libro.6.capitul.4.& Andr. Tiraquel. de nouilitate.capitul.3.numero.19.cõ plura addens. qui & inibi numero. 18. controuertitur,an diues pauperi (aut è cõtra) in magistratibus & honoribus prępondratur.quem ibidem videre licet. Denique & Cicero de officijs inquit, prætorem nontantùm manus sed oculos abstinentes habere oportere. idem etiam Cicero in oratione pro Milone ait,nullum officium tàm sanctum, nec tàm solem ne,quòd auaritia non soleat comminuere aut violare.

¶ RVRSVS & prædicta lex parti.titulo.4.l.3.parti.3.præcipit † ad iudicandum mites esse eligendos,his verbis,*y que sean mansos: E de buena palabra, alos que vinieren, ante ellos a juyzio.* & idem stabilitur in dicta.l.1.titulo.15 ordinamen.libro.2.& in dicta.l.18.titu. 9.parti.2.cuius hæc sunt verba. *otrosi deuen ser sofridos, para no se quejar, ni se enssañar con las vozes, delos querellosos demanera que non ayan adezir de pal libra, ni fazer de hecho cosa contra ellos, que les este mal.* idem & sancitur in.l.8.in dicto titulo.4.parti.3.hisce verbis,*mansamente, deuen los juezes recebir, E oyr las partes, que vinieren ante ellos a pleyto, para al canzar derecho.* & sat idem probatur de Vtero.capitul. 1.& in capitul.odio.86. distin.& in capitu.disciplina.45.distin. & quæ tradit glo.in capitul.cùm super in verb.abbacia.de offi. delega.& l.55. titulo.5.parti.1.Et contra iudices seuiẽtes complura congerit Pari.de Pute.in dicto eius tracta. de sindicatu.in verb. crudelitas officialis. Quod adnotandũ quidem est contra aliquos iudices immites seueros qúe, & incolligatores iniuriosos,seu quorum verba non facilè substineri possunt: & quidem minus quàm litium labor assiduus,mitescens quidem plurifaria munera habet. quæ congerit beatus Anto.Floren.in.4.parte.sue summę.titulo. 4.capitul. 3. §.1. & ibi refert in proposito Guil. in sua summa.& de eis psalm.24. sic dicitur, *diriget mansuetos in iuditio, docebit mites vias suas.* ¶Proindè & dominus noster Iesus Christus Math. capitul. 5. *beatos esse mites* (inquit) *quoniam ipsi possidebunt terram.* & in eorum fauore plura varijs in locis scripta sunt.interquę adagio notissimo dici consuevit, *quod agnus mitis sue matris & alienæ lacte saciatur.* Hinc dicit Marti. Rama. in dicto eius speculo iudicum.numero. 12. nullos iudices esse ocupaturos cathedã iustitiæ,nisi modestia prudentiaque polleant,quia vt Specul.ab eo inibi citatus dicit,administrator alterius dari nõ potest, qui sui moderator esse nequit. Prædicta enim parti.l.8.titulo.4.parti. 3.iudices non ita esse mites exquirit † quòd ex indè collitigatores superbiant & iudices ipsi vilipendantur.quod etiã disponit tex.in dicta.l. obseruandum. ff.de offi.presid.sunt & aliæ concordã. de quibus meminit Math. de Afflict. in constitu.Neapol.lib.1.rub.45. numero.56.versi.quarto decimo.

¶ QVE OMNIA edocent † non superbos eligendos: siquidem de eis scribitur Iacob.capitul.4.*superbis sic Deus resistit, humilibus autem dat gratiã* ¶Hinc & rursùs Eccle.10.dicitur, *odibilis coram Deo est & hominibus superbia.* & iterùm inibi scribitur,*quid superbis terra & cinis.* & Grego.libro.34.moral.capitul.17.hęc subiungit verba,*alia quippe vicia eas solummodo virtutes impetit, quibus ipsa destruitur, vt videlicet ira pacientiam, strimargia abstinentiam libido continentiam expugnet, superbia autem quam viciorum radicem diximus, nequaquam vnius virtutis extinctione cõtenta, contra cuncta animæ membra se erigit, & quasi generalis & pestifer morbus corpus omne corrumpit.* & eiusdẽ Greg. verba eodem capitul.17. contra superbum audias, *clauso cordis oculo iuditij æquitatem perdit, nam cuncta quæ ab alijs geruntur displicent, & sola ea quæ ipse vel prauè egerit placent, semper aliena despicit, semper miratur quæ ipse facit.* ¶ET aduersus eum idem Greg. in sequentibus capitulis complura alia congessit. qui & in eodem.lib.moral.capitul.24. superbos ita coarguit, *magis terribiles volunt esse, quam mites, & iccirco discunt vnde se erigant, & discere negligunt, vt animum submittat.* Quim & idem Greg. in moralibus,adęquauit etiam † superbiam fumo oculos lędenti.

¶CETERVM & ad iudicandi munus † & ad alia officia eligendi sunt veridici, non verò mendaces. vt disponitur in procœmio.titul.3.ordina.lib.2.& l.1.ti.8.eodem.lib.siquidem sapiens.dicitur, *os quod & mentitur, occidit animã* Prouerb.capitul.19. *qui loquitur mendacia perdibit.* & inibi.capitul.12. *abominatio est domino labia mendacia, qui autem fideliter agunt placent ei.* & in multis locis mendatium coargitur.& pulchrè Ambro.cuius verba transcribuntur in capitul.cauete.32.q.5.& tex.in.l.10.titul. 2.lib.12.foro Iuzgo.mendacem infamẽ efficit.& latè prosequitur Math.de Afflict.in dictis constitu.Neapol. libr.1. rub.45.numero.53.

¶PROINDE & dictæ leges regiæ præcipuùm dicta.l.4.titul.4.parti.3.& dicta.l.2.titul.15.ordinamen.li.2.& in authenti.de iudicibus. §.1.colla.6.& similes,iudicem † eligendum bonæ famæ esse vtique exigunt, fidelem qúe, non autem infamem.& quæ tradit Iustinianus in.l.fi. C.de offi.magist. mili. & tex.in capitul.episcopum.63. distin. & in dicto authenti. de iudicibus. in princip. colla. 6. cum alijs de quibus Mathe. de Afflict. in dictis constitu. Neapol. libro. 1. rub. 45. numero.50.

¶EX his etiam sit, non criminosos † ad iudicandi munus esse nominandos. vt disponitur in dicta.l.4.ti.4.par. 3. in qua lege his verbis ratio assignatur, *por que no seria derecho, que el que fuesse atal juzgase a los otros.* quod & probatur in. l.2.titul.15.ordinamen.lib.2.His & cõuenit quod dicit Cassiodo.lib.3. epistola.necessarium esse reipublicæ eligere personas dignitatibus aptas,vt cui iustitia committitur,malis moribus non grauetur.alioquim ait inibi Cassiodo. inefficax est ab homine exigere,quod agnoscitur,non habere. Et ob id diuus Ambrosi.super beati immaculati. & habetur in capitul.iudicet.3.q.7.inquit Ambro. *iudicet ille de alterius errore, qui non habet in se ipso quod condemnet: iudicet & qui non agit, eadem quæ in alio putauerit pugnienda, ne cum de alio iudicet, in se ferat sententiam.* & faciunt quæ habentur.in capitul. sine peccato. 3. q.7. & in capitul.nos.2.q.7.& in capitul. fi. 3.q.7.& tex.in.l.58.titul.5.partit. 1.& in l.36.eodem titul.& parti.& quæ habentur in.l.fi.ff.de bo.co.qui mor.sib.conci.cum similibus.

¶EX his quidem infertur, remotum † ab officio iudicandi,iterùm non esse eligendum.vt probatur in.l.fi. in fine.ff.de offi.pro.cæsa.& habetur in authenti.de armis.ad fi. colla. 6. & notat Ioa.de Plat.in.l. iudices. C. de anno. libro.10.& in.l.quicunque.vbi. probatur. C.de diuer. offi.libro. 12. & alibi sępe.

¶SVBORITVR & ex his, amicos iustitiæ esse nominandos ad iudicandum.vt ait tex.in dicta.l.18. titul. 9.partit.2.cum similibus.

¶ITAQVE OMNIA superiora

Universidad de Deusto
Biblioteca

52 ra docet ut, iudicem eligendum † recta vita pollentem, bonum modestum que virum, integrum & incorruptum. l. magistros. C. de professo. & medi. libro. 10. l. 1. in princip. C. de profe. qui in vrb. Constan. libr. 12. l. 1. ff. de decre. ab ordin. faciend. cum alijs. cuius ratio percipitur ex text. in capitul. fortis in. fi. de verb. sig. hisce verbis, *nam si bona vita defuerit, fide careuit: non enim potest iustitia cum scelerato homine habere comertium.* & exinde tex. in capitul. plerunque. 11. q. 3. his verbis loquitur, *plerunque contingit, vt iudicis locum teneat cuius ad locum vita minime concordat: ac sæpe agitur, ut vel damnet immeritos vel alios ipse ligatos soluat: sæpe in soluendis ac ligandis subditis sua voluntatis motus, non autem causarum merita sequitur.* & ideo stabilitur in curijs Madri. anni. 1528. l. 10. diligenti studio investigandam esse vitam iudicis eligendi. quibus adde Ioa. de Plat. in rub. C. quem admod. ciui. mune. indi. libro. 10. in fine.

¶ PRETEREA iudices eligen-
53 di qui suis personis sunt iudicaturi † peritiam habere necessum est. vt disponunt dictæ leges regiæ, ne ab alijs quærant, quę ipsos scire oportet. vt ait Iustinia. in authenti. de iudicibus. § . 1. colla. 6. cuius meminit glo. in capitul. scisscitatus. de rescript. & Specul. in titulo. de requisi. consil. apud finem. & satis probatur in capitul. ex literis. in fi. de consang. & affi. & in. l. 3. § . fuit ante. & sequentib. ff. de origi. iur. vndé Moses ad populum Israel Deutero. 1. dicit sequentia verba, *date ex vobis viros sapientes & gnaros, & quorum conuersatio sit probata in tribubus vestris, vt ponam eos vobis principes.* & Plato. 12. de legibus. ait, *eos qui ver icustodes seu iudices futuri sunt, oportet veritatem legum optime intelligere.* & ideó Bal. in dicta. l. 12. coluna. fi. C. de sen. ex peri. reci. dixit, non tantùm iudicem habiturum vnum solem conscientiæ, sed alterum sapientiæ. Quæ quidem non sunt prętereunda, aduersus ea quæ hisce temporibus accidunt, quibus solertèr literarum periti, ab omnibus negocijs etiã iurisperitorum abiiciuntur. contra ea quæ docuit Iustinia. in initio institu. & aduersus ea quæ legimus, maximos principes reges & imperatores fecisse: qui & non tantùm regebantur peritorum consilio, sed & noscimus eos instructissimos fuisse iurium peritia, sed & alijs artibus & scientijs: & ex illis etiam libros aliquos edidisse, quibus suam scientiã posteris insinuarunt. quorum And. Tiraquel. meminit de nobilitate. capitu. 5. Ex quibus Licinius imperator non modicé carpitur, qui literis adeó infestus erat, vt pestem publicam eas appellaret. vt tradit Aurelius victor in vita Constan. Constancij & Helenæ filij. & ob id iustissimé stabilitum est in. l. 10. titul. 10. libr. 1, ordina. vt reges ad suum latus habeant sapientes eruditos quę viros, eorum quę consilia non contémnant. & ob id fuit laudatissimus Alexand. Seuerus Romanorum. 22. imperator, quia nisi viris doctis adhibitis nullam causam differebat. & hoc latissimé prosequitur Mathe. de Afflict. in dictis constitu. Neapol, libro. 1. rub. 45. numero. 51.

¶ EX PREDICTIS etiam sit
54 vt dicta. l. 18. titulo. 9. partit. 2. disponit, illum esse in iudicem eligendum † qui iucundi celeris quę, & non tardi fuerit intellectus. quibus adde quę supra differta fuere. & idem palám constituitur in dicta. l. 4. titulo. 4. part. 3.

¶ SVBINDE & eligendi † iu-
55 dices adminus. 10. annis iuribus studuisse, necessum est. vt est sancitum in dicta

dicta pragmatica Barchino. & in curijs Toleti anno. 1525. Quim & ad sublimia prætoria prolixiori tempore studuisse oportet. in paruo enim tempore plura quis edisscere minimé potest. cap. cùm ex literis. §. constat. de resti. in integ. & ibi est glo. in verb. instructos. & Aristo. Poli. lib. 5. scribit ex temporis latitudinem experientiam oriri. exindé & non ab re glos. pragmati. in verb. precipitata. §. ité vt de cætero, eos coarguit, qui præcipitanter ad officia promouentur. cuius glos. meminit Guiller. Benedi. in capitul. Rainuntius. in verb. ad iectæ impuberi. nume. 11. de testa. & est ad hoc text. notabil. in. l. magistros. C. de profe. & medi. lib. 10. cuius sunt verba, *non repente nec temere prosiliat ad hoc munus.* quod etiam suader text. in ca. sic viue. 16. quæst. 1. ibi, *multo tempore discе.* & text. in capitul. charitas est. §. hæc quæ de elia
56 ritate. de pœniten. distin. 2. vbi & dicitur † neminem repente summũ fieri. Etsi multi sint, qui etsi exiguo studuerint tempore, iam existimantur legalem scientam percepisse. contra quos Senec. de tran. anni. hisce verbis insurgit, *multi ad culmen scientiæ peruenissent, nisi se iam peruenisse putassent.*

57 ¶ PROFECTO † & iudicem creãdum ad minus opus est habere ętatem. 26. annorum. prædicta Barchino. pragmatica stabilitur. Etsi. l. 4. tit. 15. ordinamen. lib. 2. disponat, ad hoc sufficere. 20. annorum ætatem iam adimpletam. & idem constituitur in. l. 5. titul. 4. parti. 3. Iure tamen ciuili fat est, iudicem decimũ octauũ annum implesse. l. quidam consulebat. ff. de reiudi. cum alijs. Et quid sit de iure cánonico, videre licet capitul. cùm vicesimum. de offi. delegat. & alibi sæpe. Romani enim † constituebant 58
grandiorem ætatem ad consulatum & cæteros magistratus. sicut scripsit Tullius in Hpili. 5. & Liuius à vrbe condita. lib. 7. qua in re Latinus Pacatus in Panegirico scripto ad Theodosium, hæc verba possuit. *cuius quidem rei ita fuit cura maioribus, vt nõ solũ in amplissimis magistratibus adipiscendis: sed in Prætoris quoque aut Ædilitatibus capescendis; ętas expectanda sit peritorum. Nec quisquam tantum valuerit nobilitate, vel gratia, vel pecunia, qui annos Comitiali lege prescriptos festinatis honoribus occuparit.* cuius meminit And. Tiraquel. in tracta. de primogenitura. in præfactio. nume. 164. vbi alia notabilia in proposito refert. qui & in numero. 165. dicit etiam, quód nec in his tantùm superioribus magistratibus leges annales locum habebant: sed & in simplicibus iudicibus. vbi & refert Suetonium in Augusto. capitul. 31. vbi etiam dicit, ipsum Augustum iudices ætatis. 30. annorum allegisse, idest, vt subdit quinquennio maturius quám solebant, vt hinc palám intelligas, non licuisse ante. 35. annum iudicandi munus gerere. quo & in loco And. Tiraquel. in dicta præfactio. numero. 166. & sequentibus. complura refert, quibus constat, non tantùm Romanos senioribus iuniores in magistratibus postposuisse, sed & cæteros quoque populos. Et iure ciuili idem stabilitum extat in. l. & qui originem. §. præses. ff. de mune. & hono. cum alijs de quibus ipse Tiraquel. memor est in ead. præfact. nu. 161. inibi etiam nu. 162. & sequentib. & nume. 93. complura refert exempla, quibus aperte cõstat, quãta incommoda regnis & imperijs ex iunioribus principibus vene-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rint.& constat.3.regum.capit.12. & Eccle. 10.

59 ¶AT REGIO consilio † iudices senes esse nominandos procemiũ.d. tit. 3.ordi.lib.2.constituit.quia in eis est sapientia. & regijs cancellarijs idem fieri quidem deberet,propter ardua & nodosa negotia inibi controuersa. & quia vt asserit Plato.de republica.lib.3.*non iuuenis sed senis, bonus erit iudex.* & Phi. inquit, *nemo iuuenes eligit iudices, quia non constat eos esse prudentes.* cuius meminit.Guil.Bened.in.c. Raimuntius.in verb.in extremis.nu.6.de testa.Rursum

60 & Iob.c.12.scribitur † *in antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia.* quod etiam habetur in.c.fi.85 distin. & Eccle.c.25.hæc sunt verba, *quam speciosa veteranis sapientia, & gloriosus intellectus & consilium, corona senium multa peritia, & gloria illorum timor Dei.* hæc ibidem,& alia complura his similia cõgerit Tiraquel.in.d.præfact.num.84.& sequentib.& ante eum Math. de Affli. in.d.constit.Neapol.lib.1.rub. 45.nu.53. versic. decimó. Verúm & Tiraquel. abundè exprimit in toto ipso procemio, quæ senibus conceduntur,at iunioribus denegantur. Quid plura,& dici solet, quód vmbra senis plus valet, quàm iuuenis arma.vt probatur in.c.1.de renũcia.& ibi notant docto.& Bald. in rub. cod.titu.& in.l.sænium. C.qui testa.fapo.Ioa.de Plat.in.l.fin. C. qui æta. lib. 10.& Hieronim. ad August. in hac specie inquit, quód bos lapsus fortius figit pedem. cuius meminit Iaso. in. l. gallus. in princip.numero.57.ff.de libe. & posthu. Item & hinc Cicero de senetu.dicit inter alia,mentem rationem & consilium in senibus esse: & quód si nulli fuissent,nullæ omninó essent ciuitates,quæ propter eorum sapientiam substinentur. Quim & Thimistocles cùm explectis.170.annis se mori cerneret,dixisse ferunt (vt retulit Hiero. ad Nepo.) se dolere quód tunc egredere tur à vita, quando sapere cepisset. & Ambrosi.in exame. lib. 1. sic ait, *senectutem ipsam in bonis moribus dulciorem in consilijs, subtiliorem ad constantiam, subeundæ mortis potiorem.*

¶NON TAMEN exhis vellim 61
intelligas † nos fuisse loquutos de seniorib⁹ qui eorum longeua ætate officium exequi minimè possunt: siquidè hij assumendi non sunt ad munus iudicandi.ex text.in capitul.nisi cùm pridè §. alit. de renuncia.&in ca.Florentinũ 8.distin.& in.l.2. §.quem ita.ff.de vacamun e.& in.l.penul.in princip.ff. eod. titul. Nam vt Archidia. ait in capitul. tanta.86.distin.*hi propter nimiam ætatẽ delirant, & præuetustate desipiunt.* Quim & secundum Aristo.politi.lib.7. *hi immemores sunt propter nimium motum eorporibus eorum accidẽtem.* & Sene.inquit, *solebat mihi bonæ fidei esse memoria, & quæ ei concesserant, citò restituebat, nunc autem ætate chassata, & lẽga discidia quæ iuueniles animos dissoluit, quàm noua audio.*

¶VERVM etiam nec intelligas 62
senes ita ad regias cancellarias esse eligendos,quód nullus † iuuenis vnquàm eis associetur, si dirimendis causis sit aptus, ætatem quę congruam habeat, non quę multùm iuuenis sit. ex text. in.l.non tantùm,ff.de decurio. & in.l. ad rempublicam. in princip.ff.de mu ne. &hono. & in capitul. cùm incumbentis. de elect. nam et iuuenis quis dicitur,donec inter senes numerari incipiat. ff.de leg.3.l. non aliter. §.fi.cum alijs. siquidem & quandoque iuuenis 63
poterit adinueniri,quiad munus iudicandi potior sit sene: qui ideó † seniori præponendus est. l. honores. ff. de decurio. cum similibus quorũ meminit And.Tiraquel.in dicta præfact.

64 tractatus primogenituræ. nu.170. cum sequentib. & quia iuuenibus † sensus acutiores velotiores qúe esse consueuerunt.vt ait glo.in.d.l.gallus.in princip.ff.de libe.& posthu. quod in plerisque locis traditur de quibus Ioa. Franciscꝰ.de Rip.in tracta.pestis.vltima parte.nume.60.etsi Iaso.in dicta.l.gallus. in princip.nume. 57. nollit intelligere dictam glos.de iunioribus ætate. Cùm tamen officium geri potest æque à seniore & iuniore,senior est anteponẽdus iunior.1.vt supra fundatum est.Etsi Marti.Rasa.in dicto eius speculo iudicum num.17. dicat,senes nisi virtute exhuberantes ad iudicandi munus non admittendos.

65 ¶NEMPE &ad causas iudicãdas † saltem ad potiora prætoria,iudex nõ expers nequàquàm euocandus est. vt disponit procemium dicti tit.3.lib.2. ordina.& idem probatur in authenti.de iudicib. §.vetus igitur. colla.6. & in. l.2. §.quę omnia. C.de vete.iu. enucle. & in.l.1. §.sed cùm sit necessarium. C.de iusti. C.compo.& in.l.3.titu.4. parti.3. cum alijs de quibus abundè Mich. Vlcu.in.d.tracta.de regimi.mundi.4.par. 2.q. primæ quæst. principal. & in ead. par.3.q.secundæ quæst.princip.& facit quod dicit Ioa.Fab.in procemio institu. quod etiam cõstitutum est incurijs Madri.anni.1528.l.50.ex eo quia vt inibi disponitur, est valdè pernicioſum & damnosum iudices non expertos creare ad regia consilia cancellarias vé , & ad alia ponderosa prætoria: quia absque experientia negotia intelligere non possunt , nec apti sunt in dirimendis causis. quod & in eisdem curijs sanciturl. 10. & incurijs Toleti anni. 1525. l.7.experientia enim valdè necessaria est causis decidendis, & regimini iustitiæ. vt constat in capitul.licèt plerunque. 45. distin. & in capitul. stote. in fi. r.quæst.1. & in capitul. vt constituerẽtur. 50. distin. & in clemen. pastoralis. de re iud.cum alijs quorũ meminit Cacia Lup.in tracta. de debitore fugitiuo. 9.quæst.nume.3.& experientia est sicut lapis quo aurum probatur. secundum Angel.in consi.110.sanctissima. nume. 4.& notatur in. l. agentes. C. de agen. in reb.lib.12.& illic Luc.de Pen.Proinde & aptam prudentiam † neminem 66
assequi posse constat, nisi per rerum experientiam.vt probatur in capitu.cùm sit.de elect.lib. 6. & in.l. legatis seruis. §. ornatricibus. ff. de leg. 3. Hinc est quòd scientia quo ad cognitionem inualet: at praxis quoad operationem.vt ait Luc.de Pen.in dicta.l.agentes.& sat constat ex Specul. in titul. de libe.con ce. columna. 1. Et ob id Aristo. in. 1. Metaphi. existimat, experientiam artem fecisse. cuius meminit Bald.in tit. de pac.tenen.in fi.principij. & faciunt quæ habentur in.l.8.titul.23.parti. 2. & ob id idem philoso. politico. 8. in capitul.6.impossibile opinatur esse, vel admodum difficile,vt iudicare possit, qui peritè opera ipsa non tractat. ¶Quid multa,& Bald. in repeti.l.Emilius.columna.11.ff.de minorib.inquit, praxim esse scientiam digestiuam. Et idem Bald. in titul. de feud. sine culp. non amit.ait,praxim esse veram intelligentiam legum. & Salic.in.l.per hanc.columna.1. C.de tempo.appel.dixit, doctoribus praxi legum scientiam splendescere.Et Ioa.Fab.in. §.sed non vsque. ad fin.institu.delega.ceuset, iuris scientiam parum proficere, nisi frequenter negotijs applicatam.citans ad hoc Senec.in epistо.ad Lucillum.

¶EX QVIBVS Math.de Afflict. in constitu. Neapol. rub. 38. de offi. magistri. lib. 1. numero.57. char. mihi. 102. vbi iudices magnę curiæ eligẽtes accuratè aduertit † vt eos assummant 67

Universidad de Deusto
Biblioteca

1075 ¶TABELLIONEM fuisse instrumẽto nominatũ, an obnoxius sit probare, qui instrumentum producit, si instrumẽtum sit antiquum.

1076 ¶TABELLIONEM in instrumento nominatum, quo tempore tabellionem fuisse sit probandum.

1077 ¶TABELLIONEM quem fuisse an constet, si illum in quasi possessione tabellionis esse probetur. & nu. 1078.

1079 ¶INSTRVMENTVM seu testamentũ quãdo de lõginquis partibus trahitur, an tũc etiam si nõ sit allegatum, tabellionẽ qui illud confecit, nõ fuisse tabellionem, sit de eius tabellionatu probandum.

1080 ¶SVBSCRIPTIONES testiũ testatoris qùs in testamẽto inscriptis, an de iure eõ muni exigãtur. Et quid de firmis vulgo dictis. & nu. 1082. &. 1083. quo in loco differitur horum ratio.

1081 ¶SVBSCRIPTIONVM forma quæsit.

1084 ¶SVBSCRIPTIONES an de iure canonico in testamento inscriptis exigantur.

1085 ¶SVBSCRIPTIONES seu firmæ testatoris an sicut in testamẽto inscriptis requirũtur, ita et in testamẽto nũcupatiuo necessariæ sint. Et quid de iure cõmuni nu. 1086.

¶Com-

Universidad de Deusto
Biblioteca

1087 ¶COMPLVTI sanctio seu pragmatica quæ requirit subscriptiones partiū, an locū habeat in testamēto nūcupatiuo & nu.præced.& nu.1088.&.1089.&.1090..& 1091.&.1092.&.1093.&.1094.&.1095.& 1096.&.1097.&.1098.&.1099.&.1100.& 1101.&.1102.

1088 ¶SVBSCRIPTIONES partium, an in scripturis de iure cōmuni sint necessariæ.

1090 ¶TESTAMENTVM an comprehendatur appellatione scripturæ.

1091 ¶TESTAMENTVM an veniat appellatione contractus.& nume.1094.

1093 ¶SVBSCRIPTIONES partiū, an partium doceant consensum.

1100 ¶DICTIO aduersatiua, cuius sit naturæ.

1103 ¶SVBSCRIPTIO illius qui cōsentit alterius testamēto inscriptis, in quo suorū bonorum testator disponit, an sit necessaria.& sequen.& nu.1105.

1104 ¶MVLIER si rem suam vēdere, citra certam solēnitatem statuto sit prouisum, an si consentit rei suæ vēditioni ab alio cōfectę, sine dicta solennitate id facere possit.& nn.1105.&.1106.&.1107.

1106 ¶TESTARI censetur, qui consentit suæ rei testamentum ab alio fieri.

1107 ¶DONATIO ab alio facta rei meę cōsensu meo, an à me sit insinuanda.

1108 ¶TESTARI qui de re sua consentit, iura sua perdit.

1109 ¶TESTAMENTVM an morte illud facientis vel cōsentientis de re sua testati, confirmetur.

1110 ¶TESTAMENTVM inscriptis si totum sit scriptum manu testantis, & etiā ipsius testamenti confectio (quam vulgus, otorgamiento nuncupat) an satis sit, vt testantis subscriptio, seu firma nō sit necessaria etsi hac lege requiratur.& sequen.& nu.1113.1114.&.1115.&.1116.

1111 ¶SVBSCRIPTIO testantis inscriptis,& si iure communi pro forma exigatur, si tamen testator totum testamentum sua manu scripserit,& hoc ipse expræssè dixerit, an tunc eodem iure subscriptio testoris requiratur.

1112 ¶SVBSCRIPTIONIS loco, firma sic vulgo dicta succesit.

1115 ¶INTELLECTVS ad tex.in.l.z.titul.1.parti.6.& nu.1116.

1117 ¶TEX. in.l.cùm antiquitas.C.de testamen.quando locum habeat.

1118 ¶SVBSCRIPTIO tabellionis an exigatur, si tabellio eius manu totum testamentum inscriptis scripserit.

1119 ¶SIGILLA testatoris & testiū si apponantur in testamēto inscriptis, an ii eorum subscriptiones ibidem nō adsint, an testamentum valeat.

1120 ¶SIGILLA testium an extante hac.l.3.Tauri, in testamento inscriptis hodiè sint necessaria,& nu.1121.

1122 ¶CHORDÆ quibus testium sigilla dependent, cùm hodiè nouissimo iure eæ minimè exigantur in testamento inscriptis, an si testator testamentum inscriptis chordis cluserit, à quibus testiū signa non dependent,& eas postea inciderit, an ex hoc testamentum ipsum abrogare videatur.& sequentib.plerisque.

1123 ¶INTELLECTVS ad tex. in.l.ad nostram.C.de testamen.

1124 ¶TESTAMENTVM nuncupatiū ex quo non indiget sigillorum appositione, si in eo testium sigilla ad finem ex quē testator scinderit, an ex hoc testamentum ipsum mutatum sit censendū,& nu.1125.

1126 ¶TESTAMENTI inscriptis si fila scissa reperiuntur, an sit censendum, consulto testatore factū esse. Et nu.1127. ponitur, quid in testamento ad pias cautas.

1128 ¶CHORDARVM sexti filorū insertio, an præsumatur facta tēpore testamēti.

1129 ¶SVBSCRIPTIONES testium an effici debeant, post testantis subscriptionem, cùm hac.l.3.Tauri in testamento inscriptis sint necessariæ.& nume.1130.& 1131.&.1132.&.1133.&.1134.

1132 ¶INTELLECTVS ad tex in.l.1.titul.1.parti.6.

1134 ¶INTELLECTVS ad.l.z.tit.1.parti.6.

1135 ¶SVBSCRIPTIONES testatoris & testium an habere debeant eorū nomina & cognomina.

1136 ¶TESTIVM nomina & cognomina, an à tabellione in testamento sint explicanda.& nu.1137.

1138 ¶SVBSCRIPTIONES testiū testamēto inscriptis imponēdę, an in cōficiēdæ post quam testator enūciauerit coram ipsis testibus illud esse suum testamētum,& nu.1139.&.1140..

1140 ¶SVBSCRIPTIONES à testibus facta testatore præsente, cēseantur cōfectæ ab ipsis testibus de voluntate testatoris.

1141 ¶TESTATORIS oblatio ḋ qua in.l.hac consultissima.C.de testamen.& aliis similibus, an hodiè sit necessaria.

1142 ¶SVBSCRIPTIONES testatoris, & testiū fieri debēt supra testamētū inscriptis foras quę, nō verò intus. Et quid iuris ante hāc.l.3.Tauri.nu.1143.& nu.1144.

1145 ¶SVBSCRIPTIONES testatoris & testiū an post dictā.l.3.Tauri, ita sit necesse, foras et supra testamētū inscriptis imponi, quòd si intra testamentū fiant, testamētū ipsum nō valeat.& nu.1146.&.1147.&.1148.&.1149.& 1150.&.1151.&. 1152.&.1153.&.1154.&.1155. Et quidsi testator corā testibus dixerit, subscriptionē suā intra testamētū factā, & intus reperiatur. vide nu.1156. Et quid si testator testibus ostēderit subscriptionē suā intro factā. vide.nu.1157.

1146 ¶SVBSCRIPTIONES supra testamētū in scriptis collocari an leuis sit solennitatis.

1147 ¶SVBSCRIPTIONES testatoris & testiū quarē cōfici debeāt supra testamentum in scriptis.

1149 ¶SOLENNITAS substācialis quæ sit.

1150 ¶SOLENNITAS testamēti est indiuidua.

1151 ¶SVBSCRIPTIO testatoris coram testibus efficienda est.

1152 ¶SOLENNITAS leuis quæsit.

1153 ¶VERBVM debeat quid importet.

1154 ¶SOLENNITAS substātialis an in equi pollenti adimpleri possit.

1155 ¶FALSITAS testamenti non ita tollitur si intra testamētū fiant subscriptiones, sicut quādo fiunt supra testamentum in scriptis.

1158 ¶SVBSCRIPTIO testatoris si fiat corā testibus intra testamētū in scriptis, an satis sit vt testamētū valeat: etsi supra ipsū testamētū nō sit cōfecta. Et quid erit, si testes etiā fecerint suas subscriptiones intra testamentum.nu.1159.

1160 ¶SIGNVM tabellionis an supra testamētum in scriptis debeat imponi.

1161 ¶SVBSCRIPTIONES testatoris & testiū, signū qùe tabellionis, an in papiro seu charta alia qùe testamētō in scriptis clusum est, in qua nulla testamēti pars scripta reperitur fieri posse, vel an cōfici debeat, in charta, cuius pars testamenti scripta est.& nu.1162.& 1163.&.1164.&.1165.

1162 ¶TESTAMENTVM in scriptis quomodo cludendum est.& nu.1163.

1164 ¶TESTAMENTVM in scriptis an valeat, si tabellio colligatā chartā à pectore eduxerit,& corā testibus testātē interroget, an vellit illud esse suū testamētū,& testator suum testamentum esse responderit.

1165 ¶SVBSCRIPTIONES testium & signacula in lintheo quo testamētum in scriptis inuoluitur, an fieri possint.

1166 ¶TESTAMENTVM in scriptis an valeat, si testator ante ipsius publicationem famulo dixerit, quòd ei afferet scripturā sui testamēti, quā ipse testator clausam habebat in archa, vt illā publicaret,& ipse famulus portauit quādā scripturā à quodā cōsanguineo ipsius famulli scriptā, in qua filius ipsius famulli institutus reperitur, quā testator etsi ab eo non lectā, corā testibus suum esse testamentum publicauit.

1167 ¶SVBSCRIBERE in testamento inscriptis necesse est, alij testes pro testibus & testatore, qui subscribere ignorant, seu nō possunt.& nu.1168.&.1170.&.1171.

1169 ¶COMPLVTI pragmaticæ hęc verba, y sino supieren firmar, supplēda quoqùe sunt, o no pudieren.

1172 ¶LEGES nouè cùm fieri debent, non imperitis, sed expertis & viris potissimæ literaturæ sunt committēdę, vt cōmoda verbā studiosè & peritè legibus immisceantur.

1173 ¶TESTIS vnus pro alio an ante hanc.l.3.Tauri poterat subscribere testamento in scriptis. Et quid de iure septipartitarum.nume.1174.

1175 ¶SVBSCRIBENS pro testatore, an teneatur enunciare hoc eius mādato facere. Et quid si se subscribat in presentia testatoris. nume.1176.

1177 ¶TABELLIONI asserēti, testatorē aut testem subscribere nō potuisse ex imperitia aut impotentia, an ei credendum sit.

1178 ¶SVBSCRIBENS pro testatore aut teste an expræsim cauere debeat, subscribere se pro eo. &nu.1179.&.1180.

1181 ¶SVBSCRIPTIONES si pro testatore, testibus qùe fiant,& subscribentes apud subscriptiones hęc tantùm verba por testigo ad iūgerint,& pro testatore subscriptionem alij quā factā subscribentes minimè edixerint, an testamentum sit firmum.

1182 ¶SVBSCRIPTIONES quæ fiunt à testibus pro testatore, seu alijs testibus, an faciendæ sint in conspectu testatoris & testium.

1183 ¶SVBSCRIBERE an sit necesse, vnus testis pro testatore literarum inscio,& alius testis pro alio teste literarū ignaro: vel an vnus testis pro omnibus ipsis subscribere possit.& nume.1185.

1184 ¶PLVRALE an aliquādo reducatur ad singulare.

1186 ¶SVBSCRIBERE an testator possit, pro testibus literarum indoctis.

1187 ¶SVBSCRIBERE an tabellio possit, pro testibus literarū ignaris, seu pro testatore literas ignorante, seu cùm illi se subscribere non possunt.

1188 ¶SVBSCRIBERE an vnus testis pro testatore possit, si testator aut testes parum sciāt scribe

Universidad de Deusto
Biblioteca

scribere.

1189 ¶SVBSCRIPTIO an fieri posit,pro testatore vel testibus scientibus legere,si illi scribere ignorent,seu non valeant.

1190 ¶SVBSCRIBERE si testator aut testis non posit propter senectutē aut tremorē,an satis factū sit formæ huius.l.3.Tauri, si vt testator aut testis subscribat,ipsius testatoris & testis manus ab alio dirigatur,& ita testator testis subscriptiones effecerint.& nu.1191. & seq.

1191 ¶MANV cùm aliquid fieri stabilitur, an sat sit per alium fieri.

1195 ¶SVBSCRIPTIONEM si testator aut testis facere non possunt,quia manu carēt, an sat sit eius brachio calamum ligare, & illo subscriptionem facere.& nu.1196.

1197 ¶SVBSCRIPTIO si fiat ab vno teste pro testatore vel pro alio teste,an subscribentis nomen & cognomē,seu testatoris vel testis in subscriptione sint exprimenda:seu satis sit,subscribentis nomen & cognomen in ea apponere.

1198 ¶SVBSCRIBERE an possit pro testatore aut teste,qui testaméti inscriptis testis nō fuerit.& nu.1199.

1200 ¶SVBSCRIPTIONEM si testis testaméti inscriptis pro alio teste nō faciat,sed alius an subscribens adesse debeat omnibus testamenti solennitatibus.

1201 ¶SVBSCRIPTIONES octo testaméto in scriptis inesse debent.Et quid erat ante hāc l.3. Taurinam.

1202 ¶SVBSCRIPTIONES quinque si reperiātur in testaméto in scriptis,quarū vnā fecit Martinus testis, & in ea dixerit, illā pro se & alijs tribus testibus cōfeciſſe,an satis erit, vt sit satisfactū formæ huius.l.3. Taurinę oc to subscriptiones exigētis.Et nu.1203.quid si vnus testis pro se & testatore vnam fecerit subscriptionē,an prædicta forma sit adimplenda. & vtrūque etiā ponitur ibidē.nu. 1204. &.1205.&.1206.&.1207.&.1208. &. 1209. & 1210.&.1211.& nu.1212.

1207 ¶DICTIO itaque quid importet.&.n.1209.

1208 ¶SVBSTANTIALIS forma an suboriatur ex modalibus verbis.

1213 ¶TESTAMENTVM in scriptis à marito & vxore vna charta cōfectū, an extāte hac.l. 3. Tauri decē & sex subscriptiones habere sit necesse.& nu.1214.&.1215.&.1216.&.1217. &.1218.&.1219.&.1230.&.1231.&.1232.&.1233 &.1234.

1214 ¶TESTAMENTVM an fieri possit à duobus in eadē charta.Et inibi an vnū tūc erit testamentū,vel duo.Et nu.1215,an vnus ex eis immutare possit ipsū testamentū quo ad eius bona.& plerisque sequentibus.

1216 ¶MAIORICATVM factū à marito & vxore in eadē scriptura,an vnus ex eis illū reuocare possit.

1217 ¶TESTAMENTVM eodē chartā à duobus confectū,an confirmetur morte vnius.

1218 ¶TESTAMENTVM si duo cōficiant ad pias causas in eadē charta de suis bonis,si superuiuens illud reuocauerit testamentū,an ex hac reuocatiōe defūct9 deceptus videat.

1219 ¶TESTAMENTVM in eadē charta factū à marito & vxore, in quo maioricatū fecerūt seu aliter de suis bonis disposuerunt,& superuiuētę vsufructu bonorum amborū potiturū cauerint,superuiuens quę ipso vsufructu fuerit fruictus,nunquid ipse superuiuens illud testamentū quo ad sua bona reuocare possit. et nu.1220.& sequētib.vsque ad nu.1227. Et quare vsufructus in isto casu censeatur relictus.nu.1220.

1221 ¶ACTVS quilibet factus videtur,secundum naturā actus super quo interponitur.

1222 ¶DIVISIO bonorū à patre confecta,quā filij promiserūt nō reuocare,an si à patre nō reuocetur,filij possint eam infringere.

1223 ¶REGVLIS iuris studiosē ad hæredū esti-

1224 ¶TESTAMENTVM nō reuocādi onus,an iure sit reprobatū. Et inibi an fructū perceptio ob id relicta dicatur superuiuenti, quòd testamentū nō reuocet,& an hoc impediat reuocationē ipsius testaméti.& nu.sequen.

1225 ¶HÆRES nō astringitur adimplere cōditionē à iure impossibilem.Et sequētib. quòd onus iure nullū,hęres adimplere minimè cōpellitur. Et inibi an promissio duobus facta de se hæredes instituēdo, iure valeat.

1227 ¶BALD. in.l.pro hæreditarijs.C.de hæredita.act.explicatio.

1228 ¶FRVCTVS percipiens vt suū testamentū non reuocet,an ipsos fructus restituere sit obligatus,si testamentum reuocauerit.

1229 ¶TESTAMENTVM non ob id contractus erit,quòd à duobus sit confectū,& ex eis vltimò morièti vsusfructus omnium bonorum sit relictus.

1231 ¶INTELLECTVS ad tex.in.l. patris,& si lij.ff.de vulga.& pupil.substitu.

1235 ¶SVBSCRIPTIONES duæ testantiū necessarię sunt,cùm duo in scriptis testātur in eahadem arta.

1236 ¶TESTAMENTVM in scriptis quid sit à duobus simul non fit,nec coniunctis verbis, etsi in eadē charta testentur,an tūc fat erit, vtroque in testamento formam huius legis. 3.Tauri,ita seruare, quòd septē testes duæque testantium subscriptiones, tabellionis

quę vnum signum,in dicto testaméto apponantur:vel an sint necessaria duo signa tabellionis, & quatuordecim testes.& vide nu. 1237.&.1238.& vide aliud dubium nu.1239.

1240 ¶SIGNVM tabellionis ante hanc.l.3.Tauri,erat necessarium in testamento in scriptis & nume.1241.

1241 ¶SIGNVM tabellionis an requiratur in publicis scripturis.& nu.1242.&.1243.

1244 ¶SIGNVM tabellionis, an in prothocollis sit necessarium.

1245 ¶TESTAMENTO in scriptis,sicut in eo per hanc.l.3. Tauri,signum tabellionis exigitur,an ita eius subscriptio(idest firma vulgo dicta)sit necessaria.& nu.1246.&.1247.& 1248.&.1249.&.1250.&.1251.

1246 ¶SVBSCRIPTIO tabellionis an in scripturis exigatur.& vide nume. præceden.

1248 ¶SIGNVM tabellionis abique eius subscriptione,an in scripturis sufficiat.

1252 ¶TESTAMENTO tabellionis nomen scribi,an sit necessum.

1253 ¶TESTAMENTO inscriptis coram duobus tabellionibus confecto,an vtriusque tabellionis signū exigatur.& nu.1254.&.1255. &.1256. &.1257 .&.1258. &.1259. &.1260. & 1261.&.1262.&.1263.&.1264.&.1265.&.1266. &.1267.&.1268.vsque ad nu.1273 &.1274.

1254 ¶SIGNA duo tabellionis an sint necessaria,cùm instrumentum coram duobus cōficitur tabellionis.& nu.1255.&.1256.

1255 ¶TABELLIONVM duorū fides,maior est quàm vnius tantùm.& nu.1267.

1257 ¶FALSITAS facilius euellitur signis duorum tabellionum.

1258 ¶INSTRVMENTVM cùm à duobus conficitur tabellionibus,an ab vno scribendum sit,& ab altero subscribendum . & nume.1264.&.1269.

1260 ¶TABELLIONIS vnius præsentia,ad instrumenti fidem sufficit.

1261 ¶SIGNA duo si partes in instrumento apponi velint,an vno tantùm interueniente, instrumentum sit firmum.

1262 ¶TABELLIONES duo si ad instrumentum rogantur,an eorum quilibet insolidum rogatus censeatur.

1265 ¶INTELLECTVS ad tex.in.l.si quis ex argentarijs §.cogentur.ff.de edend.

1270 ¶TABELLIONES duos si statutum in scripturis requirat,an intelligendum sit,nisi vnus tātùm tabellio adinueniri possit. Et nu.1271.an tabellioni asserenti alium tabellionē non posse reperiri,sit standum.

1272 ¶STATVTVM si requirat in testaméto duos tabelliones interuenire,an tale statutū locum habebit in testamento inter liberos.

1273 ¶INSTRVMENTVM si propter non solutam gabellam statuto annulletur,an & contractus in ipso instrumento immissus,etiam annulletur.

1275 ¶SIGNVM tabellionis an sit imponēdū in fine testamenti in scriptis,vel in fine aliorum instrumentorum.

1276 ¶SIGNVM adeò tabellio astringitur ponere in testamento in scriptis,quòd tabellio coram quo ipsum conficitur testamentum,nō potest alij committere,vt testamentum signet.

1277 ¶SIGNVM tabellionis an sit imponendū supra testamentum in scriptis.

1278 ¶SIGNVM si tabellio in testamento in scriptis coram testatore et testibus minimè imposuerit,an postea ipse tabellio signum suum imponere possit.

1279 ¶TABELLIO an sit necesse,quòd cognoscat testatorem,vel contrahentem.& nume. 1280.et.1281.

1281 ¶INTELLECTVS ad tex.in.l.54. titul.18. parti.3.

1282 ¶TABELLIO si partes non agnoscat,an vt instrumentū valeat,sit astrictus duos recipere testes,qui partes ipsas cognoscant. Et quid de iure ciuili. Et quid de iure regio.et plerisque sequentibus.

1283 ¶INTELLECTVS ad tex.pragmaticæ Cōpluti.

1284 ¶TABELLIO si partes cognoscat,an sit necesse,quòd hoc explicet in instrumētis aliàs quòd instrumēta annullētur. et nu.1285.

1286 ¶TABELLIO an testes cognoscere debeat.

1287 ¶DIES an debeat apponi in testamento in scriptis.

1288 ¶MENSIS an debeat in testamētis imponi.

1289 ¶LOCVS an sit apponēdus in instrumētis.

1290 ¶ANNVS natiuitatis domini an sit inscribendus in instrumetis.

1291 ¶INSTRVMENTIS inditio imperatoris ve nomen. an sint necessaria.

1292 ¶TESTAMENTVM an solenne præsumatur,ex temporis diuturnitate.

1293 ¶CÆCVS ante hanc.l.3 Tauri testari poterat.et an poterat testari secundum solennitatem.l.i. titul.2.lib.5.ordina.et nu.1294.

1295 ¶SOLENNITAS testamenti cęci an sit eadem de iure communi, et septipartitarum iure.et nu.1296.et.1297.et.1298 et.1299.

1300 ¶CÆCI testamento tabellio an subscribi debeat,et complura alia.et an cęcus testamento se subscribere teneatur, et nume. 1301.

1302 ¶SVBSCRIBERE testamento cęci,an

Universidad de Deusto
Biblioteca

testes necesse est.& nume.1303.

1304 ¶CECI testamentum nuncupatiuum cõfectum coram quinque testibus sine tabellione,in loco in quo tabellio adinueniri nõ potest,an de iure sit firmum.

1305 ¶CECI testamentum factum corã quinque testibus iuxta hanc.l.3.Tauri,an sit necessum publicari.

1306 ¶CECI testamentum ad pias causas cõfectum,an in eo interuenire debeat solennitas dictæ.l.Tauri.

1307 ¶CECI testamentum,qui etiam est clericus,qua solennitate sit conficiendum.

1308 ¶CECI testamentum inter filios confectum,an sit necesse,habere solennitatem dictæ.l.3.Tauri.& nume.1309.&.1310.&.1311.& &.1312.&.1313.&.1314.

1315 ¶CECI testamento, an testes incolæ & oppidani inscribi sit necessum.

1316 ¶CECI testamento an sat sit duos testes inscribi,si consuetudine constitutum sit,testamentum effici posse coram duobus testibus.

1317 ¶CECORVM in codicillis,an quinque testes inscribi debeãt.& num.1318.&.1319.& 1320.& nu.1321 &.1322.

1318 ¶CECORVM in codicillis eadem exigitur solennitas,quę in eorum testamentis.

1323 ¶CECORVM in contractibus,quæ solennitas sit necessaria,& an exigatur solẽnitas dictæ.l.3.Taurinæ.

1324 ¶CECORVM in donationibus causa mortis,an requiratur solennitas dictæ.l.3.Tauri. & nu.1325.&.1326.&.1327.

1328 ¶CECVS habens oculos apertos,si non videt,an debeat testari solẽnitate huius legis.3.Tauri.

1329 ¶CODICILLIS ante dictam.l.3.Tauri quę solennitas erat necessaria, & an eadem requiratur,quę in testamentis requiritur extã te dicta.l.ordinamen.& numr.1330. &.1331 &.1332.

1333 ¶CODICILLIS quòd eadem solennitas sit necessaria, quæ in testamentis, an de iure communi fit aliquis casus.

1334 ¶CODICILLI an minori numero testium fieri possint,si statuto minor solennitas requiratur.

1335 ¶CODICILLARIS clausula, an hodie sit necesseria,extante hac.l.3.Tauri.

1336 ¶CODICILLIS an fundum habens in emphiteosim ab ecclesia,cum pacto,quòd cùm voluerit ipsum fundum eius testamento relinquere possit,illud legare possit,etsi testamento ipsum non relinquerit.

1337 ¶CODICILLOS facere potest, qui ex privilegio testari valet.

1338 ¶HÆREDITAS an hodié in codicillis directò dari possit.

1339 ¶HÆREDITAS data an hodiè codicillis adimi possit.

1340 ¶EX HÆREDITARIO filiorum, an hodiè codicillis fieri possit.

1341 ¶CODICILLIS an possit hæredis institutio ni testaméto purè confectę, cõditio adiũgi.

1342 ¶SVBSTITVTIO directa,an hodiè in codicillis fieri possit,hęredi scripto in testamento.

1343 ¶CODICILLO ordinamenti solennitate postremo edito etsi priori non aduerso, an primus tollatur codicillus,eadem solennitate compositus:etsi à disponente non sit expręssum.

1344 ¶FOEMINE an testes esse possint in codicillis.& nu.1345.&.1346.&.1347.&.1348.& &.1349. &1351. &.1352. &. 1353. &.1354. & &.1355.&.1356.cum sequentibus plerisque.

1350 ¶CODICILLORVM testes an rogari hodiè sit necesse.

1352 ¶ADEQVATIO ab statuto facta inter duo, alijs iuribus temperari potest.

1353 ¶RELATIO quæ fit ad aliquam legem seu constitutionem, ita interpretanda est ne anteriora abrogentur iura.

1357 ¶CODICILLIS an omnes testes feminæ esse possint.

1358 ¶CODICILLIS factis inter filios,an sit necessaria solennitas huius.l.3.Tauri.

1359 ¶CODICILLIS in scriptis quàm nũcupatiuis,an sit necessaria solẽnitas dictæ.l.3.Tauri.& nu.1360.&.1361.&.1362.&.1363.

1364 ¶VICTORIA memoranda serenissimi regis nostri Philippi, aduersus Francorum regem.

1365 ¶TESTAMENTVM atque codicillus nõ habens solennitatem dictæ.l.3.Tauri, fieri caret,quo ad omnia in eo cõtenta,& quo ad legata in eo expræssa.et nu.1366.

1367 ¶TESTAMENTVM confectum sine solennitate dictæ.l.3.Tauri,an rex poterit confirmare,seu firmum facere.

1368 ¶FORMA substantialis seu probatoria,an sit numerus testiũ in testaméto requisitus.

1369 ¶TESTAMENTVM si nõ potest valere vt in scriptis,an vt nũcupatiuũ in valeat,& nu.1370.&.1371.&.1372.et.1373.&.1374.cum sequentib.et nu.1379.vsque ad num.1383.

1374 ¶VTILE per inutile quando vicietur, et quando non.

1375 ¶TESTARI què in scriptis voluisse,quomodo nobis constare possit.et nu.1376.et.1377. et.1381.et.1382.et nume.1386.

1378 ¶TESTAMENTVM á vt valeat vt testamẽtum

tũ nũcupatiuũ,exigatur quòd testator hæredem nominet coram testibus. et nu. 1380.

1387 ¶INTELLECTVS ad tex.in.l.cùm parer. 9.filius matrem.ff.de leg.2.

1388 ¶TESTAMENTVM si fidem non facit, quia non habet solennitatem huius.l.3.Tauri,an ex eo possit summi coniectura aliqua voluntatis testatoris.

1389 ¶TESTAMENTVM non habens solẽnitatem huius. l.3. Tauri,an testibus probari possit.

1390 ¶TESTAMENTVM carens solennitate huius.l.3.Taurinæ,an ab venientibus ab intestato possit approbari.Et an soluẽdo vni legatum eodem testaméto relictũ, ipsum testamẽtũ quoad totũ sit approbatũ.& n.1391.

1393 ¶TESTAMENTVM codicillus què si nõ habeãt solẽnitatẽ huius.l.3 Tauri, an valeãt si hæres ab intestato ea conteatur & an in eis contenta hęres teneatur soluere.& nu.1394. & sequent.& vide nu.1399.& 1400.&.1401. Et an quo ad legata obtineat.n.1395.Et quid si verò ea facta cõfiteatur.nu.1397. &.1398.& 1399.Et quid erit,si verè testamẽtũ cõfectum fit,& nullam fraudem testanti factam constet.nu.1398.

1396 ¶BALDI sententia in authenti.sed nouo iure.C.si cert.pet.explicatur.

1402 ¶CONFITERI Titiũ testatũ fuisse,an aliud sit, quàm confiteri testantis fuisse voluntatem.

1403 ¶CONFITERI testamentum an videatur, illud producens in iuditio.

1404 ¶CONFESSIO partis,an faciat firmum cõtractum nullum.

1405 ¶NVLLITAS testamenti,infra quod tempus alleganda sit.

1406 ¶DISPOSITIO huius.l.3 Tauri á procedat in foro cõsciẽtiæ.& pleriquè nu.sequẽ.maximè num.1419 &.1420.&.1422.&.1425.& 1443 &.1446. &.1447. &.1448. &.1453.& 1454.&.1455.&.1456.&.1461.

1407 ¶PRINCIPALE trahit ad se accessoriũ

1408 etiam si sit præciosius.

¶TESTANTIS voluntatem non adimplere,etsi non solennem,impium est.

1409 ¶RATIO potissima huius.l.3.Tauri est, vt falsitatum abiciatur locus.

1410 ¶MENS verbis præponenda est, sicut anima corpori.

1411 ¶INTELLECTVS diuini iuris quo stabilitur,in ore duorum vel trium stat omne verbum.& nu.1439.

1412 ¶CONSCIENTIÆ solus Deus iudex est & nume.1415.

1413 ¶DE CONSCIENTIA cùm agitur, minimè est tractandum de apicibus iuris.

1414 ¶VERITAS cùm cõstat,interiori foro est obseruanda.

1415 ¶CONSCIENTIÆ in foro, veritas potiùs,quàm opinio est amplectenda.

1416 ¶CONSCIENTIÆ forus respicit obligationem naturalem.

1417 ¶OBLIGATIO naturalis an oriatur ex testamento non solenni.& nu.1466.

1418 ¶OBLIGATIO naturalis ad retinendum potens est.

1421 ¶CONSCIENTIÆ in foro turus est,qui habet voluntatem disponentium, etiam non solennem.& nu.1468.

1423 ¶LEX quibusdam actibus non assistit, & alijs resistit.& quid hæc operentur.

1424 ¶LEX quę in præsumptione fundatur,an habeat locum in foro conscientiæ.& nume. 1470.&.1471.

1426 ¶PENA an sit annullatio actus.& nu. 1472.

1427 ¶LEGES humanæ an habeant locum in foro conscientiæ.&.1429 & nu.1430.et.1431.

1428 ¶PRINCIPIBVS diuino iure an sit obediendum.

1432 ¶LEGES quæ agunt de solennitate testamentorum,iustę sunt.

1433 ¶CONSCIENTIE forus iusta conspicit.

1434 ¶LEGIS rectitudo & rationabilitas, ex quibus iudicetur.

1435 ¶LEGES ciuiles loquentes de solennitate testamẽtorũ,an reprobentur & corrigantur à iure canonico.& sequen.et nu.1438.

1436 ¶LEX aliam legem referens, an videatur eam comprobare.

1437 ¶DISPOSITIO tex.in.c.cùm esses.de testamen.an vbiqúe locorum obtineat.

1438 ¶LEGES agentes de solennitate testamentorum, an iuri diuino aduersentur. et . 1439.et.1440.et. 4 4

1441 ¶INTELLECTVS ad tex.in.c.cùm esses. de testamen.

1442 ¶ACTVS omnis consistit in potestate & voluntate.

1444 ¶SOLENNITAS testamentorum,an sit probatoria,seu substantialis.et nu.1467.

1445 ¶RATIONABILIA sunt iura,quæ in certis casibus requirunt plus quàm tres testes.

1449 ¶LEGIS authoritatem habens,an peccet,et nu.1488.

1450 ¶PRINCIPI an liceat auferre res subditorum.Et an tunc teneatur dare bonum cãbium.et nu.1451.

1452 ¶PRINCEPS an ex causa possit limitare ius diuinum.

1457 ¶HÆRES ab intestato,an possit retinere in foro conscientiæ bona hereditaria, et legata-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gata relicta in non solẽni testamento. et nu. 1458.&.1459.&.1460.&.1477. Et quid erit, si talis hæres sciat verum esse tale testamentũ nu.1473. Et quid in legatis ad pias causas. nu.1478. Et quid si cogitat lęsam habere cõscientiam. nume.1479.

1462 ¶INTELLECTVS ad tex. in l. quidam. §. illo. C. de necessa. ser. hæredib. instituen.

1463 ¶RATIO legis etsi cesset, an eius dispositio subuertatur.

1469 ¶LEGES tractantes de solennitate testamentorum, an præsumptione fundentur.

1474 ¶HÆRES scriptus in testamento, an ad iudicem ecclesiasticum recurrere possit, aduersus hæredem ab intestato retinẽtem bona hæreditaria.

1475 ¶DENVNCIATIO euangelica quando locum habeat.

1476 ¶HERES ab intestato an peccet, si agat contra testamentum non solenne.

1480 ¶HERES scriptus in testamento non solẽni, siue legatarius, an in foro conscientiæ retinere possint bona hęreditaria & legata. & nu.1481.&.1482.&.4184.&.1485.&.1486.& 1487.&.1488.&.1489.&.1490.&.1491. Et quid si lęsam conscientiam habere præsumant. nu.1499. Et quid si testator extraneum hęredem instituit, exclusis tacitè consanguineis seu domisticis personis. num.1500.&.1501.& 1502.&.1504.&.1507. cum sequentibus. Et an idem sit, si potius extraneos quàm domesticos fecerit hęredes. nu. 1504. & sequentib. Et quid si ad sit aliqua suspitio fraudis, an tunc talis hęres bona retinere possit. nu 1511

1484 ¶CONTRARIA duo an diuersis respectibus concurrere possint.

1492 ¶HERES institutus in non solemni testamento, an in foro conscientiæ bona hæredi taria retinere possit, si ea petat hæres ab intestato, quo vsque sit condemnatus.

1493 ¶HERES & legatarius in testamẽto minus solenni scripti, an euangelica denuntiatione sint compellendi, ad restituendũ bona hæreditaria hæredi venięti ab intestato.

3494 ¶HERES seu legatarius in non solẽni testamento scripti, an res hæreditarias vel legata furari possint. & num. 1495.&.1496.& 1497. cum pluribus sequentib.

1495 ¶FVRARI an quis possit rem sibi debitã, si eã aliàs consequi non potest. & nu.1498.

1501 ¶ELEMOSINA quando pauperi necessitanti da est, vt á peccato quis sit immunis.

1504 ¶CONSANGVINEIS an sit potius subueniẽdum, quam extraneis. & n.1506.&.1507.& 1508.&.1509.&.1510

1512 ¶HERES testamento non solenni scriptus, an in foro conscientię constringatur legatarijs in eodem testamento expressis res legatas tradere: vel an res legatas retinere possit, vt eas tradat hæredi eas petẽti ab intestato. & nu.1513.&.1514.&.1515.&.1516. Et an talis hæres sana conscientia possit eas ita tradere hæredi ab intestato venięti. nu. 1517. Et an tempus oportunũ ipse hęres quarere possit, quo tales res legatas hæredi ab intestato præstet. nu.1518. Et quid si in petendo cõcurrant hęres ab intestato & legatarius cui tunc tradere est obligatus. nu.1519.

1516 ¶HERES legata testamento non solenni relicta, an legatarijs cautione præstita iuramento soluere teneatur. & nu.1513.

1521 ¶LEGATARIVS testamento minus solenni scriptus, bona hæreditaria teneus, an in foro conscientię, hæredi testamento instituto ea sit traditurus.

Marci Salon de Pace, Burgensis nuncupati, egregij commentarij ad legem tertiam Taurinarum sanctionum: in quibus etiam accurate ritegetur l.1. tit.2. ordinamentorũ regalium. lib.5

HANC HEC lex.3. adnotanda quidé est, secundũ Calat. in præsentiarum. & plerunque eius dispositio in prætorijs regijs, alijs qúe tractatur, quæ in quinque diuiditur partes. ¶ In prima explicatur sanctio ordinamenti, agens de testamentorum solennitate: ipsa que explicatio ampliatur. ¶ In secunda constituitur solennitas testamenti inscriptis. ¶ In tertia verò parte, exprimitur. solennitas adhibenda in testamentis cæcorum. ¶ In quarta etiam ponitur solennitas codicillorum. ¶ In quinta & finali parte, anullantur codicilli & testamentá, non habentiá præ-

dictas solennitates. Prima est in principio. Secunda ibi, pero en el testamento cerrado. Tertia ibi, y mandamos que en el testamento del ciego. Quarta ibi, y en los codiçillos. Quinta ibi, los quales dichos testamentos.

¶ET QVIDEM hæc nostra lex hanc summam habet. ordinamentorum lex agens de solennitate testamentorũ, obtinet in testamentis nuncupatiuis inter filios extraneos qúe confectis: at verò in testamentis inscriptis, septem extiguntur testes, & citra tabellionem & eius signum, testium testatoris qúe subscriptiones interuenire necessum est: at cæcorum testamenta quinqúe testibus confitienda sunt: codicilli autem solennitatem testamenti nuncupatiui habere debent: aliter autem testamenta & codicilli si sine dictis solennitatibus conficiãtur, minimé faciunt fidem.

¶ET prædicta ordinamenti lex, cuius hæc nostra meminit constitutio, sedé primam habet in. lib.5. ordinamen. tit.2. & cõmuniter (vt estimo) mẽdosa est & eius (vt autumo) veram literam in præsentia recensere volui, quam reperi) in meo codice vetustissimo manu cõscripto. quæ in hunc est modum.

¶SI ALGVNO ORDENARE su testamento, o otra su postrimera volũtad, en qualquier manera por escriuano publico, deuen y ser presentes a lo ver e otorgar tres testigos, alomenos vezinos del lugar do se hiziere. E si lo hiziere sin escriuano publico, que sean y cinco testigos, vezinos alomenos segun dicho es, si fuere lugar do los pueda auer e si fuere tal lugar que no puedan auer cinco testigos, que alomenos que sean y tres testigos, e sea valedero lo que ordenare en su postrimera voluntad. Y el testamento sea valedero en las mandas, e en las otras cosas que se en el contenien, aũque el testador no aya hecho heredero alguno, e entonce herede aquel que segun derecho, e costumbre de la tierra auia de heredar. E si el testador no ficiere cabezalero que cumpliesse el testamento, e si hiziere heredero el testador, e el heredero no quisiere la herencia, vala el testamento en las mandas e en las otras cosas que en el se contienen. E si alguno dexare a otro en su postrimera voluntad heredad o manda o mandas que la de, o q̃ la aya otro, e aq̃l primero aquien fuesse dexado no la quisiete auer, mãdamos que el otro o otros la puedan tomar y auer. Etsi dicta dicto, E, quę inter iã dicta verba, a lo ver otorgar, posita est superflue, vt infra nu. 24. latius dicemus.

¶QVAM literam & Montal. habuit vt ipse affirmat in eius repertorio. in verb. testamentum. & in. l. 1. titul. 5. lib. 3. fori legum. in verb. por buenas testimonias. & idem dicunt in presenti Ioa. Lup. á Pala. Rubi9. & Didac. Castel. & latius dominus Didac. Coua. in. c. cúm esses. de testamen. nu. 2. quo in loco dicit, adinuenisse similem literam in quodam codice ordinamenti collegij maximi saluatoris, etsi tantúm vsqúe ad prædicta verba, y sea valedero lo que ordenare, recenseat. Caue ergo ne deinceps erres, huic non adhærens literæ.

¶PRETEREA quia hæc lex (vt diximus) plures continet partes, quarum prima refert prædictam ordinamenti constitutionem, quotidianam opulentam qúe materiam habentem. non in fructuose & ipsam ordinamen. legem commentari decreui.

¶CVM ueró sanctio nostra in sex diuidatur partes, earum quanlibet constitui singulatim oportunis vtilibus qúe commentarijs decorare.

¶VERVM quia hui9 legis prima pars prædictam ordinamenti legem refert, non immeritó sensui, illius & huius le-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gis conclusiones coniunctim explicandas esse. quæ in hunc sunt modum.

¶HVIVS LEGIS PRIMA PARS.

¶PRIMA quidem conclusio est, quòd prædicta lex ordinamenti quæ loquitur de solennitate testamenti, in testamento nuncupatiuo intelligenda est.

¶SECVNDA conclusio, in testamento nũcupatiuo inter filios cõfecto, duos non sufficere testes hodiè constitutum est.

¶TERTIA conclusio, in testamento nuncupatiuo non tantùm numerus testium expræssus in dicta lege ordinamẽ. requiritur, sed necessum est, ipsos testes ciues esse illius loci in quo testamentũ conficitur.

¶QVARTA cõclusio, cùm testamẽtũ nuncupatiuum fit coram tabellione inter extraneos seu inter liberos, in eo adminus adesse debent tres testes oppidani.

¶QVINTA conclusio, testamentum nuncupatiuum conditum absque tabellione, in loco quo testes adinueniri possunt, quinque testibus ciuibus est conficiendum. aliàs verò tres testes oppidani sufficiunt.

¶SEXTA conclusio, testamentũ nũcupatiuum habens prædictas solennitates, quo ad legata, omnia quæ alia in eo contenta, firmum est: etsi in eo hæres nõ fuerit institutus.

¶SEPTIMA conclusio, repudiatio hæreditatis ab hærede scripto facta, minimè efficit testamẽtum inualidũ: sed quo ad legata & alia in eo relicta valet.

¶OCTAVA conclusio, portio si fuerit repudiata per hęredẽ seu legatarium rogatum hæreditatem vel legatum restituere, debetur eorum fideicomissarijs seu substitutis.

¶NONA cõclusio, testamẽtũ factũ bonis testimonijs iure quidem valet.

¶QVIBVS cõclusionibus sic elicitis, ante quàm ad earum glosam deueniam quia in hac lege constitutũ est, qua solẽnitate his regnis testamẽta fiant, cõgruum esse censui, & præter alios recẽsere, quibus solennitatibus aliquibus regnis seu prouintijs testamenta conficiantur. quod plerunque tibi vtile erit.

¶ET primò Lusitaniæ † vt ipsius regni constitutionibus cauetur. in. l. 1. ti. 76. lib. 4. testamẽtũ nũcupatiuum per scripturam coram tabellione cõfectũ, quinque testibus masculis liberis puberibus cũ signis testatoris tabellionis & testiũ cõficiendũ est: atsi testator signare non valeat, aut nõ sciat, ex testibus vnũ pro eo signare necessum est: testatoris mandato hoc facere asserentem. Cùm verò testamentum in scriptis conficitur. vt eodem tit. 76. l. 2. disponitur, postquàm fuerit clausum eo modo quo inibi exprimitur, corã quinque testibus masculis puberibus & liberis cõficiẽdũ est, & tabellione testatorem interrogante, an ipsius illud sit testamentum, quod testatore concedente, tabellio conficiet instrumentum testamenti modo & forma illic descriptis, signandum dicto modo à testatore tabellione & testibus. de cuius solennitate testamenti in scriptis, etiam loquitur. l. 3. in dicto titul. 76. lib. 4. sin autem testamentum fiat tempore mortis absque scriptura, sex testibus est conficiendum. vt dispositum est in. l. 5. eod. titul. 76.

¶CETERVM Aragoniæ regno † siue testamentum conficiatur scriptura vel absque ea, eiusdem regni foro duobus testibus est faciendum: si tamen solitario & eremo fiat loco, duobus testibus etiam septem annorum fieri valet. si in populis tamen testamentum fiat, testes legitimi exiguntur. quod clarè constat ex foro dicti regni titul. de testamentis. charta mihi. 23. & hoc adnotat Michael Molendi. in eius solenni opere, in verbo testamentum.

3 ¶BARCHINONE verò † tabelliones conficiunt testamenta duobus aut tribus testibus. & ita solius tabellionis fide statur. prout Thom. Mie. scribit in eius apparatu super constitutionibus & capitulis curiarum Chatoloniæ. in rub. de tabellionibus. c. 32. col. 1.

4 ¶NEMPE & Nauarræ duobus † tãtum testibus testari consuetum quidem est, quod in ardua & põderosa causa cõ pluribus testibus probatũ vidisse testor. etsi Bonifat. post Guill. in clemẽ. sæpe. §. fi. col. fi. de verb. significa. referat Nauarræ testamentũ annullari † nisi fiat in præsentia episcopi, eius ve officialis. quibus Boeri. consentit in decisio. 228. testamentum tempore pestis. numero. 3. & quia prædicta causa pergrauis erat, accuratè inquiri curaui quę, an hisce tẽporibus consuetudo vigeret (quam Bonifac. & prædicti doctores commemorant) et denique compertum fuit in desuetudinem abijsse. & ita prædicta in causa fuit denique diffinitũ. quidquid Bonifac. & Guiller. & Boeri. dixerint in prædictis locis. & vide quæ infra dicemus nume. 742.

6 ¶ITEM & Galliæ ex consuetudine generali † in testamentis ius canonicum obseruatur. vt firmat Boeri. in cõsuetudinib. Vituricen. charta mihi. 69. titul. des coſtumes concernans les testamens. §. 1. columna. 1. & Barthol. de Chassene. in Burgundiæ consuetudinibus. charta mihi. 240. columna. 2. titul. le testateur par. testa. §. 4. in fine. quo loco citat Ioa. Fabr. in. l. 1. in princip. C. de sac. sanct. eccle. & adde videndum Oldrad. in consilio. 248. præsupposita. co
7 lumna. 1. qui affirmat Parisij hanc † consuetudinem vigere. & Boeri. in dicto. §. 11. columna. 1. apud finem. & Chas
8 sene. prædicto in loco. vbi & quærit, an Burgundiæ eadem sit seruanda † consuetudo. quibus & in locis reperies, an duo sufficiant testes in testamentis Gallorum. & adde videndum Pet. Rebuf. super constitutionibus seu ordinationibus regalibus Gallica. in procemio. glo. 5. numero. 75. & Ioa. Bessia in consuetudinibus Albernię. in articul. 5. columna. 2. char. 76.

9 ¶VERVM & Senis, coram tribus † testibus fit testamentum. prout Angel. testatur in. §. fi. institu. de testamen. & docto. in. l. 1. C. de summa trinita. quorũ Boeri. meminit in dictis consuetudinibus. Vituricen. in dicta char. 69. & in dicto. §. 1. col. 2.

10 ¶ET quæ cõsuetudo † Venetiæ seruetur, doctores tradunt in. l. si non speciali. C. de testamen. & in. l. de quibus. ff. de legibus. & in. c. 2. de probat. & Alberic. in tractatu statutorum. in. 1. parte. q. 46. & in alijs plerisque locis, quorum Boeri. in loco proximè citato memor est. & Curt. iuni. in consi. 162. habita. columna. 3. numero. 3. & Chassene. in consi. 21. numero. 6.

¶PROINDE & quæ consuetudo Mediolani in testamentis seruetur. videre licet Bald. in authenti. defuncto. col. fi. C. ad Tertul. & Albert. Brun. in tractatu de forma. char. 18. columna. 2. Et Bal. in dicta authenti. defuncto. dicit Florẽtiæ ius commune in testamentis obseruari.

¶PRETEREA & Ianuæ, quinque testibus conficitur testamentũ, prout edocet Ludoui. Gozadi. in consi. 49. pro reuerendissimo. & Ianuæ statutis constitutum est.

¶RVRSVS & quomodo testamentum fiat in Lucana ciuitate. vide Ioan. Imol. in consilio. 114. in causa quæ vertitur. colu. 2. & Boeri. in dicta decisione. 228. testamentum tempore. numero. 6.

¶QVO & loco Boeri. refert Bonifac. clemen. sæpe. §. fi tamen de verbo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

signifícá.num.12.loquentem in consuetudine Tolosæ quæ seruatur in conficiendis testamentis.

¶INSVPER & in prouintia Cantabriç
11 † quæ solennitas in testamentis sit adhibenda. constitutum est in. l. 4. titul. de los testamentos. in Cantabrorum foro.qua sanctione cautum est, montanis locis testamentum confectum coram duobus testibus masculis & quadam fœmina,si postea publicetur solennitate ibidem commemorata,vires habere.

12 ¶QVE autem sit consuetudo † testãdi Ferrariæ.videre licet Soci.in cõsi.92. in causa domini Antonij.nu.11.lib.3.

¶ET quia cæterorum regnorum facile erit testamentorũ formam perquirere,prædicta enarrasse sat sit.

¶HIS ita quę cõgestis, huius legis primæ partis prædictas conclusiones singulatim vt oportet tractaturus,ad ipsius primæ partis priorem aggrediens conclusionem,quæ huiusmodi est.

¶LEX ORDINAMENTI QVE loquitur de solennitate testamẽti,in testamento nuncupatiuo explicanda est.

¶IVXTA quam conclusionem, & quidem præter alios dubitari oportet, an
13 prædicta † lex ordinamen. ante hanc legem in testamento nuncupatiuo tantũm obtineret,prout hac explicatur lege:vel etiã in testamento in scriptis procederet.quod quidem videtur, in vtroque testamento ipsum legem locum habere.

¶ET primó,quia dicta lex ordinamẽ. generaliter loquitur, nullum constituens discrimen inter testamentum in scriptis,vel nuncupatiuum:ergo consequens est, ante hanc legem Tauri, in vtroque testamento dictã regiã ordinalegem intelligendã esse.l.i. §. & generaliter.ff.de legat.præstand.c.si Romanorum.19.distin.& alijs notissimis.nãque adeó generalis lex generaliter intelligenda est,quód & locum habet † et si in vno casu sit maior ratio, quàm in alio.ex.l.i. §.quod autẽ.vbi notatur. ff. de aleato.cũ alijs á Tiraq. recensitis in tractatu de vtroque retractu.titul.de retract.lignag. §.1.glo.14.nume.101.char. 233. Vndè fit, quód etsi in hac re maior ratio esset in testamento nuncupatiuo, quàm in testamento in scriptis,cùm tamen prædicta lex ordinamen. generalis sit, censendum videtur, ante hanc nostram legem Tauri, testamentum in scriptis dictam legem ordinam.cõprehendere. ¶Quæ & ratio suadetur,quia cùm lege † nulla sit exceptio,ab homine fieri minimè cõcessum est.ex tex.vbi Bald.in.l.in fraudem. §.fi.ff.de testam. muli.& probatur in. l. quãuis. vbi Iaso.col.1.ff.de in ius vocan.& alibi sæpe traditur.

¶SECVNDO hæc suadetur sententia,quia lex prout iacet † intelligenda est,& nequaquàm ei aliquid extrinsecũ est subaudiendũ.vt notatur in.l.cùm ancillis. C.de inces.nupt.vbi Bal. col.fi. post glo.inibi.quod & doctores tenẽt in l.in actionib9.in princip.ff. de in lit.iuran.cum similibus.quarè cùm prædicta lex ordinamen. de testamento loquatur, nulla magis mentione facta,de testamento in scriptis quàm de nuncupatiuo,clarum est,quód ipsa lex ordinamenti, prout iacet ante hanc legem exponenda videbatur: & minimè eius verba restringenda erant ad testamentum nuncupatiuum : nec aliud quidem Alfonsus rex conditor dictæ legis ordinamenti expræsim constituit : quarè nequaquàm videtur concedendum, in testamento nuncupatiuo tantùm dictam legem ordinamenti esse interpretandã.vt in simili iurisconsultus inquit in. l. si seruum. §. prætor. versiculo. non dixit prætor. ff. de acquirenda. hæ

reditá.& tex.in.l.si furiosi. §.1. versi.quæ de furioso non loquitur. C. de nupt.vbi Bald.& in.l.quod constitutũ. ff. de testa.mil.& in.l.illã. C.de collat.

17 ¶TERTIO & pro hac sententia facit, quia hoc † verbum,*testamento* quo dicta lex ordina.plerunque vtitur,testamẽtũ in scriptis etiam comprehendit,prout & cõprehendit testamentũ nuncupatiuum.vt constat in. §.sed hæc quidẽ. institu. de testam. & in tota. l. hac consultissima. C. eod.tit & in.l.1.tit.1.part. 6.& alibi sæpe. Vnde in testamento nũcupatiuo dispositá,obtinere in testamẽto in scriptis iure optimo constitutũ est. vt probatur in. l.iubem9. §. oportet.versi. quenadmodũ. C.de testa. & ibi glo. Iaſ.& doct. & idẽ Iaſ.in.l.fi.col.2.versi. pro cõmuni opinione. C.eod.tit.quod & probatur in.l.quę nuper. C.de inoffi. testa. quinimmò cùm lex de testamẽto loquitur,proprius intelligẽda est de testamẽto in scriptis,quàm de testamento nũcupatiuo.ex tex.iũcta glo.in.l.si emãcipati.verb.iuditiũ. C.de collat. ita videtur tenere Alber. in eius dictionario. in verb.testamẽtũ. ergo benè sequitur, quód ante hãc legẽ nostrã Taurinã, nõ licebat tãtùm dictam legẽ ordina.intelligere in testamento nuncupatiuo.

¶QVARTO hæc fulcitur pars,ex verbis dictæ legis ordina.in antiquioribus libris repertis,ibi,*si alguno ordenare su testamento o otra su postrimera voluntad,en qualquier manera por escriuano publico.* perpendenda quidem sunt verba hæc, maximè illa,*en qualquier manera*, quæ testamentum in scriptis continere,non videtur ambiguum.nam dicta verba,*en qualquier manera*,& similia vniuersalia sunt.l.1. §.fi.ff.quæ in fraud.credi.& in c.solitę.de maio.& obedi.& notat Alber. in dicto eius dictionario.in verb. quocunque.& in dispositione † vniuersali omnes casus includuntur.l.à procuratore. C.mandati.l.Iulianus.ff.de leg.3.l. omnia.cum ibi citatis per Decium.ff. si cert.peta.

¶QVINTO hæc cõstat sententia, quia si de testamento nuncupatiuo dicta lex ordina.tantùm intelligenda esset † facilimè in ea expræssum esset:quod cùm factum non sunt,nequaquàm videtur dicendum,ante hanc legem prædictã ordina.constitutionem de testamento nũcupatiuo tantùm esse explicandam. ex text. in. l. 1. §.sin autem ad deficientis. vbi Bald. C.de cadu.tol.optimus tex.in c.inter corporalia. §.sed nec.versi. vndè.de transla.episcopo.cuius verba notabilia sunt.ibi,*Vnde si citra translationem id fieri voluisset, quod de cessione dixerat,de translatione poterat expræsse*. sunt & aliæ concordantiæ de quibus abũdè Tiraquel.in repet.l.si vnquàm,verb.libertis.nume.3.chart.65. C. de reuo. dona. meminit.& est optimus tex. ad idem in c.ad audientiam.de decim.

¶SEXTO prædicta confirmãtur, quia prædicta lex ordinamen.plura continet quæ & testamentum in scriptis respiciunt,scilicet,quód testamentum etiam absque hæredis institutione obtineat, & quód hærede repudiante, legata in testamẽto relicta firma maneãt. & cùm dictæ legis † verba etiam testamẽto in scriptis conueniant, & in eo dictam legem ordina.ante hãc legẽ locũ habere, dicẽdum videtur.ex.l.hos accusare. §. omnibus.ff.de accusa.& in.l.quarta. §. totiens.ff.de damno infect. vbi Bart.& docto.& alibi sæpe.

¶SEPTIMO huic setẽtiæ locus est ex tex.in.l.hac cõsultissima. §.ex imperfecto. C.de testa.iuncta glo. nanque glo. ibi illum tex.extenuantem solennitatẽ in testamento requisitam † interpretatur tám in testamẽto in scriptis,quàm in testamẽto nũcupatiuo.cui interpretationi cõmuniter doctores ibi adhęrẽt.& si aliqui nõ modicę authoritatis illum tex.explicẽt,tãtùm in testamẽto in scriptis.de

Universidad de Deusto
Biblioteca

tis de cuius veritate latius in sequenti quæstione dicemus.

¶OCTAVO & postremó huic sententiæ plerique ex scribentibus expræsse assentierunt, dicentes dictam legem ordinamen. locum habere in testamento in scriptis, seu in testamento nũcupatiuo. quorum meminit Ioa. magister Parisien (antiquus doctor in glosa quá fecit super. d. l. ordina. & ex eo præcipuum, quia si dicta lex ordinamenti benè consideretur, eius initium in testamento in scriptis loquitur. cùm ibi tractetur de testamento coram tabellione confecto: & illam legem etiam tractare de testamento nũcupatiuo subsequẽtibus constat verbis. ibi, *y si lo hiziere sin escriuano publico.*

¶SED quidem in contrarium sequẽtia satis vrgent.

¶PRIMO, quia cùm dicta lex ordinamenti sit correctoria iurium & antiquorũ, exigentia septem testes in testamẽtis scilicet, tex. in. §. sed cùm paulatim. & in. §. fi. in fitu. de testa. & dictam. l. hac consultissima. C. eod. tit. & dictã. l. 1. & 2. tit. 1. parti. 6. & similes. consequens est, dictã legẽ ordina. tantùm esse intelligẽdã in testamento nuncupatiuo: quia ex hoc ius primeuum minus abrogetur: nũquẽ lex corrigens intelligẽda est, vt minus lædat ius antiquum. ex. l. 2. vbi notatur per docto. C. de noxalib. & in. c. cùm dilectus. de consuetudi. cum alijs.

¶SECVNDO & in huius partis fauorẽ accedat, quia cùm plerunque frequẽtissimè quę testes ignorent cõtẽta in testamẽto in scriptis: etsi hoc minimè sit necessũ. vt in dicta. l. hac cõsultissima. in princip. & illic Paul. Cast. cęteri quę docto. & in. §. per nũcupationẽ. eiusdẽ. l. & in. l. hęredes palàm. in princip. ff. eod. titul. de testa. & ciuilia iura maiorẽ † requirũt solẽnitatẽ in testamẽto in scriptis, quàm in testamento nuncupatiuo. vt constat in dicta. l. hac consultissima. in princip. iuncto dicto §. per nuncupationẽ. & ibidẽ Paul. Cast. & ex tex. in. d. §. fi. in fitu. de testam. iuncto text. in. d. §. i. & 2. eiusdem tituli. & idem cõstat ex hac nostra lege tertia Tauri. & idem etiam tenet idem Paul. Castren. in. d. l. hac consultissima. in princip. C. de testa. & adnotat Boeri. in decisio. 240. ex processu. nume. 1. & Anto. Gometi. in hac. l. nu. 29. & alibi sæpe traditur. quarè absurdum videtur, dictam. l. ordina. etiam ante hanc legem, in testamento in scriptis intelligere, & quód in eo eadem & non maior solennitas, quàm in testamento nuncupatiuo requiratur. & ita in testamẽto tantùm nũcupatiuo videbatur, dictam legem ordinamen. esse interprætandam. ex. l. nam absurdum. ff. de bon. liber. cum suis similibus. quæ ratio & suadetur ex tex. in l. non est nouum. & in. l. sed & posteriores ff. de legib.

¶TERTIO hæc sententia suadetur, ex vera litera prædicta. l. ordinamẽ. ibi, *y si alguno ordenare su testamento o otra su postrimera voluntad en qualquier manera por escriuano publico, deuen y ser presentes a lo ver e otorgar por tres testigos llamados.* Nam quę hic non tantùm † confectioni testamenti, sed eius ordinationi testes præsentes esse constitui videtur: & ideò prędicta dictio, *e*, posita est inter dicta verba, *presentes a lo ver e otorgar*, vtpote cõiũctum necesse sit vtique actui testes esse præsentes. ex. l. si hæredi plures. ff. de condi. iusti. cũ alijs. quod & probatur ex vulgari litera Mor. cùm in eadem lege ordina. hæc apponantur verba, *y si alguno ordenare su testamento o postrimera voluntad con escriuano publico, deuen ser presentes a lo ver otorgar tres testigos.* iunctis subsequentibus verbis. ibi, *y sea valedero el testamento que en tal manera se ordenare.* quarè videtur, quód cùm dicta ordinamenti constitutio dicat, necessum esse testes

testes præsentes esse ordinationi testamenti, quód in testamento nuncupatiuo tantùm loqui videtur: siquidem in eo hoc magis requiritur quàm in testamento in scriptis, & quód testes nominatim testatoris sciant, audiant qúe voluntatem. vt est tex. in. d. §. per nuncupationem. dictæ. l. hac cõsultissima. ibi, *testantis voluntatem vt testamentum sine scriptura facientibus audierint.* & textus etiam in. d. §. fin. institu. eod. titul. ibi, *& sua voluntate coram eis nuncupata.* & in dicta. l. hæredes palàm. in princip. & in dicta. l. i. titul. 1. parti. 6. quod non ita in testamẽto in scriptis requiri videtur, ex iam dictis. & hac ratione (etsi non ita fusè excogitata) consultum quidem vidi, dictam ordinamenti legẽ ante hãc nostram in testamento tantùm nuncupatiuo esse exponendam. Sed hæc ratio si vulgarem literam Montalu. ponderemus, parui momenti est, cùm litera ipsa minimè doceat, testes adesse requiri ipsi ordinationi, sed eius cõfectioni, vulgo, *otorgamiento*, nuncupatæ: nec in dicta lege reperitur dicta cõiũctio, *et*, sed tãtùm in ea hæc ponũtur verba, *deuen ser presentes a lo ver otorgar.* ¶Et præter hoc, in testamento in scriptis etiam requiritur testamentum ante testes cõfici. vt probat tex. in dicta. l. hac consultissima. in princip. C. de testamen. ibi, *dumtamen testibus præsentibus testator suum esse dixerit testamentum, quod offertur.* quod & probat text. in dicta. l. 2. titul. 1. partita. 6. ibi, *E despues desto deue llamar, e rogar tales siete testigos, como dize en la ley antes desta: y mostrar les la carta doblada, y dezir les ansi, este es mio testamento.* quod & alijs plerisque iuribus probatur. Et vltra in hoc prædicta litera manu conscripta (vt diximus in initio huius primæ conclusionis) dicta coniunctiua, *et*, superflua est, & in alijs libris non reperitur (vt censeo,) quod satis cognoscitur ex ipsis verbis. Præterea nullo iure cautum est, necesse esse, testes non tantùm testamenti confectioni seu, *otorgamiento*, vulgo dicto præsentes esse, sed & eius institutioni seu ordinationi: & hoc iure vtimur, & praxis admittit, & nequaquàm esse necessum, testes interesse ordinationi testamentorum. & sat idem constat in dicta. l. hac consultissima. C. de testamen. in. §. in omnibus. Rursùs etsi prædicta dictio *et*, inibi posita esset, nos minimè moueret, quód eadem lege ordinamenti constitutum sit, testes adesse requiri ordinationi: cùm dicta verba, *ordenare su testamento*, non de primeua ordinatione explicanda sunt, sed de testamenti confectione seu *otorgamiento*, vulgo nuncupato, intelligenda quidem sunt.

¶DENIQVE ab antiquis quidem percipi, prædictam legem ordinamenti ante hanc nostram in testamento tantùm nuncupatiuuo fuisse interpræatam: & ita in Pinciano nostro prætorio & cancellaria fuisse sępiùs difinitum, & hanc fuisse antiquam praxim. cui praticæ in legibus dubijs explicandis est adhæredum. l. minimè. ff. de legibus. cum similibus. Et huic sententiæ assentire volentes, rationibus contrarijs (vt sequitur) poterunt satisfacere.

¶ET PRIOR RATIO destrui potest, quia etsi prædicta lex ordinamenti generaliter loquatur, ex dictis iuribus rationibus qúe ad testamentum nuncupatiuum tantùm optimè pertinere dijudicari potest. & nequid absurdum aut iuri contrarium † contingat. ex textu in. l. vt gradatim. §. etsi lege. ff. de munerib. & hono. & in. l. scire oportet. §. qui non iustè. ff. de excusa. tuto. & in. l. 2. vbi notatur. C. de conditio. insert. cum similibus quorum Decius memor est in dicta. l. omnia. ff. si cert. peta. post laso. in. l. i. ff. de lega. i. numero. 22. Item &

lex

Universidad de Deusto
Biblioteca

lex generalis ad casum † cui ratio obstitit, trahenda minime est. l. his solis. C. de reuocan. donat. cum alijs de quibus Iaso. in. l. quanuis. ff. de in ius vocā. & singulariter And. Tiraquel. in dicta. l. si vnquam. C. de reuocan. dona. in verb. si absque liberis. num. 37. & sequentibus.

¶Ex quibus & secunda tollitur ratio.

¶TERTIA ratio debilis videtur, cùm testamentum in scriptis, & nuncupatiuum plerunque quo ad solennitatem disconueniant. vt supra nu. 23. compertum fuit. & idē adnotāt docto. in authē. quod sine. C. de testa. Cui minimè obstitūt tex. nec glo. in. d. l. si emācipati. C. de collat. in verb. iuditiū. Tū quia text. † in. d. l. si emācipati. intelligēdus est, de iuditio collationē prohibēte. prout glo. ibi in eodē verb. iuditium. tenet in prima opinione. quę sētētia placet Pau. Cast. Cor. Iaso. ibidē nu. 35. & alijs doctoribus ibi, etsi nō reprobēt secūdā opinionē eiusdē glo quā præter eos nō existimo verā, cùm tex. ille hæc subijciat verba, *nec ullum testamentū*. quæ verba clarē docēt illū tex. de testamēto nūcupatiuo fuisse loquutū, & illa verba, *nec ullū testamētū*, ad hoc † posita fuisse in eadē lege, vt de omni testamēto etiā nūcupatiuo ibi esset sermo. vt in. c. Deus. de pœniten. distin. 1. ibi, *sine vlla exceptione*. vbi glo. 1. dicit, *id est nullum excipiēdo*. & idē cōstat in princip. instītu. per quas perso. nob. acquī. ibi, *sine vlla distinctione*. & in. l. nō potest. ff. de adoptionib. cum alijs.

Tū etiā, quia & potest tex. in. d. l. si emācipati. in dictō verbo, iuditium. aliter exponi, vt inibi Bal. tenet in. 7. oppositiō.

¶QVARTA ratio etiam dissoluitur, quia vulgaris litera dictæ legis ordinamēti cōtinet dicta verba, *en qualquier manera*, etsi vera litera sit vbi dicta verba collocata sūt. quibus satisfieri potest quia etsi sint verba vniuersalia † ex cautis iā dictis restringi tamē debēt ad testamētū nūcupatiuū. ex tex. cū glo. in verb. ita omnia. in. l. 1. C. de bon. mate. & in. l. 1. C. de sac. sanc. eccle. & alijs similibus traditis per Iaso. in. l. fideiussor. §. prætor ait. col. 1. & 2. ff. qui satisda. cogan. & quia vniuersalia verba alijs † legib⁹ tēperātur. vt est tex. nūcta glo. in. l. 1. §. de nique. ff. quod vi aut clam. & in. l. non erit. §. dato. ff. de iur. iuran. & ibi docto. & Iaſ. in. l. postquā liti. nu. 14. C. de pac.

¶QVINTA corruit ratio, quia & ea quæ desuper diximus, clarā intētionē cōdētis dictā legē ordinamenti docent. quarē iura in cōtrariū allegata hac ratione expendi non possunt.

¶SEXTA dimouetur ratio, quia etsi in dicta lege ordina. aliqua ponantur verba, quæ etiā testamentū in scriptis compræhendere possunt, parum vrget, cùm illa verba non pertineant ad solēnitatē testiū, de qua agimus. sed ad alia lōgē dissimilia. Verūm an dicta lex ordinamen. cùm cōstituit, legata deberi etiam hærede non scripto, vel repudiāte, procedat in testamento in scriptis. infra nu. 897. & nu. 898. dicetur.

¶SEPTIMA ratio similiter tollitur, quia sat constat † tex. in. d §. ex imperfecto. locum habere in testamento in scriptis. & eo maximè quòd principium dictæ. l. hac consultissima. de testamento in scriptis expræsse tractat: ad eo quòd plerique docto. tenent, text. in d. §. ex imperfecto. eiusdem. l. hac consultissima. tantùm procedere in testamento in scriptis. vt latius infra numero. 37. & sequentibus dicemus. at verò tex. in. d. l. ordinam. in nulla eius parte expræsse tractat de testamento in scriptis. Vel secundò dici potest, quòd in d. §. ex imperfecto. agitur de speciali fauore filiorum. quarè non est mirum, si in testamento etiam in scriptis intelligatur ex text. in regul. odia. de regul. iur. libro. 6. & similibus. quæ ratio non potest applicari ad dictam legem ordinam. Vel tertiò dic, quòd text. in dicto §. ex

§. ex imperfecto. † corrigitur quo ad testamentum in scriptis: & in eo maior solennitas requiritur, quàm in testamēto nuncupatiuo inter filios confecto. ex tex. in authenti. si modo. C. famil. hærciscun. & in corpore vndè summitur. & in authenti. quod sine. C. de testa. & in l. 7. titul. 1. parti. 6.

¶POSTREMA ratio priori sententiæ non suffragatur, quia etsi dicta ordinamen. lex in eius initio loquatur de testamento ante tabellionem confecto, ipsum legis initium explicari potest de testamento nuncupatiuo: cùm dubiū non sit quòd testamentum † nuncupatiuū scriptura ante tabellionem fieri potest. vt probatur in dicta. l. hac consultissima. §. per nuncupationem. & ibi glo. & docto. C. de testa. & glo. etiam in dicta. l. hac consultissima. in princip. C. qui testa. face. po. & tradūt etiam docto. in d. §. fi. instītu. de testamē. & Ioa. Lup. in præsenti nu. 77. ad quod est optim⁹ tex. in. l. 1. versi. E son dos maneras. tit. 1. parti. 6. & ibi Gre. Lup. in verb. o por escripto. inter alia allegat ad idē tex. in. l. 102. titul. 18. parti. 3.

¶EX quibus remanet satis clara prædicta sententia, quòd ante hanc legem Tauri, dicta lex ordinamenti tātùm locum habebat in testamento nuncupatiuo.

¶VERVM ipse non immeritò prædictis nequaquàm refragantibus, teneo ante legem nostram, hanc quæstionem † non modicum fuisse ambiguam, expositionem quę regiam necessariam esse. & optimè hac. l. nostra esse declaratam: quia verbis dictæ legis ordinamenti accuratè ponderatis, videbatur illam legem ordinamēti etiam procedere in testamento in scriptis. Tum rationibus primò adductis. Tum quia, eius verba vniuersalia sunt, & absque discrimine posita. Tum & quia, non absurdum nec omni iuri aduersum erat, testamento in scriptis eādem solennitatem constituere, quam testamento nuncupatiuo. nam quę de iure canonico † in testamento in scriptis & nuncupatiuo eadem requiritur solennitas. vt constat in capitul. cùm esses. de testamen. & ibidē traditur & in pluribus alijs locis. Item & iure diuino non erat discrimen: cùm in ore duorum vel trium stare omne verbum, illo iure sit cautum. vt in dicto capitul. cùm esses. & in. c. licet vniuersis. de testib. & alibi sæpe probatur. Tum quia, solennitas dictæ legis ordinamenti, quo ad testamentum in scriptis non erat exigua, cùm ipsa lex requirat adminus tres testes ciues, etiam tabellione præsente. Tum quia, Frantiæ & alijs plerisque regnis (vt in huius legis initio diximus. numero. 1. cum sequentibus) testamentum in scriptis conficitur etiam minori solēnitate, quàm expræssa in dicta. l. ordi. Tum quia, etsi prædicta lex ordinam. antiquiora corrigat iura, & ideó iuribus satis notis videbatur esse intelligendam, vt minus ius commune lædat: tamen cùm eius verba generalia vniuersalia quę sint, non deberent pati hanc restrictionem & intellectum, vt tantùm in testamento nuncupatiuo procedat. ex tex. in. l. ille aut ille. §. cùm in verbis. ff. de lega. 3. & in authenti. ex testamento. C. de collat. & alijs similibus quorum And. Tiraq. meminit in repet. l. si vnquàm. C. de reuocan. donat. in verb. libertis. nu. 4. 5. & 6. & Roderic. Suarez in procœmio legum fori. char. 6. columna. 1. & quia legem etiam † exorbitantem seu correctoriam extendere licet ad casum, qui sublata significatione compræhenditur. vt in authen. vt hij qui obliga. in princip. colla. 6. & tradunt docto. in. l. quod verò. ff. de legib. cum alijs à Tiraquel. congestis in dicta. l. si vnquàm. in verb. donatione

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne largitus.nume.145. Item & quia à verbis claris legis recedi fas est: etsi mens & ratio repugnent. ex. l. prospexit. ff. qui & à quib. cum alijs quorum Tiraq. memor est in dicta.l.si vnquàm. in verbo. libertis. numero. 55.

¶QVANCVNQVE tamen sententiam sequaris, cùm hæc nostra lex dubium prædictum tollat, declaratoria qúe sit, vt ex eadem nostra lege cõstat, & ex procœmio harum legum Tauri
37 percipitur † ad præterita hanc legem nostram extendi, dubium non est. l. nõ dubium. C. de legib. & ibi Bald. in tertio notabili. & in authenti. de filijs natis ante dota. instru. §. 1. colla. 3. cum alijs de quibus Deci. in. c. fi. de constitu. col. 5. ad quod est hodiè inter constitutiones huius regalis audientiæ quædam regalis schedula facta hispali anno. 1511. quæ iubet has leges nostras Tauri nas declaratorias esse, & ad præteritas causas extẽdi. Et ita hodiè nõ est vis, quã ex his amplectaris sententiã. Placuit tamen mihi hanc rem latè controuersari, vt minimè ignoremus, quid iuris esset ante hãc nostram legem: an verò si hęc lex Tauri correctoria fuisset, causam post has leges inceptam, etsi testamẽtum ante eas confectum fuerit, comprehænderet, ap apparebit ex his quæ infine harum legum explicabimus.

¶ET HIS sit finis huic primæ cõclusioni huius primæ partis. & ad secũdam conclusionem dictę primæ partis accedamus. quæ ita se habet.

¶IN TESTAMENTO NVNcupatiuo inter filios confecto, duos non sufficere testes hodiè cõstituitur.

¶IVXTA quam secundam conclusionem, sequentia suboriuntur dubia.

¶ET PRIMVM an hæc lex nostra in prædicta conclusione sit correctoria, &
38 ante hanc legem patri liceret † testamentum nuncupatiuum facere fauore filiorum duobus tantùm testibus, quod non videtur ex sequentibus.

¶PRIMO quia prædicta lex ordinamẽti generaliter loquitur, & in quocũ qúe testamento. & ita ex notissimis iuribus, generaliter & in testamento inter filios videtur intelligẽda. & eo maximè, quòd tunc testamenta inter filios erant in frequentiori vsu: & ob id nõ videtur dicendum, legem ipsam tantùm ad extraneorum testamenta fuisse editam. quæ ratio cõfirmatur, quia generalis lex etiam ad casus speciales ex mente legislatorum trahænda est. vt probatur in. c. cõtra Christianos. de hæreti. lib. 6. & ibi glo. fi. cum alijs de quibus notanter meminit Iaso. post glo. ibi in. l. sciendũ. ff. qui sat. da. cogan. in princip. nume. 4

¶SECVNDO hęc fulcitur sẽtẽcia, 39
quia tex. † in. §. ex imperfecto. dictæ. l. hac cõsultissima. C. de testam. (vbi sanc itur, testamentum inter filios valere corã duobus testib⁹) de testamẽto in scriptis tractare censetur, non quidem de testamento nuncupatiuo. quod constare videtur, quia ipse text. in dicto. §. ex imperfecto. positus est post constitutam formam testamenti in scriptis in eadem l. hac consultissima. & ante quàm ibi aliquid statueretur de solennitate testamẽti nũcupatiui. & text. in. d. §. ex imperfecto. præcedit. §. per nũcupationẽ, eiusdem legis. in quo clarè de testamento nuncupatiuo fit mentio. Vndè fieri videtur, text. in. d. §. ex imperfecto. tantùm esse intelligendum de testamẽto nuncupatiuo. & sic consequens est, prędictam. l. ordinamen. ex dicto. §. ex imperfecto. minimè posse trahi ad testamentum inter filios confectum. quod & suadetur, quia si dictus. §. ex imperfecto. in testamento nuncupatiuo obtineret (extantibus dictis authenti. quod sine. C. de testam. & authen. si modo. C. famil. hærciscũ.) absurdum hoc sequeretur,

40 retur † quòd si pater testamentum in scriptis inter filios faceret, quatuor vel sex testibus se subscribentibus, si testamentum hoc manu testatoris non esset scriptum, seu illa forma quæ in dictis authenticis continetur, non esset subscriptum, tale testamentum esset nullũ: at verò si testamentum absque scriptura à patre coram duobus testibus efficeretur, non valeret, & minor exigeretur solennitas in testamento scriptura non munito, quàm in testamento scriptura & testibus confecto. contra tex. in. l. nolumus. C. de testamen.

¶TERTIO hec sententia cõfirmari
41 videtur, authoritate Fulgo. volẽtis dictũ §. ex imperfecto. nõ habere locũ † in testamento nuncupatiuo, sed tãtùm in testamento in scriptis. vt ipse Fulgo. dicit in. d. authenti. quod sine. & in. d. l. hac cõsultissima. C. qui testa. facc. po. co. 2. in princip. & idẽ sentit idẽ Fulgo. in. d. §. ex imperfecto. & si ibi dicat, àcõmuni opinione nõ esse recedendũ. cui sententiæ & idẽ Fulgo. adhæret in cõsi. 49. casus talis. co. 3. Immò & Salic. in. d. authenti. quod sine. tenet, testamẽtum nuncupatiuum fauore filiorum confectum, scriptura tamen non munitum, olim nec hodiè validum esse, si minus solenne sit, verùm quòd si scriptura coadiuuetur testamentum inter filios confectũ, quòd hodiè non valet nec tenet, nisi in eius confectione seruetur solennitas dictę authen. quod sine. C. de testa. & dictę authen. si modo. C. famil hærciscun. quod etiã tenet idẽ Sali. & si subdubio. in. l. inter omnes. co. 2. C. famil. hærciscun. igitur si tex. in dicto. §. ex imperfecto. & similia iura non procedunt in testamẽto nuncupatiuo, consequens est, antè hunc legẽ, patrem testamentum nuncupatiuum corã duobus testib⁹ cõficere non posse. & sic hęc lex nõ videtur correctoria dictorũ iurium.

¶DEMVM & hæc pars cõfirmatur ex verbis huius nostræ legis, ibi, *se entiẽda y platiqu e encl testamento*. quę verba demonstrant, hanc nostrã legẽ potiùs esse declaratoriã dictæ legis ordinamẽti, quàm correctoriã. & ob id in eadẽ lege ordi. videtur dicendũ, etiam tractari de testamento inter filios confecto.

¶SED his non obstantibus, contraria sententia verior est, & sine dubio dicimus † etiam antè hanc legem valere 42
testamentũ nuncupatiuum minus solẽne inter filios confectum. & dictam legem ordi. restringi per tex. in. d. §. ex imperfecto. Vnde fit, dictum. §. ex imperfecto. & similia iura corrigi per hãc nostram legem Tauri. quod ex sequentibus apparet.

¶PRIMO hæc opinio constat, quia 43
† tex. in. d. §. ex imperfecto. generaliter loquitur, & ita ille tex. intelligi debet, tãm in testamẽto nũcupatiuo, quàm in testamento inscriptis: ex his quæ in præcedẽti conclusione deduximus. nu. 21. & hæc fuit opinio glo. communiter receptæ in. d. §. ex imperfecto. vbi & Fulgo. & recẽtiores hãc testãtur esse cõmunem opinionem. quã & tenent glo. & docto. in dicta authẽti. quòd sine. vbi & Alex. dicit hanc esse communẽ sententiam. & idem adnotant doctores in. l. fi. C. famil. hærciscun. & in authenti. de triẽte & semisse. §. & quod sæpe. colla. 3. & in authenti. de testamen. impefect. §. 1. colla. 8. & Alex. in. d. l. hac consultissima. co. fi. C. qui testa. fa. po. eãdem dicit esse communẽ opinionem. idem Alex. in consi. 105. super his co. pe. lib. 7. & tenet And. Barbat. in consi. 29. & quidem viso puncto. co. 7. lib. 1. & hanc opinionem dicit etiã communem Boeri. in decisio. 240. ex processu. col. 2. Et hæc sententia satis probatur in dicta. l. fi. C. famil. hærciscun. & ex verbis huius nostræ legis. Quæ & constat ex identitate rationis, quæ in vtroque obtinet testamento, & idem filiorum fauor.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quinimmó &si antè dictas authenticas in testamento inscriptis duo sufficiebant testes, á fortiori & cũ maiori ratione, hoc admitendũ erat in testamẽto nuncupatiuo, in quo difficilius falsi tas comitti potest. vt in dicta. l. hac consultissima. C. qui testa. face. po. cum similibus. quæ ratio coadiubatur etiam ex tex. in. c. vbi periculum. de elect. libro. 6. in eius principio.

¶SECVNDO hæc sententia fulcitur, quia cõmunis & vera resolutio est, quód quo ad testamentum † nuncupatiuum inter filios confectum tex. in. d. §. ex imperfecto. non corrigatur per dictas authenticas. quod sine. & simodo. quid quid dixerint Mart. Fulgo. & Sali. ibi. & ità tenent docto. in dictis locis. & hanc esse communem opinionem scribentes tradunt in dicto. §. ex imperfecto. precipuè Iaso. numero. 10. & Guid. pap. in quæst. 538. factum est. & Alex. in dicto consi. 105. colu. penul. lib. 7. Corne. in consi. 307. videtur prima facie. co. 7. lib. 3. & in consi. 118. in hac consultatione. volu. 3.

¶DEINDE & tertió prædicta sententia coádiuuatur, ex pulchra † decisione tex. in. l. 7. titu. 1. par. 6. quę lucidé opiniones contrarias euertit, cùm ea cõstituatur, testamentum nuncupatiuum absque scriptura inter filios effici posse coram duobus testibus. ibi, *Eso mesmo seria quando desta manera el padre o el abuelo partiese lo suyo por palabra sanſolamente entre sus hijos y sus nietos, haziendolo ante dos testigos rogados.* qua lege prædicta lex ordinamenti erat temperanda. & ita per dictam legem partitæ antè hanc legem licebat parentibus coram duobus testibus testari, & sine solennitate dictæ legis ordinamenti.

¶QVARTO, quia cùm dicta lex ordinamenti facta fuerit ad extenuandam solennitatem testamentorum, requisitam per leges anteriores, non quidem censendum est, solennitatem dicti. §. ex imperfecto. autam esse. l. legata inutiliter. ff. de lega. 1. & l. legata inutiliter. ff. de adimen. lega.

¶QVINTO iam dicta suadentur, quia cùm dicta lex ordinamen. (vt diximus) sit correctoria iuris ciuilis, septem testes in testamentis requirentis, & etiam sit correctoria dictæ. l. 1. & 2. titul. 1. parti. 6. lex ipsa ordinamen. antè hanc legem ad iura antiquiora trahenda erat, & vt minus abroget ius commune est explicanda. ex dicta. l. 2. C. de noxalib. cum alijs. & ita minimè pertinere debet ad testamentum inter filios confectum. quod & probatur, quia lex corrigens extrictè intelligenda est † non quę extendi debet ex maioritate rationis. vt probatur in authenti. quas actiones. C. de sac. sanct. eccles. & ibi communiter docto. complura similia tradunt. & in. l. si constante. in princip. ff. solu. matri. & in. l. si verò. §. de viro. ff. eodem titul. & est ad idem optimus tex. in authenti. de administra. offi. in sacr. appa. prope finem. colla. 3.

¶SEXTO hæc pars clara redditur, quia lex generalis (vt est prædicta cõstitutio ordinamen.) non est trahenda † ad casus speciales iuris communis: & ita ad dictum. §. ex imperfecto. factum specialiter filiorum fauore. iuxta notata indicta. l. sciendum. in princip. ff. qui sat. da. cogan. & ibi glo. & in. l. fi. C. inquib. cau. in integ. resti. non est necessa. & probatur in. l. non est nouum. ff. de legib. & in dicto capitu. cùm expediat. in princip. de elect. lib. 6. & in authẽti. offeratur. vbi. est gl. C. de lit. contesta. & in. l. decurionib9. C. de silẽtia. li. 12. cũ alijs de quib9. Ias. in. d. authẽti. quas actiones. nu. 19. & in. l. postquám liti. C. de pact. nu. 15. doct. in. c. 1. de rescript. & singulariter per Chasse. in consue. Burgund. rub. 9. §. 2. nu. 4 char. 302.

¶POS

¶POSTREMO & septimó huic assẽtiunt sentẽtiæ in prẽsentia Didac. Castel. & alij glosatores, qui in terminis cõcludunt, dictã legem ordi. non habere locum, in testamento nuncupatiuo inter filios confecto, & in eo duos testes sufficere. & concludunt etiam per hanc nostram legem, corrigi dictũ. §. ex imperfecto. & dictam septipartitarum cõstitutiouem, & similia iura. quibus & ipse adhæreo ex prædictis.

¶NEC rationes contrariæ huic obstiunt sententię. Et prior ratio toliturex his quæ diximus in prima conclusione huius primæ partis. Nec dici potest, constare de contraria mente Alfonsi regis conditoris dictę. l. ordinam. ex eo quód generaliter in ea fuerit loquutus, cùm sic omnia iura quæ generaliter constituunt solennitatem testamentorum, intelligerentur etiam de tastamentis paternis factis inter filios, contra communem earum intelligentiam, & rei veritatem.

¶SECVNDA ratio contraria etiã cessat, quia & si dicta. l. hac consultissima. in eius princip. C. de testa. de testamento in scriptis loquatur † tamen in dicto. §. ex imperfecto. etiam tractatur de testaméto nuncupatiuo. vt cõmuniter doct. tenent. vt supra diximꝰ. & hoc clarè denotãt verba generalia dicti. §. ex imperfecto. Quod & suadetur, quia tota ipsa. l. hac cõsultissima. nontãtùm edita fuit ad constituendã formã testamenti in scriptis, sed & ad explicãdam solennitatem testamenti nuncupatiui. quarè non est mirum, si tex. in. d. §. ex imperfecto. dè vtroque testamento intelligatur: & eo maximè, quia in testaméto nuncupatiuo, eadem inest ratio immó & maior, quod & constat, quia cùm tex. in. d. §. ex imperfecto. positus sit in medio dictę. l. hac consultissima. nõ est dubiũ, ipsũ tex. respicere tàm superiora quàm inferiora ipsius met legis, & ónia præcedentia temperare. ex tex. in. l. 3. §. filios. ff. de libe. & posthu. cum alijs. quæ omnia Barba. in. d. consi. 29. col. 7. li. 1. confirmat ex verbis præcedẽtibus dictę. l. hac consultissima. à dicto. §. ex imperfecto. ibi, *in omnibus autem testamentis quæ præsentibus vel absentibus testibus dictatur.* nanque qui omne dicit totum excludit. l. à procuratore. C. manda. cum alijs. quarè consequens videtur in. d. l. hac consultissima. ante dictum. §. ex imperfecto. de testamento etiam nuncupatiuo legem ipsam fuisse loquutam. Sed hæc consideratio Barba. mihi displicet, siquidem tex. in. d. § ex imperfecto. in dictis verbis, *omnibus autem testamentis.* de testamẽtis in scriptis tractet, vt clarè ex eodem tex. cõstat. cùm tex. ille de subscriptionibus testiũ & signis pertractet, ibi, *nec diuersis temporibus scribere signare que testamentum.* sed certum est, quód subscriptiones & signa testium † non pertinent ad testamentum nuncupatiuum. vt legitur & notatur in. d. l. hac cõsultissima. §. per nũcupationem. & inibi adnotant Odofred. Paul. Cast. & alij docto. & latè Iaso. in dicta. l. hac consultissima. colu. 2 C. qui testamen. face. po. quo loco & refert Paul. Castren. & glo. in authenti. de hæredib. & Falcid. §. si verò. colla. 1. & idem tenet Abb. in. d. c. cùm esses. de testamen. in relect. col. 1. & Alex. in. d. consi. 105. col. fi. li b. 7. & sat id probatur. in. l. in donationibus. C. de donationibus. vbi glo. & melius in. l. 110. titulo. 18. prati. 3. in fine. Nisi dicas, quód in. d. §. ex imperfecto. in omnibus de testamento inscriptis agatur, cùm de subscriptionibus & signis testium illic pertractetur, quod tamen verba illa, *in omnibus autem testamentis*, de testamento etiam nuncupatiuo explicanda ex eo sunt, quód præsentibus testibus, vel absentibus ibi dicitur, de quibus inibi est sermo. Et si dici iterum

Universidad de Deusto
Biblioteca

posit, prædicta verba, *in omnibus autem testamentis*, non ad hoc ibi esse posita, quòd cõditor illius legis inibi precipuè voluisset tractare de testamentis nuncupatiuis, sed vt ex eis constitutionem subsequentem de testamento in scriptis agentem, consequẽter faceret. ¶ Excluditur etiam inconueniens positum atque excogitatum in dicta secunda ratione, ex eo quia ex maioritate rationis non licet correctionem legum inducere. vt interminis huic rationi Alex. respondit in dicta authenti. quod sine. colun. 1. Vel dic, quòd & si inconueniens illud resultaret, hoc non est considerãdum, siquidem in dicta authenti. quod siue. hoc expræsse in testaméto in scriptis constitutum est, non quę in testamento nuncupatiuo. ex dicta. l. prospexit. ff. qui & á quib. & quia in testamento in scriptis cautius agendum est, quàm in testamento nuncupatiuo. cùm in testamento in scriptis facilius falsitas interuenire possit. iuxta tradita in dicta. l. hac cõsultissima. C. qui testa. face. po. & alibi sæpe.

¶ CETERVM & authoritas Fulg. & Salic. pro cõtraria parte citata, parũquidé præiudicat, siquidẽ cõtra eos sit cõmunis caterua doctorũ. vt supra diximus.

¶ DEMVM nec dicta verba, *se entiẽda y platique*, ex eo in hac legẽ posita fuerũt, quod prædicta lex ordinamẽ. de testa mẽto inter filios cõfecto agat, sed obid, quòd quæstionis erat, an ipsa lex ordina. non tãtùm de testamento nuncupatiuo, sed & de testaméto in scriptis intelligeretur. vt supra nu. 14. & sequen. pleriſque ostẽsum fuit. Præter hoc, quòd dicta verba, *se entienda y platique*, non quidé insinuãt, omnia cõtẽta in prima parte huius legis declaratoria esse, siquidẽ & cùm hæc lex omnino esset correctoria extare possent.

¶ RVRSVS. & secundó dubitatur quæ sit ratio huius nostræ legis, quare correctis iuribus antiquis † testamentum nuncupatiuum inter filios sit conficiendum solennitate dictæ legis ordinamenti. Et breuiter dicas, hoc ex eo constitutum esse, vt falsitati locus non sit, quæ & hoc casu facilè fieri potest duobus tantùm testibus interuenientibus, quam rationem in præsentiarum adnotant Ioa. Lup. nume. 10. & Didac. Castel. in verb. entre los hijos. & in ver. siete testigos. col. 8. & Anto. Gome. nu. 24. ex plurib⁹ iurib⁹ ibi per eos adductis quæ ratio melius probatur in. l. fi. C. de fideicom. in verbis. *lex etenim ne quid falsitatis incurrat per duos forte testes compositum testamentum maiorem numerum testium expostulat, ut per ampliores homines perfectissima veritas reueletur.* accedat & prædictis bonus text. in. l. iubemus. C. de testa. & in dicta. l. hac consultissima. §. fi. C. qui testa. face. po. & in. l. diuus. ff. de milita. testamen.

¶ EX his quidem suboritur, hodiè nõ posse obtinere † rationé Ange. in dicto §. ex imperfecto. & Iaso. ibi nume. 7. & Curt. iunio. dicentium tex. in. d. §. ex imperfecto. ex eo esse confectum, quia falsitatis periculum inter filios non inest, quia causa intestati multum fouet testaméti confectionẽ. quod & idem Iaso. considerat in. l. moribus. in princip. nume. 24. ff. de vulga. & pupil. substitu. ad quod est optimus tex. in. l. 1. C. de his qui sibi ascrib. in testa. quorũ ratio per hãc nostram legem destruitur, & inter filios etiam periculũ falsitatis esse euitandum. & quidem iustè, cùm dubium non sit, etiam falsitatis suspitionem in filios esse extirpandam, siquidem inter eos soleat inuidia oriri, altercationes quę inter eos sæpe adsint, propter paterna bona. ex tex. in. l. cùm oporteat. §. 1. & in. §. sin autem res. C. de bon. quę libe. notat glo. & ibi docto. in l. cùm pater. §. euictis. ff. de leg. 2. & hinc temporibus non leuiores lites inter fra-

fratres conspicimus † quàm inter extraneos. & ideó vulgari adagio dici cõsuetum est, *inter duos fratres duos tabelliones esse necessarios*. & hoc exemplo Cayn & Abel, & Ioseph, & fratruum, & complura alia exempla notissima cõmemorare possemus, consultó tamen omissa. de quibus videndus est Luc. de Pen. in. l. in filijs. co. 3. versi. sed quid si duo filij. C. de decurio. lib. 10. & And. Tiraquel. in suo tractatu de legibus Connubialibus. l. 5. nu. 25. & in tractatu de iure primogenituræ. q. 4. nu. 6. & Paul. Parisi. in consi. 26. pactum istud. nu. 55. lib. 3. sat quę est, quòd & inter filios adsit timor falsitatis, quẽ non aufert quòd causa intestati foueat causã testati: cùm & filij possent ex testamento falsè confecto plus prætendere, quàm ab intestato sint habituri. & ita facilitor si intestaméto paterno duo testes sufficerẽt ipsi filij prout extranei falsitatẽ fabricarẽt: vt ex ea plus cõsequãtur, quàm ab intestato haberẽt, quã falsitatis suspitionẽ & ante hanc legẽ inter filios adesse † cùm dispositio paterna inter filios cõfecta continet magnam inequalitatem in proprijs terminis consuluit Corne. in. d. l. hac consultissima. C. qui testa. face. po. co. 2. & ibi etiam Iaso. co. 2. qui ad hoc allegat. l. 1. C. de donationi. quę quidem parũ facit. & idẽ tenet Curt. iunior in. d. §. ex imperfecto. nu. 3. quod optimè cõfirmatur ex tex. in. l. data C. donatio. & in. l. inter filios. C. fami. herciscũ. & in authẽti. de nupt. §. illud quoquę. colla. 4. cũ similibus de quib⁹ And. Tiraquel. in. d. tractatu de primogenitura q. 4. nu. 2. cum pluribus sequentibus.

¶ EX quibus etiam fit, & anté hanc legem tex. in dicto. §. ex imperfecto. locum non habere † in testaméto pater non quo pater in equabiliter inter filios disponit. siquidem tunc suspitio adsit falsitatis. & in dicto. §. ex imperfecto. prædicta ratio non procedat. & ita interminis palàm tenet Specul. titul. de instrumen. edit. §. compendioſe. colu. 12. versi. pater habens tres filios. & Roma. in consi. 385. in casu præmisso. colu. penul. & in consi. 179. amplissime doctor. & Soci. in consi. 5. in primo consultationis. colu. fi. lib. 3. & singulariter Barba. in consi. 56. & quidem viso puncto. co. 3. lib. 4. & notãter Deci. in. l. 1. co 1. C. vnde libe. & in. l. vt liberis. in primo notabili. C. de colla. & in cõsi. 105. & protenui facultate mea. co. fi. & incõsi. 631. casus de quo quæritur. col. 1. & in cõsi. 349. cõsuluit. nu. 9. & in cõsi. 361. omissa lõga serie. co. 2. & Soci. iuni. incõsi. 189. fateor. nu. 8. Ioa. Frã. de Rip. in. l. cẽturio. nu. 86. ff. de vulga. & pup. substitu. & Geral. Alber. de Barb. in repet. l. si pater. C. de insti. & substi. sub cond. fact. nu. 87. & Tiraquel. in dicto tracta. de primogenitu. q. 4. nu. 4. quib⁹ in locis prædicti doctores hoc extẽdunt ad alia priuilegia cõcessa testãtib⁹ inter liberos. ex notissimis iuribus, quibus consulitur æqualitatẽ inter filios seruandã. † quã æqualitatẽ fratres adeo sectãtur vt nec ficos indiuisas relinquant, ex ueteri Grecorum prouerbio. cuius meminit Martialis. libr. 5. epigramma. in Caliodo. & ideó veterum scriptorum mõnumẽtis traditur, Cariclem Antiochũ quę fratres Ponticos, cùm paterna bona inter se diuiderent. poculum argenteum concidisse, vestem quę mediã abscidisse, vt neuter altero ditior opulentior quę esset. Quæquidẽ sentẽtia & suadetur, quia tex. in dicto. §. ex imperfecto. editus est fauore filiorũ, sed cùm pater testatur inequabilitater, nõquidẽ in est fauor omnium filiorum, sed tantùm eius filij cui pater plus reliquerit: & ita consequens videtur, in hoc casu nonhabere locũ tex. in. d. § ex imperfecto. De niquę & in ardua causa, cùm tractaretur, an testamẽtum paternum legi necessũ esset, in quo pater complura bona

Universidad de Deusto
Biblioteca

primogenito filio reliquit, alijs filijs fermè oblitis, regius quidã senator ingenio & authoritate pollens, cùm in hoc casu teneret ipsum testamentum esse legendum, si quidè pater nõ fuisset equabiliter inter filios testatus, & ideò eius testamentũ non debere gaudere priuilegijs concessis testamentis paternis. & ad hanc sententiã allegabat mihi tex. notabilè in l. filij patris. C. famil. hærciscũ. & vt existimo causã illa eius iudicio tanquàm ambigua, ad alios iudices fuit remissa.

56 ¶VERVM & cõtrariam sententiã † scilicet, quòd tex. in. d. §. ex imperfecto. procedat, & si pater testetur inter filios inequabiliter: & quòd tale testamẽtũ habere debeat omnia alia priuilegia cõcessa testamẽto paterno. tenet in propijs terminis Paul. Castrẽ. in. d. §. ex imperfecto. co. 1. & ibi Angel. Areti. colu. 2. & Corne. & Ioa. Ma. Ru. col. 2. & idem tenet idem Paul. Castrẽ. in dicta. l. hac cõsultissima. §. at cùm humana. apud finem. C. qui testa. face. po. & in. l. quotiens. col. 2. C. famil. hærciscun. & doct. in. d. l. filij patris. C. eod. tit. maximè ibi Bald. & Paul. Castren. & in. d. l. fi. C. eod. titul. & Barba. in dicto cõsi. 58. libro. 4. & Alex. in cõsi. 146. viso thmate. col. 1. lib. 2. & Hieroni. Grat. in cõsil. 90. in hac causa. numero. 34. lib. 2. & hæc est magis communis opinio secundum Soci. iuni. (ei assẽtiens) in cõsi. 189. fateor. numero. 87. lib. 2. & Cardi. Paul. Parisi. in consi. 34. ad resolutionem. numero. 27. & 50. lib. 2.

¶QVE sententia fulcitur, quia tex. in. d. §. ex imperfecto. & similia iura superuacanea chassa quę viderentur, si tantùm essent explicãda, cùm pater inter filios æquabiliter testatur, cùm & abintestato pariter filij successuri essent. ex notissimis iuribus.

¶CVI sententiæ accedat tex. in. l. humanitatis. C. de impube. & al. substi. vbi probatur, si ĩos mẽtecapti vel eius fratres posse à patre mentecapti substitui. & statim ille tex. dicit, vnum ex filijs vel fratribus tantùm substitui posse alijs exclusis, non seruata æqualitate. quod & confirmat tex. in simili in. l. fœminæ. in princip. C. de secund. nupt.

¶HVIC sententiæ fauent tex. in. d. authenti. de testamentis imperfect. §. 1. & in dicta authenti. quod si nec. C. de testament. nanque si contraria sententia verior esset, ad quid in dictis authẽticis accuratè dicitur, numerum vnciarũ in testamento paterno esse exprimendum.

¶PRETEREA & huic opinioni accedant iura † quæ parentibus cõcedunt liberam facultatem disponendi de suis bonis, & vni filio plus quàm alijs relinquẽdi, legitima alijs relicta vt in. l. parentibus. & illic docto. C. de inoffi. testament. & in. l. cùm pater. §. conuictis. ff. de lega. 2. & in. l. vxori. ff. de lega. 1. & est optimus text. in. l. 17. in his Taurinis legibus. & alibi sæpe probatur

¶CETERVM in hac re Curt. iuni. in dicto. §. ex imperfecto. numero. 3. opiniones contrarias sic conciliari dicit, quòd si pater multum inæquabiliter inter filios fuerit testatus, quòd tũc tex. in. d. §. ex imperfecto. & alia priuilegia testamentorum paternorum non procedant: at secus esse dicit, si modicè pater filios inæquales faciat. quod etiam satis clarè tenet Roma. in dictis consilijs. & expræsse Iaso. in dicta. l. hac consultissima. colun. 3. C. qui testamen. face. po. & Ioa. Anto. Rube. in cõsil. 6. viso & diligenter. co. 2. & Cõuarruui. in capitu. Raynuntius. §. 1. numero. 3. de testamen.

¶IN hac tamen re indiscriminatim teneo, ex rationibus supra cõgestis, dicto §. ex imperfecto. & alia iura concedentia priuilegia specialia testamentis paternis

58 paternis etiam procedere † cùm testamenta ipsa contineant inæqualitatem inter filios, dũtamen inequalitas nõsit nimis excessiua. vt & tenet Boeri. in. d. decisi. 240. nu. 9. & sequen. Et quia ipsa iura generaliter loquuntur. quod etsi quo ad dictũ. §. ex imperfecto. hodiè ex hac nostra lege nõ sit expẽdendũ, tamẽ quo ad alia priuilegia vtile poterit esse, vt apparebit ex his quę statim dicem⁹ Etsi dominus Gre. Lup. (vir nõ satis laudatus) recẽseat hanc rẽ hodiè cõtrouersari esse parui momẽti. vt ipse dicit in. l. 7. titulo. 1. partit. 6.

¶CVI rei minimè preiuditiũ facit, si dixeris, hoc in casu rationẽ qua tex. in. d. §. ex imperfecto. fuit cõsect⁹, non vigere, scilicet, quia inter filios nõ adest suspitio fallitatis: si quidem præter hoc quòd hęc ratio, hac nostra lege sit sublata, potiùs filiorũ fauor (propter quẽ tex. in. d. §. ex imperfecto. & similia iura fũt cõstituta) perpẽdendus est, † quàm ipsius falsitatis periculũ. vt tenet Bal. in propijs terminis in. d. l. hac cõsultissima C. qui test. face. po. co. 2. cui ibidẽ adstipulãtur plures doctores per Iaso. ibi relatos. nu. 4. Etsi hęc nostra lex † hodiè magis aduertat falsitatis periculum, quàm filiorum fauorem.

¶PRETEREA nec cõtrariæ setẽtię suffragãtur iuraque equalitatẽ inter filios desiderãt, cùm & illa iura (vt diximꝰ) parentibꝰ nõ tollãt liberã facultatẽ testãdi inter filios, dummodo eis relinquãt suas legitimas.

61 DEINDE & parũ nocet dicere, filiorũ fauore esse editũ tex. in. d. §. ex imperfecto. & hoc in casu † nõ omnũ filiorũ fauorẽ inesse, sed tãtùm illiꝰ cui ãpliorabona pater reliquerit. quia tex. ille in d. §. ex imperfecto. & similia iura quo ad hãc rẽ nõ omniũ filiorũ fauorẽ cõsiderãt, sed illiꝰ cuiꝰ fauore paternũ testamentũ fuerit cõfectũ. ex rationibꝰ supraꝰ adductis. Itẽ & iura ipsa fuerũt stabilita † fauore parẽtũ. vt ex eisdẽ iuribꝰ cõstat. & inibi hoc doct. aduertũt & in. d autẽti. quod sine. C. de test. & Barba. in dicto consi. 58. co. 8. lib. 4. quod an sit verum infra latiùs discutiemus. 62

¶NEC nostræ refragatur sententiæ † tex. in. d. l. filij patris. C. fami. herciscũ. quia etsi inibi sancitũ videatur, patris volũtatẽ minus solennẽ (in qua bona inter filios inæquabiliter sunt diuisa) esse obseruandã: non tamẽ ex testamẽto, sed ab in testato id prouisum est, & si videatur testamentũ hoc in casu non valere. Vel quia ibi pater nõ instituit filios ex præsse heredes: at secus esset, si eos hęredes instituisset. vt ibidẽ respõdẽt Guil. de Cug. Paul. Castren. & plerique alij. Vel dic secũdũ glo. ibi, si facto testamẽto, filij voluissent ex illo testamẽto agere, quod optimè facere possunt. cui glo. illic Bal. Salic. & docto. cõsentiunt. & cõplures alij quos refert Iaso. in. d. §. ex imperfecto. nu. 14. vbi testatur hanc esse communẽ sententiã. ¶Tertiò dic, illum tex. potiùs nostram sententiã probare, ex quo in eius fine dicitur, voluntatem patris minus solennem & si filijs non æqualem, iudicem sequi oportere. ad quod & induci poterit tex. in dicta l. quotiens. & in. d. l. C. fami. hęrciscũ. fi. quã. l. fi. multi pro cõtratia ponderant sententia. Subindè nec in dicta l. filij patris. clarè cõstat dispositionẽ paternã in æqualẽ fuisse. Deniquè & alijs plerisquè modis respõdere poteris de quibus Iaso. in. d. §. ex imperfecto. n. 14. in princip. Et his ad tertiũ dubiũ accedamus. 63

¶RVRSVS & tertium dubium est, an sicut hac lege tertia Tauri sunt correcta iura † quæ tractant de solennitate testamenti paterni nuncupatiui cõfecti inter filios: ita & correcta sint per hãc legẽ iura vetera, quę agũt de solẽnitate testamẽti in scripeis à patre cõfecti inter filios: & sic quòd solennitas hac lege requisita in testamento in scriptis 64

Universidad de Deusto
Biblioteca

exigatur in testamento inscriptis á patre facto inter filios, & videtur quód eadem solennitas requiratur ex sequentibus.

¶PRIMO hæc opinio constat ex generalitate huius nostræ legis, eius que ex verbis. ex supra dictis.

¶SECVNDO quia sicut in præcedenti dubio diximus, ex eo hac nostra lege corriguntur iura antiqua, quo ad testamentum nũcupatiuum inter filios factum, & per hanc nostram legem solennitas augetur antiqua, vt falsitati nõ sit locus: quaré sine dubio eadem ratione videtur, etiam in testamento in scriptis inter filios confecto hãc nostram legem Tauri obtinere, & solennitatem hac lege requisitam in testamento inscriptis, exigi etiam in testamẽto inscriptis á patre inter filios facto. in quo maior falsitatis ineſt suspitio. vt probatur in.d.l. hac consultissima. C. qui testa, face. po. & ideó non immeritó iure nouo maior exigitur solennitas in testamẽto paterno in scriptis, quám in testamẽto nuncupatiuo á patre inter liberos cõfecto. vt supra nume. 23. deduximus. & adnotant scribentes in.d. §. per nuncupationem. si ergo in vtroque casu eadẽ ratio procedit, consequens esse videtur hanc nostram legem in testamento nũcupatiuo sine in scriptis procedere. ex l. illud. ff. ad. l. Aquil. cum alijs. quæ ratio suadetur, quia etsi non liceat iura correctoria ex eadem ratione extendi. ex text. in dicta authenti. quas actiones vbi fuse docto. C. de sac. sanct. eccle. cũ alijs ibi á laso. traditis. & per nouiores in d.l. si cõstante. in princip. ff. solu. matri.
65 & alibi sæpe. hoc tamen † temperari solet, nisi ratio in lege correctoria sit expressa. vt in.d.l. his solis. §. fi. C. de reuo cã. dona. ibi, *satis etiam tacite cauti putamus.* & in.l. cúm mulier. ff. solu. matri. vbi Cuma. cum similibus á Iaso. traditis in.d. authenti. quas actiones. nume. 22. vel quandó illa ratio pro † expressa habetur, vt quia vnica tantúm adduci potest. vt notatur in.l. quánuis. vbi est notabilis glo. C. de fideicomi. & inibi docto. tradunt. & probatur in.c. suggestũ. de appel. & ibi docto. & idem probatur in.l. 2. ff. de libe. & posthu. & alibi sæpe. sed hac in re prædicta ratio euitãdæ falsitatis, cúm vnica sit, & alia non possis reddi, sat in hac lege expressa videtur. quaré ex ea argui posse videtur, & hanc legem trahendam esse ad testamentum in scriptis inter liberos confectum.

¶TERTIO hæc sententia fulcitur, quia ex huius legis initio in quo testamẽti nuncupatiui solennitas inter extraneos ahibenda, testamento inter liberos facto adiungitur, sunt explicanda subsequentia verba huius nostræ legis Tauri, quæ agunt de solennitate testamẽti in scriptis. ex tex. in.l. vtrum. ff. de peti. hæredita. & in.l. qui filiabus. §. fi. ff. de leg. 1. cum similibus. quæ ratio cõprobatur, quia cúm huius legis verba ibi, *agora sea entre los hijos*, in medio huius legis apposita sint, & similiter in hac lege scripta sint inter verba huius legis quæ tractant de testamento nuncupatiuo, & in scriptis, ad vtraque verba sunt referenda: & sic ad testamentũ nuncupatiuum, & ad testamentum inscriptis conditum. cúm clausulæ in medio legis collocatæ † ad anteriõra & posteriora referantur. ex tex. in cap. secundó requiris. de appel. & in.d.l. i. §. filius. ff. de libe. & posthu. cum similibus quorum moderni memores sunt. in l. 1. C. eodem titul. quod & munitur, quia non tantúm in primo casu huius legis communis exigitur solennitas in testamento nũcupatiuo, sed etiam hæc nostra lex postquám posuit solennitatem testamenti in scriptis, de cæcorum tractat testamentis, qui antè hanc legẽ inter liberos testari non poterant, nisi seruata solennitate dictæ. l. hac consultissima

tissima. C. qui testa. face. po. & non poterant cæci testari coram duobus testibus. quia tex. in dicto. §. ex imperfecto
62 non procedit † in testamentis cæcorũ vt tenet Fulgo. in. d.l. hac consultissima. & alij quos infra citabimus. igitur videtur, quód idem sit dicendum in casu in medio huius legis positó: & sic cúm parentes inter filios fuerint testati.

¶QVARTO & pro hac sententia facit, quia antè hanc nostram legem te
69 stamentum in scriptis † & nuncupatiuum æquiparata fuerunt. vt in. l. iubemus. C. de testamen. cum alijs supra citatis. nume. 17. igitur videtur, quód & si sanctio hęc constituat, solennitatem testamenti nuncupatiui requisitam á dicta lege ordinamen. in testamento nũcupatiuo confecto inter filios seu inter extraneos, interuenire esse necessum, quód idem voluisse dicendum est, in te
70 stamento in scriptis confecto inter filios seu inter extraneos. siquidem statutum in vno † ex æquiparatis, in alio statutum videatur. ex tex. in capitu. translato. de constitu. & in authenti. post fratres. & ibi Bald. adnotat. C. de legi. hæredib. & in.l. i. §. lex Falcidia. & ibi docto. ff. ad. l. Falcid. cum alijs suis notissimis. & his accedit, quia quandó duo cã
71 sus á lege antiqua adæquãtur † lex nouа in vno ex dictis casibus corrigens, & in alio etiam non expresso corrigere censendum est. vt in. l. quod veró. ff. de legib. & traditur in authẽti. sed cúm testator. C. ad. l. Fal. & probatur in l. siquis seruo. C. de furt. iuncta. l. & tãtum. §. fi. ff. de ser. corrup. & est glo. in. d.l. si quis seruo. in glo. fi. cum alijs quorum laso. meminit in authenti. nouissima. C. de in offi. testa. nu. 38. & in. d.l. iubemus. C. de testa. nume. 10. & in. d. authẽti. quas actiones. C. de sac. sanct. eccle. nume. 23. & idem probatur in. l. fi. C. de indict. viduita. tol. & hęc ratio etiam fulcitur, quia sicut veteribus legibus quo ad testium numerum adæquantur testamentum in scriptis & nuncupatiuum inter extraneos confectum, & inter eosdem extraneos saltem antè dictam. l. ordinamen. septem testes requirebantur in testamento nuncupatiuo & in scriptis. vt in dicta. l. hac consultissima. C. de testa. & in dicto. §. 1. & in. §. fi. institu. eodem titulo. & in. l. 1. & 2. titul. 1. parti. 6. cum alijs. ita & eodẽ modo testamentum in scriptis & nuncupatiuum inter filios confectum adæquari debent quo ad numerum testium. & in testamento in scriptis & nuncupatiuo inter filios confecto duo exigebãtur testes. vt in. d. §. ex imperfecto. & ibi docto. & in. d. authenti. quod si nec. C. de testa. & in. d. l. 7. titul. 1. parti. 6.

¶QVINTO hanc sententiam patrocinantur verba huius nostræ legis, in quibus postquám sancitum est, esse necessum testamentum nuncupatiũ fieri seruata solennitate dictæ legis ordinamẽti, siue fiat inter extraneos aut inter liberos, subsequenter hæc apponuntur verba. *pero enel testamentó cerrado que en latin se dice in scriptis, mãdamos que interuengan alomenos siete testigos.* quarè consequens esse videtur, hæc verba explicanda esse, etiam de testamento in scriptis inter liberos, siue inter extraneos confecto † quia verba continuata inducunt repetitionem præcedẽ 72
tium. ex tex. in. l. in repetẽdis. ff. de leg. 3. & in. l. auia. in princip. ff. de condi. & demostra. cum alijs.

¶SEXTO eadem opinio instruitur quia si hæc nostra lex dum tractat de testamento in scriptis, non explicaretur etiam de testamento inter filios confecto: superflua esset in eo quod antè cõstituit in testamento nuncupatiuo, etiã inter filios facto, necessariam esse solennitatem dictæ legis ordinamenti. quia si testamentum vt nuncupatiuum non valeret inter filios, quia duos tãtúm ha-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bet testes, & careret solennitate dictæ legis ordinamen. benè sequitur, quód vt testamentum in scriptis si duobus testibus fieri posset, nõ valeret. ex his quę dicunt Cyn. & docto. in dicta. l. hac cõsultissima. §. per nuncupationẽ. & in similibus locis de quibus infra suo loco describemus. sed quandó † lex etiam 73
correctoria aliquo modo intellecta superuacanea remaneret, seu aliquid nõ operatur, extẽdẽda quidem & ampliãda est, vt non sit inanis. tex. est notabilis & ibi probatur in authẽti. ex testamento. C. de collatio. & ibi latè moderni. est ad idem bonus tex. in. l. nulla nisi. C. de episcop. & cleri. cum alijs citatis á Ioa. Francisc. de Rip. in. l. si cõstantẽ. in princip. nu. 73. ff. solu. matri.

¶ DENIQVE & septimó hanc sententiam in præsenti amplectitur Cisuétes numero. 7. & testatur eam receptã esse in praxi. cui & adhæret Ferdinan. Gome. hic. et antè eos eandem opinionem tenet Roder. Suar. in repeti. l. quoniám in prioribus. C. de inoffi. testa. 9. q. co. 12. charta mihi. 102. quibus & consentit Dida. Castel. hic in ver. entre los hijos. & nouissimè hanc partẽ tenet dominus Greg. Lup. in. d. l. 7. ti. 1. part. 6. in verb. alos hijos. eandem opinionem tenet dominus Couarru. super. 4. decretal. capitul. 8. 2. partis. §. 3. numc. 13

¶ SED his minimé obstantibus constanter dijudico contrariam opinionẽ probabiliorem esse, ui fallor, & hac nostra lege anteriora iura quæ de testamẽto in scriptis inter filios agunt, non esse correcta.

¶ ET PRIMO quia lex nostra dum loquitur de testamento nuncupatiuo, iubet eandem solennitatem interuenire in testamento inter liberos confecto quæ requiritur quód interueniat inter extraneos in testamento condito. non quidem hæc lex cúm de testamento in scriptis tractat, idem expręsit. quare de testamẽto in scriptis idẽ voluisse, nõ est censendum, sed potiús contrarium. ex. l. maritus. C. de procurato. & in. l. cúm prætor. ff. de iudic. quam rationẽ confirmat optimus tex. in. l. tribunus. §. fi. vbi Bald. ff. de milita. testamen. & etiam tex. in. l. siueró. §. de viro. ff. solu. matri. ibi, *de uiro hærede quę eius lex tantum loquitur*. & tex. in. l. si seruũ. §. prætor ait. versi. non dixit prętor. ff. de acquiren. hæredita.

¶ SECVNDO prædicta sententia suadetur ex alio, quia cúm hæc nostra 74
lex correctoria sit † intelligenda est, vt minus ius antiquum lædat. l. 2. C. de noxalib. & tex. in capitu. cúm dilectus. de consuetudi. cũ alijs. & ideó hæc lex nouè edita trahænda est ad leges antiquiores, prout fuerit possibile. ex. l. non est nouum. & in. l. sed & posteriores. ff. de legib. c. cúm expediat. de elect. li. 6.

¶ TERTIO quia si regina nostra quæ hanc edidit legem voluisset, in testamento in scriptis inter filios confecto solennitatem huius legis interuenire, de facili hoc expręsisset, prout fecit in testamento nuncupatiuo. vndé consequens est, in testamento in scriptis idem iudicari non posse. ex tex. in. l. 1. §. sin autem ad deficientis. C. de cadu. tol. & in capitul. ad audientiam. de deci. cum alijs suis notissimis.

¶ QVARTO his & conducit, quia cúm hęc lex omiserit loqui de testamẽto in scriptis inter filios cõfecto, casus iste pro omisso habendus est: & iuris cõmunis regulis est decidendus. l. commodissimè. ff. de libe. & posthu. l. si extraneus. ff. de condi. ob cau. sed communi iure antè hanc legem non erat dubium in testamento in scriptis facto inter filios non exigi solennitatem huius legis sed aliam. vt probatur in. d. §. ex imperfecto. & in. d. authenti. quod sine. C. de testa. & in authenti. si modo. C. famil. hærciscun. & in dicta. l. 7. titul. 1. par. 6.

¶ Nec

¶ Nec huic rationi refragatur dicere (prout fortassis qui contrariam tenuerint sententiam dicunt) quód si conditor huius legis de hoc casu interrogaretur, contrariũ responderet, & quód hoc est verisimile, quarè censendum est ita expræsse constitutum esse. ex notatis in l. tale pactum. §. fi. & ibi notat glo. ff. de pact. cum similibus. ¶ Nãque vt hic Calataỿ. in proposito nostro respondit 75
† hoc in correctorijs nõ obtinet: cúm leguin correctio cuitãda sit. vt in. d. authenti. quas actiones. C. de sac. sanct. eccle. & in. l. sancimus. C. de testamen. & in. l. præcipimus. C. de appel. & in. l. 1. C. de inoffi. testa. ¶ Vel aliter & secundó dici potest secundum Calataỿ. hic, quód hæc lex Tauri extenuat solennitatem anterioribus iuribus requisitam in testamento nũncapatiuo. vt cõstat ex dicta. l. hac cõsultissima. §. pernũcupationem. & in. d. l. 1. titul. 1. parti. 6. Verúm hæc lex non minuit solennitatem, quæ iuribus antiquis requirebatur in testamento in scriptis. saltém quo ad numerum testium. vt constat ex prædictis iuribus coniunctim lege nostra pẽsitata, quarè consequens esse videtur, quód sicut iura antiqua hac lege nõ corriguntur, quo ad numerum testium in testamento in scriptis requisitum, ità & eodem modo, hac lege non debent cõferi correcta iura antiqua, quo ad alia quæ ipsum testamẽtum in scriptis attingunt: & ita quo ad ea quæ ipsis veteribus iuribus sanciuntur, de conficiendo testamento in scriptis inter filios, minori solennitate quàm hac lege expræssa. Sed huic Calataỿ. solutioni, ipse dissentio, quia etsi quo ad testium numerum solennitas per hanc legem requisita in testamento in scriptis non immutetur, tamẽ benè derogatur solennitas ipsius testamenti in scriptis, quo ad signa ipsorum testium, quæ hac lege non exigũtur. vt infra suo loco fusiús conscribemus. Præterea & si hæc lex non abrogaret in aliquo antiquam solennitatẽ testamenti in scriptis, non tamen indè sequeretur, ad hãc rem argumentum, ex quo costituentem hanc legem verisimile sit voluisse, non requiri eandem solennitatem in testamento in scriptis inter filios confecto, quæ in testamẽto in scriptis inter extraneos facto. Immó hoc potiús pro contraria sententia facit, nam si hęc lex illęsam reliquerit solennitatem testamenti in scriptis, á iure antiquo necessariam, & nõ mutaret solennitatem á iure requisitam in testamento nuncupatiuo, hoc ob id fecisse dicendum est, quia faciliús in testamẽto in scriptis falsitas adesse potest: vndé fieri videtur, quód si solennitas testamẽti nuncupatiui requisita per hanc legẽ in testamẽtis extraneorum, requiratur etiam in testamentis parentum timore falsitatis, quód idem erit, quo ad testamentum in scriptis, vt etiam in testamẽtis paternis in scriptis confectis eadem solennitas requiratur, quæ est necessaria in testamẽtis extraneorum in scriptis cõfectis. & si vt inferius deducemus nec hæc ratio pensitata sufficiens est, contra Calataỿ. vt ex ea sequatur, in testamento paterno in scriptis edito, solennitatem hac lege expræssam essene cessariam. Præterea & vltra Calataỿ. responderi potest traditis in. d. l. tale pactum. §. fi. ff. de pact. negando quód regina nostra est verisimile, quód idem cõstitueret in testamento in scriptis inter filios confecto, si de hac re interrogata fuisset, vtpotè dissimilis sit casus inter testamentum nuncupatiuum & testamentum in scriptis, nec eadem viget ratio. vt infra describemus. & ideó serenissima regina nostra cúm in hac lege de testamento in scriptis loquitur, de testamento paterno non expræsit. quod palám facit, quód de eo noluit tractare quod vltra iamdicta constat in. l. ex his.

ff.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ff.de excusa.tuto.& in.l. liberto. §. largius.ff.de annuis leg.cum alijs de quibus docto.in.l.voluntatis. C.de fideicom.¶ Nec etiam obstat huic quartæ rationi,quod in presenti Ferdinand.Gome.nu.38.contra eam expresse considerat,scilicet,prædictam rationem nō obtinere,cùm casus omissus similis sit expresso.ex his quæ inibi ad hoc allegat. Nam & hoc nostræ non obsistit sententiæ,siquidem casus noster(vt diximus) dissimilis sit casui in quo pater inter filios nuncupatiuum facit testamentum

76 † quia ratio diuersa est, quæ facit casus esse dissimiles.vt traditur in.l.nō possunt.ff.de legibus. cum alijs à doctoribus traditis in dicto capitul. translato. vbi Deci.in prima repetitione. colu.3 de constitu.quo loco Deci. colu. 4. refert Alberi.dicentem

77 † argumentum à simili fallax esse.& probatur in.l. seruo invicto.ff.ad Trabel.in princip. & in authenti.de instrumen.caute.& fide

78 §.si verò nullus.colla.6.Tum quia † in correctorijs(in quibus sumus) argumentum à simili non procedit. vt legitur & notatur in dicta authenti.quas actiones.& in locis ibi à doctoribus citatis.& in dicta.l.si constante.in princip. ff.solu. matri.& in dicto capitul.translato.& ibi Deci.in.1.lectione.colun.4. versi.limita primó.& alibi sæpe.

¶ PRETEREA & quintò hæc sententia suadetur, quia iura correctoria non tantùm non licet extendere ad casus similes(vt dictum est) sed nec ad casus

79 † maiorem rationem habentes. vt in.d.authenti.quas actiones. & in.d.l. præcipimus. cum alijs supra citatis. & hæc est communis scribentium opinio in dicta authenti.quas actiones.vbi Iaso.numero.21.dicit hanc esse communem sententiam.& per docto.in dicta. l.si constante.vbi & Ioa.Fran. de Rip. numero 57.& docto.idem adnotant in. d.l.si verò. §.de uiro.ff.solu.matri. ad quod est optimus tex.in authenti.de ministra.off.in sa.appe. §.fi.colla.3.vn dè fit,quòd &si in hac re (vt dixitemur) maior ratio in esset in testamēto in scriptis inter filios confecto, lex nostra in testamento nuncupatiuo loquens, anteriora quę corrigens iura,non esset trahænda ad testamentum in scriptis. Et sat his conducit communis doctorum sententia,quam glo.& doctores amplectuntur in dicta authēti.quod sine. quia habetur,dictam authenti. quod sine. non corrigere dictū. §.ex imperfecto. quo ad testamentum nuncupatiuum.& ea precipuùm ratione,quia in correctorijs ex eadem seu maiori ratione,non licet iura extendi.qua ratione in hoc nostro proposito Alex.vtitur in dicta authenti.quod sine.coluna.1. versi. & ad hoc vltimum.¶ Et si dixeris hanc rationem nostram sententiam non adiuuare,ex eo quia prædicta communis sententia diuersam conspicit rem,scilicet cùm agitur de extendendo iure corrigente,ad testamentum nuncupatiuum quòd de testamento in scriptis tractat. at verò secus erit in hac re nostra, vbi de contrario agitur,hoc est de ampliādo iure correctorio legum disponētiū de testamento nuncupatiuo ad testamētum in scriptis.sed hoc huic quintæ rationi non officit. Tū quia, cōtrariorum eadem debet esse disciplina.vt in. §.1. institu.de his qui sunt sui vel alie.iur.& in.l 2.ff.eodem titulo.& in.l. quemadmodum.ff.de acquiren. posse.& alibi sæpe. Tum etiam,quia in vtroque casu eadem obtinet ratio, scilicet, quòd ex eadem seu maiori ratione iura correctoria extendi est prohibitum.vt dictū est. ¶ SEXTO & hinc posteriori accedimus sententiæ,quia quando verba posita sunt inter diuersa † non sunt ad sequentia referenda,si exhoc detur correctio alicuius iuris.ex tex.singulari in capit.ecclesia vestra.in.2.& ibi Abb. co.

col.3. de elect.& probatur in.l. 1. §. de indè adiecit.ff.de postulan. vbi glo.cū similibus quorum meminit Iaso.in.l.talis scriptura.ff.de leg.1.nume.39.sed si prædicta verba huius legis, *agora sea entre los hijos*,trahærentur ad subsequentia verba,quæ tractant de testaméto in scriptis ,clarum est,quòd iura antiqua quæ tractant de testamento in scriptis inter filios confecto,derogarentur, maximè tex.in dicta.l.7.titu. 1.parti.6.quia cōsequens est, dicta verba esse trahænda,ad illa quib⁹ hac lege tractatur de testamento in scriptis.quod & munitur † quia clausula præcedens non est trahænda ad omnia sequentia, cùm ad omnia commodè referri non potest. ex tex.in l.si idem cum eodē. §.fi. & illic glo.& docto.ff.de iurisdi.omni.iudi. & per docto.in capitu. causam quæ.de rescript.& in.l.1. C.de libe.prete.& alibi sæpe.quod maximè obtinet , quia hæc nostra lex habet suam propriam clausulam perfectam,in qua tantùm agitur de testamento nuncupatiuo: similiter & hæc lex clausulam separatam & specialem ponit,in qua tantùm agitur de testa

82 mento in scriptis † quo casu clausula posita in quadam parte legis,ad alia minimè est trahenda,vt est tex.in capitu. dilecti,de donationib.& ibi docto.& in l.si quis legata.in princip. ff. de condi. & demonstra.cum alijs de quibus Iaso. in.d.1. C.de libe.prete.nu.9.& Deci.in. c.secundò requiris.de appel. coluna.2. & alibi sæpe. Item & cùm inter vtraque verba diuersitatis ratio assignari potest

83 (vt in præsenti casu) vel cùm casus sūt dissimiles † nūquām clausula in principio,seu in fine posita,est ad omnia referenda. ex tex.vbi Bald.notat in .l. in actionibus.ff.de infamib.tex.etiā & ibi docto.in dicta.l.1. C. de libe.præteri. cum similibus.¶ Et hęc sexta ratio confirmatur

84 † quia verba generaliter posita,seu dispositio generalis non extenduntur ad verba expressè incontrariū collocata.ex tex.in.l.siquis priore. §.fi. ff.ad Trebel.& in.l.doli.clausula.ff.de verb.obligat.cum alijs.quarè prædicta verba huius legis ibi,*agora sea entre los hijos*,&si generalia essent,non sunt trahænda ad testamētum in scriptis inter filios confectum.contra iura expręsim super hoc loquentia.

¶ CETERVM & septimó hāc sententiam tueri possumus,ex dictione, *pero*,in hac nostra lege posita, quia dictio *pero*,quę subsequitur post dicta verba, *agora sea entre los hijos* , latinè dicitur, *sed*,quædictio † aduersatiua est,& cùm 85
in lege scribitur absque copula,& ad
uersatur † precedentibus in iure & in 86
facto.vt legitur & notatur in.l.nā cùm uterque.versi. sed et fortius. ff.nequis eum qui in ius voca. vbi docto. & idem probatur in.l.sed & si lege.in princip. ff.de peti .hæredita.& in.l.patris & filij.ff.de vulga.& pupil.substitu.& illic glo.& docto.quo in loco Iaso.nu.6.hāc testatur esse communem resolutionem si ergo prædicta dictio , *sed*, & pariter sequentia verba in hac lege posita,obstiunt præcedentibus verbis in facto & iure, consequens est , legem hanc ipsis verbis non corrigere iura antiqua , loquentia de testamento in scriptis inter filios,prout huius legis verbis anterioribus abrogantur iura antiqua , agentia de testamento nuncupatiuo inter filios confecto,cùm aliàs de iure idem esset in vtroque casu.& prędicta dictio , *sed*, præcedentibus in iure non resisteret. Nec his refragatur solutio hic excogitata á Ferdi.Gome.prædictæ dictioni, *sed*, ex Bar.in.l.hoc amplius. §. de his.ff.de damno infect.ab eo citato,quia si Bar. vt decet consideretur , potius eius doctrina hanc nostram tuetur rationem. Præter hoc,quòd Bar.nō loquitur,quā do aliarum legum correctio inducere tur,nisi dictio,*autem*,vel similis, omni-

no

Universidad de Deusto
Biblioteca

no aduersetur. Item & Bart. inibi fatetur, dictionem, *autem*, *sed* & similes præcedentibus in iure & facto aduersari, quando diuersa ineſt ratio. vt in preſenti. ex ſupra dictis. ¶ Verùm nec aliæ ſolutiones hic á Ferdinan. Gome. excogitatæ ſatisfaciũt, quarum prior eſt, quód dato, quód teſtamẽtũ in ſcriptis & nuncupatiuũ in effectu vnũ iudicétur, tamẽ in ſolennitate ſunt diuerſa. ſed cùm aduerſentur quántum ad ſolennitatem, & dicta dictio, *pero*, intellecta reſpectu ipſius ſolennitatis non ſit facti non obſtat. Secũnda ſolutio eſt, quód aliud eſt teſtamentum in ſcriptis, & aliud eſt teſtamentum nuncupatiuum: & ita prædicta dictio in facto aduerſatur, & etiã in iure, cùm maior ſolennitas per hanc legem requiratur in teſtamento in ſcriptis, quám in nuncupatiuo. Quæ duę ſolutiones ſat ad idem tendunt, & parui ſunt ponderis, cùm quo ad rem de qua agimus, ideſt, quo ad teſtamentum in ſcriptis inter filios editum, parui refert. nec in hac re dictis ſolutionibus ſatisfit dictæ dictioni, *pero*, quia in iure & in facto quo ad noſtrum caſum, dicta dictio, *pero*, præcedentibus non obſiſtat, ſi iura vetera dicamus per hanc legem corrigi, quo ad teſtamentum in ſcriptis inter filios confectum: ſicut & per noſtram legem corriguntur iura antiqua, quo ad paternum teſtamentũ nuncupatiuum, ſi quidem in vtroque caſu, quo ad hoc idem ius eſſet, & iura antiqua æquabiliter abrogantur: quarè conſequens eſt, non eſſe cõſiderandũ quód prædicta dictio, *pero*, in facto & in iure præcedentibus aduerſetur, ſaltem in hoc, quód ipſa teſtamenta diuerſis ſolennitatibus conficiantur: & aliud ſit teſtamentum in ſcriptis, aliud verò teſtamentum nuncupatiuum. hæc enim non pertinent ad caſum noſtrum. Quę & ſuadentur, quia dictionis aduerſatiuæ natura eſt † vt in totum & non in parte præcedentibus aduerſetur, cùm poſita eſt abſque coniunctione. vt in dicta. l. nam cùm vterque. verſi. ſed & fortius. ff. ne quis eum. & alibi ſæpe traditur.

¶ POSTREMO hanc ſententiam in præſenti tenet Calatay. & ipſe audiui á quodam regio ſenatore ita fuiſſe iudicatum in noſtra regia cãcellaria Pintiana: & ſi prius cauſa ipſa vt ambigua á primis iudicibus adalios fuerit remiſſa. cui ſententiæ & nos conſentimus ex iã dictis. Et quia † in dubijs opinionibus, tenenda eſt illa, que teſtamento fauet ex. l. ſi pars. in princip. ff. de inoffi. teſtamen. & in capitul. fi. de re iudi. cum alijs. & quia reipublicę expedit, ſupræma hominum iuditia exitum habere. vt in. l. vel negare. ff. quemadmod. teſta. appe. & in. l. 3. ff. de teſtamẽ. cũ alijs de quibus ſingulariter. Ioa. de Neuiza. in conſi. 26. poſt quám præſens cauſa. num. 7. cum ſequentibus. ¶ EX quo vidétur, non benè dixiſſe Hieroni. Grat. in conſi. 134. viſo puncto. nume. 55. libr. 1. vbi tenet, teſtamenti fauorem non eſſe tanti poderis, quód debeat magis fieri interpretatio pro ei⁹ validitate, quám pro alio actu. ad quod ibi citat tex. in. l. 2. & illic Areti. Soci. & alios. ff. de libe. & poſthu. qui tex. parum quidem ſtringit, cùm inibi id contingat, ratione maioris fauoris alicuius ex filijs. vt ibi Areti. notabiliter conſiderat.

¶ SVPEREST nunc vt contrarijs rationibus reſpondeamus. Quarum prima ineficax eſt, quia in hac lege nõ ſunt poſita aliqua verba generalia, ſeu ſpecialia, quę referantur ad teſtamentum in ſcriptis á patre inter liberos confectum.

¶ SECVNDA ratio defacili etiã remouetur, quia & ſi hæc noſtra lex condita ſit cauſa euitandæ falſitatis, potuit tamen hanc legem cõficiens alia etiam ratione moueri, quæ nos latet. ex

l. non omnium. ff. de legib. & aſſerenti legem vnicam tantùm rationem habere, incũbit onus probandi. vt tenet Sali. in. d. l. 2. C. de noxalib. quem plures alij ſequũtur, de quib⁹ ſupra nos memores fuimus in. l. 1. Tauri. nu. 53. Vel ſecundó & ſecurius reſpondetur, quia nõ eadem ineſt ratio in teſtamento in ſcriptis, quæ in nuncupatiuo, quarè in hac lege diuerſum ſancitur in teſtamento nuncupatiuo inter filios cõfecto, quám in teſtamento paterno inſcriptis facto † & diſſimilem rationẽ ex eo eſſe Calatay. in præſenti dicit, quia per hanc legem in teſtaméto inſcriptis ſaltẽ quo ad numerum teſtium nulla fit mutatio prout fit in teſtamento nuncupatiuo. quod nobis diſplicet, prout ſupra diximus. Vel ex mẽte ipſi⁹ Cala. ipſa diuerſitatis ratio in eo videtur cõſiſtere, quód per hanc legem modica ſollennitas eſt addita ſolẽnitati quæ in. d. §. ex imperfecto. in teſtaméto nũcupatiuo requirebatur: & ita parũ quidẽ filij vel parẽtes onerari vidẽtur, & ſi in teſtaméto paterno nuncupatiuo ſolennitas dictæ legis ordina. interueniat. at ſecus eſſet, ſi in teſtamento paterno inſcriptis cõfecto interueniret ſolennitas per hanc legẽ requiſita in teſtamentis inſcriptis, cùm modica ſolennitas dicti. §. ex imperfecto. augeretur. Cui diuerſitatis rationi nec ipſe adhęreo, ex quo ſolẽnitas dicti §. ex imperfecto. per hãc noſtrã legem lege ſuperadditur, etiã quo ad teſtamẽtũ nuncupatiuũ. Tũ teſtiũ numero. Tũ & in eorũ qualitate, quia teſtes ciues eſſe requiruntur. Niſi dicas, quód negare non poſſum⁹, multo magis filios ſeu parentes onerari, ſi ſolennitas hac lege requiſita in teſtamento inſcriptis interuenire debuiſſet in teſtamẽto paterno inſcriptis confecto, quám grauarẽtur ſi in teſtamentis paternis interueniret ſolẽnitas dictæ legis ordinamenti, ſiquidẽ maior ſit ſolennitas teſtamenti inſcriptis quám ſolennitas requiſita per dictã legem ordinamenti. & ſi hoc dirui videatur, ex quo de iure nouo authentico rum maior ſolennitas requiritur in teſtaméto inſcriptis paterno, quám in teſtamento nuncupatiuo: & ſic nõ debet eſſe æqualis ſolẽnitas teſtamẽti inſcriptis & teſtamẽti nũcupatiui, & ex hoc impar non eſſe onus, nõ videatur credẽdũ, & ſi ſolennitas teſtamenti inſcriptis, excederet ſolennitatem teſtamenti nuncupatiui. & ſi diffiteri nõ poſſumus, per hanc legem autam eſſe ſolennitatem teſtamenti inſcriptis iure communi requiſitam, ſaltem in eo, quód hæc lex requirat tabellionis præſentiam & eius ſignum. vt infra ſuoloco fuſius dicemus & ſi talem ſolẽnitatem minuat quo ad ſigna teſtium.

¶ PROINDE & ipſe præter alios cenſeo, expendi poſſe aliá rationem diuerſitatis, & quód ideó per hãc legẽ corrigũtur iura antiqua, quę loquuntur de teſtaméto nuncupatiuo inter filios confecto: & nõ corrigũtur iura vetera, quæ tractant de ſolennitate teſtamenti paterni inſcriptis cõfecti † quia anterioribus iuribus ſat erat, in teſtamento paterno nũcupatiuo duos tãtùm teſtes interuenire abſque tabellione. vt in. d. l. 7. ti. 1. par. 6. & in. d. § ex imperfecto. quę ſolennitas modica erat, igitur eã addere neceſſum fuit. at verò in teſtamento inſcriptis á parẽte cõfiendo antè hãc legẽ requirebatur, quód præter duos teſtes interueniat ſubſcriptio patris, & liberorum: vel quód pater totũ teſtamẽtum ſua propria manu ſcribat, & quód nomina filiorum inibi exprimat, & alia de quibus in. d. l. 7. tit. 1. par. 6. quibus timori falſitatis ſatisquidem medebatur & hoc mouere reginã noſtrã potuit, atque eius regios auditores, ne iura vetera quo ad teſtamentum paternum inſcriptis confectum corrigerent.

¶ SED & ipſe aliam rationẽ deuerſi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatis (& præter alios) excogitabám † quia cùm pater inter filios facit testamentum nuncupatiuum, & in eodem testamento filij cum alijs inæquabiliter hæredes instituti, vtpotè paternam voluntatem agnoscentes, quam pater coram testibus testando explicauit, facilè enim corrumperent duos testes veteribus iuribus necessarijs: quarè nō est mirum, si in hoc casu nostra lex Tauri requirat solennitatem dictæ legis ordinamenti, quod locum non habet in testamento paterno inscriptis confecto, cuius testamenti clausulas testes & filij solent ignorare. Etsi dixeris, quód aliquando testes, filij quę non ignorāt disposita in testamento inscriptis. vt probatur in dicta.l.hac consultissimā. in princip. C. de testa. responderi potest, raró id contingere, & legem nostrā habuisse respectum, ad ea quæ frequētiús accidunt. ex.l.nam ad ea. ff. de legib.

¶ SANE & tertió prædicta secunda ratio contraria tollitur, quia & si fateamur eandem rationem in vtroque casu obtinere immò & maiorem, non liceret hanc legem Tauri vetera iura corrigentem, loquentem in testamento nūcupatiuo, extendere ad testamētum inscriptis. vt supra fundatum fuit. Cui solutioni non repugnant ea quæ in præsenti Ferdinan. Gome. considerat contra dictam solutionem. num. 38. dicens, iura correctoria non extendi ex eadem ratione, quando lex contra ius cōmune aliquid disponit. ad quod allegat Bart. & docto. in dicta.l.si verò. §. de viro. ff. solu. matri. quod censet in hoc nostro casu non contingere, quia specialiter in dicto. §. ex imperfecto. & in similibus iuribus constitutum erat, duobus tantùm testibus testamentum inter liberos effici posse, & ita non esset cōtra ius commune. & si hac lege cautū fuisset, in testamento paterno inscriptis inter filios facto solennitatem in hac lege expressam interuenire. Sed quidem miror ipsius Ferdinan. Gome. quia & si ex dictis iuribus speciale esset, quód testamentum paternū inscriptis effici posset coram duobus testibus: tamen ipsa iura per hanc nostram legem corrigerentur. & ita sine dubio obtineret communis opinio, qua habetur, legē † corrigentem non extendi ad similes casus, habentes eandem vel maiorem rationem. Nec Bart. in dicto. §. de viro. contrarium tenet. & contra Ferdinan. Gome. est tex. expressus iuncta communi sententia. in authenti. quas actiones C. de sac. sanct. eccle. vbi dicta authenti. corrigit legem finalem ipsius tituli. specialiter loquentem in ecclesia. & qua dicta authenti. correctoria est non extenditur ex eadem seu maiori ratione ad ciuitatem de qua fit mentio in dicta.l.fi. C. de sac. sanct. eccle. vt est cōmunis opinio in dicta authenti. quas actiones. & alibi sæpe traditur. ¶ Nec etiam placet alia consideratio eiusdē Ferdinan. Gome. quam facit cōtra prædictam nostram solutionem, qua cessante, tunc legem correctoriam non extendi ex eadem ratione, quando contrarium non est expressum. ex dicta.l. præcipimus. C. de appel. in fine. cum alijs. sed hic expressum videtur ex eo, quia in initio huius nostræ legis ponūtur dicta verba, *agora sea entre los hijos*, quod quidē parui ponderis est, cùm prædicta verba non comprehendant testamentum inscriptis, nec trahenda sunt ad disposita in testamento inscriptis. ex supra dictis

¶ Reflectitur etiam aliud dictum, quod ipse Gome. Arias. in presenti circa hoc propositum ponit, quo firmat, hanc nostram legem in prima eius parte non agere de correctione tex. in dicto. §. per nuncupationem. cùm ante hāc legem dispositio dicti. §. per nuncupationem. erat correcta per dictam. l. ordinamen. quarè ipse Ferdinan. Gome. dijudicat, hanc

hanc nostram legem potiùs esse declaratoriam, quàm correctoriam, vndē ex iuribus ab eo citatis dicit, dicta verba *agora sea entre los hijos*, esse referēda ad subsequentia, & in sequentibus verbis esse repetita. Nam hoc dictum iure non potest subsistere, cùm nullus dubitare possit, hanc legem esse correctoriā dicti. §. ex imperfecto. & similium iuriū. etsi concedamus tex. in dicto. §. per nūcupationem. non esse correctū per hāc legem in eius prima parte. Præterea & si tex. in. d. §. per nuncupationē. corrigatur per dictam. l. ordinamen. tamen talis correctio per hanc nostram legem confirmatur.

¶ DEINDE nec tertia ratiō cōtraria obstitit, si quidem dicta verba, *agora sea entre los hijos*, non possunt referri ad alia verba huius legis, quæ tractant de testamento inscriptis. cùm in hac nostra lege agatur de abrogandis legibus antiquis. ex supradictis. exquonō suffragatur aliquid cōtrarię sētētię, quód post quàm hæc lex tractauit de testamēto inscriptis, agat de testamētis cæcorum, qui ante hanc legem etiam inter liberos testari non poterant, nisi cum sōlennitate dictæ. l. hac consultissima. C. qui testa. facē. po. Nam hæc non sufficiunt ad extendendum legem correctoriam. ex dicta.l. præcipimus. C. de appel. vt in dicta authenti. quas actiones. C. de sac. sanct. eccle. cum alijs supra citatis. Præterea communis cōclusio erat ante hāc legem † cæcum inter liberos testari posse coram duobus testibus. vt tenet Bald. in dicta.l.hac consultissima. C. qui testa. facē. po. & alij quos moderni ibi referunt. & per nos fiet mentio in quarta parte huius legis.

¶ NEC obstat prædictis quarta ratiō in contrarium ponderata. Et primó, quia inficiari possumus † correcto vno ex casibus à lege antiqua adæquatis, alterum sublatum censeri. vt expressè tenet glo. & ibi Angel. in. §. fin. Instituqui & ex quib. cau. manu. non po. quàm glo. sequitur Iaso. in dicta authen. quas actiones. numero. 19. & in authenti. nouissima. numero. 38. C. de inoffi. testa. & moderni in. l. 2. ff. de leg. 1. & idem Iaso. in. l. Marcellus. numero. 28. ff. ad Trebel. Vel secundó dici potest, ante hāc legem, quo ad solennitatem non esse æqualia testamentum inscriptis & nuncupatiuum, sed quód in testamento inscriptis maior exigebatur solennitas. vt dictum est. Tertió respondetur, quód iura quibus decisum est, quód si duo casus antiqua lege sunt æquales, quód vno correcto, alter correctus dicatur † tantum locum habent & procedunt, quando in materia de qua agitur, illa æquabilitas adest. vt traditur in dicta.l.fin. C. de indict. viduita. tol. & expressè ita tenet Anto. de Butrio. in capitul. fin. de consuetudi. columna. 27. nume. 58. quē refert & sequitur Deci. in dicto. c. translato. in prima lectura. col. 2. & alibi sæpe traditur. immò † & debent ipsi casus æquales esse in eisdem terminis, vt iura in contrarium citata obtineant. vt tenet Matheselā. in tracta. extensionum. col. 2. cuius meminit Iaso. in dicta authenti. nouissima. numero. 38. & moderni in dicta.l.2.ff. de leg. 1. & alibi sæpe. Et requiritur etiam, quod in omnibus & per omnia casus pares sint. vt idem Matheselā. tenet in dicto eius tracta. extensionum. cuius meminit Iaso in dicta authenti. quas actiones. numero. 19. & in dicta authenti. nouissima. nume. 38. & recentiores in. d. l. si cōstante. in princip. ff. solu. ma. & in. l. si verò. § de viro. ff. eod. tit. & alibi sæpe. quarē cùm anteriorib⁹ legib⁹ in hac materia & in terminis nostris nō patificetur testamentum nuncupatiuū & testamentum inscriptis inter filios cōfectum, nec etiam in omnibus & per omnia vt ex prædictis constat, iura in cōtrarium citata nostræ sententiæ non præ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

iudicant. Verùm etsi Calata. in præsenti dicat, hanc solutionem dictæ quartæ rationi assignatam facilè ex eo tolli posse, quia quo ad casum nostrum † in pluribus assimilantur testamentũ inscriptis & nuncupatiuum. quæ consideratio nobis nõ placet, quia vt ex prædictis cõstat, multum dissimilia sunt in hac rẽ testamentum inscriptis & nuncupatiuũ inter filios confectum. vt constat ex iuribus proximè allegatis. quod maximè attendi debet. vt dictum est. Præterea & dictæ quartę rationi contrariè respondetur, quòd tunc legis † correctio in vno casu facta, ad alium casum à lege antiqua adæquatũ, est trahenda, quando æquabilitas illa fiat in lege antiqua per modũ regulæ. vt tenet Mathesel. in dicto eius tractatu. cui plerique docto. in dictis locis cõsentiũt. & Decius. in. d. c. transl. no. in prima lectura. col. 2. Sed nulla repiritur lex, qua adequentur per modum regulę testamentum inscriptis & nuncupatiuum, nec contrarium constat in. d. l. iubemus. C. de testa. nec in dicta. l. nuper. C. de inoffi. testa. vt ex eis videre licet. etsi Ioa. Frã. de Rip. in. d. l. si constante. nu. 69. ff. solut. matrimo. teneat, non esse necessum per modũ regulæ casus æquari, vt ad aliũ fiat extensio. ex eo motus, quia in dicta. l. & tantum. ff. de seruo corrup. non fit æquiparatio per modum regulæ. Nam quidem in dicta. l. & tantum. ipsa æquabilitas fit per modum regulę, vt eius verba clarè demostrant. & ita non obsistunt glo. in. d. l. si quis seruo. & in. d. l. quod verò. ff. de legib. cũ loquatur, quãdo æqualitas per modũ regulæ facta est. prout & cõtingit in. d. l. & tãtũ. Præter hoc quòd etiã Iaso. in dicta authen. quas actiones. co. 5. dicit, prędictas glosas in correctorijs non procedere, sed in exorbitantibꝰ quod & tenẽt cõplures docto. in. d. l. si constante. in princip. ff. solu. matri.

97

98

¶Vel aliter & quartò responderi potest, secundũ Calatay. in præsenti, quòd iura citata in dicta quarta ratione non procedunt † quando in lege noua corrigente non exprimitur casus adequatus in legibꝰ antiquis, sed omninò omittitur, quia ex positione vnius casus, alter videtur denegatus. ex dicta. l. si maritus. cũ materia. C. de procura. Sed hæc solutio extare non potest, nec aliqua lege probatur: immò est contra tex. in. d. l. si quis seruo. iuncta glo. in. d. l. quod verò. ff. de legib. nam in dicta. l. si quis seruo. tantùm de seruo fit mentio, & in ea prorsus de filio nulla fit mentio, nihilominus tamen glosæ in dictis locis cõmuniter receptæ extendunt dictã. l. si quis seruo. ad filium. ¶Deniqúe & quinto ex mẽte Calatay. diruitur dicta quarta ratio, quòd in hoc casu non ineſt eadẽ ratio † quarę hæc lex ad istum casum nõ potest extendi, etsi legibus anterioribus adæquarentur testamentum inscriptis & nuncupatiuum. ex. l. adigere. §. quánuis. ff. de iur. patrona. & in capitul. cùm cessante. de appella. cum alijs. quam solutionem & pręter Calatay. confirmo. ex text. in. l. curatorem. & ibi notãt docto. C. de interdicto matri. inter pupillã & tuto. vbi probatur etiam in correlatiuis extensionem locũ non habere, vbi eadem ratio non inest. quod doctores tenent in. l. si emancipati. C. de collationib. & Iaso. in authen. nouissima. nu. 42. C. de inoffi. testam. & alibi sæpe traditur.

99

¶QVINTA ratio in contrarium adducta non obstat, quia verba huius nostræ legis in hac quinta ratione ponderata, non inducunt repetitionẽ præcedẽtiũ, sed illis in iure & in facto aduersantur omninõ. vt supra latè fundatum fuit.

100

¶SEXTA ratio subtertitur, quia etsi opinio nostra tenẽda sit, hæc nostra lex nõ esset superuacanea, cùm hodiè testamentum inscriptis inter filios nõ possit fieri coram duobus tantùm testibus, sed requiritur, quòd in eo seruetur solẽnitas dictæ. l. 7. tit. 1. parti. 6. & prædictæ authenti. quod sine. C. de testamen. & dictę authenti. si modo. C. famil. hærciscun. Præterea & non semper valere potest testamentum inscriptis vt nuncupatiuum: nec testamentum nuncupatiuũ carens solennitate testamenti nuncupatiui, valere potest vt testamentum inscriptis. vt infra abundè dicemus in posteriori parte huiꝰ legis. Demùm & magnum est discrimen in iure † testamentũ valeat vt inscriptis, aut vt nũcupatiuũ vt constat ex dicto. §. ex imperfecto. iuncta dicta authenti. quod sine. C. de testamen. & vtrobiqúe latè Iaso. adnotat.

101

¶DENIQVE parum officit authoritas Rode. Suar. nec Cisuen. & Ferdinan. Gome. nec Didac. à Castel. & aliorum contra prædicta iura & rationes, quibus nostra fulcitur sententia.

¶ET his sit finis huic dificili dubio quibus nostra sententia ad tutum accessit portum. & prædicta memoriæ affigite.

¶ET iuxta prædicta illud dubitari oportet, quòd licet per hanc nostram legem non sint correcta iura anteriora quæ disponunt de solennitate testamenti inscriptis inter filios confecti † quatamen solennitate ante hanc legem poterat a patre confici testamentum inscriptis. & breuiter respondeo, quòd si inter patris scripturas aliqua inuenitur scriptura, eius manu scripta aut alterius in qua continetur illius voluntas, hæc sola dispositio iure antiquiori valebat. vt in. l. fin. & illic docto. C. famil. hærciscun.

102

¶EXINDE superuenit dispositio tex. in dicta authenti. si modo. quæ subsequitur post dictam. l. fin. C. famil. hærciscun. à qua dicta authenti. originem duxit, quibus quidem disponitur, necessum esse scripturã patris ab eo esse subscribendam, seu ab omnibus eius liberis.

¶POSTMODVM edita fuit authẽti. quod sine. C. de testa. & tex. á quo sumpta est. quibus sancitum est, quòd si tota scriptura manu patris est scripta modo inibi expræsso, quòd tunc non sit necessaria subscriptio patris nec filiorum. Et adeo testamentum paternum inscriptis prædictis modis confectum iure ciuili firmum est, quòd locum habet † etsi tale testamentum nullum testẽ habeat vel si testes non deponant de ipso testamento, quia forte sunt mortui. vt cõmunis caterua doctorum docet. & tenet ex præsse glo. in dicto authen. de testam. imperfect. §. quia verò. & ibi Iacob. de Belloui. & idem tenet Paul. Castren. in. d. l. si. C. famil. hærciscun. apud finem. vbi ait, dictam paternam scripturam obtinere sine testibus. & idem tenet ipse Paul. Castren. in. l. si is qui. ff. de testam. Phili. Corne. in dicto. §. ex imperfecto. columna. 1. & Alex. in consi. 4. attentis narratis. columna. 3. nu. 16. lib. 7. & in cõsi. 123. discusis. columna. 5. lib. 1. & Areti. in consi. 64. diligenter & maturè. col. 6. Corne. in consi. 307. videtur prima. col. 3. lib. 3. & in consi. 118. in hac consultatione. col. 2. eod. volu. Guiller. Benedict. in repetitio. c. Raynuntius. de testamen. in verb testamentũ. in primo. nume. 87. & Hipoli. in repeti. rub. C. de probationib. nume. 274. Soci. iuni. in consi. 189. fateor. nu. 17. lib. 2. & nume. 66. quid quid in contrarium sentiat Bald. in consi. 396. quòd cedula. lib. 4. secundũ antiquam impræsionem. & Angel. in dicto authenti. de testamen. imperfect. in princip. col. 2.

103

¶VERVM si negetur illã scripturã patris esse † duobꝰ testibus probari debet eius esse. ex text. iuncta glos. in. d. l. fin. C. famil. hærciscun. & ita tenent Bald. & alij in dicta authenti. quod sine. C.

104

Universidad de Deusto
Biblioteca

de testa. & ibi Alex. & idem Alex. in cõ
si. 76. ponderatis. colu. 1. lib. 3. & Carol.
Ruin. in consi. 11. de vltima volũtate. co.
3. lib. 3. & in consi. 12. quãuis circa pri-
mum. nu. 8. eodem lib. 3. & vide Iaso. in
consi. 42. in præsenti. col. 2. versi. tertiõ.
principaliter. lib. 1.

¶POST quæ iura authẽticorũ cõdita
105 fuit. l. 7. tit. 1. par. 6. qua probatur † pa-
trẽ posse duob⁹ modis inscriptis testari,
primo modo nõ scribẽdo testamẽtũ sua
propria manu, quo casu, illa lex parti.
exigit, subscriptionẽ patris & filiorũ mo
do illic expræsso interuenire: quæ lex
cum simul requirat subscriptionẽ patris
& filiorũ, clarũ est, quód corrigit tex. in
dicta authen. si modo. C. de testa. & tex.
in authẽ. de triẽte & semisse. §. & quod
sæpe. colla. 3. quibus antea sancitũ erat,
sufficere subscriptionẽ patris vel filio-
rum. vt illis iuribus probatur. & vtrobi-
qúe glo. & docto. exponunt. & Ang. in
dicto authen. de testa. imperfect. in prin
cipio. col. 2. ¶Secundo modo dicta lex
parti. statuit, testamentũ inscriptis á pa-
tre fieri posse inter filios, cúm pater pro
pria manu totum scripserit testamentũ
exprimendo ibi nomina omnium filio-
rum, & omnia contenta in illo testamẽ-
to esse obseruanda. Nec expræsse ibi-
dem sancitur, numerum vntiarum à pa
tre esse scribendum, prout ante statutũ
erat in dicta authen. quod sine. & in. d.
authen. de testamen. imperfect. §. nos
omnia. colla. 8. Nisi dicas, satis hoc ex-
præssum esse in. d. l. 7. cúm in ea hæc ap
ponantur verba, *y todo testamento en q̃
manera le haze, y como lo ordena.* in qui
bus verbis sat constitutũ videtur, vntia-
rũ numerũ esse describendum. Nec in
106 dicta. l. 7. expræssé constituitur † tẽpus
á patre esse scribendũ, prout antea re-
quirebatur per dicta iura authẽticorũ.
quod an sit necessariũ Iaso. & doctores
disputãt in dicta authẽ. quod sine. & in
locis proximé allegatis. & abundé per
Bal. in. l. cõsi. 58. co. 7. lib. 4. & Deci. in
c. 2. de fide instrum. nu. 14. post Corn. in
cõs. 307. videtur prima facie. co. 3. lib. 3. la
so. in. d. cõs. 42. in præsenti dubitatione.
col. 4. lib. 1. & latissimé Boeri. decis. 240.
nu. 1. & Carol. Ruin. in cõsi. 7. primó vi-
dendum. nu. 10. lib. 3.

¶EX prædictis quidem sequitur, quód
etsi (vt supra dixim⁹) probabili⁹ sit, patrẽ
facere posse testamentũ inscriptis inter
filios sine solẽnitate huius legis, quód ta
mẽ in tali testamẽto paterno inscriptis
interuenire debet solẽnitas dictæ legis
partitæ.

¶VNDE etiam fit, quód etsi hodiè pa 107
ter † testetur inscriptis inter filios co-
ram sex testib⁹, etiam rogatis, tale testa-
mẽtũ erit nullũ, nisi habeat solẽnitatẽ
dictæ. l. 7. tit. 1. par. 6. vt satis in spetie te-
net Fulgo. in dicta. authen. quod sine. &
illic Salic. & Alex. col. 2. & idẽ Salic. in
d. l. fi. C. familiç. hærciscũ. Sed tunc ta
le testamẽtũ valeuit vt testamẽtũ nũcu
patiuũ. latẽ infra suo loco dicem⁹. Caue
igitur ne erres, dum hac in re fueris cõ-
sult⁹, & acuratè facias ad vnguẽ obserua
re formã. d. l. partitæ. in testamẽto pater
no inscriptis inter filios cõficiendo. Etũ
cõtrariũ velint tenere aliqui ex doctori
bus nostri tẽporis, præsertim Cifuẽ. hic
nu. 7. & Ant. Gome. nu. 47. 59. &. 60. &
Greg. Lup. in. d. l. 7. ti. 1. parti. 6. in verb.
a los hijos.

¶VLTERIVS & ex. d. l. 7. ti. 1. par. 6. lu 108
cidé cõstat † patrẽ literarũ ignarũ ho-
diè iure speciali non posse facere testa-
mẽtũ inscriptis inter filios, quia attentis
duob⁹ modis dictę legis partitę cõficiẽ-
di testamẽtũ paternũ inscriptis, pater si
vult inter filios testari inscriptis, tene-
tur scribere, subscribere qúe tale testa-
mẽtũ sua propria manu, nõ verò alteri⁹:
nec tũc erit sufficiẽs sola liberorũ subs
criptio. vt supra dictum est. Iure ta-
men ciuili pater literarum ignarus po-
terit facere testamẽtum inscriptis, nec

in eo requiritur subscriptio patris; sed
tantúm sufficit subscriptio filiorũ. vt su
pra diximus, etsi pater tale testamentũ
nõ possit scribere seu subscribere. vt in
d. authen. si modo. C. famil. hærciscũ.
& in dicto authen. de testamen. imper-
fect. §. & quod sępe. & ita tenet ibi An
gel. & in princip. co. 2. quidquid teneãt
idem Angel. in dicta authen. quod sine.
in princip. & illic Corne. col. 2.
109 ¶VERVM posset † pater (etsi litera
rũ ignarus) inscriptis testari omissa for-
ma dictę. l. 7. tit. 1. parti. 6. si obseruaue-
rit solennitatẽ requisitã per hãc nostrã
legẽ in testamẽto inscriptis inter extra-
neos conficiendo, aliquo ex testibus pro
eo subscribente. cúm & extraneus hoc
facere posset. & pater in hoc nõ debeat
esse deterioris cõditiõis quám extrane⁹
vt est de mente Angel. in dicto authen.
de testamen. imperfect. in princip. co
lumna. 2. ex dicto. §. ex imperfecto. & si
milibus. Quæ omnia affigitæ memoriæ.
¶PROINDE si iuxta prædicta scire cu
110 pis, an per comparationem literarũ †
possit probari testamẽtũ paternum eius
manu esse scriptum. tradunt recentio-
res in. d. authen. quod sine. & ibi Ias. nu
me. 1. citat Alex. in dicto consi. 76. lib. 3.
& præter eos vide eundem Alex. in con
si. 114. visa scriptura. lib. 7. & Corne. in
dicto consi. 118. col. penul. lib. 3. & Barb.
in dicto consil. 58. col. penul. lib. 4. Ca-
rol. Ruin. in dicto consi. 11. de vltima vo
luntate. col. 2. &. 3. lib. 3. & eundẽ in cõ-
sil. 71. quánuis circa primum. numer. 18.
eodem lib. & in dicto consi. 12. quánuis.
numer. 8. lib. 3. & de materia videas etiã
Thom. Grama. in decision. 61. in causa
magnificorum. col. 2. &. 3. vbi plura in
proposito congerit. post Alex. in consi.
123. lib. 1.
111 ¶PRETEREA an sufficiat, vt pro-
betur testamentum † manu patris esse
scriptum ipsius patris assertio. videre li
cet quæ traduntur in. l. cúm antiquitas.
C. de testamen. & Bald. in. l. captatorias
C. de testamen. mili. in. 5. q. & Alex. in
cõs. 176. viso processu. co. 2. lib. 5. & in di
cto cõs. 76. põderatis his. co. 1. &. 2. lib. 3.
¶DENIQVE an dicta authen. quod si
ne. C. de testamen. habeat locũ † in te- 112
stamento ad pias causas, & an testes sint
necessarij. videndus est Iaso. in dicta au-
then. quod sine. col. 1. & Alex. ibi ab eo
citatus. & Areti. in consi. 64. diligenter
& maturé. col. penul. & Corne. in dicto
consil. 307. co. 7. lib. 3. & Guiller. Bene.
in repet. c. Rainuntius. de testamen. in
verb. testamentum. in primo. nume. 87.
& latiús Soci. iuni. in dicto consil. 189.
nu. 66. cum plurib. sequentib. lib. 2. vbi
refert plures doctores.
¶ET his sit finis huic prolixo tertio
dubio.
¶DEINDE & quartó iuxta secũdã cõ
clusionẽ huius primæ partis & præter
alios, hoc dubiũ ocurrit, ansicut perhãc
nostrã legẽ corriguntur iura anteriora
loquẽtia de testamẽto nuncupatiuo in-
ter filios facto † ita & per hãc legẽ cor 113
rigãtur iura vetera, quę agũt de solẽnita
te diuisionis, quam pater inter filios cõfi
cit. Adquod primó illud sciẽdũ est, quód
ante hãc legẽ † aut diuisio bonorũ per 114
patrẽ fiebat palám seu nũcupatim inter
filios, & tunc duo testes erãt nẽcessarij
quibus talis diuisio probari poterat. vt
traditur in. d. l. fi. C. famil. herciscun. &
per docto. in. d. l. filij patris. C. eod. titu.
legitur & notatur in authen. de triente
& semisse. §. & quod sæpe. colla. 3. & ibi
Ang. & in authẽ. de testamẽ. imperfect.
in princip. colla. 8. quod tenet expresse
Bal. in. d. authen. quod sine. co. 1. Phili.
Corne. in cõsi. 21. videtur in hac. col. 2.
lib. 4. adquod est optim⁹ tex. in. d. l. 7. ti.
1. par. 6. vbi expresse statutũ est, diuisio-
nẽ á patre explicitè factã, duob⁹ testib⁹
cõfici posse. ¶At verõ cúm diuisio pa-
terna inscriptis conficiebatur, tunc pa
tris scriptura eius manu facta sufficiens

Universidad de Deusto
Biblioteca

erat,aut si alterius manu fuisset scripta, si talis scriptura erat munita subscriptione filiorū.vt probatur in dicto authē.de triēte & semisse. §.& quòd sæpe. colla. 3.& in dicta auth.si modo. C.famil.herciscū.& adnotat Bal.in dicta authenti. quod sine. C.de testamen.col.1.& per docto.in locis superius citatis.& latissimé Card.Paul.Parisius.in consi.34.ad resolutionem.nu.12.lib.2.

¶QVIBVS præloquutis videtur dicendū,per hanc legē non corrigi dicta iura quę disponunt de solēnitate diuisionis inter filios nūcupatim factę. ¶Et primò quia cùm hæc nostra lex in testamento loquitur,sit qúe correctoria,nō videtur ad diuisionē extendēda.ex dicta.l.præcipimus. C.de appel.& in.d.l.sancim⁹. C.de testa.cum alijs. ¶Secūdó,quia in
115 ter testamētū paternū † &diuisionē discrimé inest:aliud qúe est parētē testari, aliud eius bona diuidere.vt cōstat in dicto authē.de testamē.imperfectis. §.fi. colla.8.& interminis nostris ita tenet Iacob.de Are.cui⁹ meminit Cinus ei ad hærēs in.d.authē.quod sine. C.de testamē.quibus etiā cōsentit Albe.ibidē. & Philip.Corn.co.2.inibi.& Ang.in. d.l. hac cōsultissima. §.ex imperfecto.col. 2.& alibi sępe.& ex diuersis nō sequitur bona illatio.vt in.l.fi.ff.de calū niato.& in.l.Papinianus exuli.ff.de mino. & in. l.naturaliter. §.nihil cōmune.ff. de acqui.posse. Deniqúe & hęc sentētia fulcitur ex tex.in.d. authēti.de testa.imperfectis. §.fi.colla.8.& ibi Angel.vbi probatur,minorē requiri solēnitatē in diuisione bonorū à patre inter filios inscriptis cōfecta, quàm in testamēto paterno inscriptis facto.quarē cōsequens esse videtur, hanc legē nō esse extēdendā ad diuisionē paternam, vtpotè maiorem solennitatem exigentē.

¶PREDICTIS tamē nō obstātib⁹
116 cōtrariā amplector sentētiā † & teneo simplicē diuisionē bonorū à patre inter filios nūcupatiuē factā,esse cōficiēdā solēnitate dictæ legis ordinamēti & huius nostræ legis.& hoc constanter teneo ex sequentibus.

¶PRIMO,quia patris diuisio † habet
117 vim suprēmi iudicij,&reputatur vltima volūtas.ex tex.notabili in.l.si filia. §.si pater.ff.famil.hęrciscū.in verbis.*non videri simplicem donationem,sed potius fecisse supremi iuditij diuisionem.* quod & probatur in.l.parētibus. C. de inoffi.testa. & legitur & notatur in. l. quotiens. vbi glo.& doct. C.famil.hærciscū.& in.d.l. fi. C.eod.titu. & expræsse ita tenet Oldrad.in consi.231.vt eius.co.1.cuius meminit Albe.ei assētiens in.d.l.quotiens C.famil.hærciscū.& Oldrad.etiam refert & sequitur Bal.in titul.de pace iuramen.firman. §.item sacramenta.co. pe.& traditur per docto. in. l. fi. C. de pact.& latè laso.in consi.104.renuncia tio.co.4.lib.4.& hæc opinio satis proba tur in.d.l.7.tit.1.parti.6. quibus addendus est Bartho.de Chassene. in cōsuetudinib.Burgūdię. §.115.rub.7.co.2.char. mihi.240.& ideó in dictis locis doctores tenent(ex dicta.l.fi. C.de pact.) diuisio
118 nē † hanc à patre reuocari posse vsque ad vltimū vitæ spiritū.quod & cōsuluit Deci.in cōs. 475.in causa quæ Mantuæ. nu.23.vbi refert plures alios idē tenētes & latissimé And.Tiraq.in tracta.de primogenitu.q.8.nu.2.& siue diuisio a patre fiat in scriptura,siue sine ea,vtroque in casu habet vim vltimę volūtatis.secūdum Odofred. in dicta.l.si filia. §.si pater.ff.fami.hęreiscū.&traditur in.l.si pater.ff.eod.tit.cū alijs de quibus abundè Card.Pau.Parisi.in.d.cōs.34.nu.13. lib. 2.Si igitur talis diuisio est vltima voluntas, consequens est, in ipsa paterna diuisione adhibendam esse solennitatem dictæ legis ordinamenti. Nam prædicta lex ordinamenti solennitatem in ea expræssā requirit,tàm in testamēto,quàm in

in alia vltima voluntate. vt eiusdem legis verba docent.ibi,*ordenare su testamento o postrimera voluntad.* & optimè hoc suadetur ex litera eiusdem legis manu cōscripta,quæ verior est ibi,*o otra su postrimera voluntad en qualquier manera.* quam legem ordinamenti cùm hæc nostra lex sanciat, obseruari in testamento nuncupatiuo inter filios confecto, & hoc vt supra sæpiùs diximus,sit introductum, propter falsitatem cuitandam,claré constat solennitatem dictæ legis ordinamenti etiam requiri in diuisione à patre conficienda inter filios. ¶Verum si dixeris, nostram legem Tauri confirmare prædictam legem ordinamenti, quo ad testamentum nūcupatiuum paternum, &hoc huius legis verba docere, ibi, *se entienda y platique en el testamento abierto, que en la tal es dicho nuncupatiuo, agora sea entre los hijos.* dici tamen potest, hanc nostram legem loqui palàm de tota dispositione prædictæ legis ordinamenti, & sic etiam de alia vltima voluntate parentum. Tum ex eadem ratione. Tum quia,lex nostra in eius initio refert dictam legem ordinamenti. quæ relatio facta videtur cum omnibus qualitatibus,& alijs contentis in dicta legē ordinamenti. vt traditur in.l.1.ff.de receptatorib⁹.& in.l.asse totō.ff. de hæredib. instituen. cum alijs de quibus meminit Deci. in consi.532.pro vera.numero.4.& alibi sæpe. Tum etiam, quia in dicta lege ordinamenti (si benè eius verba penitremus) æquabilitas fit inter paternum testamentum & eius vltimā voluntatem, quo ad seruandam solennitatē cādē in vtroque casu,& in omni
119 b⁹ & per omnia facta videtur,& per modū regulæ: quo casu † extendi licet iura correctoria de casu expræsso ad non expræssum. vt supra nume. 98. fundatum est.

¶SECVNDO hæc sententia confirmatur,quia † cùm pater sub nomine 120
quotæ diuisionem suorum bonorum inter filios conficit, testamentum id iudicatur,etsi non exprimatur.vt dicit glo. magis communiter recepta in dicta. l. quotiens. C.famil.herciscun.cui adstipulantur illic Iacob. Butrica. Alberi. Bal. Ang. Salic. Paul.Castren.& est cōmunis resolutio secundum Fulg. in.d. l.filij patris. C.eod. titul. quo loco & idem tenet glos. cui assentit ibidem Iacob.Butrica. & in.d.authenti.si modo. C.eod. titul. & abundè Albert. Brun. in consi.43.circa casum.co.2. quidquid dicat Paul.Cast.in.d.l.filij patris & Cinus &Per.in.d.l.quotiens.at verò cùm á patre fit diuisio,res certas assignante, tunc ipsa diuisio non valet vt testamentum,sed locū obtinet vt codicillus abintestato,vt dicūt glo.& docto. in locis supra citatis.quod ea ratione locū habere Bal.& alij doctores dicūt in dicta. l. quotiēs. quia in tali diuisione nō est posita institutio heredis.Quæ ratio hodie diruitur extante dicta lege ordinamēti cùm ipsa lege sit constitutum,testamētū vires habere,etsi careat institutione heredis. Quo fit † iure regio siue diuisio á patre fiat inter filios sub nomine 121
rei,vel quotæ valet vt testamentū.quarē constat,sat expræssum esse in hac lege, diuisionem nuncupatiuē à patre inter filios confectam, siue fiat per quotas vel singulas res, esse necessum habere solennitatem dictæ legis ordinamēti. ¶Verūm etsi secundum opinionē dictarum glosarum & doctorum, diuisio cùm conficitur de singulis rebus assignatis, reputetur codicillus, etiam tūc opinio nostra procedet, quia vt hac lege constituitur,illa solennitas quę requiritur in testamento inecodicillis est necessaria.

¶TERTIO nostra suadetur sentētia quia faciliter lex nostra frustari posset, si pater conficit diuisionē nuncupatim

Universidad de Deusto
Biblioteca

inter filios, huius legis solennitate prætermissa, & exindè falsitati locus esset, quā regina nostra extirpare voluit, hác nostram legem condendo.

¶EX QVIBVS facilumé tolluntur contrariæ rationes, quia verba dictæ legis ordinamenti agunt de paterna diuisione, & in ea sancitur omnem, vltimam voluntatem conficiendam esse solennitate ipsius legis, & satis eius dispositio confirmatur per hanc legem. ideó constanter teneo, diuisionem parentis inter filios nuncupatim confectam sub nomine quotæ, vel rerum singularum, (quę iuditij supræmi vim habet) esse necessum habere solennitatem prædictæ legis ordinamenti.

¶PROINDE dubitatur & quintó, an pater sit obnoxius seruare solennitatem huius legis & prædictæ legis ordinamenti † cùm efficit contractum nũcupatim cum filijs suis. Et breuiter dicas quód non. Siquidem iura proximè citata loquantur, in paterna vltima voluntate: non verò loquuntur in contractibus, in quibus minor solennitas est necessaria. prout in contractibus extraneorum, in quibus non tanta requiritur solennitas, sicut in eorum testamẽtis exigitur: & ita tres sufficiunt testes in his contractibus, etsi ciues tales testes non sint. vt probatur in. l. 1. titul. 9. lib. 2. fori legum. & in. l. 54. titul. 18. parti. 3. & quód non requiratur † quód in contractibus testes sint vicini. disponit tex. in. l. 64. styli. quod etiam probatur in. l. 1. Compluti. anno. 1503. edita.

¶ET prædicta lex. 54. titul. 18. parti. 3. secundùm Vincentium (é nostris eminẽtis scientiæ virum) in dicta. l. fori. & ibidem etiam Montal. hodiè his regnis obseruatur. Quod intelligo quo ad numerum testiũ: & ideó semper vidimus á notarijs tres testes in contractibus inscribi. Non tamen † dicta. l. 54. titul. 18. parti. 3. est in vsu. prout inibi cõsiderat Gregorius Lupus. in quantúm illa lege sancitur, duos notarios esse necessum interuenire in publico instrumento seu in cõtractu, eis qúe deficientibus tres testes esse adhibendos: nec quidem est in vsu in eo quod ipsa lege cautum est. † quód illi tres testes in tali contractu scribant sua nomina. cuius legis hæc sunt verba. *E abonda en toda carta publica, que sean dos escriuanos publicos por testigos, sin aquel que faze la carta, que escriban sus nomes enella, o si por auentura tantos escriuanos publicos no pudieren auer en el lugar, somé por testigos tres omes buenos, que escriban y sus nombres.* In ciuitate tamen Hispalensi duo testes tabelliones vnicuique contractui adijciuntur.

¶VERVM paulisper iuxta prædicta expecta, nam quidè ipse censeo, quód etsi in cõtractu seu inqualibet alia scriptura inter viuos † duo tãtúm interfint testes, etsi non fuerint tabelliones, quód regulariter iure regio & ciuili sufficiẽt. Etsi dominus Didac. Couarruu. in. c. 20. num. 4. praticarum quæstionum. dicat regio iure tres testes instrumẽtis esse necessarios. ex dicta. l. 54. titul. 18. part. 3. & ex dicta. l. fori. nunc citata. & hanc meã sententiam suadeo ex tex. notabili. in. l. 113. in eodem titul. 18. parti. 3. quæ lex incipit, *Valer acuen*, quæ alias est. l. 114. cuius legis hæc sunt verba. *E aun dezimos que toda carta que sea fecha por mano de escriuano publico, en que aya escritos los nõbres de dos testigos alomenos, y el dia, y el mes, y la era, y el lugar en que fue fecha; assi como de suso mostramos, q̃ vale para prouar lo que en ella dixere.* cuius legis non meminit Montal. in dicta. l. fori. Et quia iure ciuili idem sat cautum esse cõstat † & fieri posse publicum instrumentũ contractus duobus testibus, etsi excedat centum aureorum libras. vt probatur in authenti. de instrumento. caute. & fide. §. sed etsi instrumenta. colla. 6. vbi glo. in verb. adiciatur. ad hoc citat text. in. l.

in. l. vbi numerus testiũ. ff. de testib. quã glo. approbant Iacob. de Belo. & Bart. in dicto authenti. de instrumen. caute. & fid. §. oportet. & ibi etiam Ang. col. 1. & idem tenet glo. in. c. 1. de fid. instrumen. & Specul. in titul. de teste. §. restat. col. 2. versi. itẽ in scriptura. & Bart. Angel. Salic. & docto. in authenti. sed nouo iure. C. si cert. peta. quo locò Salice. testatur hoc communi consuetudine receptũ esse. & illic Fulgo. & Alex. in additionibus ad Bart. dicunt text. in dicta authenti. sed nouo iure. consuetudine abrogari, quãuis communis † litera dictæ. l. 113. in dicto titul. 18. parti. 3. in hunc sit modum, *los nombres de dos testigos*. litera tamen manu conscripta aliter est, scilicet, *los nombres de los testigos* quæ etsi vera sit, nõ ibidẽ probatur duos testes in cõtractu seu in actu inter viuos sufficere. Verúm ipse teneo veram literam illius legis illam esse, qua dicta subiciũtur verba, *los nombres de dos testigos*. quæ posita sunt in communibus codicibus septipartitarum. & hodiè ita constat ex codice septipartitarum á domino Greg. Lup. regio priuilegio correcto quam legem ipse dominus Grego. Lup. nume 114. in dicto titul. 18. posuit. quod & ex Montalu. constat in eadem lege. dùm in eius initio hæc subiungit verba, *item per scripturam publicam notarij cum duorum testium nominibus scriptis*. & id etiam constat ex Bonifatio in eius peregrina. verbo scriptura. in. 6. quæstione. in litera. F. ¶Proindè & nostra † sententia palàm suadetur ex tex. in. l. 110. in dicto titul. 18. parti. 3. apud finem. si literam codicibus manu scriptis collocatá considerem⁹. quæ in hunc est modum *no vale otro si carta publica, en que no sea escrito el mes, y el dia, y la era en que fue hecha, y nombres de los dos testigos alomenos q̃ sean escriptos de sus manos mismas, o de la mano del escriuano publico, que hizo la carta.* etsi in litera communi non dicatur, esse necessum nomina duorum testium inscribi, sed hæc subiciantur verba, *y los nõbres de los testigos, alomenos que sean escriptos*. sed litera prima verior est. vt tenere videtur Bonifati. in dicta eius peregrina. in verb. scriptura. in. 6. quæstione. in litera. D. cuius sunt verba, *nec vales scriptura publica, vbi non scribitur dies, aut mensis, aut annus, & duorum testium nomina ab ipsis testibus propriis manibus, aut a notario pro eis subscripta*. Denique hanc sententiam tenet dominus Greg. Lup. in dicta. l. 113. quæ eius in codice est. l. 114. & in. d. l. 54. eodem titul. & parti. in verb. tres omes.

¶NEC dictæ nostræ sententiæ refragatur † tex. in. d. l. 54. titul. 18. par. 3. quę exigere videtur, tres testes in scriptura publica esse inscribendos. Tum quia si lex illa rectè consideretur, non aduersatur dictis legibus. 110. & 114. cùm & si dicat, tres testes esse inscribendos, ipsa tamen lex, 54. non annullat nec prohibet scripturam publicam non habentẽ tres testes. & dicta. l. 54. trahenda est ad dictas leges. 110. & 114. ex. l. non est nouũ ff. de legib. cum alijs. Tum etiam, quia dicta. l. 54. ita intelligi potest, quód optimum sit tres testes quàm duos in instrumento scribi, non tamen quód sit necessum, tres testes apponi. quod & cõstat ex. d. l. 114. in dictis verbis, *de dos testigos alomenos*. quibus hæc lex claré eõstituit meliùs esse, tres testes quàm duos in instrumentis inscribi. Tum quia, cùm in dicta. l. 54. expræsse non impugnetur scriptura coram tribus testibus non facta, claré inibi constat † hoc non esse de forma substantiali. vt legitur & notatur in. l. hac cõsultissima. C. qui testa. face. po. & adnotãt Bald. Paul. Castren. Imol. Rapha. & communiter doctores in. l. 1. ff. de libe. & posthu. & in similibus locis inibi per doctores adductis. quod lucidè docet initium dictæ. l. 110. & ea quæ statuuntur in dicta. l. 54. & in

Universidad de Deusto
Biblioteca

alijs legibus precedentibus dictâ. l. 10. de forma substantiali non sunt. Tum quia,& quæ diximus confirmant verba dictæ.l.54. supra ponderata.ibi, *E abõda en toda carta publica, que sean dos escriuanos publicos por testigos, o si por auẽtura tantos escriuanos publicos no pudieren auer en el lugar, tomen por testigos tres hombres buenos*: nanque sanctio hæc generaliter loquitur,& subuerbis multum generalibus, quod indicat dictũ verbum, *abonda*, in eadẽ lege appositum,& elatè statuit,nõ esse necessariam præsentiam duorum tabellionum,seu trium testium.pro qua consideratione est tex.in.l. testamentum nõ ideó. C.de testamen.& in regul.nõ solent.ff. de regul. iur. quibus probatur, non esse necessaria, ea quæ supervabũdant.

¶CONTRARIAM tamen sentẽtiam tueri videtur tex.in.l.1.titul.9.lib. 2.fori legum,qua sancitum est,in scripturis saltem tres testes inscribendos. vt ex eius verbis constat. ibi, *hagase con tres testigos alomenos sin eleescriuano, y uala*,quam legem fori in vsu esse non videtur dubitandum, cùm quotidiè tres testes in scripturis publicis apponi videamus,quarè consequens videtur,potiús ipsa lege fori hãc quæstionem esse iudicandam, quàm dictis legibus partitæ. Sed hanc legem fori indistinctè neo nostram sentemtiam non impug-
132 nare † siquidem in ea(vt diximus) non annullatur scriptura confecta absque
111 tribus testibus:sed tantùm in ea disponitur,scripturam corã tribus testibus factã robur ac firmitatẽ habere.quod huic rerabsimile est. Sed hæc solutio ad dictam legem fori non videtur bona, cùm sat in dicta lege fori vicietur scriptura trib9 testib9 carens,quia in ea cõstituitur,instrumẽtum tunc valere,cùm tres habuerit testes.quod magis constat ex verbis dictæ legis fori, ibi, *alomenos*. quibus palàm annullatur instrumentũ non factum coram trib9 testibus. ¶Sed horum solutio est,quòd in dicta. l. fori nõ annullatur expræsse instrumentum carens tribus testibus, sed tantùm à cõtrario sensu, in dicta. l. fori probari videtur,instrumentum non habens tres testes non valere. cui argumento non est locus contra prædictas leges partitæ ita expræssas.vt in.l. conuenticulam C.de episcop.& clerí. cum alijs de quibus Deci.in.l.quecũque.nu.53.ff.de offi. eius cui manda. est iurisdi. ¶Vel secundò dic, quòd etsi in dicta.l.fori expræsis verbis esset cautum, instrumentum duos tantùm continenes testes fidẽ non facere,cùm tamen hoc in vsu non sit receptum, & instrumentum publicum non habens tres testes,vsu vel consuetudine nõ improbetur, melius esset hanc rem dirimere per dictas leges partitæ,quàm per dictam legẽ fori.vt tanci tum est in.l.1.harum legum Tauri.Nec dici potest,dictam.l. fori ex eo in vsu esse,quòd videamus tres testes in instrumentis inscribi,siquidem hucusque nõ viderimus instrumentum tribus testibus carens, habens tamen duos testes, non valere.

¶EX QVIBVS constat, contrariam sententiam non adiuuare.l.3.titu. 9.lib.2.fori legum. qua palàm vitiatur instrumenta publica, non habentia diem & alias legum solẽnitates. vt ex eadem lege constat, ibi, *y hagan las derechas en todas las otras cosas, assi como mandan las leyes, y si de otra guisa las hizierẽ no valan*. quibus verbis fat constitutum videtur, instrumenta tres testes non habentia, iure esse respuenda. cùm.l.1. eiusdem tituli hanc constituat solennitatem instrumentis, quòd in eis tres inscribantur testes. Nan qúe eidem † legi tertiæ respondetur dictũ verbum, *derechas*, ob aliud in ea esse po-
situm

situm.vt Montal.explicat in eadẽ lege. 3.fori in verb.fagan las derechas. Præterea etsi dicta. l. fori hanc rem expræsse dirimeret,cùm vsu(vt diximus) non extet,obseruanda quidem non esset. ¶Cõstat igitur, fidem esse adhibendã instrumento duos tantùm testes habenti. Vndè fit,non rectè dicere dominũ Didac. Couar.suis paticis quæstionibus. c. 20. dùm tenet,tres testes in publicis instrumentis esse necessarios.Quæ omnia memoriæ commendate, quia alibi ita discusa non sunt.

¶QVI autem testes requirãtur,cùm cõtractus est inscriptis,& excedit libram auri,& efficitur ab imperito literarum. uide tex.in dicta authẽti.sed nouo iure. C.si cert.peta. & in corpore vndè sumitur.& vtrobique docto.& perscribẽtes in.l.contractus. C.de fid. instrumẽ. & alibi sæpe.

¶SEXTVM dubium suboritur, & non
134 modicè necessariũ iuxta secundam cõclusionẽ dictæ primæ partis huius legis ab alijs ferè oblitũ † an sicut per hanc nostrã legẽ corriguntur tex.in. d.l. hac cõsultissima. §.ex imperfecto. & similes leges,loquentes de solennitate testamẽti nũcupatiui à patre inter filios editi,quo ad testium numerũ & solẽnitatẽ in prædicta lege ordinamẽti expræssam ita & corrigantur per hanc legem quo ad alia specialia concessa testamẽto paterno in fauorem filiorum in ipsis iurib9 & alijs constitutionibus contẽta. quod quidem non censeo.ex sequentibus.Tũ quia,cùm hæc lex correctoria sit, eatenùs corrigere dicendum est, quatenùs hac lege expræssum est.ex dicta.l.præcipimus. C.de appel.& in.d.l.sancim9 C.de testamen.cum alijs.& vt superius dictum est, non licet extendere legem correctoriam ex eadẽ seu maiori ratione.vt notatur in.d. authenti. quas actiones. C.de sac.sanct.eccle.& alibi sæpe. Tum quia,ex quo hæc lex Tauri corrigat illa iura vetera quo ad testiũ numerum,quo ad alia eadem iura emendare non est dicendum,sed potiùs contrariũ voluisse.ex.l. cùm prætor. ff. de iudi. & in.l.maritus. C. de procura.quæ ratio suadetur † quia cùm hac lege derogen 135
tur priuilegia filiorum & parentũ quo ad numerum dictorum testium,quo ad alia omnia ipsa priuilegia comprobata censentur.vt expræsse probatur in.l.tribunus. §.cùm aliquis.vbi Bal.notat.ff. de mili.testamẽ.& est etiam ad idẽ tex. in.c.cùm cappella.de priuileg.& constat in.l.si quis argentum. §.sed & siquidem.& illic Bald. C.de donationib.cũ alijs. Tum etiam, quia si aliud hæc nostra lex voluisset, facilitèr in ea exprimeretur.ex.l.1. §.sin autem ad deficiẽts. C.de cadu.tol.& in.c.adaudiẽtiã.de decim.cum suis similibus. Nec quidem dicendum est,iura vetera tractantia de alijs priuilegijspaternorum testamentorum, maturo consilio edita,huius legis verbis in alio casu loquentibus,esse sublata. vt imperator in simili decidit in l.si quando.C.de inoffi.testamẽ.in principio. Tum quia,cùm serenissima regina nostra hoc non expræsserit,id omisisse censedum est.vt aduertit text.in. l.si seruum. §.præter.versi.non dixit prætor.ff. de acqui.hæredita.& in.l.si verò. §.de viro.ff.solu.matrimo.& alibi sæpe traditur. Tum & quia, ex diuersis nõ sequitur bona illatio.l.si.ff.de calumnia. l.Papinianus exuli.ff.de minorib.l.naturaliter. §.nihil cõmune.ff. de acqui. posse. cum alijs. Tum quia † priuile 136
gia non videtur mutata generalibus verbis, nisi quatenús expressum est.vt in.l. decurionibus.C.de silentia.lib.12.& in l.dotalem.& ibi notant doctores.ff.de testa.mili.& in.c.tua.de decim.cũ alijs de quibus meminit Iaso.in.l.sicut certi.C.de milita.testa.nu.11. Vndè consequens est,quòd priuilegia paternorum testamentorum expræsse per verba huius

Universidad de Deusto
Biblioteca

ius noſtræ legis non ſunt reprobata. imo & hodiè ſubſtinentur: & eo maximè
137 † cùm ipſa priuilegia in corpore iuris ſint cluſa. ex notatis in. l. hæres abſens. in princip. ff. de iudi. vbi docto. & in authenti. qua in prouintia. & ibi glo. in verb. illic. C. vbi de crimi. agi oportę. & in alijs locis de quibus meminit Feli. in. c. 1. nu. 12. de reſcript. Tum ité, quia
138 † lex ad caſus ſpeciales non eſt trahęnda, niſi hoc in ea ſit expræſſum. vt legitur & notatur in. l. ſciẽdum. in princip. vbi glo. ff. qui ſatiſda. cogan. cũ alijs quę
139 ſupra nu. 47. congeſsimus. Tum quia † iura iuribus cõciliari oportet. c. cùm expediat. de elect. lib. 6. & in. l. 11. C. de inoffi. do. & in materia eſt glo. notabilis et ſi notiſsima. in. c. cupientes. §. quod ſi per viginti. de elect. in. 6. cuius meminit Iaſo. in. l. ſicut certi. nu. 9. C. de teſtam. muli. & ideó iura correctoria intelligenda ſunt, vt minus lædant ius commune. c. cùm dilectus. de conſuetu. tex. in. l. 2. C. de noxalib. cum alijs. Tum & deniqúe † quia in materia priuatiua, quod
140 lege non exprimitur, priuationem non inducit. vt in authẽ. de nõ eligẽdo ſecũdó nubentes. §. optimũ. colla. 1. cui⁹ meminit Bal. in authen. ex teſtamento. co. 3. C. de ſecund. nupt. & alibi ſæpe traditur. ¶ Ex quibus omnibus conſtanter teneo, hac lege tantùm correcta eſſe iura antiqua, quæ fouent teſtamentum paternum, tantùm quo ad teſtium numerum, & quo ad contenta in dicta legé ordinamenti. & non quo ad alia ſpecialia conceſa ipſi teſtamento in fauorem filiorum & parentum.

¶ EX quibus ſequentia ſuboriuntur. ¶ PRIMVM, hodiè etiã hac lege extãte † in teſtamẽto nuncupatiuo inter filios ápatre cõfecto teſtes fœminas interuenire poſſe. & ita teſtamẽtũ patris nuncupatiuum confectum coram tribus teſtibus fœminis ciuibus loci cum tabellione, ſeu coram quinque teſtibus ſine tabellione confectum de iure valet & tenet. quia in fauorem filiorum & parentum inductum eſt, quód in teſtamento paterno fœminæ teſtes eſſe poſsint. vt conſtat in. d. l. hac conſultiſsima. §. ex imperfecto. C. de teſtamen. vbi generaliter conſtitutum eſt, teſtamentum imperfectum á patre confectum inter liberos de iure valere. ſed teſtes fœminæ
141 † ſunt cauſa imperfectionis teſtamenti. vt in. l. qui teſtamento. §. mulier. ff. de teſtamen. cum ſimilibus. & in. l. 1. titul. 1. parti. 6. & in. l. 9. eodem titul. & parti. & quód fœminæ poſsint eſſe teſtes in teſtamento á patre inter filios confecto probatur in dicta. l. ſi. C. famil. hærciſcun. & in dicta. l. 7. titul. 1. parti. 6. quæ lex partitæ etſi tractet de teſtamento paterno inter liberos, & duos teſtes in eo eſſe inſcribendos conſtituat: non tamen ipſa lex iubet, eſſe maſculos tales duo teſtes: etſi in. l. 1. eiuſdẽ tituli & partitæ, quæ de extraneorum teſtamentis loquitur, expreſsè conſtitutum ſit, teſtes maſculos ipſis teſtamentis extraneorũ eſſe adhibendos, quod fieret in dicta. l. 7. titul. 1. parti. 6. ſi eſſet neceſſum in teſtamento paterno teſtes maſculos adiũgi. quod iterum ſuadetur eadem. l. 7. in eius principio. ibi, *acauado teſtamento es aquel, que es hecho en alguna de las maneras que diximos en las leyes antes desta.* quarum eſt dicta. l. 1. eod. titul. & parti. qua conſtitum eſt, ſeptem teſtes maſculos teſtamentis eſſe inſcribendos. ſequitur qúe ipſius legis. 7. alia verba, quæ talia ſunt. *E ſi de otra guiſa lo fiziesſes, non ſeria valedero: pero ſi el padre fiziesſe teſtamento, en que eſtableſciesſe por herederos a los hijos, y a los nietos que deſcendiesſen dellos, o partiesſe lo ſuyo entre ellos, maguer en tal teſtamento non fuesſen eſcritos mas de dos teſtigos, valdria bien aſsi, como ſi fueſſe fecho acabadamente ante ſiete teſtigos.* perponda quidem eſt dicta dictio, *pero*, quę præ-

cedẽtibus in facto & in iure aduerſatur. vt ſupra dictũ eſt nu. 85. quare cõſequens eſt, quód cùm ante prędictã dictionẽ, *pero*, proximis verbis dicta lex. 7. cõſtituat, illud eſſe perfectũ teſtamẽtũ, quod efficitur corã ſeptẽ teſtib⁹ maſculis. vt anteriorib⁹ legib⁹ cautũ erat. & in cadẽ lege. 7. ſtatim ponũtur prędicta verba, in facto & in iure cõtraria, quód ex hoc ſatis clarè dicere poſſum⁹, quód illa lege. 7. non probatur, de neceſsitate teſtes paterno teſtamẽto adhibẽdos, debere eſſe maſculos. Et in proprijs terminis
143 quód ante hãc legẽ † in teſtamẽto á patre inter filios facto fœminę poſsint eſſe teſtes. tenent expræſſè glo. Bald. & alij cõmuniter in dicta authenti. quod ſine. C. de teſtam. & in. d. l. hac conſultiſsima. §. ex imperfecto. & ibi Iaſo. col. 3. & eſt ad idem glo. vbi docto. in authen. de teſtamẽn. imperfect. §. 11. colla. 8. & idẽ tenet Bar. in. l. in multis. ff. de ſta. homi. & docto. in. d. l. qui teſtamẽto. §. mulier. ff. de teſtamẽ. & in. §. teſtes autem. inſtitu. eod. titul. & docto. in. l. ſi. C. de codicil. & ibi Iaſo. co. ſi. & Angel. in. §. ſed hæc quidem. inſtitu. de teſtamen. & docto. in. c. relatum. in. 1. eod. titul. & Guid. pap. in quæſtione. 538. factum eſt. & Alex. in conſi. 70. viſo conſilio. co. 4. lib. 2. & in conſi. 128. ſuper eo. col. 1. lib. 7. & Mayneri. in regul. quandiũ. nume. 96. ff. de regul. iur. vbi ait, ita docto. tenere. & priùs idem tenuit Barba. in conſi. 32. & quidem viſo proceſſu. col. 3. lib. 1. & Curt. antiq. in cõſi. 75. dominus. co. 7. vbi affirmat hanc eſſe cõmunẽ opinionem. eandem etiam dicit eſſe communẽ opinionẽ Ioa. Frã. de Rip. in tractatu peſtis. 2. partę. 2. partis. q. 2. nu. 19. charta mihi. 41. poſt Deci. in. l. fœminę. nu. 31. ff. de reg. iur. vbi tenet ſic cõmuniter doctores tenere. & idẽ Dec. in. c. quoniam de teſtib. nu. 7. & ibi moderni. & hãc dicit eſſe cõmunem ſentẽtiã Hiero. Gra. in cõſi. 90. in hac cauſa. colu. 1. lib. 2. & Guiller. Bene. in repeti. c. Raynũti⁹. de teſtamen. in verb. teſtamentũ. in primo. nu. 86. & And. Tiraq. in tractatu de legibus Conubialibus. l. 9. nu. 47. ¶ Quæ cõmunis ſententia ex hoc ſuadetur, quia quódmaſculi tãtùm admittãtur inteſtes eſt de ſubtilitate iuris ciuilis, quæ in teſtamento paterno nõ obtinet. & hęc eſt veritas. Etſi Barba. more ſuo ſolito in. d. c. relatum. co. 7. verſi. nec obſtat. teneat ambiguum eſſe fœminas in teſtamento paterno ſcribi poſſe, ſiquidem iure certum ſit, regulariter fœminas non poſſe eſſe teſtes in teſtamento. vt in. d. l. qui teſtamento. §. mulier. quarè vt eidem Barba. videtur, fœminæ non poſſunt eſſe teſtes in teſtamento á patre confecto inter filios, cùm negari non poſsit, teſtamentum á patre minus ſolenniter confectum inter liberos, teſtamẽtum eſſe, etſi imperfectum. ex text. in d. l. hac conſultiſsima. §. ex imperfecto. & alibi ſæpe. ¶ Verùm prædicta Barba. ſententia, eius qúe ratio parui ſunt ponderis, cùm etſi fateamur, teſtamentum eſſe, illud quod á parente conficitur inter filios abſqúe ſolennitate communi, hoc enim fœminas non excludit, quód teſtes in ipſo teſtamento paterno eſſe poſsint. vt deſe notum eſt. & ſat probatur in capitul. cùm eſſes. de teſtamen. & ibi Ancha. & Abb. in relectione. columna. 2. tenẽt
144 † quód de iure canonico fœminæ poſſunt eſſe teſtes in teſtamentis, etſi iure canonico teſtamentum fieri poſsit minori numero teſtium, quàm de iure ciuili. ¶ Verùm & quia plerique tenẽt, de iure canonico fœminas teſtes eſſe non poſſe. quos refert Alex. in dicto conſil. 70. columna. 4. lib. 2. & Albert. Brunus. in tractatu de correctione & relaxatione ſolennitatis. charta penul. quæſ. 8. Ideó aliter dici poteſt, quód etſi in iure non ſit receptum, fœminas poſſe eſſe teſtes in teſtamento, non ideó con

Universidad de Deusto
Biblioteca

consequens est, eas non admitti in testamento paterno inter filios confecto, in quo vt dictum est, iuris ciuilis solēnitas remittitur vtin. d. l. hac cōsultissima. §. ex imperfecto. contra quam & similia iura Barba. subtiliter loquitur.

¶EX quibus deducitur, non rectè loquutum fuisse Curt. iuni. in. d. §. ex imperfecto. nume. 10. qui palàm tenet (cōtra prędictam communem opinionem) 145 in testamento † paterno fœminas non posse esse testes. ex eo motus, quia lex noua iuri veteri derogans, stricte interpretanda est: quo fit, vt ipse ibi dicit, quòd cùm initium dictæ. l. hac cōsultissima. requirat in testamento septē testes masculos adiungi, quòd etiam text. in. d. §. ex imperfecto. explicari debet, vt illi duo testes quibus paternum testamentum fieri cōceditur, masculi esse debeāt cùm satis esse dicat dictum. §. ex imperfecto. dictæ legis exordium abrogasse quo ad testium numerum, absque eo quòd etiam initium ipsius legis immutet, quo ad hoc vt fœminę testes esse possint. cuius sentētiā nequáquám procedere iam dicta docent. Nec prædicta Curt. iuni. ratio vrget, & de facili euerti 146 potest: siquidē † tex. in. d. §. ex imperfecto. non corrigat initium dictæ. l. hac consultissima. sed tantùm illud limitet seu temperet. quod sine dubio est, cùm tota dicta. l. hac consultissima. (cuius pars est tex. in. d. §. ex imperfecto.) fuerit condita ab imperatoribus Theodo. 147 & Valen. quare non est dicendum † quòd ea quæ primò in eadem lege ipsi imperatores constituerunt, exindè in eadem constitutione corrigisse, scilicet in dicto. §. ex imperfecto. vt constat ex his quæ habentur in. l. nō ad ea. ff. de cōdi. & demōstra. cum similibus. & expressè hoc probatur. in. l. fi. C. per quas person. & ibi adnotat Bald. col. fi. Præterea & idem Curti. iuni. sibi non constans in eodem. §. ex imperfecto. columna. 2. dicit ipsum. §. ex imperfecto. non corrigere initium dictæ. l. hac consultissima. sed illud tantùm moderare. & ideò dicit ibi. dictum. §. ex eadē † ratione extendi posse. ex doctrina Bart. in dicta. l. si constante. in princip. ff. solu. matri. ad quod est bonus tex. in. l. libertum. §. senatus consulti. ff. de rit. nuptia. ¶Et ita in tuto in est portu prædicta communis sententia, qua habetur, de iure antiquo sancitum esse, fœminas testes esse posse in testamento paterno. & prædictam cōmunem sententiam sic munitam hac lege nostra non dirui, ex prædictis dicendū est. & ita hac lege extante credimus. quòd fœminæ possunt esse testes in testamento paterno.

¶QVOD & præterea iam dicta confirmatur, quia hac legè tantùm sancitum est, solennitatem prædictæ legis ordinamenti esse adhibendam in testamento paterno, sed in eadem lege ordinamenti non est expressum, quòd testes testamento adhibendi sint masculi, igitur dici non potest, quòd per hanc legem sit sublatum priuilegium hac in re paterno testamento concessum: & quòd in eo testes fœminæ adesse possint. quæ ratio ex verbis huius legis suadetur, quæ in hunc sunt modum, *la solennidad de la ley del ordenamiento del señor rey don Alonso que dispone, quantos testigos son menester en el testamento, se entienda*, & in prædictis verbis hæc nostra † lex loqui videtur, de solennitate quæ testium numerum considerat, non verò de illa solennitate, quæ eorū respicit sexum: nā etsi ante hāc legem prædicta lex ordinamēti antiquioribus iuribus exponebatur, quòd testes illa lege requisiti, masculi essent, hoc nō ideo erat, quia id eadem lege expressum esset, sed quia in hoc ipsa lex supplebatur, quia sic prioribus iuribus erat constitutum.

¶PRETEREA minimè dici potest huius

huius legis correctionē esse extendendā non tantùm quo ad ea quæ expressè dispositā sunt in dicta lege ordinamenti, sed quo ad illa quæ ex alijs iuribus supplentur. ex tex. in. d. l. 2. C. de noxalib. & in. d. c. cùm dilectus. de cōsuetu. & tenet expressè glo. in. d. cap. cupientes. §. quòd si per viginti. de elect. li. 6. quæ notabiliter dicit † quòd iura vetera non sunt corrigenda per tacitas subauditiones. quæ glo. in plerisque locis communiter per doctores commendatur. 150

¶CONTRARIAM tamē sententiā expressè tenet Didac. Castel. in præsenti. in verb. siete testigos. co. 7. dicens, quòd in testamēto paterno testes masculi sūt adhibēdi. quod & turiùs esse dicit dominus Greg. Lup. in. d. l. 7. ti. 1. par. 6. imò & Dida. Castel. in. d. 7. col. dicit, nō tātum post hāc legem in testamēto inter filios cōfecto à patre testes masculos adhiberi esse necessum, sed etiā ante hanc legē id requirebatur. ex. l. 9. titul. 1. part. 6. in 151 qua secūdū eum in. d. 7. col. sancitur † generaliter fœminas nullo modo testes esse in testamēto. & præter eum idē videtur suadere tex. in. d. l. 2. cod. tit. 1. par. 6. & in. l. 17. titu. 16. part. 3. qua cautū est, quòd nō tātùm fœminæ testes esse non 152 possūt in testamētis, quòd locū habet † etsi tales fœminæ sint bonę famæ & opinionis. & sic Castel. tenet, quòd cùm in re regio constitutū nō sit expressè, in testamēto paterno fœminas testes esse posse, quòd non licet recedi á dispositione dictæ legis septipartitarū, ab eo citatæ, ita generaliter loquentis, etiā quo ad testamētum paternum. Nec refragatur dicere (vt ipse Castel. ait) quòd de iure ciuili in testamēto inter liberos edito testes fœminæ adhiberi possint: quia in hac re nō imperatorū iuribus, sed regijs tātùm iudicandū est. vt disponit tex. in. l. 2. harū legum Tauri. Nec huic solutioni dicit obsistere, quòd nō extātibus legibus regijs, imperatorū leges pro ratione allegari possunt, & illis est iudicādū. quam difficultatē ex eo diruit, quòd cōsiderata ratiōe iuriū imperatorū, iura ipsa ad hāc rē nō sunt trahenda: siquidē eorū ratio illa erat, quare fœminę in testamēto paterno admitebātur, quia inter filios falsitatis suspitio excogitari non poterat: quòd hodiè hac lege dicit esse sublatū, cùm hæc lex edita sit causa falsitatis extirpādæ, & quia in hac nostra lege sancitū est, in testamēto paterno nūcupatiuo inter filios cōfecto seruandā esse solēnitatē dictę legis ordinamēti. quod prēter eū cōfirmatur. ex glo. in. d. §. testes. insti. tu. de testamen. quæ dicit † illā esse iurū rationem prohibentium, fœminas in testamētis posse esse testes, vt falsitati obietur. ex. l. fin. C. de fideicomi. Deinde & idem Didac. Castel. censet, eandem esse rationem in testamento conditio inter filios, quæ est in testamēto edito inter extraneos, scilicet, fragilitas sexus: & ideò dicit, in vtroque casu i lē 1º esse nō posse. ad quod & posse allegare glo. in. d. §. mulier. l. qui testamēto. ff. de testa. quæ ideò tenet † fœminā 154 in testamentis testē esse non posse, quia fragilis & corruptibilis est. ¶Ceterùm & dictus doctor Castel. suam confirmat sententiam ex magnitudine causæ, & alijs hic ab eo consideratis. ¶Rursùs & præter Castel. eius sententia probabilior videtur, quia cùm hac nostra lege ius ciuile (quo stabilitum erat, patrē testari posse inter filios coram duobus testibus) quo ad testium numerum sit correctum: ita & æquabiliter & quo ad alia quæ attingunt solennitatem testamenti paterni, ius ipsum ciuile sublatum videtur: & per consequens erit correctū, in eo quòd permittit, fœminas in testamēto paterno esse testes, vt palàm Bald. tenet & etiam Corne. in. d. authē. ti. quod sine. col. 2. versi. & per hoc dicit Bald. & adde vidēdū Dec. in dicta regul. fœminæ. ff. de regul. iur. ¶Demùm & præ

Universidad de Deusto
Biblioteca

& prætet Dida.Castel.opinio nostra nõ videtur tenenda,quia ratio quarè testes fœminæ admittũtur ante hanc legẽ in testamẽto paterno, illa videtur,quia so-
155 lennitas † testamẽti paterni per dictũ. §.ex imperfecto.& similia redacta est ad ius gẽtiũ:quo iure duo testes masculi seu fœminæ sufficiunt.quam rationem Bart.Paul.Castren. & Iaso.nu. 6. assignant in.d. §.ex imperfecto. & in simili Abb.in.d.c.cũm esses.in lectione, co.1. de testa.& idem Iaso.in repet.l.1.nu.20. C.de sac.sãct.eccle. Sed videtur,quód hęc ratio hodiè nõ procedat,ex quo per hanc legem non est necessaria solennitas iuris gentium,sed dictæ legis ordinamenti. cuius legis ordinamenti solennitas maior est,quàm illa quæ de iure gentiũ exigitur.& ita videtur, quód hac lege extante,hodiè ratioi urium antiquorum subsistere non possit,etsic nec ipsorum iurium dispositio.

¶QVIBVS omnibus non obstantib⁹ in priori sum sententia,vt etiã hodiè in testamento paterno fœminæ testes esse possint.ex iuribus & rationibus primó congestis.Et quidẽ miror,quód Didac. Castel.ex prædicta.l.partitarum tenuerit, fœminas non posse esse testes testamenti paterni, cùm prædicta.l.partitæ sit explicanda in testamento extraneorum.ex dicta.l.fi. C. famil. hærciscun. & alijs iupra citatis, prout iurà ciuilia quæ generaliter prohibent, fœminas esse testes in testamẽtis,cõmuniter exponuntur in testamentis extraneorum. & ideó nec dominus Greg.Lup.in dicta.l. 7.tit.1.parti.6.dictam eius sententiã defendere potuit per dictam.l.9.cod.titu. & parti.nec etiam ex eo,quód prædicta l. ordinamenti ex dicta legẽ partitæ de testibus masculis explicari consueunt.

¶Nec mirandum quidem est, dictã legẽ partitæ iure ciuili interprætari, quia etsi iure ciuili his regnis vt legibus iudicandum non sit,tamen ratio iuris ciuilis non prohibetur allegari.vt ipse met Dida.Castel. in præsenti fatetur. & supra latè fundauimus in.l.1.nu.509. cum pluribus sequentib.& tempore quo dicta lex partitæ confecta fuit,nõ erat dubiũ,an obtineret ratio iuris ciuilis; qua fœminæ testes esse poterant in testamẽto paterno,scilicet,quia inter filios non erat suspitio falsitatis.&illa ratio satisfa detur. ex dicta.l.7. titul.1. parti.6.cùm inibi constitutum sit, duos tãtùm testes sufficere in testamento paternò:non cõsiderato aliquo timore falsitatis. quæ falsitatis suspitio etsi hodiè in hac lege etiam attendatur inter filios, non tamẽ ex hoc dicere possumus, ius ciuile permittens fœminas esse posse testes in testamento paterno inter filios confecto, esse correctũ.cùm hoc expręssum nõ sit in hac nostra lege.& hoc ex pluribus iurib⁹ & rationib⁹ supra cõgestis in initio huiꝰ sexti dubij.Et etiã quia vt sæpius supra diximꝰ,iura noua corrigẽtia iura vetera,nõ debẽt extẽdi ex eadẽ vel maiori
156 ratione.ex tex.in.d.authen.quas actiones. C.de sac.sanct.eccle.cũ alijs suis similib⁹. ¶Nec præiudicat,si dicatur † legis ratione correcta, ipsam legẽ abrogatã esse.ex tex.in. c. miramur. de sen. nõ ordi.iũcto tex.in.c.â multis.de ęta.& qualita.quod etiã notatur in.l.1.ff.de legiti.tute.vbi est bona glo.eũ similib⁹ de quib⁹ moderni in.l.1.ff.sol. matri. & in c.1.de cõstitu.& in.c.1.de rescript. post Imol.in.l.si cũ filiꝰ. §. Titio decẽ. ff. de donationib.co.2.Iaso.in.l.siquis filiũ.nu. 7. C.de inoffi.testa.& hæc est cõmunis resol.secũdũ Augus.Bero.in.d.c.1. nu. 86.de cõstitu. & latissimè eam disputat And.Tiraq. in tracta.de cessante causa prima parte.nu.125.cum sequen. ¶Nã respõderi potest.¶Et primó,quia & plures doctores tenent ratione legis correcta,non abrogari ipsam legem.quorum est Imol. in dicto. §. Titio decem. & moderni in.l.suis.ff. de libe.& posthu.

& Deci.

& Deci.in dicto capitul.1.de constitu. in lectu.prima.coluna.5.¶Secundó animaduertendum est,an contrariæ sen
157 tentiæ conueniat,quód aut expræsseto llitur ipsa ratio legis veteris † & tunc sublata etiam erit lex antiqua: at verò sec⁹ erit, cùm ipsa ratio specialiter in lege noua non corrigitur.ex dicta.l. præcipimus. C.de appel.& in dicta.l. sancimus. C.de testamen.& ex glo.in. d.capitul.cupientes. §.siquis per vigin ti.de elect.lib.6.cum alijs de quibus notanter Bald.in.d.authenti. quas actiones.colun.2.& ibi Iaso.nu.22.in prima limitatione.sed hac nostra lege prædicta ratio non diruitur,igitur cõsequens uidetur,quód ad hanc rem non pertinet sententia illa, qua asseritur, ratione legis correcta, legem ipsam etiam correctam esse. Etsi hæc solutio aduersetur magis communi opinioni, tamen cùm sit vnica ratio & finalis, verior ac probabilior videtur.ex traditis per Augusti. Vero.in.d.c.1.de constitu.nu.89. & sequent.& per. And. Tiraquel.in dicto tracta. de cessante causa. in prima parte.nu.129.col.fi.¶Tertiò dici potest quód tunc sit censendum,legem correctam esse, ratione ipsius met legis co-
158 rrecta † cùm ipsa ratio legis esset: nõ verò magistralis,vt in nostro contingit casu: in quo á lege noua non exprimitur ratio illis iuribus,in quibus conceditur,fœminas esse testes in testamento paterno:sed est magistralis ratio seu doctorum, quo casu,&si ipsa ratio magistralis expręssè corrigatur per legem noua,ex hoc non est iudicandũ, legẽ antiquã esse correctam.ita in terminis pulchrè docet Iaso.in.l.si cõuenerit.nu. 10.
159 ff.de re iudi.¶Quartó respõdetur † rationẽ qua fœminę testes esse possunt in testamentis paternis,non esse prædictã quã Didac.Cast.ponit.sed illa quã Bal assignat in.d.authẽ.quod sine.& ibi Salic.post antiquos. C.de test.vel illã quã perpendunt Bar.Paul.Cast.& Iaso.in.d. §.ex imperfecto.vel saltẽm potest dici nõ tantùm illã esse rationem,qua falsitatis suspitio tollitur in testamento paterno,sed & illã quam Bar.& Bal.assignauerunt in prædictis locis.Sed quãdò plurib⁹ rationibus lex antiqua edita est &si earum vna corrigatur † tamẽ ipsa 160
lex nõ dicetur correcta.iuxta notata in l.si ventri. §.in bonis.ff.de priuil. credi.cũ alijs de quibus Iaso.in.d.l.si conuenerit.nu.10.ff.de re iudica.& idẽ probatur in.l.si non lex.vbi doct.ff.de hæredib.institu.& in alijs plerisqúe locis quorum meminit And. Tiraquel.in repeti.l.si vnquàm. C.de reuocan.dona. in princip.nu.69.& alibi sæpe. & facit bonus tex.in. §. affinitatis. institu.de nup.cum sua materia. Vel dicere licet quód &si anteriori iure fœminas testes esse in testamento paterno, ex eo fuisset concessum,quia falsitatis timor inter filios non erat,& hodiè per hanc legem subsistat suspitio falsitatis etiam in testamento paterno inter filios confecto,sat tamen consulitur timori dictæ falsitatis: &si fœminę in testamento paternó possint esse testes: cùm in.d.lege ordinamẽti (hac fãctione iussa seruari) sit cõstitutũ,tres testes ciues cũ tabellione interuenire esse necessũ: vel absqúe tabellione quinqúe testes loci ciues.

¶PRETEREA nec meam conuincit sententiam,rei pondus & fragilitas sexus,in quibus Didac.Castel.suam fouet sententiam,quia sexus fragilitas,reiqúe grauitas,minimè suadent fœminas non posse esse testes in testamento paterno, siquidem aliás iura vetera prohiberent, eas esse testes in testamento paterno,& in alijs plerisqúe actibus.

¶PRETEREA & aliæ rationes ipsius Dida.Castel.ex iam dictis euertuntur, quæ &si ueræ essent,communis sententia quæ permittit, fœminas esse testes in testamẽto paterno,nõ esset tuta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Item & rationes Dida. Castel. in materia correctoria de qua agimus, locũ non habent: in qua de similibus ad similia argui non licet. vt legitur & notatur in d. authen. quas actiones. C. de sac. sanct. eccle. cum alijs supra citatis.

¶ DENIQVE & nostram nõ tollit
161 sententiam † Bald. & sequatium opinio in. d. authen. quod sine. C. de testa. quam supra recẽsuimus. Tũ quia Bald. & alij tunc loquuntur, quãdo per statutũ minuitur solennitas testamentorum non verò si per statutũ augeatur solennitas, quo in casu noster est sermo. Tum quia, Bald. & alij ei assentientes loquũtur, cùm tractatur de subtinendo testamento, quarẽ dicunt, fœminas etiã non rogatas in testamento testes esse posse: at verò in hac re agitur de euertẽdo testamento, ex eo quòd fœminæ eius fuerint testes: inter quæ longũ est discrimẽ. ex. d. l. si pars. in principio. ff. de inoffi. testa. cum alijs suis similibus. Tum quia, ipse Bald. & alij loquuntur, quando statutũ solennitatẽ testamenti redigit ad ius gentium, quo in casu, non est mirum, si quoad omnia quæ solennitatem respituunt, ipsum ius gentiũ cõsideretur: verùm aliud est, cùm solennitas non deducitur ad ius gentiũ, vt fit in prædicta lege ordinamenti. siquidẽ vt diximus, lex illa ordinamenti tres exigit testes ciues loci in testamentis cum tabellione, seu quinque testes ciues sine tabellione, quo in casu Paul. Castren. in. d. authenti. quod sine. & si non in lectione cõmuni (cuius Corne. inibi meminit) temperat dictam Bald. sententiam. & dicit, tunc tantùm iuri communi per statutum derogari, quàntum in eo fuerit expræssum. quod satis defendit nostram opinionem. & quàntum ad hoc Corne. in. d. authen. quod sine. cõsentit sententiç Paul Castren. & etiam Deci. in dicta. l. fœminę. ff. de regul. iur. numero. 31. & probatur. in. l. quod verò.

ff. de legib. Quæ omnia & ex eo suadentur † quod consuluit Ludo. Roma. in
162 consi. 306. proposita. coluna. 2. versi. secundò. cuius meminit Iaso. in dicta. l. hac consultissima. §. fi. coluna. 1. C. de testa. & in consi. 68. viso rhemate. colu. 2. lib. 1. & Guiller. Benedict. in repeti. c. Rainuncius. de testamen. in verb. in extremis positus. nu. 41. in quibus locis dicunt, quòd iura vetera quæ fauent venientibus ab intestato, quę loquuntur quo ad numerum testiũ, quòd non sunt extendẽda ad alium casum, nec ad alia solennitatem testamentorum.

¶ EX quib⁹ & ex alijs supra recensitis sequitur, nostre sententiæ non præiudicare rationem Bart. in dicto. §. ex imperfecto. namque illa ratio magistralis est, non verò est ratio legis. Item nec per hanc legem expressim corrigitur. Quæ omnia memoriæ commendate, siquidẽ nouò dicta. Et his huic primæ illationi sit finis.

¶ DEINDE secundò & principaliter ex his quę diximus in hoc texto dubio secundæ conclusionis, illud infer-
163 tur † hodiẽ etiam hac lege extante, ne quaquã requiri testes testamenti paterni inter filios confecti esse rogatos, cùm iuribus anterioribus nõ erat necessariũ
164 † testes paterni testamẽti esse rogatos. vt probatur in. d. l. fi. C. famil. hærcisc. & melius in. d. l. hac cõsultissima. §. ex imperfecto. C. de testamen. vbi apponitur dictio, *autem*, cuius natura est, aduersari præcedentibus in iure & in facto. vt in dicta. l. nam cùm vterque. ff. ne quis eum. cum suis similibus. & ita aduersatur initio dictæ. l. hac consultissima. quo cautum est, testes rogatos in testamentis esse adhibendos: quarẽ consequens est, principium dictæ. l. hac consultissima. temperari per dictũ §. ex imperfecto. & sic nõ esse necessarium, testes esse rogatos in testamentis parentum. quod admittit communis &

vera resolutio doctorum. quam tenent glo. & docto. in. l. fi. C. de codicil. & scribentes in dicta authenti. quod sine. & in dicta. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. & illic Iaso. nu. 6. vbi refert plures docto. idem tenentes. & Angel. in authenti. de testamen. imperfect. in princip. colu. 2. in. 8. colla. & docto. in authenti. de triente & semisse §. & quod sępe. col. 3. & Ias. in. d. l. hac consultissima. in princip. colu. 1. C. de testa. post Cardi. in consi. 133. duo sunt. col. 4. & Roma. in repeti. authen. similiter. C. ad leg. Falcid. in. 11. speciali vltimarũ voluntatum. & idẽ Roma. in cõsi. 306. co. 2. & Alex. in consi. 128. super eo. co. 1. lib. 7. Curt. anti. in consi. 75. dominus. co. 7. & Guid. pap. in consi. 193. in causa. co. 2. & priùs idẽ tenuit Paul. Castren. in cõsi. 75. visa dicti. lib. 1. & Corne. in consi. 278. consuluit dominus. co. 1. li. 1. & Iaso. in consi. 68. co. 1. li. 1. & Mayneri. in regul. quandiù. ff. de regul. iur. nu. 96. & Guiller. Benedict. in repeti. dc. Rainuntius. de testamen. in verb. testamentum. in primo. nu. 58. & 59. & Barthol. de Chassene. in cõsuetudinib. Burgun. rub. 7. §. 4. des suceśsiones. charta mihi. 239. col. 3. num. 4. & Boeri. in decisio. 240. numero. 1. & in decisio. 34. itẽ alia quæstio. nu. 6. & Carol. Rui. in consi. 154. in casu. nu. 5. lib. 3. & Hieronim. Grat. in dicto consi. 90. co. 1. lib. 2. vbi testatur hanc esse communem opinionẽ tradunt etiam doct. in. d. c. cùm esses. de testa. & in. §. sed hęc quidem. institu. de testamen. & alibi sæpe traditur.

¶ NEC prædictæ communi opinioni
165 repugnat † tex. in. l. diuus. ff. de testament. mili. cui Curti. iuni. in dicto. §. ex imperfecto. numero. 11. dicit nunquàm congruam solutionem esse datam. ¶ Sed præter eum responderi potest, tex. illum ad hanc rem parum pertenere. nec tex. in. §. planè. institu. de mili. testamen. cùm hæc iura in alio & dissimili loquantur casu, & non in testamento paterno inter filios confecto. in quo prædicta iura superius citata scilicet, tex. in dicto. §. ex imperfecto. & in. d. l. fi. C. famil. hercisc. un. clarè disponunt, testes rogatos adhiberi non esse necessariũ in testamẽto paterno. ¶ Itẽ
166 & màior † est fauor filiorum, quàm militis. vt constat in authenti. hoc inter liberos. C. de testa. iuncta. l. cius militis. §. si militia missus. ff. de testa. mili. & in terminis ita dicit Ias. in. d. authen. hoc inter liberos. co. fi. ad quod videndus est idem Ias. in. d. l. hac consultissima. §. fi co. fi. C. de testa. post. Philip. Corne. in d. §. ex imperfecto. col. fi. Vndè sequitur, prædicta iura loquentia de testamẽto militis, ad testamentum paternum non posse extendi. ¶ Rursùs, & non abl re in prædictis iuribus est expræsse constitutum, in testamento militis esse adhibendos testes rogatos: ex eo enim anmiles verba quæ dixerit, ea protulerit deliberatè, an verò iocosè: quod in testamento inter filios confecto excogitari non potest † cùm ius præsumat pa-
167 trem inter filios deliberatè disponere. argumento tex. in. l. nec in ea. §. fi. ff. de adulte. & quia naturalis estimulus †
168 patrem vrget accuratè de filijs cogitare vt. ff. de excusa. tuto. l. amicissimus. & ff quod. met. cau. l. isti quidem. cum alijs. quam rationem diuersitatis assignat Bald. in. d. authenti. quod sine. colu. 2. C. de testa. & illic Philip. Cor. col. 2. & idem Corne. in consi. 118. in hac consultatione. col. penul. lib. 3. & Mayne. in. d regul. quandiù. ff. de regul. iur. num. 96. & optimè suadetur ex tex. in. l. diuus. ff. ad leg. Pompe. de parricid. & in. l. nihil. §. sed nunquid. ff. de bon. libertо. in verb. *cum omnia quæ nostra sunt*
171 *iberis nostris ex voto paremus*. & sũt alia iura similia, quorum inibi meminit glosa. ¶ Cæterùm nec ratione hui⁹ dissimilitudinis suuertit cõsideratio Cur. iunio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in.d.§.ex imperfecto.nu.11.vbi dicit, parentes plerunque cùm inter liberos testantur,non consultò nec decidèdo disponere,vt & in milite contingit. Nã & si hoc fateremur,non esset dubium, frequentius hoc accidere in milite, quàm in patre: quia naturalis stimulus non ita milites sicut parentes in hoc pũ gere solet. Item quia,præsumptio iuris suadet,patrem plus deliberatè disponere (vt diximus) quàm militem. ¶ Ex quibus videtur tenere Barba. in dicto consil.32.scribitur præclare coluna.3. versi.& adduco.lib.1.quòd si naturali
169 ratione prætermissa † pater contra filios testamentũ conficiat,quòd tunc est necesse,quòd testes sint rogati.quod priùs sensit glo.in dicta authenti.de testamen.imperfectis.in principio in ver. exhistentes. colla. 8. cum alijs quæ in proposito congerit Iaso.in dicta authenti.hoc inter liberos.numero.1.versi.ratio autem.C.de testamen.

¶ PRETEREA & potest esse alia ratio diferẽtiæ inter testamentũ
170 paternum & testamentum militis † quia & si pater non conficeret testamẽtum,eius tamen filij essent ei legitimi
881 successores:quæ ratio in testamento militis non ineſt.quam rationem inter minis nostris considerat Roma. in dicto consi.306.coluna penulti.& Iaso.in authenti.nouissima.numer.18.C.de inofficiosi.testamen.& in dicto consi.68.coluna 1.lib.1.& Guiller.Benedict.in repeti.c. Rainuntius.de testamen.in verb.testamentum.in primo. numero. 59. quam rationem probat tex.in.l.1.C.de his qui sib.ascrib.in testamen. & in.l.cùm ratio.ff. de bon.damnato.& alibi sæpe.

¶ PROINDE & alia solutio dari potest ad dictam.l.diuus. † quia optimo iure constitutum est,in testamento militis non esse necessum testes esse
171 rogatos, cùm miles in prælio mortuus fuerit,seu quando ex bello ita vulneratus recesserit,vt exindè modico vixerit tempore,& testãdi non habuerit facultatem.ita probatur in.l. milites. C. de testamen.mili.& ibi ita tenẽt glo. Bart. Angel. Alex.& doctores.& in dicta.l. diuus.& est ad idem glo.in dicto.§.plane.& ibi Angel.& Marc. Anto. Babe. numero.12.institu.de testa.mili. Vnde sequitur,dictam.l.diuus. tãtùm locum habere,cùm miles fuerit testatus in territorio.ita illum tex.intelligit glo.& ibi doctores.in dicto.§.planè.institu.de testamen.milit.& in.d.l.milites. C. de testamen.mili.& in dicta.l.diuus.& Iaso. in dicta.l.hac consultissima. C. de testa.in principio.colun.1.& Guiller. Benedict.in repeti.d.capitul.Rainuntius de testa.in ver.testamentum. in primo. nu.60.& alibi sæpe traditur. Ex quibus sat constat,non posse firmari, iure esse cautum,testes rogatos esse oportere in testamento militis.quarè & ex hoc dici potest,dictam.l.diuus.dictam communem opinionem non lædere.

¶ SAT igitur videtur dicendũ,etiam extante hac lege,non exigi testes esse rogatos in testamento paterno, cùm iura antiqua quæ testes rogari in testamento paterno non requirunt, expræsse correcta non sint.

¶ VERVM prædictis omnibus non
172 refragantibus,ipse teneo † iure saltem regio contrarium esse tenendum. ex tex.in dicta.l.7.titulo.1.partit.6.qua lege expræsse sancitur, in testamento inter filios confecto duos testes ad hoc rogatos esse adhibendos. quod vt eius verba clarè docent, obtinet in omnibus casibus ipsius legis.& cùm hac.l. 7.titulo. 1. partit.6.antè hanc nostram legem iure deciſſum sit,opus esse testes in testamento paterno rogatos esse. ex ea lex nostra exponenda est: & sic testes paterni testamenti (quorum numerum explicat prædicta lex ordinamenti) rogandos esse, dicẽdum est.quod & tenet dominus Grego. Lup. in dicta.l.7.titulo.1.parti.6. & si de iure ciuili aliud esse cẽsendũ sit,ex iã dictis.

¶ PRETEREVNDVM in præsenti nõ est,an extante.d.l.7.tit.1.parti.
173 6. † iure præsumatur testes esse rogatos.ad quod videre licet doctores in.l. sciendum. ff. de verb. obliga. & in.l. hac consultissima.in princip. C. de testamen.& in. §. sed hæc quidem.institu.eodem titul.& ibi latè Marc. Anto. Babe.numer.42.& scribentes in.l. hæredes palàm. §. in testamentis.ff. de testamen.cum alijs de quibus Soci.in cõsi.14.visis.col.fi.lib.3.& melius idẽ Soci.in regul.420.nume.3.& in consi.229 primo aspectu. col. penulti. libro.2.& Iaso.in dicto consil.63.coluna penult. libro.1.& Felin.in capitul.1.de fid. instrumen.nume.20.& Boeri.in dicta decisi.34.& Mayne.in dicta regul. quandiu.ff. de regul.iur.numero.41. & Guillerm. Benedict.in repeti.dicti capitu. Rainuntius.in verbo.testamentum. in primo.numero.90.& 101.Lup.à Palat. Rubi.in hac nostra lege.numero.66.& Carol.Ruin.in consi.9.visis.coluna.2. lib.3.Card.Paul.Parisi.in consi. 28. visis omnibus.numero 53.lib.2. & in consi.104.in præsenti causa.nume.71.cum sequentibus.lib.1.Thom.Grama.in decisio.62.in causa magnifi corum. colu. 1.& de materia videndus est Barba. in consi.42.ideó visis.libro.4.

¶ PROINDE & circa dictam legẽ
174 partitæ dubitari potest, an extante ipsa lege partit.sit necessum † testes rogari à patre, vel à tabellione, & á quo sint rogandi. vide doctores in dicta. l. hæredes palàm. §.in testamentis.ff. de testamen.& in. §.fi.institu.eodem titulo.& in alijs locis de quibus meminit Iaso.in dicta.l.sciendum.col. penulti. ff.de verb.obligat. & in dicta.l.hac cõsultissima.in princip.col.1.&.2. C. de

testa.& in.l.serui electione.in princip. nu. 40.cum sequẽ.ff. de leg.1.vbi etiam tractat † an testes ante testamentũ de
175 beant esse rogati,vel an sufficiat, in cõtinenti post testamentũ rogari. & vide Barthol.de Chassene.in cõsuetudinib. Burgun.rub.7.§.4.charta mihi.239.colu.3.nu.5. Aym.Craue.in consi. 117.circa testamentum.post Alex.in consi.33. ponderatis verbis.col.4.&.5.lib.3.& in consi.47.abundè.co.2.lib.2.& And.Tiraquel.in tractatu de vtroque retractu charta mihi.340.numero.9.in.§.1.titulo.de retractu conuen.glo. 5. & Carol. Ruin.in dicto consi.154.lib.3.vbi in nu. 7.quærit,an ipse † rogitus testium præ
176 sumatur ex diuturnitate tẽporis. & de materia adde videndum Bart.in.d.l.diuus.ff.de testa.mili.& Montalu.in eius indice.in uerb.testamentum.

¶ QVIBVS huic illationi sit finis.

¶ TERTIO ex his quæ dicta sunt in principio huius sexti dubij, illud infertur,quòd cùm per hanc legẽ Tauri nõ sint correcta iura antiqua,quæ constituunt clausulã codicillarẽ censeri ad iectã in testamẽto inter filios cõfecto †
177 quòd etiã hodiè cẽseatur apposita prædicta clausula codicillaris in testamento paterno,& si in eo expræsse posita nõ sit iure enim optimo ante hãc legẽ sanci tum est † testamẽto paterno clausulã
178 codicillarem censeri appositam.vt probatur in.d.l.fi. C.famil. hærciscun. & in.l.in testamẽto.ff. de fideicomi. liberta.& est ad hoc gl.notabilis & sì vulgata in.l.cohæredi. §.cùm filiæ.in ver.valuit.ff. de vulg.& pupil.substitu.& illic scribentes.& in.d.c. Rainuntius.vbi. Guiller. Benedict. in eius repertio. in verb.testamentũ.in primo.nu 81.& in ver.testamẽtũ.in tertio.nu.45.& tradũt moderni in.d. § ex imperfecto.maximè Alex.& Iaso.n.8.vbi ad hoc allegat plures concordantias. & per docto. in dicta.l.fi. C. de codicil.& in.l. filij patris

Universidad de Deusto
Biblioteca

C.famil.hęrciſcun.&in.l.centurio.ff. de vulg.& pup.ſubſti.vbi latiſsimè Ioa. Franciſc.de Rip.numero.86.poſt Iaſo. in.l.eam quam. C.de fideicomi.nume ro.11.& in.l.ſi frater. C.de fideicomi. & in.l.verbis ciuilibus.nu.15.ff.de vul. & pupil.& Boeri.in.d.deciſio.240.nu. 6.vbi refert plures doctores idem tenẽ tes.& And.Tiraquel.in repeti.l. ſi unquàm. C.de reuo.dona.in verb. liber tis.nume.86.& adnotat in hac noſtra le ge.Ant.Gometi.numero.62. & ſunt aliæ concordantiæ quas cõſultò omitto & ſat conſtat ex traditis in.l.ſi iure.vbi glo. C.de teſtamen. manumi. & illic Bald.cui ſententiæ non prędiudicat tex. in.d.l.ſi frater.quã ad hoc iuncta.l.Sce bola.ff.ad Trebel. Iaſo.perpendit in.d. §.ex imperfecto.nu.8.cui optimè reſ pondet Curt.iuni.in eodem. §.ex imperfecto.nu.15. & pleniùs in præſenti Calatay. qui ponit plures ſolutiones ad dictã.l.ſi frater.

¶CONTRARIVM tamen veri9 ac probabili9 eſſe videtur,& hodiè hac lege Tauri excãte,clauſulã codicillarẽ non cẽſeri poſitã in teſtamẽto pater no.cùm gl.in.d.l.cohæredi. §. cũ filiæ (quę dicit, clauſulã codicillarẽ videri appoſitã in teſtamẽto paterno)hanc fo ueat ſentẽtiã.ex tex.in.d.l.ſi. C.famil. herciſcun.qui tex.per hãc noſtrã legẽ correctus eſt,& ideò conſequens eſſe vi detur,ſententiã dictæ gl.& ſequatium rectam etiã eſſe. Nihilominus tamẽ ego in contraria ſum ſententia. quam etiã in præſenti tenet Cala.ſiquidẽ hęc lex Tauri non tollat priuilegium hac in re conceſſum à iure antiquo in fauorẽ fi- liorum,& teſtamenti paterni. Quæ ſen tentia fulcitur,quia &ſi teſtamentũ cõ fectũ in fauorem amicorum imperfec- tũ ſit & non ſolenne,de iure nõ teneat, nec gaudeat priuilegio tex.in.d. §. ex imperfecto.nec dictę.l.ſi. C.famil.hęr 179 ciſcun.vt notum eſt, nihilominus † ta men clauſula codicillaris cenſetur ex præſſa in teſtamẽto confecto in fauorẽ amicorũ.vt probatur in.d.l.ſi teſtamen to.ff.de fideicomi. liberta. & eſt bona glo.in.d.l.ſi iure. C.de teſt.manu.&ibi doct.cui gl. adhæret Roma.in cõſi.179 ampliſsimẽ.col.pe.& Iaſo.in.l.exigen- di.co.2. C.de procurato.& in.l.nõ du- biũ. C.eod.tit.& in.l.ſancimus. col. i. C.de teſta.& in.d.l.verbis ciuilib9.nu me. 19.cũm ſimilibus quorũ latiſsimè And. Tiraquel.meminit in repe.l.ſi un quàm. C.de reuocã.donat.in verb.li- bertis.nu.86.& 87. non ergo cõſequens eſt,quòd cùm hac noſtra lege corrigan tur tex.in.d.l.ſi. C.famil.hærciſcun.& in.d. §.ex imperfecto.in teſtamẽto nũ cupatiuo à patre inter filios confecto, hodiè cõmunis ſolẽnitas teſtamentorũ ſit neceſſaria,quòd ſanctio noſtrę legis auferat priuilegium conceſſum filijs, & paterno teſtamento iuxta clauſulam codicillarem.

¶SVBINDE iuxta prædicta parũper a ttende † nam parui momẽti hodiè eſſe videtur, ſaltẽ quo ad ſolennitatẽ,quòd in teſtamẽto paterno clauſula codicilla ris adiecta videatur:ſiquidem hac lege ſit conſtitutũ,eandẽ ſolennitatẽ dein- ceps codicillis eſſe adhibendã,quę per eandẽ legem requiritur in teſtamentis nuncupatiuis.

¶VERVM Cala.in præſenti his reſ pondens.co.12.verſi.hodiè tamen. te- net,quàmplurimũ poſt hanc legẽ pro- deſſe,codicillarẽ clauſulã teſtamento paterno tacitè appoſitã cenſeri. Tum quia,quo ad ea quæ non ſunt ſolennita tis,clauſula codicillaris ſubintellecta multũ operatur,quo ad aliosplures eſſe ct9 in fauorem filiorũ.veluti.ad tradita in.d.l.Scebola.ff.ad Trebel. Tum etiã quia talis clauſula codicillaris hodiè multum operabitur,quo ad teſtamen tum inſcriptis : &ſi quo ad teſtamen tum nuncupatiuum nihil operetur. vt

vt tenet eriã in præſenti Calatay. quia per hanc legem Tauri conſtitutum eſt eandem ſolennitatem exigi in codici- llis,quæ in teſtamentis nuncupatiuis. quod & præter eum exponere videtur Ioa.Pariſius doctor antiquus in. d.l. 1. titul.2.lib.5.ordinamen. vt conſtat ex eius verbis,quæ ſunt in hunc modum. *& ex hoc poteſt dici,quod clauſula iſta, ſi non valet iure teſtamẽti,nihil operetur hodie per iſtam legem ordinamenti, ſi deficit teſtamentum in numero teſtium hic poſito licet quo ad alia aliquid operatur. vide notata in authenti.ex cauſa.C.de libe.præteri. vel exhereda.* hactenus ille. quibus in præſenti conſentit Anto. Gometi. nu- me.63.&.64.& numer. 65.&ſi Calay.& 181 ipſe Anto Gometi.non viderint prædi ctum Ioa.Pariſium.¶Sanè tamẽ † ego exiſtimo Calatay.& Anto.Gome. non rectè opinari in eo quod tenent,dictam clauſulam codicillarem hodiè effectũ habere,quo ad teſtamentum inſcriptis reſpectu ſolennitatis : quia hac noſtra lege non corriguntur iura antiqua,que tractant de ſolennitate teſtamentorũ inſcriptis.vt ſupra latè fundatum eſt in nume.64. cum pleriſque ſequentibus immò ſunt in uiridi obſeruantia. (vt & tenet idem Calatay. in præſenti, &ſi cõ trarium teneat in præſentiarum Anto. Gometi.) & quidẽ iure antiquo ſanci- 182 tum erat † eandem ſolennitatem exi- gi in codicillo inſcriptis inter filios cõ fecto,quæ in teſtamento inſcriptis à pa tre inter liberos edito.vt conſtat in.l.ſi. C.famil.hærciſcũ.& in dicta.l. hac cõ ſultiſsima. §.ex imperfecto. C.de teſ- tamen.& in ſuis ſimilibus. & expræſſè ita tenet Bal.in dicta.l.ſi. C.famil.hær ciſcun.col.2.& Salic.in.l.quotiens. C. eodem titul.colu.2.& Alex.in dicto cõ ſil.146.coluna.2.libr.2. & notabiliter Bald.& Salic.in.l.ſi. C. de teſtamen. & docto.in.l.2.ff.de leg.2.& ſingulari- ter in præſenti hoc tenet Anto.Gome. numero.68.& ita reſpectu ſolennitatis parum facit,an ſit teſtamẽtum inſcrip tis à patre confectum,an verò ſit codici llus,ad hoc vt clauſula codicillaris cẽ ſeatur appoſita,nec ne. Etſi aliud eſſet, ſi per hanc noſtram legem corrigeren tur iura antiqua,loquentia de teſtamẽ to patris inſcriptis facto.vt pleriq́ue do ctores tenuerunt.

¶DVBITARI etiam licet,an ſi codicillus in hoc caſu habeat eandem ſolennitatem,quæ exigitur in teſtamẽ to inſcriptis,an tunc ſit codicillus,an verò teſtamentum.de quo dubio vide- re licet.l.non codicillum. C.de teſta- men.& ibi doctores.& Sali.& alios in. d.authenti.quod ſine. C. eodem titul. & in dicta.l.quotiens. C.famil. hærcil cun.& in dicta.l.ſi filij. C.eodem tit. & Philip.Corne.& alios in dicto. §.ex imperfecto.& in ſimilibus pleriſque lo cis. Quæ omnia memoriæ affigite,quia aduotanda quidem ſunt.

¶DEINDE & quartò ſubinfertur ex dictis in initio ſexti dubij ſecundæ concluſionis huius primæ partis,hodiè etiam hac noſtra lege non obſiſtente, locum habere diſpoſitionem tex.in di cta authenti.hoc inter liberos. C.de te ſtamen.qua diſponitur † clauſulã de- 183 rogatoriam cenſeri expreſſam in teſta mẽto inter liberos cõfecto:adeò quòd eius expræſſa requiritur reuocatio in te ſtamẽto poſtea à patre cõfecto.ad quod etiam eſt tex.in.d.authen. de teſtamẽ. imperfectis. §.& ſiquidem. colla. 8. & eſt ad idem tex.in.l.8.titul.1. parti.6.Si quidem hæc iura non ſint correcta per hanc noſtram legem.& expræſſè ſic fir mat in præſentiarum Ludo. Tauri.in eius minima gloſa.ad quorum iurium intellectum,& quando dictæ authenti cæ procedant, videre licet ſcribentes in prædictis locis, & in pleriſque alijs quorum Iaſo.meminit in dicta authen ti.hoc inter liberos.qui illum tex. tem

Universidad de Deusto
Biblioteca

perat plerisqúe modis.& latissimè Mayner.in dicta regul.quandiu. numer. 99. cum sequentib.ff.de regul.iur.& Guiller. Benedict.in repeti.capi. Rainuntius.de testamen.in ver.testamentú. in secundo.nu.9.cum sequentib.post Roma.in.d.consi.179.co.6.Barb.in consi. 2.præsuppositovt in puncto.co.2.lib.1. & Alex.in cõsi.105.viso ac diligẽter.co 4.volumi.4.& in.d.consi.146.viso.lib.2 & Philip.Corne.in cõsi. 21. videtur in hac.lib.4.& Iaso.in cõsi.223.testamẽtũ istud.co.1.&.2.lib.2.Soci.in consi.163. non fuisset.col.pe.lib.2.& Deci.in cõ si.264.reuocatur.col.1.&.2.& in consi. 631.casus.col.1.Cur.iuni.in consi.169. materia.col.3.Cardi.Pet.Paul.Parisi. in.d.consi.34.nu.5.& sequentib.lib.2. & Ioa.Anto.Rube.in consi.24.præsupponitur.col.3.Ludoui.Gome.in capit. 1.de consti.nu.171.Soci.iuni.in cõsi.124. visis omnibus.nu.31.& sequentib.lib.1. & in cõsi.127.viso themate.eod.lib.1.& Aym.Craue.incõsi.143.Guilielm9.nu. 7.& in cõsi.160.in hac causa.nu.2.& in consi.152.circa testamentũ.co.fi.Boeri. in.d.decisio.240.nu.6.Didac.Coua.in relectione rub.de testamentis.2.parte in.6.illatione.char mihi.13.col.3.cum sequentib.& Carol.Ruin. in consil.9. quantum.col.2.lib.2.& in consi. 11. ex his.nu.8.cum sequentib.eod.lib.2.& in consil.10.nu.4.eod.lib. quo loco & nu. 5.quæritquiderid, si testamẽtũ sit cõfectũpostdecẽ annos.ad quod& vidẽd9est Alex.in.d.cõsi.105.co.4.lib.4.& dominus Grego.Lup.in dicta.l.8.titul.1.partib.6.

¶EX quibus infertur & quintò, hac
184 nostra lege † non esse sublatum aliud priuilegium concessum paterno testamento.dequo in dicta authenti.hoc inter liberos.& in suis similibus. quibus
185 deciditur † secundũ testamentũ inter filios confectum tollere primum testamentũ,habeas clausulam derogatoriã &si in secundo testamẽto nulla fiat mẽtio prædictę clausulæ derogatoriæ. & vltra prędicta iura ad hoc est bona glo. in dicto authenti.de testa. imperfectis. §.& siquidem.colla.8.& idem adnotat Bald.in.d.authẽti.hoc inter liberos. C de testa.col.fi.& ibi etiam notabiliter Angel.& Sali.& plures alij.& Iaso.in. d.l.sancimus. C.cod.tit.co.3.in.7. limita.& in.l.si mihi & tibi. §.in legatis.in lectione.col.3.ff.de leg.1.vbi refert plures alios idẽ tenẽtes.& idẽ priús tenuit Lud.Roma.in.d.consi.179.co.penul.& Alex.in consi.134.præmisso.col.4.lib.1. & Iaso.in dicto consi.223.colun.2.lib.2. vbi alios refert.& Guiller.Bened.in repeti.capit.Rainuntius.de testamen.in verb.testamentum.in secũdo.nu.20.& Didac.á Segur.in repeti.l. imperator. ff.ad Trebel.col.7.& Socin.iuni.in.d. consi.124.nu.31.&.32.lib.1.& dominus Didac.Couar.qui notabiliter loquitur in rub.de testamen.2.parte.in.6.illatione.char.13.colu.3.&.4.& hæc est magis communis opinio. cui & Soci. adhæret in.d. §. in legatis.coluna.5.in.d.l.si mihi & tibi.& in consil.167. non fuisset opus.& Ioa.Anto.Rube.in dicto cõsi.24.nume.8.vbi refert Alex.in dicto consi.146.libr.2.quod doctores ex plu ribus rationib9 in prædictis locis tenẽti inter quas hæc est, quia nõ ideó quódiu re constitutum sit, prius testamentum inter liberos confectum clausulá derogatoriã ad sequens testamentũ habere exinde suboritur,sequens testamẽtum clausulam derogatoriam habere ad primum testamentum esse censendum. quæ ratio & prẽter eos munitur † quia actus prẽcedens magis operatur ad sequentis explicationem,quámẽ contra sequens ad præcedentis declarationem.ex his quæ notantur in.l.quisquis vbi Bart.& docto.ff.de leg.3.cum alijs de quibus Iaso.in.l.1.nu.5. C. de libe. præte.vel exhereda.& alibi sẽpe. Item quia

187 quia † materia dictæ authen.hoc inter liberos.deuiat à regulis iuris communis.ideó restringenda est. ex notissimis iuribus. quæ sententia munitur, quia ex eo necessum est,fieri mentionem in secundo testamento de clausula derogatoria,quia aliás censendum est, testátis voluntatem abesse in secundo testamento.iuxta tradita in.l.siquis in principio testamẽti.ff.de leg.3.& per doctores in.l.si mihi & tibi. §.in legatis.ff.de leg.1.& alibi sępeque ratioetiã procedit cum secũdũ testamẽtũcõficitur à patre. Demúm & alijs plerisqúe rationib9 hęc sentẽtia cõfirmatur,de quib9 Didac.Coua.in rub.de testamẽ.2.par.in.6.illatione.co.2. quib9 inibi abũdãter satisfacit.

188 ¶QVIBVS omnibus non obstantibus † communi adhæreo sententię ex .d.authen.hoc inter liberos. quę &si loquatur in casu contrario,in vtroqúe tamẽ ineſt idẽ favor filiorũ.adquod & est tex.in.d.authẽ.de testa.imperfectis.in principio.col.8.& expræssesic cõsuluit Lud.Roma.in consi.179.co.6.versi. nõ refragatur.quã sentẽtiã cõfirmat iuris notissimũprincipiũ,quo cauetur,cõtra riorũ eandẽ esse disciplinã.ex tex.in.l. 2.ff.de his qui sũt sui vel alie.iur.& in.l. quẽadmodũ. ff.de acquir.posse.& in
189 §.1.insti.de his qui sũt sui vel alie.iur. ¶Sed huic rationi refragari videtur † quód nõ cẽsetur in vtroqúe casu eãdẽ esse disciplinã:siquidẽ primũ testamẽtũ cõfectũ fauore filiorũ ex.d.authẽ. hoc inter liberos.nõ derogatur per secũdũ testamẽtũ,habens expræssam clausulá derogatoriã,igitur in casu cõtrario idẽ dicẽdũ videtur,& quód testamẽtũsecũdũ non deroget.primo testamẽto,habẽti clausulã derogatoriã.Sed dici potest prædictã rationẽ ex eo solidã esse,quód sicut ex.d.authen.hoc inter liberos.testamẽtũ paternũ inter filios cõfectũ cẽsetur habere clausulã derogatoriã,aduersus iuris regulas cõtra sequẽtia testamenta per quã posteriora testaméta subertũtur:ita & eodẽ mododicẽdũ esse cũdũ testamẽtũ paternũ habere clausulã derogatoriã cõtra primũ testamẽtũ: & ita quód per secũdũ testamẽtũ sit sublatũ primũ testamẽtũ,habens specialẽ clausulã derogatoriã,&si ipsa clausula in secundo testamento expræsse nõ tollatur. Prẽterea sihęc nõ fateremur,nõ quidẽ in vtroqúe casu eadẽ esset disciplina.nãque si priori testaméto hoc priuilegiũ cõcederetur sequeturquód secũdo testaméto paterno nõ cõcederetur simile priuilegiũ,si pater esset obnoxi9 in secũdo testaméto apponere expressẽ clausulã derogatoriã ad prius testamẽtũ:quod etiã extraneis permititur.Etsi dixeris satis esse,cõcedi secundo testaméto paterno derogationẽ tacitę clausulę derogatoriæ in primo testamento cõtentæ:absqúe eo quód permitatur revocatio expræsse clausulæ derogatorię extãtis in ipso primo testamẽto.Nã dici potest;in vtroqúe casu eandẽ rationẽ,& fauorẽ filiorũ subsistere.quæ in his reb9 debet cõsiderari.vt probatur in iurib9 vulgatis.Præterea primũ testamentum non potest operari reuocationẽ clausulæ derogatorię expræsim positæ in secũdo testaméto,quia sic primũ testamẽtũ irreuocabile fieret:& pater nõpossetreuocare eius primũ testamentũ.cõtra tex.in.d.l.fiquis in principio testamẽti ff.de leg.3.& alibi sæpe.quod non obtinet,&si nostrã sententiã amplectamur.

¶CETERVM & nostra sentẽtia vltra
190 iã dicta cõfirmatur,quia affectio paterna exqua prædicta iura presumũt clausulã derogatoriã esse constitutã in primo testaméto ad sequens testamẽtũ,ad est talis paterna affectio,cùm pater cõficit posteri9 testamẽtũ inter suos filios ex tex.in.l.fi.in principio.C.de curato. furio.cũ suis similib9.nã qui † ad actũ vnũ dilect9 excogitatur,ad aliũ prędilectus est cẽsendus. ex.l.cùm acutissimi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C. de fideicomi. & in. l. si in testamẽto. & ibi Alberi. ff. de vulg. & pupil. substi. optimus tex. in. l. Publius. §. fi. ff. de cõdit. & demonstra. & ibi Paul. Castren. & Soci. & in. l. si seruus plurium. §. fi. & ibi glo. ff. de leg. 1. & facit quod notat Bart. in. l. fi. ff. ad Trebel. & in. l. gallus. §. etiam si á paréte. ff. delibe. & posthu.

¶ Ex quib⁹ faciliter percipitur optima solutio ad contrarias rationes. Et ad primam rationẽ responsio est, quia in vtroque casu (vt diximus) eadem ineſt ratio, quaré nec dicere obest, quód præcedens clausula potiús explicat sequẽtem voluntatem: quàm è contra: cùm dubium non sit, sequentem clausulam demonstrare anteriorem voluntatem: vt est tex. expressus in dicta. l. 1. C. deli be. præteri. vel exhereda. & inibi Iaso. plura refert. Præter hoc, quód tex. in. d. l. quisquis. ff. de leg. 3. loquitur in casu diuerso. vt ex eadem lege constat.

¶ Secunda ratio contraria tollitur etiã quia tex. in dicta authenti. hoc inter liberos. non corrigit iura antiqua, sed ea temperat: in quo casu extensio fieri potest ex eadem ratione. vt supra numer. 143. dictum est. & latius infra dicetur. nume. 282. ¶ Postrema ratio dimouetur quia cùm secundum testamentum conficitur inter filios, non est præsumendum, abesse voluntatem parentis, & si clausula derogatoria appositá sit in primo testamento.

¶ CONSTAT ergo ex prædictis, ex secundo testamento inter filios confecto esse sublatum primum testamẽtum habens clausulam derogatoriam: & si illius nullamentio sit facta. Quæ cõclusio temperanda est illis limitationibus quibus temperatur dicta authenti. hoc inter liberos. de quibus omnibus videre licet doctores in locis supra citatis. & Boer. in dicta decisio. 240. & Gometi. in dicto capitul. 1. de constitu. nume. 171. & Didac. Couarru. in dicto loco. & magis expræsse videndus est Bald. in. d. authenti. hoc inter liberos. & ibi etiam Salic. & Carol. Ruin. in dicto consil. 9. coluna. 2. lib. 2. & Card. Paul. Parisi. in dicto consi. 24. licet dominus. coluna. 3. lib. 2. Si igitur hæc nostra opinio munita prædictis iuribus & rationibus, non est correcta per hanc nostram legem: minimè dicendum est, sublatã esse per hanc nostram legem.

¶ SEXTO ex prædictis infertur, & ex dictis in initio ptædicti sexti dubij; etiã hac lege extante † patrem inter filios posse decedere pro parte testatum, & pro parte intestatum, quia regula. l. ius nostrum. ff. de regul. iur. non procedit in testamento condito inter liberos. vt expresse tenet Deci in dicta l. ius nostrũ col. 2. & hoc priuilegium cõcessum paterno testamento hac nostra lege non prohibetur. Sed videtur quód prædicta opinio Decij sit ambigua. vt tenet expræsse dominus Ludoui. de Villalõga in repeti. l. re cõiuncti. col. 121. versi. amplia tertió in testamento condico inter liberos. ff. de leg. 3. & prædictus † dominus Villalonga fuit quondam archidiaconus & canonicus Maioricẽsis ecclesiæ, singulari amicitia mihi coniunctus qui enim decessit in hoc oppido Pintiano mense Martij anni salutis. 1551. postquàm vtilia solennia quæ commẽtaria ediderat, tám super totum decretum, quàm super dictum capitul. Rainuntius. & dictam. l. re cõiuncti. & com plura adnotanda consilia, alia quæ opera obliuioni non tradẽda: cuius animæ pius Deus eternam requiem donæt. Et predictæ conclusionis illa ratio dubitá di est, vt idem Villalonga in dicto loco explicat, quia si Decij prævaleret sententia, duo spetialia concurrerent circa paternum testamentum. contra. l. 1. C. de dot. promi. quorum prius est ex. d. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. quia & si testamentum careat solennitate communi, iure obtinet. secundum quod ipse pater decedere potest pro parte testatus, & pro parte intestatus. Deniqúe tamen ipse dominus Villalõga dicit, sententiam Decij equiorem esse. cuius Decij opinionem tenet & sundat Iaso. in dicto. §. ex imperfecto. nu. 10. vbi ad idem allegat notata in capi. ius naturale. 1. distinctio. & inter alia in eius fauorem considerat, quód in te
193 stamento paterno ius gentium tantúm conspicitur † quo iure nil refert, an testator decedat pro parte testatus, an pro parte intestatus. quam rationem expræsse cõfirmat tex. in. l. si miles vnú ff. de testamen. mil. & in. l. si duobus. ff. eodem tit. quod etiam notat Bart. in. l. 1. col. 16. versi. quintó quęro. C. de sac. sanct. eccle. vbi tenet, naturali equitate non esse necessum, quód quis in totú testatus decedat, sed quód potest quis
194 decedere pro parte intestatus.

¶ SED ipse miror † quôd Deci. & dominus Ludoui. de Villalonga in hac spetie non allegauerint Ioan. de Imol. in. l. 1. coluna. penulti. ff. de iniusto. rupt. & in. l. si is qui. coluna. 2. ff. de testamen. vbi expræsse tenet, patrem nõ posse pro parte testatum mori, & pro parte intestatum. ex. l. ius singulare. ff. de legib. quam sententiam tenet etiã Corne. in dicto. §. ex imperfecto. colu. fi. & Areti. in. l. qui testamento. §. nec furiosus. coluna. 3. ff. de testamen. & idem Iaso. in. l. hac consultissima. §. fi. coluna. fi. C. de testamen. & hæc sententia facile teneri potest, cùm lex aliqua in contrarium non sit. l. illam. C. de collatio. cum alijs.

¶ VERVM ipse teneo sententiam Decij & Ludouici de villalonga. ex his quæ primó allegauimus.

¶ NEC (præter alios) obesse potest ratio in contrarium excogitata á domino Ludouico de Villalonga, qua dicit, duo spetialia concurrere, si hanc amplectamur sententiam. Nam hæc duo spetilia ad diuersa tendunt † quaré optimo iure concurrere possunt, simulque admittuntur. vt constat in. l. 1. iuncta. l. nec enim. §. 1. ff. de testamẽ. mil. & expræsse ita tenet Bart. in. l. si is qui pro emptore. coluna. penulti. ff. de vsucapionib. & Iaso. in. l. 1. nume. 54. ff. de vulg. & pupil. substi. post Areti. in dicto. §. nec furiosus. coluna. 3. & quód in hac re spetialia hæc ad diuersa tendant, notum est: cùm eorum vnũ pertineat ad solennitatem testamenti, alterum verò non confert ad testamenti solennitatem, sed an pater posit mori pro parte testatus, & pro parte intestatus. ¶ Sed hæc solutio non videtur tuta: quia inficiari non possumus, ex eodem fonte hæc duo spetialia deriuari, hoc est, ex fauore filiorum & parentum. quo in casu Baran dicta. l. si is qui pro emptore. & alij in dictis locis tenẽt duo specialia non admitti. Nisi dicas quód in præsenti duo spetialia omninó non diriuãtur ex eodem fonte. quia ea quæ tradunt doctores in dicto. §. ex imperfecto. etiam insurgunt ex fauore filiorum & parentis: at verò quód possit pater pro parte testatus, & pro parte intestatus remanere, non permittitur fauore filiorum, sed ex eo tãtùm, quia de iure gentium testamentum paternum est regulandum. vt dictum est. Vel dic, quód tunc duo spetialia † ex eodem 196
fonte suborta, concurrere non possunt cùm etiam ad eundem effectum tẽdũt at secus si ad diuersos. vt in præsenti. vt constat ex. l. singularia. ff. si cert. peta. & illic Iaso. numero. 6. & alij pleriqúe ab eo inibi allegati. & expræsse tenet Areti. in dicto. §. nec furiosus. colun. 3. Vndè Dici potest † quód vbi duo spe- 197
tialia ex iure communi prouenunt (vt in hac re) substinentur. vt per Bald. in l. 1. in fine. C. quando lice. ab empt. discede. quem sequitur Feli. in capitulo. cùm.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cúm.M.numer.10.de constit & laſo.in l.quoniam in prioribus. C de inoffi.teſtamen.coluna.fi.quod probatur.in dicta.l.ſingularia.& tradit idem Chaſſe. in conſuetudinib. Burgund. des ſucceſſiones.rub.7.§.4.verb.& ſonſar.chart. 239.coluna.1. Vel dic,quód cúm circa teſtamentum paternum ius tantúm gẽtium attendi debeat,ex eodem iure gẽtium prædicta duo ſpetialia iuuantur: & ideó non eſt mirum,ſi ſimul concurrere poſsint,& quód non tantúm in teſtamento paterno,quo ad numerum teſtium ſolennitas iuris communis diminuitur,ſed etiam alia complura ſpetialia admittuntur,ſcilicet,quód ipſi teſtes fœminę & non rogatę eſſe poſsint,& quód pro parte inteſtat⁹ decedat: quia omnia hæc & ſimilia ipſo iure gentium permittuntur.

¶NEC etiam noſtræ obſiſtit ſententiæ dicta.l.iuſſingulare.ff.de legib.nec l.quod veró.ff.eodem titulo.nec dicta. l.illam. C.de collatio.quia vt dictum eſt,noſtra ſententia dicto iure gentiú ſuadetur:quod ius hac in re non eſſe reſpuẽdum ſat probatur in.d. §.ex imperfecto.& ſimilibus. Vel dic, quód cúm ratio quę ineſt in teſtamento militis, locum habeat in teſtamento paterno vt expreſſe aduertit Iaſo.in dicto. §.ex imperfecto.numero.10.idem ius eſſe deber.l.illud.ff.ad.l.Aquil.nec in hoc caſu dicta.l.illam.& aliæ in contrarium citatæ obtinent.vt late Iaſo. reſpondit in dicta.l.illam.numero.10.& idem habetur in locis illic ab eo allegatis.

¶A DECII enim prædicta ſententia (cui alij iam citati adſtipulantur) 198
recedendum non videtur.cuius † Decij perſpicuum fuit ingenium,& ille accuratę præclarę qúe legẽdo,& cõſulẽdo ius noſtrũ notabiliter illuſtrauit.qui in vrbe Senẽſi die.13.Octobris.1535.obijt. vt teſtatur Soci.iuni.in conſil.127. viſo themate.numero.10.lib.1.& cúm eſſet annorum nonaginta.vt commemorat Cattel. Cott.in eius libro nuncupato memoralia ex varijs doctorum lectionibus.in verb.iuris ciuilis ſcientiam. coluna.19.

¶SED obiter hic prætermitendum non eſt,quód prædicta noſtra ſententia (quam priús tenuit Deci.& alij eum ſequaces) in his regnis † non videtur poſſe obtinere quia ſi vt iam dictum eſt,ratio quaré pater poteſt decedere pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus, illa eſt (vt dixímus) quia in teſtamento paterno ius tantúm gentium cõſideratur & hæc ratio hac noſtra lege euertitur, qua conſtitutum eſt,non iuris gentium ſolennitatem,ſed formam prædictæ legis ordinamenti eſſe obſeruandam in teſtamento paterno: bené ſequitur,hodie ſententiam noſtram & prædictorũ doctorum ceſſare.l.adigere. §.quánuis ff de iur.patro.capitul.cúm ceſſante.de appella.cum alijs. Sed reſponderi hic poteſt,quód prædicta ordinamen. lex tantúm loquitur,quo ad ea quæ pertinent ad ſolennitatem teſtamenti:atnó quo ad alia quæ ſunt conceſſa paterno teſtamento Vel dic,quód prædicta ratio non legis,ſed doctorum magiſtralis qúe eſt: quo in caſu,locum non habẽt iura quæ in contrarium allegari poſſũt vt ſupra numer.153. deductum eſt. Vel vt ſupra numero. 157. diximus,cúm ratio expreſſa in lege non corrigitur, nõ poteſt dici,ratione correcta,legem anteriorem eſſe abrogatam.

¶DENIQVE ſi ſcire cupis,an hodié hoc priuilegium patri conceſſum, vt pro parte teſtatus,& pro alia parte inteſtatus decedere poſsit,ex prædicta lege ordinamenti omnibus etiam extraneis conceſſum ſit, & quòd decedere poſſunt pro parte teſtati & pro parte inteſtati.vide quæ infra abũde circa hoc deducemus.

¶SEPTIMO extraditis in principio

pio huiꝰ ſexti dubij infertur,quód cúm hac lege non corriguntur iura quibus probatur, teſtamentum nuncupatiuũ inter filios confectum legi non eſſe neceſſum † quód etiam hodie hac lege 200
non obſiſtente,non requiritur quód teſtamentum legatur, quia &ſi antè hãc legem † erat neceſſarium legi teſtamentum nuncupatiuum inter extraneos editum.ex tex.in.l.fideicomiſſa. §.quotiens.& inibi glo.ff.de leg.3.& in dicta.l.hac conſultiſsima. §.at cúm humana. C.qui teſtamen.face.po.& in.l. ex ea ſcriptura.ff.de teſtamen.& ibi docto.cum ſimilibus.ad quod eſt optimꝰ tex.in.l.102.titulo.18.partit.3.ibi, *y tal teſtamento deue ſer leido, y hecho ante ſiete teſtigos*.tamen filiorum fauore teſtamentum inter filios confectum † legi 202
non requiritur.ex tex.in.l.ſi. C.famil. hæreiſc.ibi, *ceptum neque completum*. & in dicto. §.ex imperfecto. & probatur in.l.Lutius.ff.de teſtamẽ.mili.& ex præſſe ſic tenet Bart.in dicto. §.quotiens.ad finem. & idem Batt.in dicta.l.ſi is qui.coluna.2.verſi.quæro quid ſi teſtator.ff.de teſtamen.& Paul. Caſtren. in conſi.25.ſuper eo quod quæritur.coluna.2.lib.2.& in conſi.374.viſis omnibus.coluna.1.eod.lib.1.& Ioan.de Anã. in conſi.57.viſis & conſideratis.colun. 2.& Alex.in dicto conſi.103.col.fi.lib. 7.vbi dicit,hanc eſſe magis communẽ opinionem.& idem Alex.in conſi.214. viſa ſcriptura.coluna penulti. eodem lib.7.& in conſi.4.attentis.eodem lib. 7.& moderni in capitul.2.de teſtamen. & in dicto capitul.cúm eſſes.eodem titulo.& ibi videndus eſt Ioa.de Imol.coluna.penulti. quam ſententiam & tenet Corne.in conſi.307.videtur prima facie.coluna.7.lib.3.& claré Barba.in dicto capitul.relatum.in.1.de teſtamẽ. coluna.22.Iaſo.etiam in dicto. §.ex imperfecto.numero.4.& inibi Curt.iuni. numero.12.idem tenet idem Iaſo.in cõ ſi.61.conſulturus.coluna.fi.lib.1.poſt Guid.pap.quæſt.538.factum eſt teſtamẽtum.& Deci.in capitul.1.numero.15.de fid.inſtrumen.vbi & citat alios viddõs & Boeri.in dicta deciſio.240.numero. 4.& in conſi.48.viſo certo.coluna.3.& idẽ Boeri.in deciſio.14.dominus Ioannes. coluna antepenulti. quæ ſententia ex eo quidem á prædictis doctoribꝰ recipitur,quia teſtamentum non lectũ † eſt tantúm imperfectum ratione ſolennitatis,non veró ratione voluntatis, quaré irritum non eſt.ex dicto. §.exim perfecto. 203

¶SED ab his longè diſſentiunt † cõtrarium qúe tenent Bald.Paul.Caſtré. & alij.in dicta.authenti.quod ſine.coluna.1.C.de teſtamen.& Bald. refert & ſequitur Pal.Rub.in præſentiarum. numero.10.& Didac.Caſtel.in verb.nũcupatiuo.col.3.qui dicunt hodie Baldi ſententiam & ſequatum hac lege eſſe confirmatam.ex huius legis ratione. & ita expreſſe tenent,hac ſanctione eſſe ſublatum prædictum priuilegium paterni teſtamenti: cúm hæc lex non cõſtituat diſcrimen vllum quo ad ſolennitatem, inter teſtamentum paternũ nuncupatiuum & extraneorum, propter falſitatem diruẽdam, quæ facilitet fieri poteſt,niſi teſtamentum legatur. Quod denique & ſuadetur (vt ipſi doctores dicunt) quia non videtur integer teſtis, qui ſcripta in teſtamento non vidit,ſeu legit.ex tex.in.l.ſi non ſpeciali. C.de teſtamen.cum alijs.

¶QVID igitur in hac re † dicẽdũ eſt,nam quidem dubium hoc contingit hoc anno. 1553.in hac regia Cancellaria huius Pinciani oppidi in cauſa magni põderis:nam pater duas habens filias in eius teſtamento primogenitæ legauit complura bona vinculo maioricatus,alteri veró filiæ pautiora bona reliquit: & cúm teſtamentum illud cæpiſſet publicare coram quinque teſtibus, 205

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus,notario dixit,quód ipsum testibus non legeret,quia longum, latum, prolixum qúe erat:& idé testator aliquae ex his quæ in testamẽto scripta erant,corã testibus declarauit: & exindé cúm testator fuit mortuus,magna lis inter dictas sorores fuit mota super viribus dicti testamenti,quia non fuit lectum corã dictis testibus. ex proximé dictis. &si tandem obtinuerit filia primogenita fauens testamentum,cúm ipse eius causam exorarem.

¶ ET vt abundé hæc res singulis diebus occurrens iure optimo decidatur, & materiã cumulatè perfectè qúe cognoscas, sequentia notanda sunt.

206 ¶ ET primó,quód aut † notarius nõ rogatur à testatore ad testamentum cõficiendum,sed ipse testator coram testibus eius exprimit voluntatem, quod iure permititur. vt in dicta.l.hac consultissima. §.per nuncupationem. C. de testamen.cum suis similibus. & est ad idem tex.in.l.1.titul.1.partit.6.& tunc disputare nõ est necessum, an testamẽtũ legi sit necesse: &si inter extraneos conficiatur,sed ipsa voluntas coram testibus expræssa sufficiens est.vt in dicto §.per nuncupationem.&probatur in.l.Pamphilo. §.propositum.ff.de leg.3. cum alijs de quibus in hac spetie memi nit Carol.Ruin.in consil.12. super isto puncto.coluna penulti.& fi.lib.2.& in consil.1.coluna.7.numero. 22. eodem lib.& antè eum ita tenuerunt Alex. & Iaso.in dicta authen.quod fine. & cúm in hoc casu testamentum extraneorum confectum legi non exigatur,nec testamentum inter filios compositum legi cessum nõ est.

¶ PRETEREA & idem Carol. Rui.in dicto consi.12.numero.15.expræs
207 se tenet † quód si ad testamentum cõficiendum notarius á testatore non rogatur,sed tantúm rogatur ab illo cuius interest, & testator ipse coram testibus suam explicet voluntatem, quód nec in hoc casu,testamentum inter extraneos confectũ,legi necesse sit:sed quód tunc tale testamentũ probari poterit instrumẽto á tabellione confecto,&si coram testibus non sit lectum. ex regula tex.in.l.in exercendis. C. de fid.instrumen.cum alijs. ¶ Sed hanc sententiam ego non amplector, cúm probari non posit,ipsum testamentum instrumento testamenti nuncupatiui inter extraneos confecti non lecti. vt constat in dicta.l.fideicomissa. §. quotiens.& & in alijs iuribus supra citatis. quibus probatur,scripturam testamenti inter extraneos editi non probare: nisi testibus fuerit lecta.& in hac materia pulchrè loquitur Paul. Castren. in .l. si is qui.ff.de testamen. &si in hoc casu † tale testamentum probari posit testibus.vt in dicto. §.per nuncupationem & hoc sat suadetur ex dicta.l. Pamphilo. §.propositum.& probat tex. in dicta.l.diuus.ff.de mili.testa. & iura quæ Carol.Rui.in .d. cõsil.citat,cũ loquuntur, cúm voluntas. testatoris prætenditur probari non instrumento, sed testibus, & ita claré glo. docet in dicta.l. Pamphilo. §.propositum.in verb.redigisse.& probatur in dicta.l.diuus. ff.de mili.testamen.ibi, *sine scriptura*. Nec in hoc casu locum habet regula tex.in dicta.l.in exercendis.cúm iuris sit, nõ valere testamentum coram testibus non lectum: quarè testibus probari necesse est.Præterea &sententia Carol.Rui. conuincitur,quia si tabellio á testatore non rogatur,non poterit probari testamentum,instrumento á notario facto
209 † cúm notarius á testatore rogari debeat.vt in authenti.de tabellionib. §. nos autem.& ibi notatur colla.4.& in capitul.cúm P.tabellio.de fid. instru. & notat Paul.Cast.in.l.hæredes palám §.in testamentis. coluna.1. ff.de testa. & idem notatur in alijs locis de quibus memi

meminit Iaso.in.l. serui electione. in principi.numero. 43.ff.de leg.1.& in nostris terminis Alex.loquitur singulariter in consi.153.videtur prima facie.co
210 luna.2.lib.2. ¶ Nec Carol.Rui. suffragatur,si dicatur † sufficere tabellionẽ rogari á tertio cuius interest (quo in casu ipse loquitur) quia in contrarium facit tex.in dicta authenti.de tabellioni. §.nos autem.& in authenti. de testib.
211 §.& licet.& ibi glo. & Angel. notant. colla.7. Nec sufficit † testes testamenti ab alio quàm á testatore rogari,nisi rogitus testium fiat præsente testore vel eo consentiente: siquidem sit tunc cẽsendum, ipsum testatorem eos rogare, & mandasse rogari.ex.l. qui patitur.ff. manda.& in terminis sic consuluit Alex.in consi.47.abundè.co.2.lib.2.& in consi.13.ponderatis verbis.colun.4.lib. 4.cuius meminit Iaso.in dicta.l.hac cõsultissima.in princip.coluna.1. C. de testamen.vbi & refert alios doct. idem tenentes. Vndé sequitur,quód cúm Carol.Rui.in dicto loco loquatur,cúm cõstat notarium á testatore non esse rogatum,nec ab alio eo volente,quód testamentum non potest probari instrumẽto testamenti á notario in dicto casu cõfecto.

212 ¶ AVT verò notarius † ad testamentum conficiendum á testatore rogatur & tunc, testamentum nuncupatiuum inter extraneos editum,legendum publicandum qúe est coram testibus, vt in dicta.l.fideicomissa. §. quotiens. & 213 in alijs locis supra citatis. adeo quód multi tenent † quód si coram testibus non sit lectum & publicatum, quód ipsis testibus &si voluntatem testatoris audientibus,eamqúe intelligẽtib⁹, ipsum testamentum probari non posit, &si de illa voluntate ipsi testes deponant. ex notatis in dicto. §.quotiens.& ita palàm Paul.Castren.dicit in dicta.l. si is qui.coluna.1.ff.de testamen.& in.l.cõtractus. C. de fid.instru. quam sententiam abundè tuetur Carol. Ruin.in cõsil.1.numero.9.libro.3.vbi & allegat ad idé Alex.in.d. §. ex imperfecto.& hæc sententia suaderi potest ex pragmatica Compluti edita anno domini.1503.qúe reprobat scripturam coram partibus & testibus non lectam. ¶ At verò alij & equius probabilius qúe (ne testamẽtum pereat) contrarium tenent, & testibus testatoris voluntatem scientibus,testamentum ipsum probari posse: &si ante eos lectum non sit nec publicatum tale testamentum,nec tabellio á testatore fuerit rogatus. vt in proprijs terminis tenent And.de Pis.& Nicol.de Neapol. in dicta.l.fideicomissa. §.quotiens.quorum inibi meminit Florian. & idem tenent Cinus Paul, Castren. & alij in dicta.l.hac consultissima. §.per nuncupationem.& Alex.in dicto. §.ex imperfecto. coluna.1.& idem Paul. Castren. in consi.307.ad primum quæsitum. coluna.2.lib.1.vbi notabiliter loquitur. & ibi refert And. de Pis. & Nicol. de Neapolit.cui sententiæ adhæret Carol. Ruin.sibi non constans in consi.1.col. penulti.lib.2.alia videnda citans maximé refert Alex.in dicto. §.ex imperfecto.& idem tenet Didac.Couarru.in.d capitul.relatum.in.1.coluna.17.versi. tertia conclusio.vbi hunc rem accuratè discutit.quæ opinio suadetur † quia 214 cúm testamentum nuncupatiuum conficitur,scriptura ad eius probationem non requiritur.vt in dicto. §. per nuncupationem.& similibus.quarè de solennitate scripturæ agi non est necessum: &si scriptura testamenti interuenerit.ex.l. testamentum non ideó. C. de testamen.& iura quæ requirunt testamentum legi † tunc locum habent 215 cúm quis vult probare testamentũ per scripturam: at secus si tractatur,probari per testes rogatos, qui fuerunt præsentes tempore quo testator anteeos suá de

Universidad de Deusto
Biblioteca

declarauit voluntatem.

216 ¶NEC obstat prædictæ sententię † dicta pragmatica Compluti confecta, quia illa sanctio regia tũc obtinet, cúm volumus facere probationem per scriptu ram, & non per testes. Item & dicta pragmatica (& si opinio cõtraria verior esset) non haberet locum, in testamen to inter filios confecto, cúm illud legi non sit nec essum. ex supra dictis.

¶VNDE sequitur, quód & si prædi cta contraria sententia quam tenet Ca rol. Rui. in dicto consil. 1. lib. 3. probabilior esset (vt mihi non est) non quidem obineret in testamento inter filios confecto: quia & si ante tabellionẽ
217 rogatum testamentum esset factum † testibus tamen probari potest, & si corã eis non sit lectum. vt constat ex Alex. in dicto. §. ex imperfecto. colun. 2. & ex Iaso. in dicta authenti. quod obtinet. co lun. 2. quod nec hac nostra lege esse su blatum, censendum est. ex iam dictis.

218 ¶CETERVM si patris scriptura † seu schedula adinueniatur nullum habens testem, si tamẽ eius manu scripta sit, & eam nullus neget, vel si patris esse contradicatur, & duobus testibus probetur, eam esse scriptam manu pro pria ipsius patris, si talis priuata scriptu ra contineat ea quæ ponuntur in dicta authenti. quod sine. C. de testamen. & in dicta. l. 7. titul. 1. part. 6. vires quidem habet: & si non fuerit lecta. vt probatur in prædictis iuribus. & in terminis ita Bal. tenet in dicta authenti. quod sine. colun. 1. & Ioa. de Imol. in dicta. l. si is qui. colun. 2. ff. de testamen. & alibi fæ pe traditu r. quod minimè censendum est, hac nostra lege esse sublatum. ex his quæ dicta fuerunt, & quia hæc nostra lex loquitur in testamento nuncupatiuo, non quidem in testamento in scriptis. vt supra numero. 73. & sequentibus ostensum fuit.

¶VERVM si paternum testamentum † manu patris non sit scriptũ, seu 219 ab eo subscriptum, prout constitutum est in dicta authenti. si modo. C. famil. hærciscun. & hodiè si testamentum nõ habeat paternam seu liberorum subscriptionem. vt disponit dicta lex partitæ. tale testamentum inuẽtum in libro tabellionis, coram testibus non lectum & si in eo testes appositi sint, nec ne, inter filios non probat. vt tenet Bal. in dicta authenti. quod sine. colun. 1. cui af sentit inibi Paul. Castren. & Corne. & hæc est magis communis opinio vt af firmat Areti. in. l. si is qui. colu. penul. ff. de testamen. & ibi etiam Paul. Cast. coluna. 1. qui idem tenet, & idem con suluit in terminis Paul. Castren. in dicto consil. 450. coluna. ii. lib. 2. & in con sil. 101. ad primum. coluna. ii. libr. 2. cui Iaso. consentit in dicto consil. 68. colu. 2. lib. 1. & Deci. in consi. 488. in causa & lite quæ vertitur inter Ioanem. colun. 4. numero. 15. & in consil. 159. casus qui proponitur. colun. ii. & Ioa. Lup. à Pal. Rub. in præsenti. numero. 10. & Didac Castel. in verb. nuncupatiuo. coluna. 3. contra Bart. in dicta. l. fideicomissa. §. quotiens. Etsi Corne. in consi. 307. vide tur primafacie. coluna. 7. volum. 1. 3. dicat, à Bart. sententia non esse recedendum. & dicit Paul. Castren. in dicta. l. si is qui. colun. 1. posse Bart. intelligi, quã do erat scriptura testantis manu scripta.

¶PREDICTA tamen Bald. & se quatium sentẽtiã de iure subsistere nõ 220 potest, si duobus testibus probetur † pa ternam illam schedulam siue testamẽ tum à tabellione seu ab alio patris man dato fuisse scriptum: quia tunc, valeret vt testamentum nuncupatiuũ inter filios confectum. ex tex. in dicto. §. extra perfecto. & ita expræsse tenet inibi A lex. coluna. 2. & Iaso. in dicta authenti. quod sine. coluna. 2. versi. tertius casus. quo in casu obtineret Bart. sententia. in.

in. d. §. quotiens. quod etiam placet ei dem Iaso. in. d. consi. 155. col. penul. lib. 4. quo in loco dicit, tales duos testes de bere esse omni exceptione maiores. ex tex. in dicto capitul. cúm esses. de testa ment. cum alijs. Vel prædicta Bart. sẽ entia etiam locum haberet, & tempe randa est, si duobus probaretur testib9 illam esse paternam voluntatem, quę in dicta eius schedula continetur. vt ex præsim Alex. tenet in dicto. §. ex im perfecto. col. 2. quod priús tenuit Paul. Castren. in dicta. l. si is qui. co. 1. & Ludo ui. Bologni. in additionib. ad cõsi. Ana nię. in cõsi. 57. & idẽ tenet abundè Iaso. in dicto. consil. 68. cõl. 2. lib. 1. & Deci. in dicto consi. 159. col. fi. & Carol. Rui. in consi. 7. primó videndum. co. 1. lib. 3. post Bald. Paul. Castren. & Deci. nu. 7. in. l. 2. C. de bono. posse. secũd. tabul. & adde videndũ Corne. in. d. cõsi. 307. co. 7. versi. nec obstat dicta authenti. lib. 3.

221 ¶RVRSVS & præcipuúm dictæ sẽ tentiæ Bart. & sequatium locus erit † quando confessione filiorum constaret illam esse eorum patris voluntatẽ: cúm optima probatio sit, quę fit confessione partium. l. 1. C. de confes. cum simili b9. & in proprijs terminis sic tenet Cor ne. in. d. §. ex imperfecto. co. 1. post prin cipiũ. & pulchrè loquitur Carol. Ruin. in. d. cõsi. 7. primó videndum. co. 1. lib. 3 quidquid Sali. teneat. in. d. §. ex imper fecto. cuius inibi col. fi. in fine memor
222 est Corne. Hodiè tamen ex hac nos tra lege nõ sufficiet † duos testes depo nere predictã schedulam esse scriptam à tabellione, seu ab alio parentis mãda to. iunctis notatis. in. l. cúm antiquitas. C. de test. & notabiliter à doctoribus in. d. l. 2. C. de bono. posse. secund. tab. cũ similibus illic á modernis congestis.

223 ¶PROINDE & tunc quæ diximus obtinẽt, & paternũ testamentum legi non esse necessum † cúm lectio ipsa nõ facta reddiderit testamẽtũ paternũ imperfectum ratione solennitatis: at se cus est, cúm testamentum ipsum defi ciat ratione voluntatis: veluti si pater Sempronio Titio & Martino conscri bi fecerit eius filium Sempronium hæ redem instituere, ei qúe aliqua bona prælegare, eos rogans, vt ordinationem illam ab aliquo tabellione scribi cura rent: & exindè testes rogarentur, ante quos scriptura ipsa in publicam redige retur formam, & publicaretur, quæ an te quàm adimplerentur, testator mor tuus fuit, qua in re controuerti quidem solet, an predicta etiam inter filios suf ficiant, vt ex illis testamentum sit con fectum, iure qúe obseruandum. an ve ró quę parentis mãdato sic scripta sunt corruant. quod multi censent, si quidẽ potiús videatur quidã tractus, siue præ paratio futuri testamenti, quàm testa mentum. & ita quòd vt testamentũ va lere non possit: quia tractatum probari
224 nõ sufficit, cúm multa † tractẽtur quæ non perficiũtur: multa qúe dicũtur, quę non fiũt. l. scien dũ. §. dictũ. ff. de edil. e dict. l. eleganter. in princip. ff. de cõdi. indebi. l. si ex causa. §. nunc vidẽdũ. ff. de minorib. & in. l. si volũtate. vbi Bal. notat in ei9 notabilib9. C. de rescindẽ. vendit. & idem Bald. in. l. multũ inter est. C. si quis alte. vel sib. colu. 2. & in. l. cúm allegas. co. 2. in fine. C. de vsur.

¶QVOD cõfirmatur & secũdó ex tex. in. c. 1. de successio. ab intesta. ibi, *sin autem ante obierint, quam hoc fecerint.*

¶ITEM & tertió prædicta suade tur sentẽtia, quia inficiari nõ possumus † dictum testamentum in prædicto 225 casu fuisse imperfectum ratione volun tatis, non qúe solennitatis, quia ipsum testator non absoluit, nec perfecit: sed tantùm se præparauit ad conficien dum futurum testamentum. quarè con sequens est † non potuisse habere vi- 226 res testamenti, vt in dicta. l. si is qui. ff. de testa. & in. l. furiosum. C. qui testa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

227 face.po.quia † & testamentũ quod deficit ratione voluntatis, etiam inter filios iure diruitur.vt in prædictis iurib9 probatur.ad quod est glo.communiter recepta.in.d.l.si is qui.vbi Areti.co.fi. dicit hanc esse communem sentẽtiam & idem dicit & tenet Paul.Castr.in.d. §.ex imperfecto.col.1.cui inibi doctores adhærent,ad idem est glo.in.d.l. fi. in verb.impletum.C.famil.hærcisc.& notant doct.in.d.c.cúm esses. de testa. & in.l.si certis annis.C.de pact.&Abb. in cõsi.105.cas9 in facto.co.2.li.2.quarũ glosarum opionem dicit communem Alex.in.d.consi. 76.colu.2.lib.3.Guid. pap.in consi.55.omissa.coluna.2.& Ioa. Anto.Rube.in consi.24.præsuponitur col.fi.& idem tenet Guiller.Benedict. in repeti.capitul.Rainuntius.de testamen.in verb. testamentum.in.1.nu. 71. & Rode.Suar. in repeti.l.quoniam in prioribus. C. de inoffi.testa. 4. quæst. chart.mihi.89.col.4. vbi ait, hanc esse communem opinionem. Etsi Cur.iuni. in dicto. §. ex imperfecto.in noua fuerit opinione,vbi tenet,testamentum inter filios confectum vires habere, &si ratione voluntatis sit imperfectum. ad
228 quod dicit esse tex.in cuitabilé † .in.d l.fi.C.famil.hercisc.ibi,*siue inceptũ, nec impletum testamentum.* cuius tex.ad idé priús meminit Roma.in repeti.authen ti.similiter. in. 18. speciali vltimarum voluntatum. C.ad.l. Falcid. & Barba. in consi.58.& quidem viso puncto. col. 4.lib. 4.Et dicit Curt.iuni. in dicto. §. ex imperfecto.solutionem asignatam prædictis verbis á glo.in.d.l.fi.non posse subsistere: cúm glo. illa intelligat tex.quando testamentum non est adimpletum quo ad solennitatem,&si quo ad voluntatem sit.& hanc solutionem Curti.iuni.inibi vult destruere ex verbis subsequentibus ipsius legis.ibi, *& si solennitate legum huiusmodi dispositio fuerit destituta.* nam vt ipse Curti. dicit verba hæc superuacanea redderẽtur,si solutio prædictæ glo. vera esset & adde videndum in materia eundem Curti. iunio.in consil.12. videtur prima.per totum.

¶SED vtique ex his recedere non licet á communi opinione. cui non adsentiuntur prædicta verba dictæ.l.fi. C. famil.hercisc.ibi, *& si solennitate legũ huiusmodi dispositio fuerit destituta.* Sed potiús eisdem verbis communis sentẽtia defenditur,& illa verba fouent prædictam glo.solutionem, siquidem illis loculenter explicetur,superiorib9 verbis prædictam legem fuisse loquutam de testamento imperfecto quo ad solẽnitatem tantúm. Nec concedendum 229
est † verba illa superflua esse,&si fuerint declaratoria præcedẽtium.ex tex. vbi Bart.columna.2.in.l. vbi pactum. C.de transact. & expræsse idem constat in.l.2.vbi.glo.in ver.vel pecudem. ff.ad.l.Aquil. ¶Vel dic & secundó, dicta verba,*si solennitate legum.* non esse superuacanea,cúm decisioni & conclusioni dictæ. l. fi. apponuntur,at veró prædicta verba,*siue ceptum, nec impletum,* in narratione casus collocãtur: & ita eorum superfluitas cessat,quia aliás feré omnium iurium aliqua verba superfluerent. ¶A Curtij iunioris
sententia oportet discedere,& communi adhæreas.vt & idem Curti. consuluit in prædicto loco † &si Curti. ipse 230
fuerit eminentis scientiæ, & subtiliter dubia differuerit: qui & post plura cõmentaria ab eo ingeniose compósita die.27.Iunijanno salutis.1533.obijt, tota Patauina academia illi9 morti lacrimanti.vt refert Soci.iuni.in consil. 30. inspectis his.numero.19.lib.1.

¶QVARTO prædicta elucet sententia ex tex.in.d.l.fideicomissa. §.quotiens ibi *quotiens quis exemplũ testamẽti præparat*

præparat,& prius decedat quam testetur non valet

¶RVRSVM & quintó hæc sentẽtia suadetur.ex tex.in.l.quidam cúm filium.& ibi doctores.ff.de hæredib.instituẽ.vbi probatur † non sufficere testatorem velle,nisi ad dispositionis actum peruenerit.ad quod & sunt plura iura vulgata, quibus & accedat tex.in.l. Lutius.ff.de mili.testa.ibi,*ita tamen de hoc ita subsequutum esse legitimis probationibus ostendatur.* & adde videndum Paul. Castren.in.l.cúm res.col.1. C.de probationib.& alibi sæpe traditur.

¶SEXTO hanc sententiá palám re
232 cipit † Oldr.in consi. 119. Titius cõdidit.col.1.&.2.qui ponit hoc exemplum Titius duos testes vocauit, & eius bona accuratê á quodam clerico cum legatis ab hærede præstandis inscribi fecit & quôd pauperes Christi hæredes instituebat: & exindè Titi9 ille ipsos testes rogauit,vt ab aliquo tabellione ordinationẽ prædictã conscribi facerent:& de indè testes corã quibus ab ipso Titio in publicã redigerentur formã inuitarẽt: verúm antequám hæc adimplerentur Titius decessit,quærit ille hic Old. an ex his testamẽtú probetur,ex illis quę pia causa agere valeat,& optimo iure contra piã causam consúluit.expluribus iuribus & rationibus.& Old.refert & sequitur Ioa.And.super Specul.in tit.de instru.edit. §.cõpendiosè.in additio.in cip.ex parte.co.11.& idẽ tenet Albe.in d.l.hac cõsultissima. §.fi.C.de testa.& Paul.Castren.in.d.cõsi.450.co.2.li.2.& in.d.consi.101.colu.fi.eod.lib.2.& melius in consi.307.ad primum quæstum co.fi.lib.1.& Ancha.in.d. c. cúm esses. de testa.co.pe.q. 10.& Ioa.de Imol. in consi.91.in causa quę vertitur.co.2.&.3. & singulariter Fulgo.in consi.117.Ioannes.co.pe.& Ioa.de Anan.in.d.cõsi.57. & Guid.pap.in consi.55.colu.2.& in.d. quæst.538.factũ.& moderni.in.d.c.relatum.in.1.& Corne.in consi. 49.videtur prima facie.co.pe.lib.1.& Iaf.in consi. 151.in causa & lite.col.3.lib.4.vbi alios citat,& dicit communem opinionem esse cum Oldrad.& idem tenet Deci. in.d.capitul.1.nu.15.de fid.instru.& idẽ Deci.in consi.159.casus qui proponitur col.2.vbi & in alijs consilijs abundè loquitur.& in.d.consi.488. colu.3.&.4.& Guiller.Benedict.in.d.c. Rainuntius. de testa.in verb.testamentum.in.1.nu. 71.& Cardi.Paul.Parisi.in cõsi.24.duo principaliter.numero.11.lib.3.alios ibi citans.& in consil.146.circa articulum columna.2.libr.4.& Thom.Grama.in decisio.62.in causa magnificorum.columna.1.in fine.& col.3.& Carol.Rui. in consi.7.primó videndum.col.4.lib. 3.& in.d.consi.1.lib.2.col.pe.& fi.& videre etiam licet Lanfranc.in repeti.capitu.quoniam cõtra.de probat. in ver. instrumentorum productiones.nu.51.

¶CVI sententię Iaso.& Deci. in dictis eorum consilijs dicunt † non obsta 233
re quę Bart.dicit in dicta.l.fideicomissa. §.quotiens.cúm inibi loquatur cúm dispositio non fuerit suspensa ad tabellionem adhibendum. prout Oldrad. & alij loquuntur, secus quę sit † quãdo testator suam perfecerit voluntatem,aliam solennitatem nollens adhiberi.vt aduertunt doctores in dictis locis,maximè Paul.Castren.in dictis eius consilijs. 234

¶DEMVM ipse † ampletor sentẽ 235
tiam Old.& sequatium.quid quid dixerit Ioa.de Imol.in.d.cúm esses.de testa. col.pe.& Alex.in.d.l.si certis annis.co 2.& in.d. §.ex imperfecto.co.2.ex notatis ab Imol.in.d.l.si is qui. & in capitu. 2.de testa. & quidquid consuluerit. Iaso.in. d. consil.68.co.fi.lib. 1 post Areti.in .d.l.si is qui .vbi & dicit Areti.cõtrariam opinionem esse magis communem.& ait etiá ibi Bar. contrarium

Universidad de Deusto
Biblioteca

ten ere in dicta.l. fideicomissa. § .quotiens.qui (vt diximus) loquitur in alijs terminis. Nec eidem Areti.fauent iura ab eo citata,quibus cõstitutũ est,verba
236 † enuntiatiua preter aliud inter filios seu ad pias causas emissa probare.vt in. c.fi.de successio.ab intesta.& in.d.l.fi. C.famil.hærcisc.cúm illa iura non habeant locũ contra mentẽ testantis.vtin hoc casu esset,siquidẽ testator non voluit testari,sed tantúm se se præparare ad testamentũ faciendum.vt in terminis respondit Iaso.in dicto consil. 155. coluna. 5.

237 ¶QVAM sententiam † Old.& ei accedentium intelligas,&ti in casu cõtingente non agatur derevocando alio testamento ad pias causas confecto. vt ex eis constat,& ex iuribus & rationib9 ab illis ad hoc cõgestis. ita in proprijs terminis aduertit Deci.in.d.consi. 159. coluna.2.versi.& licet Oldradus in casu suo.quid quid dicat Ioa.de Imol.in.d capitul.cúm esses.coluna. penul.

¶EX qua Old.& sequatium sententia
238 † & ex dictis iuribus illam comprobantibus,in quadã graui causa cõsului contra causam piam, inqua contingit, quód quidã strenuus Salman.miles testamentũ conficere incepit,inquo aliqua legata pia cõscribi fecit,& cúm exindé vltro tendere voluisset,ad finẽ ipsius testamenti decessit: & illi quib9dicta legata pia relicta fuerũt,ea esse perfecta pretẽdentes,legata ipsa petierũt, in qua causa constanter cõsului,ea non eis deberi,& testamentũ illud vt potè imperfectũ ratione volũtatis carere viribus quo ad omnia in eo cõtenta.& deniqúe ita fuit per iudices regios definitũ.& si causa bis fuerit vt ambigua ad alios iudices remissa.¶Et qui contrariã
239 sentẽtiã sequebãtur † moti quidẽ fuerũt.ex tex.& inibi Bar.in.l.in testamẽto.ff.de fideico.libert.qua in lege Bart. dicit,se consuluisse in quadam causa duitis de Marchia, quód cúm idẽ miles conficere ceperat testamẽtum,& scriptum iam esset quód ecclesia in certo loco constitueretur,eidem qúe ecclesiæ legata fecisset,& ante perfectum testamentum obijt: & postmodum tutores filiorum testatoris curauerũt adimplere illud testamentum: iuxta quod controuersum,dubium qúe fuit,an de iure illi tutores possint adimplere illam scripturam testamenti confecti in fauorem illius ecclesiæ. & Bart.inibi respondit,hoc ab eis fieri posse.ex tex.illo
240 & quia testamẽtũ † imperfectum probatur volũtatem defũcti.ex.l.fi.ff.de reb. eor. & Bart.refert & sequitur Ioan. de Imol.in.d.l.si is qui.ff.de testa.col.2.& Angel.in. §.ex eo.insti.quib.mod.test. infir. col.fi.& Abb.in.d.c. 1. de successio.ab intesta.co.fi.& idem tenent alij docto.quorum meminit Deci.in.d.c.1 de fid.instru.nu.15.& idẽ Deci.in cõsi. 159.casus qui proponitur.colu. 1.vbi ait Bar.opinionẽ in.d.l.in testamẽto.communẽ esse.& idẽ tenet dominus Didac Couar.in.d.c.relatũ.in.1.nu. 10.de testa.vbi in hac re constituit discrimẽ in-
241 ter liberos & piã causam † vt quia ius magis fauet piæ causæ,quàm liberis extra legitimam portionem,iure naturæ eis debitã.ad quod citat Bar.in.l.1.nu. 74. C.de sac.sanct.eccle.& modernos in.l.pactũ quod dotali. C.de pact.& sẽtentiã predictam Bar.in.d.l.in testamẽto.ex eo Abb.confirmat in.d.c.1.de successio.ab intesta.co.1.quia in iam declaratis cõsensus naturalis inest. & ibi dem intelligit opinionem Bart. quando dispositio quo ad legata ecclesiæ re-
242 licta erat perfecta,quia ad alia transiuit legata.¶Sed hæc † priori sententiæ non obstunt.ex iuribus superius citatis.& quia contra Bart.in dicta.l.in testamento. multi tenent, inter quos est idem Abb.in.d.consi.105.casus.coluna.2.libr.2.vbi loquens in testamẽto inter li

inter liberos dicit, rationem naturalẽ in contrarium parum pungere, ex quo nõ apparet de absoluta & expedita voluntate disponentis.ex.l.contractus.C
243 de fid.instru.& quia † nihil actum videtur,cúm aliquid super est agendum. l.penulti. C.de his quib.vt indig. quã sententiã lucidé ponit Areti.post Bar. in dicta.l.si is qui.coluna.ff.ff.de testamen.& Ancha.in capit.2.eod.tit. co.3.
244 vbi dicit † etiãfauore piecausę testamẽtum inceptum non tenere.quod etiam sequitur Ancha.in rub. de testament. lib.6.coluna.2.& Old. & alij quos supra citaui.numero.232.& Roma.in dicta authent.similiter. C.ad.l. Fal.in.18 spetiali vltimarum voluntatum.& Guiller.Benedict.in repeti.d.capitul. Rainuntius.de testa.in verb.testamentum in.1.nu.71. vbi ait,plures doctores ita tenere.& adde videndum Boeri. in decisio.93.an ex testamento.numero. 10. & in dicta decisio.240.numero.5.& Tho. Grama.in.d.decisio.62.colu.3. & hanc opinionem confirmat tex.in.l.ex ea.ff. de testa.& tex.in.l.si iure. C. de testa.
245 manumi.& vt dicit Bald.in.l. iubemus col.2.C.de testa.ex imperfecto † non
246 posse imperfectum euenire.

¶NEC prædictæ sententiæ † obstat tex.in.d.l.in testamento.ff.de fideicomi.liberta. ¶Primô, quia lex illa loquitur,cúm testamẽtum est imperfectum ratione deficientis solennitatis, & non voluntatis.vt tenet Bart.in dicta. l. si is qui.& ibi docto.& in alijs locis supra citatis.& tenet idem Guid. pap. in dicto consil.55.coluna. 2. & Barba. in dicto capitul.relatum.in.1.chart.7. coluna. 1.de testament. ¶Secundô, quod & si tex.in dicta.l.in testamento.intelligeretur,vbi ratione voluntatis testamentum esset imperfectum, non tamen ibi dem iure consultus vult,illud legatum
247 libertatis efficaci ratione deberi, sed pietatis priuilegio † nam quidem piũ est,hæredem maximè filium paternam hæreditatem adimplere.vt eiusdẽ tex. verba in dicant ibi, *pios tamen filios de buisse manumitere eam.*& iste est probabilis intellectus ipsius textus. qúe prius assignauit ad illum tex.Roma.in repeti. dictę authenti.similiter. C.ad.l.Falcid.in.18.priuilegio vltimarum voluntatum.¶Tertió responderi potest, dictæ.l.in testamento.prout facit Bald. in.l.cúmquis.colun.4.C.de iur.& fact. ignoran.& Abb.in dicto consil.105. coluna.2.¶Quartó potest dici, in dicta.l. in testamento. legatum fuisse repetitũ á venientibus ab in testato.ita dicit glo in dicta.l.si iure.C.de testamen.manu. quam solutionem diruit glo. in dicta.l in testamento. & benè, cúm verba dictæ.l.in testamento.illi obsistunt. ibi, *& sinihil ab intestato pater petisset.*¶Vnde aliter & quintó dici potest,quód † 248
tex.in.d.l.in testamento. loquitur in persona á testatoredilecta prout expręsse tenet glo.in.d.l.in testamẽto. quam sequũtur Bald. Salic.& docto.in.d.l.si iure.& Abb.in.d.consi.105.col.2.lib.2. & alibi sæpe traditur.

¶NEC nobis placet discrimẽ in hac spetie assignatum perdominum Didac de Couar.inter filios & causam piam. in dicto capitul.relatum.in. 1. † cúm 249
magis communis sit opinio,nullam dissimilitudinem esse inter liberos,& piã causam,quando testamentum est imperfectum ratione volũtatis,& in vtroqúe casu ipsum testamentum iure non posse valere.vt constat ex doctrinis superius citatis.& quia eadem ratio inest in prædictis casib9.Et licet multi ex doctoribus citatis á domino Couar.vbi supra teneãt,piã causam potiorẽ esse prę ter legitimam: hoc tamen nullo iure probatur,sed contrarium.& idem constat ex Augustino simpliciter loquẽti cuius meminit tex.in.capi.fi.17.q.4.& plures ex scribentib9 indiscriminatim

Universidad de Deusto
Biblioteca

loquentes dicunt. filios piæ causæ esse preponendos. & maximè hoc tenet glo. in. l. siquis addeclinandam. C. de epis cop. & cle. & Bald. in. l. iubemus. col. 1. C. de testa. & idem Bald. in. l. & in epistola. col. 1. C. de fideicomi. & Ancha. in. d. rub. de testa. libr. 6. & Roma. in. d. authen. similiter. in. 18. spetiali piæ causæ iuxta cõtractus. & in. 18. speciali pię causæ circa vltimas voluntates. & idem tenet Benedict. de Bene. de Perusio. in consi. 22. punctus. col. penul. & Soci. in consi. 22. circa prędictam. nu. 20. lib. 1. & Barba. in consi. 13. circa hanc hæsitationem. colu. 7. lib. 1. & in consi. 34. breuiter. col. 1. eod. lib. 1. vbi refert alios idẽ tenentes. & plenius Iaso. in consil. 212. alta & valde. coluna penulti. & fi. lib. 2. & in. l. 1. C. de sac. sanct. eccle. in relectione. numero. 27. & Deci. in capitu. 1. de probat. colu. 10. uersi. sextò á simili. & in. l. licet. C. de pact. nu. 5. & in. l. generaliter. C. de institu. & substi. sub cõdi. fact. nu. 7. & idem Deci. in consi. 391. in casu proposito. co. fi. & Soci. iuni. in consi. 189. nu. 81. & sequentib. lib. 2. & latissimè idẽ tenet & fundat And. Tiraquel. in repeti. l. si vnquàm. C. de reuo. donat. in ver. libertis. nu. 73. & 74. quid quid idẽ Tiraquel. dicat in eadem repeti. in verb. donatione largitus. numero. 266. vbi refert plures docto. contrarium tenuisse.

¶ IMMO & si fateremur, vltra legitimam piam causam potissimam, tamẽ intra legitimam filios esse potiores sine dubio dicere debemus. vt fatetur prędictus dominus Didac. Couarru. in prædicto loco. & ibi refert alios doctores idem dixisse. quod clarè probatur in authenti. si qua mulier. C. de sac. sanct. eccle. & in capit. si qua mulier. 19. q. 3. & in. l. 17. titul. 1. parti. 6. igitur si testamentum paternum imperfectum ratione voluntatis etiam quo ad filiorum legitimam deficiat. vt in dicta. l. fi. C. famil. hærcisc. & tenent doct. in dicto. §. ex imperfecto. cõsequens est, quòd tale testamentum etiam quo ad piam causum non teneat.

¶ PRETEREA nec nobis satisfacit alia ratio Bart. in dicta. l. in testamẽto. qua eius sententiam inibi comprobauit, scilicet, quia ex invtili testamento voluntas defuncti declaratur: cùm & si hoc admittamus, voluntas illa non est sufficiens, vt ex ea agi possit. vt probatur in dicta. l. si is qui. ff. de testa. & in dicta. l. ex ea. ff. eodem tit. & vtrobique notant doctores.

¶ DEMVM nec etiam placet sentẽtia Abb. in. d. capitul. 1. de succe. ab intesta. & Decij in. d. ca. 1. nu. 15. de fid. instru. ex tex. in. d. l. si is qui. nam tex. ille palàm sancit, etiam † quo ad incepta & iam declarata consensum testatris ab esse: & ille tex. docet, quo ad ea tale testamentum perfectum non esse. cuius verba in hunc sunt modum: *si is qui testamentum faceret, hæredibus primis nuncupatis: prius quam secundos exprimeret hæredes, obmutuisset: magis cepisse eum testamentum facere, quam fecisse Varus. ff. lib. 1. Seruiũ scripsit respondisse. ita que primos hæredes ex eo testamẽto nõ futuros.* & idẽ probat tex. in. d. l. ex ea. ff. de testa & in. d. l. furiosũ. C. qui test. fa. po. & ad de vidẽdũ Soci. in. d. cõsi. 92. co. 3. lib. 2.

¶ EX quibus constat, nostram sententiam probabiliorem esse contra Bar. in dicta. l. in testamento. quam intelligas, cùm constiterit testatorem adulteriora venire voluisse: siquidem † aliàs non sit præsumendum, testamentum ratione voluntatis esse imperfectum. vt est tex. notabilis in. d. l. si is qui. & ibi notant docto. & abundè Barba. in. d. cõsi. 58. col. 4. lib. 4. & probatur in. d. l. iubemus. C. de testamen.

¶ ET costãter illud teneo, quòd cùm proximè dicta priùs quàm nostra constitueretur lex, iure obtinebãt, minimè ambigi posse, etiam locum habere post hanc legem.

¶ PROINDE si acuratiùs pensitemus materiam principalem de qua agimus, alius etiam cąsus circa lectioné paterni testamẽti considerandus est † veluti cùm testes ignorãt contẽta in scriptura testamenti paterni, quia ante eos non lecta nec explicata: & si testator coram eis dixerit cõtenta in eadem scriptura eius esse testamẽtũ, & ob id obseruandũ: in quo casu videtur, non posse valere etiam vt testamentum nuncupatiuum: & si tale testamentum habeat solennitatem dictæ legis ordina. quia si ipsum testamentum nõ est lectum nec testibus publicatum, testes illi testatoris voluntatem ignorant, quarè prædictum testamentũ nuncupatiuum esse, non videtur censeri. ex. d. l. hæredes palàm. in princip. ff. de testa. & in. d. l. hac consultissima. §. per nuncupationem. C. eod. tit. Sed nihilominus contrariũ ipse teneo, etiam hac nostra lege extãte, & hodiè testamentum prædictũ nũcupatiuum esse † & etiam inter extraneos valere, & sufficere voluntatem testatoris implicitè testibus constare. ex tex. in. l. quẽ heredi. ff. de reb. dub. & in l. si ita scripsero. & quæ ibi notant Bar. & docto. ff. de condi. & demõstra. & in alijs locis inibi á Soci. citatis. quod & multi alij tenent in. l. asse toto. ff. de hæredib. institu. & in. l. fi. C. de fideicomi. & Bald. in. l. captatorias. colu. 2. C. de testa. mili. Ioa. Imol. in. l. illa institutio. col. 6. ff. de hæredib. instituẽ. & est optimus tex. in. l. vbi autem. §. sed qui vinũ vbi Paul. Castren. ff. de verb. obligat. idem Paul. in dicta. l. hac consultissima. §. per nuncupationem. coluna. 2. & Imol. in. c. cùm tibi. coluna. penulti. de testament. quibus in locis traditur, sat esse, testes testamenti nuncupatiui testatoris voluntatem implicitè cognoscere, & si non explicitè. quod etiam tenet Paul. Castren. in. d. l. hæredes palàm. in princip. col. 1. & in. d. authenti. quod sine. C. de testa. & in. d. l. hac cõsultissima. in princip. C. eod. tit. & Angel. in. §. 1. co. fi. institu. co. l. tit. & Alex in dicto consi. 4. co. 2. & 3. lib. 7. & in cõsi. 114. visa scriptura. col. penul. lib. 7. & pulchrè idem Alex. in consil. 176. viso processu. co. 2. lib. 5. quibus in locis prędicti docto. palàm tenent † testamentum validum esse, & vt nuncupatiuum valere, & si testator coram testibus nõ expræsserit nomina hæredum, sed tantùm coram eis & notario dixerit, scripturam illam suum esse testamentum. quod etiam Soci. tenet in consil. 142. reuerende. coluna penulti. libro. 1. & in consil. 173. reuerende. libro. 2. & Guiller. Benedict. in repeti. capitul. Rainũtius. de testamẽ. in verb. in extremis positus. numero. 42.

¶ NEC hijs † refragantur dictæ. l. ordina. verba, scilicet. l. 1. titulo. 2. libr. 5. ibi, *si alguno, ordenare su testamento*, iunctis subsequentibus verbis ibi, *deuen ser presentes á lo ver otorgar*. cùm hęc verba potiùs nostram sententiam probent & non esse necessum, testes explicitè scire quæ in testamento nuncupatiuo continentur. quod † quidem in legatis iure optimo maximè obtinent, cùm nutu fieri possint. l. nutu. ff. de leg. 3. & ita expræsse tenent doctores in prædictis locis.

¶ SED inter eos magnum discrimẽ est † an prædictis locus sit, quo ad hæredis institutionem: nam multi eorum hoc inficiantur. ex tex. in. d. l. iubemus C. de testamen. & abundè hanc sentẽtiam defendit Iaso. in. d. l. hac consultissima. §. per nuncupationem. coluna. 1. vbi plures alios citat idem tenentes. & idem Iaso. in. l. certum. ff. si certpeta. vbi in coluna. 1. dicit, hanc esse communem opinionem. & idem tenet Areti. in dicta. l. hæredes palàm. in

Universidad de Deusto
Biblioteca

princip.ff.de testamẽ.& Guiller. Benedict.in dicto capitul.Rainuntius.de testamen.in verb.in extremis. ad finem. At verò alij contrarium tenent, inter quos est Bart.in dicta.l.si ita scripsero. ff.de condi.& demonstra. quem doctores intelligunt in heredis institutione: & si non dubitent Bart.tantùm in legatis loqui,vt lucidè ex eorum verbis cõstat.quæ Bart.sententia communis est. vt Alex testatur in.l.ait prætor. §.si iudex.coluna.2.ff.de re iudica.& Iaso.in dicta.l.certum.coluna.1.Etsi idem Alex dicat,Bart.loqui in legatis.&quòd in institutione hæredum quæ diximus procedant,expræsim tenent Baldꝰ.& Angel.in dicta.l.asse toto.vbi dicunt, quòd si quis illum hæredem instituat, quem nominauit in schedula data prius prædicatorum,quòd hæc heredis institutio iure valet & tenet, & si hæredis nomem explicitè á testatore non sit expræssum.quibus assentit ibidem Ioa.de Imol.& idẽ tenet Bald.in dicta.l.captatorias.coluna.1.& Ioa.Imol.in dicta.l.illa institutio.coluna.6.& Paul.Castren.in dicta.l.hæredes palàm.in princip.& melius idem Paul.in dicta.l.hac consultissima. §.per nuncupationem. & in dicta.l.vbi autem. §.sed qui uinũ. ff.de verb.obligat.& in consi.93.viso dicto testamento.coluna.penulti.lib.1.& Alex.in dicto consil.176.coluna.2.lib. 5.& in consil.14.visis & cõsideratis.nu. 15.coluna.4.lib.6.& Soci.in dicta.l.si ita scripsero.& in dicto consi.142.num. 6.cum sequentib.libro.1.& in dicto cõsil.172.coluna.3.libro.2.& Mathe.de Afflict.in decisi.143.vtrum testamẽtum Martini.coluna.fi.& quidem hæc est magis cõmunis resolutio. quid quid dicat Iaso.in dicta.l.certum.& eã dicit esse magis communem opinionẽ Card.Paul.Parisi.in consi.19.consideratis.numero.12.&13.lib.3.& idem tenet Ioa.Anto.Rub. plures alios citans in consi.14.viso testamento. coluna.2. Nec Areti.omnino hanc impugnat sententiam in dicta.l.hæredes palàm.in princip.iuxta quam & quomodo constare debeat de prædicta schedula. notabiliter loquitur Paul.Parisi.in dicto consil.19.post alios in locis inibi ab eo citatis.& ad prædicta videndus etiã est Rode.Suar.in tractatu quẽ fecit de captatoria voluntate.chart.4.

¶ET ipse quidem in hac sum sententia † quæ & suaderi videtur,quia si testator scripturam illam (de qua dubitari non potest) coram testibus & notario dicat,eius esse testamentum,& præcipiat illud seruari,vt eius voluntatem &testamentum: in qua aliquem hæredem scripserit,sat est,& sine dubio,ipsũ hæredem nominasse,& implicitè oreque proprio illum declarasse.quod sufficit vt palàm docet optimus tex.in.l. quotiens. §.si quis nomem.ff.de hæredib.instit.vbi hæc verba dicit ille tex.*si quis nomem hæredis quidem non dixerit sed indubitabili signo eum demonstrauerit quod penè nihil a nomine differt.* quod etiam suadetur ex tex.in.l.nemo dubitat.ff.eodem titul.*nemo dubitat* (inquit) *rectè ita hæredem nuncupari posse: hic mihi hæres sto,cum sit coram, qui ostenditur.*

¶CONFIRMATVR & hæc sententia † quia cùm aliquid exprælsum requiritur,sufficit exprimere per relationem ad aliud. vt probat tex.in. l. penulti. C.de senten.quæ sine cert.quanti.profe.cum alijs suis similibus.& facit glo.communiter recepta in dicta.l.iubemus. C.de testamen.vbi docto. maximè Iaso.& moderni in.l.1. ff.de libe. & posthu.& Guiller.Bened.in dicto capitul.Rainuntius.de testamen.in verb. in extremis.numero.37.& alibi sæpe.& adde videndũ Greg.Lup.in.l.6.in ver. cierta sospecha.titulo.3.parti.6.

¶QVOD &probat alia glo.quam admittit communis schola docto.in.d.l.hac consultissima C.qui testament. facc.po.

¶DEMVM.&ad prædictam sententiam nouissimè considero pulchrũtex. in.l.1.titulo.11.parti.6.in verbis,*la vna es aquella manera latin testamentum nuncupatium,que quiere tanto dezir,como mandaque se haze paladinamente ante siete testigos,en que domuestra el que lo haze por palabra, o por escrito aquales establesze por sus herederos.*perpendendum enim est † quòd hæc septipartitarum lex nõ exigit testatorem proprio ore heredem nominare,sed satis esse constituit ex eius scriptura hoc cognosci nam ipsa lex loquitur per verba alternatiua,ibi, *por palabra o por escrito.*quare sufficit alteram partem esse veram.l.si hæredi plures.cum suis similibus.ff.de condit. instituti.Vnde fit,expræsse per dictam legem partitæ sancitum esse (præter alia iam dicta) testamentum nuncupatiũ valere, & si testator explicitè proprio quoque ore heredem non nominauerit & fat esse ,hoc in scriptura declarare: & sic sufficere,si testator ipse scripturam quam corã testibus demõstrauerit (in qua aliquem hæredem expræsserit) suũ esse testamentum dixerit,uel vt contingit in casu Bart.in dicta.l.si ita scripsero.& adde videndum dominum Greg. Lup.in dicta.l.6.in ver.cierta sospecha titul.3.parti.6.

¶VERVM &si dominus Didac. Couarru. † in dicto capitul. cùm tibi. numero.5.de testamen.dicat,oportere testantem vt ipsum testamentum vt nũcupatiuum valeat, ita dicere, instituo hæredem quem scripsi in schedula quę est apud Titium. hoc quippe cẽseo nõ esse necessarium ex dicta.l.parti.& ex iuribus & doctrinis supra citatis.

¶NEC huic sententiæ officit † quod legitur & notatur in clemen.appellanti.de appellationib. quod etiam traditur in alijs locis,quorum meminit Iaso. in dicta.l.certum.coluna.1.& in dicta. l.hac consultissima. §.per nuncupationem.& per modernos in capitul. consuluit.in.2.de appellat.quibus in locis habetur, quòd vbi aliquid pro forma exprimi necessum est,nõ sufficit illud explicare per relationem ad aliud. Nã responderi potest.¶Primò † nam videtur,quòd dicta.l.iubemus. C.de testamen.non requirat pro forma,quòd testator proprio ore nomem hæredis declaret.vt tenet expræsse Barba.in dicto capitul Rainuntius.de testamen.cuius Iaso.meminit in dicta.l.1.ff.de libe. & posthu.numero.17.Sed hæc solutio non est tuta.vt aduertit Iaso.in dicto loco.cùm de directo sit contra dicta.l.iubemus.vbi palàm euertitur testamentum aliter factum,ibi, *hoc testamentum stare minime patimur.* ¶Quare aliter & secũdò dici potest,quòd &si pro forma in.d.l.iubemus.sit constitutum,hæredẽ á testatore esse nominandũ,nõ tantùm ille tex.explicari potest de explicita nõminatione hæredis,sed etiã de implicita:quare cõsequens est,satis esse,testatorẽ illũ instituere heredẽ,qui in tali scriptura continetur: vel si coram testibus & tabellione ipse testator dicat, scripturam illam (in qua aliquis est hæres institutus) suum esse testamẽtum,& vt tale obseruandum: nam in his casibus in dubitabili signo hæres (vt diximus) á testatore nuncupatur,quod sufficit vt in dicta.l.quotiens. §.si quis nomẽ.ex quo tex.Iaso.in dicta.l.certum.& in dicta.l hac consultissima. §.per nuncupationem.contrariam temperat sententiã:

¶DENIQVE siquis contrariã sententiam probabiliorem esse dixerit,& non valere testamentum † nisi testator proprio ore heredem expresserit. id tamen inter filios subsistere non potest.ex tex.in dicta.l.fi. C.famil. hærciſc.cum alijs de quibus Bart.in dicta. l.fideicomissa. §.quotiens. ff. de leg.3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& docto. in authenti. quod sine. C. de testamen. & in dicto. §. ex imperfecto. & expræssè ita Alex. consuluit in consil. 176. lib. 5. Nec tunc oberit communis
265 doctorum opinio † volentium institutionem filij nutu factam non valere, quare ideó docto. dicunt, testamentum patris cuiusdam cardinalis & episcopi Perusini nullũ fuisse, ex eo quód cùm pater ipsius cardinalis laboraret vrgẽti infirmitate, esset quę semimortuus, & linguã haberet suppræsam, ei dictus cardinalis eius filius dixit, quód si illũ instituere volebat hæredem, sibi magnum stringeret: quod fecit dictus eius pater, & statim fuit mortuus: & exindé cùm fuisset controuersum super institutione dicti hęredis, eam iure euerti fuit sententia decissum. vt communis caterua doctorum dicit in dicta. l. iubemus. & ibi laso. numero. 4. plures alios citat. quod & probat optimus tex. in. l. in fraudem. §. 1. ff. de testamẽ. mil. vbi Angel. huic adhæret sententiæ. & idem constat in. l. discretis. C. qui testamẽ. fa. po. vbi Angel. & Alex. coluna. 2. idem tenent. & Paul. Castren. in dicta. l. iubemus. C. de testamentis. & in. l. & in epistola. C. de fideicomi. & moderni in capitul. cùm tibi. de testamen. Nam quidem hæc doctorum sententia prædictę nostræ sententiæ non refragatur: cùm ideó fuit inualidum testamentum præ dictum dicti patris cardinalis, quia ipse pater non erat testabilis, quia loquela carebat. ex prædictis iurib⁹. quam si haberet pater dicti cardinalis, cùm testari poterat, eius voluntatem posset declarare, & ipsum cardinalem hæredem instituere: & si illum ore proprio non nũcupasset, sed implicitè illum nominaret. quod expræsse Angel. tenet in dicta l. discretis. & idem aduertunt doctores in dicto capitul. cùm tibi. de testamen.

¶ QVIBVS sit finis huic sexto dubio huius secundæ conclusionis primæ partis huius nostræ legis, in qua me demoratum iudico.

¶ SEPTIMO principaliter iuxta dictam secundam conclusionem primæ partis huius legis, illud dubium & non intempestiuè se ingerit (quod fere in præsentia scribentes omittunt) an lex nostra quæ exigit in testamento nũcupatiuo inter extraneos seu filios confecto solennitatem dictę legis ordinamenti interuenire, hoc tantùm locum habeat, quo ad numerum testium: an verò obtineat & quo ad alia quæ continentur in dicta lege ordinamen. † & 266
ita an testes testamẽti paterni ciues oppidanos qúe loci esse, sit necessũ. quod non videtur ex verbis huius nostrę legis ibi, *qúe dispone, quantos testigos son menester*. nam dicta dictió, *que*, præcedentia restringit. l. ea tamen adiectio. ff. de leg. 3. cum alijs. quod etiam cõstare videtur ex vltimis verbis huius legis, ibi, *si no tuuiere la dicha solennidad de testigos*.

¶ SED his non obstantibus contrariũ teneo. ¶ Primó, ex hui⁹ legis verbis, ibi, *mandamos que la solennidad dela ley del ordenamento*, quæ verba non tantùm cõprehendunt numerũ testium, sed aliã solennitatem dictæ legis ordinamenti, ęquiualent qúe vniuersalibus. vt in prima constitut. C. & in. l. iura non in singulas. ff. de legib. cum similibus quorũ memor est Dec. in. l. 1. coluna. 2. ff. de regul. iur.

¶ SECVNDO hæc sententia suadetur, quia constitutio nostra recensęt dictam sanctionem ordinamentorum nullo discrimine quo ad hanc rem constituto, inter numerum testium & alias solennitates eiusdem ordinamen. legis Vndè sequitur, relationem dictæ legis ordinamen. factam ab hac lege, esse intelligendam † cum omnibus qualitatibus & alijs contentis in dicta lege ordinamen. ex tex. in. l. 1. §. fi. & ibi Bart. ff. si famil. fur. feci. dica. idem probatur in

in. l. á filio. §. testator. ff. de alim. legat. & notat Bart. in. l. 1. in princip. ff. de receptato. & alibi sæpe traditur.

¶ TERTIO huic sententiæ locus est, quia si lex nostra aliud voluisset, faciliter exprimeret, & non vteretur dictis verbis ita generalibus. ex tex. in. l. vnica. §. sin autem ad deficiẽtis. C. de cadu. tollend. & ibi notatur. & ex tex. in capitul. ad audientiam. de decim. cũ suis similibus.

¶ CETERVM & quartó hæc sententia cõfirmatur, quia si hæc lex ideó exigit solennitatem prædictæ legis ordinamenti interuenire in testamento paterno nuncupatiuo, vt falsitas euitetur: igitur dicendum est, etiam hac lege exigi testes in collas in testamento paterno, vt in alijs testamentis stabilitur in dicta. l. ordinamen. cùm sic falsitas optimè cesset, sit qúe & in hac re eadem ratio.

¶ QVINTO iam dicta constant, quia dicta verba huius legis, ibi, *que dispone, quantos testigos son menester*, sunt verba demonstratiua, nam docent de qua lege ordinamenti nostra sanctio loquatur: quam ob rem sine dubio videtur esse ipsa verba, *quãtos testigos son menester*, nequáquám restringere alia verba huius nostræ legis præcedentia nec sequentia. quod eò maximè procedit, quia hæc lex non incipit á numero testium, sed á dictis verbis præcedentib⁹, *la solennidad dela ley del ordenamiẽto*, ad quod est bonus tex. in. l. si venditor hominis. in princip. ff. de act. empt. & ibi Paul. Castrẽ. & tex. in. l. cùm pater. §. pater qui filio. ff. de leg. 2. cum alijs suis
263 concordantibus.

¶ EX quibus infertur, vt communis schola doctorum tenet † quód si venditur fundus aut terra certis confinib⁹ & emptor fundum illum seu terram dixerit esse duodecim iugerum, & quatuordecim reperiantur iugera seu com

plura alia, quód censentur vendita omnia iugera quæ in fundo siue interraad inueniuntur: quia illa verba de numero iugerum agentia, demonstrationis causa sunt posita: & ideó non debent restringere ipsam venditionem á corpore seu spetie incipientem. quod interminis consuluit Oldrad. expluribus iuribus in consil. 197. in concessione. quem refert & sequitur Ioa. And. in additionib. ad Specul. titul. de empt. & vẽdit. §. sciendum. coluna. fi. & Alberi. in. l. comprahensum. ff. de cont. empt. & Bald. in rub. C. eodem titulo. q. 22. coluna. fi. Ancha. & Abb. cæteri qúe docto. in capitul. per tuas. de donationibus. & Paul. Castren. in dicta. l. si venditor. & in. l. si seruum. §. si modus. vbi est tex. ff. de act. empt. & in. l. si duorum. ff. eodem. titulo. & Salic. in. l. 2. C. de contrahẽn. empt. & idem tenet idem Paul. Castren. in consil. 219. in causa quæ vertitur coram domino potestate. coluna. 2. lib. 2. & Alex. in additionib. ad Bart. in. l. Iulianus. §. si Titius. ff. de act. empt. & idem Alex. in consi. 44. omissis. coluna. 2. lib. 6. & in consil. 106. viso processu. eodem. lib. & in consil. 107. quânuis. eodem volumi. vbi affirmat, hanc esse communem opinionem. & idem Alex. in consil. 120. omissis. coluna. fi. lib. 2. & in consil. 127. viso processu causæ. coluna. 1. eodem lib. & in cõsi. 8. videtur fortasse. colun. 1. lib. 4. & in consil. 133. viso processu causæ. coluna. 4. lib. 1. & in consil. 82. in causa & lite. coluna. 1. lib. 7. & Corne. in consil. 59. licet videatur. colun. 2, volumi. 4. vbi ex
eo hanc sententiam confirmat † quia 269
quod gratia demonstrationis enunciatur, non quidem disponit. l. his verbis. & ibi docto. C. de testamen. mil. cum similibus. & prædictam conclusionem tenet etiam laso. in. l. 1. C. de sum. trini. in lectio. numero. 4. & in relectio. numero. 4. & idem laso. in. l. serui electione

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne. §. cúm fundus. numer. 25. ff. de leg. 1. & mihi alij moderni maximè Franc. de Rip. numero. 15. & idem Iaso. in consil. 73. aggredior. lib. 1. dicens, scribentes indiscriminatim sic tenere. & idem consuluit ipse Iaso. inconsi. 79. motiua. coluna. 1. eodem lib. vbi ait, hanc esse communem resolutionem. & idem tenet Fabian. de Môte. in tractatu de emptione & venditione. q. 6. principali. in 4. membro. numer. 20. & 21. & Soci. in l. demonstratio falsa. in princip. colun. 3. vbi probatur. ff. de condi. & demonstra. & in consi. 32. placet mihi. coluna. 1. lib. 1. Deci. in consi. 179. viso eleganti. coluna. 2. & in consil. 347. prima facie. vbi plura congerit ad horum intellectum. & Cardi. Paul. Parisi. in consi. 64 luculenter. numero. 30. cum sequêtib. lib. 1. quo in loco notanter loquitur, & hanc dicit ibi esse communem opinionem. & idem Paul. Parisi. in consil. 65. & placent. coluna. 3. eodem libr. 1. quibus & adstipulatur Ioa. Franc. de Rip. in. l. si quis in fundi vocabulo. numero. 19. ff. de leg. 1. & Soci. iuni. in consi. 43. memini. coluna. 2. lib. 2. vbi & ait, hãc esse communem sententiam. & in consil. 42. abundè. coluna. 2. lib. 2. & in consil. 54. in causa filiorum. coluna. fi. lib. i. & Hieroni. Grat. in consi. 90. omissis argumentis. coluna. 1. lib. 1. & adde videndum Anani. in consi. 98. visis. & ibi eius additionatorem. & ad prędicta facit bonus tex. in. l. cúm quidam. & quę ibi notat Cuma. ff. de leg. 2. Et in ardua põderosa qúe causa nunc ventilata in regio consilio ita quidem consului. & in dictis locis videre licet, an sit necessum emptorem prætium supplere: & quid erit quãdo venditor exorditur á numero, & non à corpore.

¶ SED vt ad rem à qua parum digressi sumus reddeamus, illud ex prædictis constat, quód cúm hęc lex incipiat à solennitate prædictæ legis ordinamenti, ut ostendat prædictam legem ordinamẽ. & ex indè agat de numero testium, minimè sanctió nostra restringi debet quo ad numerum testium. Vndè fit, prędicta verba huius legis, *quantos testigos son menester*, sententiæ nostræ non refragari. nam eis iam dicta respondent.

¶ RVRSVS nec † opinioni nostrę officit dictum verbum relatiuum, *quę*, nam relatiuum non debet intelligi restrictè, cúm ponitur in lege ad eius declarationem vt hac fit lege. & ita dicta. l. ea tamẽ adiectio. & similes leges exponendæ sunt. ex tex. in. l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. & expręsim sic Bar. tenet in. l. 1. C. de sum. trini. colun. 1. & alibi sępe traditur. quod & munitur † quia verbis declaratiuis non fit legis immutatio. vt in. l. hæredes palàm. §. siquid post. cum ibi citatis. ff. de testamẽ. Vel dici potest & secundó † dictam. l. ea tamen adiectio. & similia iura non obtinere, quando relatiuum adiungitur ad demonstrationem rei, vel spetiei seu corporis (vt dictum est) quia tunc verba antecedentia non sunt extrictè explicanda. vt palàm constat ex Oldr. & sequacibus in dictis locis. & expræsse ex Iaso. in dicta. l. 1. C. de sum. trinita. in lectura. numero. 4. & in relectio. numero. 4. ex cuius dictis aliam solutionem prædictis adinuenies. Et ita sine dubio constat, hanc legem intelligendam esse, de solennitate dictę. l. ordinamen. quæ respicit testium numerum & eorum qualitates: & sic constat, hac nostra lege requiri, in testamento nuncupatiuo inter filios extraneos qúe confecto, testes ciues interuenisse. & in propris terminis in præsentiarum sic tenent Ioa. Lup. de Pal. Rubi. numero. 6. & Didac. Castel. in verb. la ley. colu. 1. & sũ hoc teneant non prædictis rationibus. quibus & accedant quę Iaso. notat in consil. 68. viso themate. colun. 2. versi. & licet tex. lib. 1. & quæ Greg. Lup. tradit

tradit in. l. 2. in verb. su nome. per totũ. tit. 1. part. 6.

¶ OCTAVO & postremó iuxta dictam secundam conclusionem huius
273 legis illud non est pretermittendum † quarè in hac lege scripta sunt hæc verba, *y para essa entre los hijos y descendiẽtes legitimos*. & breuiter dici potest, hoc ex eo esse, quia si vtimur argumento á fortiori (quod iure locum habet. authent. multó magis. C. de sac. sanct. eccle. cũ suis vulgatis) idẽ & á fortiori erit, cúm testamentum conficitur inter filios naturales seu inter ascendentes. vt expręs se cõsiderat hic Calatay. Vel vltra eũ dici potest, ideó prædicta verba in hac lege esse posita, quia tex. in dicto. §. ex imperfecto. & iura similia non tantúm locum habent, quando filiorum fauore testamentum conficitur: sed etiam quando editur in commodum aliorum descendentium. Item quia dicta iura non procedunt, cúm filij testabãtur in ter ascendentes ad eorum qúe vtilitatem. Item quia videtur, illa iura nõ procedere, cúm aliquod testamentum efficitur ad emolumentum filiorum naturalium. quæ an ante hanc legem de iure subsistebant, singulatim sequentia indicant.

¶ ET primó assertionem prædictam
274 qua habetur † dictum. §. ex imperfecto. iura qúe similia non tantúm obtinere, cúm testamentum conficiebatur fauore filiorum, sed etiam quando fiebat ad commodum aliorum descendẽtium, veram esse constat. Tum quia, dicta iura generaliter loquuntur. Tum ex verbo, *liberos*, posito in prædictis iuribus, quod non tantúm interpretari solet de filijs, sed de alijs vlterioribus descendentibus. vt in. l. liberorũ. ff. de verb. significa. Tum ex tex. in authenti. de testamentis imperfectis. in princip. colla. 8. ibi, *sed etiam in matribus & ascendentibus vtriusque naturæ*. Tum & ex septipartitarum sanctione. l. 7. tit. 1. par. 6. ibi, *pero si el padre hiziesse testamento, en que estableciesse por herederos a los hijos, e a los nietos que descendiessen del*. & iterum ibi, *esto mismo seria quando desta manera el padre, o el aguelo partiesse lo suyo, por palabra tan solamente, entre sus hijos, e sus nietos*. quæ lex partitæ & si loquatur in nepotibus, & non in alijs descendentibus † tamen explicanda 275
est in vlterioribus alijs qúe descendentibus. ex iuribus supra citatis. & ex. l. nõ est nouum. ff. de legi. cum alijs. & quia
† nepotis appellatio compræhendit 276
pronepotem. vt legitur & notatur in. l. Gallus. §. instituens. & ibi Bart. ff. de libe. & posthiu. cum alijs de quib⁹ Alex. & moderni ibidem. idem & probatur in. l. cui eorum. §. affinitates. ff. de postulan. Tum quia, huic accedit sententiæ Soci. in. l. 2. in princip. coluna. 6. ff. de vulg. & pupil. ex rationib⁹ ibi ab eo cõgestis. & ea præcipuúm, quia leges in hac re non ita suspicantur de filijs descendentibus, sicut de alijs. quod etiam tenet Barba. in consil. 58. & quidem viso puncto. coluna. penulti. lib. 4.

¶ SED Curtio iuniori in dicto. §. ex imperfecto. numero. 16. videtur tex. ibi & consimilia iura tantúm habere locũ in illis descendentibus, qui obtinent primum gradum successionis, non verò in alijs. ex tex. & ibi glo. in dicta. l. fi. in verb. pares. C. famil. hærcisc. Et ex eo etiam, quia prædicta iura in illis casibus subsistunt, in quibus causa intestati fouet causam testati. Quod & præter eum ex eo fulciri videtur, quia cúm dicta. l. fi. C. famil. hercisc. loquatur de suis, exponenda est de habentibus primum gradum in successione † cúmhi 277
tantúm sui dicantur, qui sunt in prio ri gradu. ex tex. in. §. sui. instituta. de hæred. qualit. & differẽ. & hanc sentẽtiam Curtij prius eam tenuit Areti. in dicta. l. 2. in princip. colun. 4. ff. de vulg. & pupil.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pil.& idem tenere videtur Salic.in.l.1. C.de testamen.tutel.col.fi.

278 ¶SED nihilominus priori adhæreo sententiæ † cui non obstat.d.l.fi. C.famil.hærcisc.&si in suis loquatur. cùm tex.in dicto. §. ex imperfecto. in suis non loquitur,immó loquitur in nõ suis siquidem maternum testamentum inter filios imperfectè confectũ vires habere constituat. quod etiam stabilitur in dicta authenti. de testamen. imperfect.post princip.quia mater nõ habet in potestate suos filios.vt in. §.fæminę. institu.de adopt.cum alijs.quæ solutio est demẽte Soci.in dicta.l.2.ff.de vulg. & pupil.in princip.colun.6.¶Vel dic quód ex quo tex.in dicto. §.ex imperfecto.loquitur generaliter de omnib9 filijs & liberis,nihil refert,quód dispositio dictæ.l.fi.de suis agat.vndè fit,non pertinere ad hanc rem glo.in dicta.l.fi in verb.pares.quam pro se Cur. vbi supra allegat. Præter hoc,quód & illa glo.loquitur secundum tempora dictæ l.fi. C.famil.hærciscun.

¶DEMVM nec refragatur dicere
279 † quód causa intestati in hac re nõ fouet causæ testati,quia si credimus Franciſc.de Rip.in dicta.l.2.in princip. nu. 28.ff. de vul.& pupil.non est vera ratio dicti. §.ex imperfecto.& similium iurium,quia causa intestati nõ fouet causam testati. Verúm quia Franciſc. de Rip.decipitur saltim in hoc casu, vt infra suo loco dicemus.ideó aliter respõderi potest, quód &si causa intestati cùm liberi non obtinent primum gradum successionis non foueat causam testati: tamen ante hanc legem in ipsis liberis non poterat excogitari timor falsitatis,& ideó non est mirum,si testamentum paternum &si imperfectũ factum in fauorem quorunc̃unq́ue liberorum de iure valeat. vt palàm respondit Soci.in dicta.l.2.ff. devulg. & pup.substitu. ¶Vel præter omnes dici potest,quód in hac re vlterioribus liberis nocere non potest,quód non teneãt primam causam successionis.ex tex.in l.posthumorum.ff.de iniust. rupt. ibi, *ita ego nepotem neptem ve ex eo necesse est,mihi vel hæredem instituere:vel exhæredare:ne forte me viuo filio mortuo succedendo in locum eius,nepos neptis ve quasi agnatione rumpant testamentum*, quod & probatur in.l. Gallus. §.nunc de lege Velleya. in fine.& in. §. etiam si á parente.eiusdem legis.& ibi abundè laso.& moderni.ff.de libe.& posthu. Vndè Fulgo.in dicta.l.hac consultissima. §.per nuncupationem. C.de testamẽ. columna.fi.tenere videtur † quód filia quæ á statuto prohibetur ab intesta to patri succedere, si á patre instituatur hæres in minus solenni testamento, quód talis institutió de iure valet & tenet:quia cùm filia habeat voluntatem patris nõ vt omnino extranea & ab intestato excluſa censenda est.ex tex.in l.non putauit. §.in adoptionem. ff.de bono.posse.cont.tabul.& ita successio ab intestato non est quæ tuetur testamentum imperfectum.& Fulgo.refert & sequitur laso.in dicta.l. hac cõsultissima. §.ex imperfecto.nu.14.& Roma. tenet idem in.d.consi.179. col.6.& Guiller.Benedict.in dicto capitul.Rainutius.de testament.in verb.testamẽtum. in.1.numer.81.vbi & respondit ad glo. in dicta.l.fi. C.famil.hærciſc.in dicto. verb.pares.Ex quibus sat constat,dictũ §.ex imperfecto. & similia iura locũ habere in quibuscunq́ue liberis.

¶PRETEREA quód tex.in dicto §.ex imperfecto.& similia iura & prædicta.l.partitæ obtineant in testamento paterno inter filios confecto † non verò é contra,cùm filij testantur fauore parentum.palàm constat ex prædictis iuribus loquentibus de parentibus tantùm testantibus.& probatur etiam in dicta.l.hac consultissima. §. si quis autem

autem. C.de testamen.& expræssè hoc tenet Specul.in titulo. de instrumen. edit. §.compendiosè.col.13.versi.quid si filius.& Ioa.Fab.in.d.l.hac consultissima. §.ex imperfecto.& ibi Sali.& Laso.nu.4.in quarta limita.cum similib9 illic ab eo citatis.& idem etiam tenet Guiller.Benedict.in.d.c.Rainũtius.in d.verb.testamentũ.in.1.nu.85. & Bertrand.in cõsi.116.viso casu.co.1.lib.1.& idẽ tenet Iaſ.in authẽ.siqua mulier.nu 33.& melius nume.34. C.de sac.sanct. eccle.

¶SED contrariam opinionem tenet Curt.iunio.in.d. §.ex imperfecto. nu. 4.& prius idem tenuit Barb.in repeti.l cùm accutissimi.C.de fideicomi.char. 4.col.3.Quod tenet Cur. iuni. duobus rationibus. Et priori, quia pater & filij adequantur: & dispositum in aliquo ex correlatiuis,censetur sancitum in alio etiam in materia correctoria.vt in.l.fi. C. de indict.viduita.tollen.cum alijs. Secunda ratio Curtij est, quia materia tex.in.d. §.ex imperfecto.& similium iurium non agit de correctione,sed potius tẽperat alia iura, quo in casu secũdum communẽ resolutionẽ † iura extendi licet ex eadem ratione.vt tradũt docto.in.l.si constante.ff.solu.matri.& in alijs locis de quibus meminerunt inibi laso.nu.71.&.73.& Franciſc.de Rip. nu.78.& probatur in.cap.cùm dilecta. vbi notant docto.de confirma.vtil.vel inutil.sed hæreditas ita debetur ascendentibus sicut descendentibus.l.nam &si parentibus.ff.de inoffi.testa.(& est hodiè ad idem tex.in.l.6.in his legib9 Taurinis) & ita etiam dicit Curt.filiorum testamentum factum fauore parẽtum, intestati causam fouet: & in eo eadem inest ratio quæ in testamento paterno. Vndè dicit, consequens esse, tex.in.d. §.ex imperfecto.& simulia iura locum etiam habere,in testamentis filiorum confectis inter parentes. Et dicit Curt. quód huic suæ opinioni non obstat tex. in dicta.l.hac consultissima §.fi. C.de testamen.cùm ille tex. non loquatur in parentibus, sed in alijs succedentibus abintestato: quibus æquabiliter hæreditas non debetur,sicut parentibus.

¶VERVM his non obstantibus ipse in contraria sum sententia † quę cõ 283
munis est & probabilior ex supradictis Quę & confirmatur ex eo,quia dicta.l. hac consultissima.C.de testament. ab eius initio vsq́ue ad finem pertractat de solennitate testamẽtorum á quibuscunq́ue editorum: quod tex. in dicto. §.ex imperfecto.eiusdem legis tãtùm temperat in parentibus testantibus inter liberos,non verò illud temperat in filijs testantibus in commodum parentum. quod enim inibi sancitum esset,si tex.ille voluisset,concedere illud priuilegium testamentis filiorum, facilitèr q́ue expræsisset.vt in.d. l. vnica. §. sin autem ad deficientis.C.de cadu.tol & in dicto capitul. ad audientiam. de decim.& in capitul. inter corporalia. §.sed nec.de transla.episcop.

¶QVOD etiam suadetur, quia vt constat ex dicta. l.fi. C.famil. hærciſ. patri tantùm illa lege fuit permissum, imperfectè inter filios testari. quod textus in.d. §.ex imperfecto. exindè extendit ad maternum testamẽtum.qui tex. etiam concederet hoc priuilegium filiorum testamentis,cõfectis fauore parentum, si hoc iure receptum esset. & hoc etiam docet tex.in.d.authenti. de testamen.imperfect. in princip. & inquit hic tex. *Theodosius decreuit, non in patribus solum hoc disponens: sed etiam in matribus, & ascendentibus vtriusque naturæ.* in quibus verbis sine dubio cõstat, prædictum priuilegium non esse concessum testamentis descendentiũ, cùm eorum illic mentio non fiat: sicut fit aliorum, quibus hoc priuilegium

Universidad de Deusto
Biblioteca

tribuitur. Quibus non refragatur si di
284 xeris † quód lex extendens ius conces
sum non debet restringi. iuxta notata
in l.1. §.nunciatio.ff. de no. ope. nun
cia. & ibi latè. Iaso. numero 7. quia hoc
obtineret, quando verba legis id patiũ
tur: alias secus. vt in prædictis iuribus
contingit.

¶RVRSVS nec rationes Curtij
in contrarium excogitatæ nostræ ad
uersantur sententiæ. Et prima facil iter
euertitur, cùm iura quæ tractant de co
rrelatiuis, ad hanc rem non pertineant
285 † nam plures sunt casus, in quibus cõ
cessum fauore filiorum, parentibus de
negatur: iura non æquè agunt causam
filiorum & parentum, sed discriminа
tim. vt constat ex iuribus citatis per. Ia
so. in authẽti. nouissima. C. de inoffi. te
sta. nume. 39. cum sequentib. & sat pro
bat id tex. in l. 6. in his legib⁹ Taurinis
& tex. notabil. & si notissimus in l. non
vsquè adeo. ff. siquis á paren. fue. manu.
286 ¶Secundó dici potest † quód tunc in
correlatiuis habet locum extẽsio, cùm
eadem inest ratio, non verò si dissimi
lis sit. ex tex. in l. curatorem. & ibi do
cto. C. de interdict. matri. cum simili
bus de quibus meminit Iaso. in d. authẽ
ti. nouissima. nu. 42. quam dissimilitudi
nem palàm docent iura prædicta cita
ta à Iaso. in d. authen. nouissima. & quia
non ita consideratur suspitio falsitatis
inter descendentes, sicut in alijs. & hoc
hac in re precipuùm videtur, cùm filij
ex paterna reuerentia non ita audacter
sicut parentes falsitatẽ ipsam comitte
re existimandum videatur. ex tex. in l.
si cùm dotem. §.eo autem tempore. ff.
solu. matri. & in l. penultim. ff. de furt.
cum alijs. Sed quidem hoc non admi
tto, cùm non sit credendum, parentes
facilius fraudare testamenta filiorum,
287 quàm filij extremam voluntatem suo
rum parentum † quia nullus est me
lior amicus quàm pater. l. fi. in prin
cip. C. de cura. furio. l. iste quidem. ff.
quod met. cau. & ex communi doctо
rum sententia in l. 1. §. quæ onerandæ
ff. quar. rer. act. non det. & per moder
nos in l. interpositas. C. de transact. &
in capitul. causam matrimonij. de offi.
del ega.

¶PARVMPER tamẽ hic lector 288
optimè aduerte † nam videtur, quód
si suspitio falsitatis cesset (vt diximus)
cùm filij testantur fauore parentum,
pariter quę & causa intestati fauet te
stamentum illorum: quarè cõsequens
esse videtur, non esse dubium tex. in di
cto. §. ex imperfecto, & similia iura ob
tinere in testamentis filiorum. cùm do
ctores concludant, prædicta iura edita
esse his rationibus vel aliqua earum.
Sed his responderi posse videtur, prædi
ctas rationes nõ esse causam dictorum
iurium, nisi cùm eis fauor filiorum cõ
currat. vt scribentes aduertunt in præ
dictis locis. quim & Bald. dicit in di
cta. l. hac consultissima. columna. 2. C.
qui testament. fa. po. prædictis iuri
bus potiùs considerari vtilitatem fi
liorum, quàm euersionem falsitatis.
& hoc supra latè ostensum fuit.

¶EX QVIBVS etiam destruitur
altera Curcij ratio, siquidem inficia
mur in hac re inesse eandem rationem
respectu parentum, ex iam dictis. &
quia non inest eadem ratio, ex eo quód
causa intestati fouet testamentum fi
liorum, sicut testamentum parentum
quia (vt diximus) fauor filiorum præ
ualet, & quia non æquè legitima debe
tur parentibus, sed filijs efficatiori ra
tione debetur † quarè naturali iure
non debetur legitima parẽtibus, & si fi
lijs debeatur. vt probatur in. l. de emã
cipatis. & ibi Bald. C. de legiti. hæred.
& idem Bald. in l. ius naturale. in. 1. co
lumna. fi. ff. de iusti. & iur. cum alijs de
quibus meminit Guiller. Bened. in di
cto

c. Rainuntius. in verb. & vxorem nomi
ne Adelasiam. nume. 47. cum sequẽtib.
de testa. & ad omnia prædicta est optи
m⁹ tex. in l. scripto. §. fi. ff. vndè libe. &
faciũt notata in l. cùm ratio. ff. de bon.
damna. Præterea (vt supra diximus. nu.
279.) Ioa. de Rip. in d. l. 2. nu. 28. ff. de vul.
& pup. substitu. tenet, quód dicti. §. ex
imperfecto. & similium iurium ratio il
la nõ est, quia causa intestati fouet cau
sam testati. quod ibi ex eo probare niti
tur, quia vt ipse dicit, communis opinio
est dictum. §. ex imperfecto. etiam obti
nere, in filio naturali ab intestato non
succedente. Sed hæc ratio de iure non
subsistit, nam communior & probabi
lior sententia est, qua habetur, dictum.
§. ex imperfecto. & consimilia iura nõ
habere locum, quando parẽtes inter fi
lios naturales testantur. vt abundè sta
tim dicemus. Et de his satis quo ad hoc
290 dubium.

¶CETERVM an † tex. in d. §. ex
imperfecto. & d. l. 7. titu. 1. parti. 6. & si
milia iura locum habeant in testamen
to facto inter filios naturales. & Specul.
tenet quód sic, cùm parentes naturali
bus filijs debitam relinquerint portio
nem. ita ipse dicit in titul. de instrum.
edit. §. compendiose. columna. 13. cui
assentit Ioa. Fab. in d. §. ex imperfecto.
& ibi Alberi. & Paul. Cast. col. fi. idem
& tenet Sali. in d. l. fi. C. famil. hærisc.
co. 2. Etsi Iaso in d. §. ex imperfecto. nu.
4. testetur. Sali. in d. l. fi. cõtrariam sen
tentiam fuisse sequutum. & idem etiam
tenet Paul. Castren. in d. l. fi. etsi idem
Iaso. in d. §. ex imperfecto. prauè dicat
Paul. Cast. in d. l. fi. contrariæ sententiæ
consensisse. idem tenet Bald. in l. paren
tes. ff. de in ius vocan. prout illum alle
gat Corne. in d. §. ex imperfecto. colum
na. 2. & hæc est communis opinio se
cundum Soci. in dicta. l. 2. in princip. ff.
de vulg. & pup. col. 6. & ibi Francisc. de
Rip. numero. 28. eandem opinionem te
nuit Bald. in l. qui testamentò. §. mu
lier. ff. de testa. etsi Iaso. in d. §. ex imper
fecto. nu. 4. di cat Bald. contrarium te
nuisse. idem tenet Alex. in. l. ex fa
cto. §. si quis rogatus. co. 18. & ibi Imol.
colu. penul. ff. ad Trebel. etsi Iaso per
ẽám in d. §. ex imperfecto. nume. 4.
dicat Imol. in dicto loco tenuisse con
tra Specul. & idem etiam tenet Ioa. de
Imol. in l. filio prẽterito. col. 28. ff. de in
iust. rupt. & si Iaso. etiam in d. §. ex im
perfecto. contrarium dixisse teneat. cu
ius & non abs re miror, cùm soleat fide
liter sententias doctorum referre. eadõ
etiam opinionem tenet Roma. in d. cõ
si. 179. col. 6. & Guiller. Benedi. in d. c.
Rainuntius. in verb. testamentum. in. 1.
nu. 85. de testamen. & hanc dicit com
munem opinionẽ dominus Didac. Co
ua. super. 4. lib. decretal. c. 8. §. 3. 2. par
tis. nu. 13.

¶CONTRARIAM tamen opi
nionem † plures tenuerunt, inter quos 291
est Bald. in d. §. ex imperfecto. colum
na. fin. & ibi Angel. refert alios idem te
nuisse. eandem sententiam tenẽt in eo
dem. §. ex imperfecto. Fulgo. Alex. Ia
so. Curt. iuni. numero. 7. & idem tenuit
Bald. in. l. humanitatis. C. de natural.
libe. etsi Roma. in dicto consil. 179. co
lumna. 6. & Iaso. in dicto. §. ex imperfe
cto. nume. 4. dicant, Bald. in dicta. l. hu
manitatis. non accedisse huic sententię
cui & idem Bald. assentit in. l. fin. C. de
confir. tuto. cùm se referat ad ea quæ
ipse dixit in dicto. §. ex imperfecto. et
si etiam Roma. in dicto consil. 179. co
lumna. 6. dicat, non iustè Bal. in. d. l. fi.
contrarium tenere. eandem conclu
sionem tenet idem Bald. in. l. si qua
illustris. C. ad Tertul. vbi ait, hanc opi
nionem de rigore probabiliorem es
se. etsi ibi alleget text. pro Specul. in
d. authenti. de testa. imperfect. & dicit
Roma. in dicto consil. 179. contrariam

Universidad de Deusto
Biblioteca

placuisse Baldo in. d. l. si qua illustris. eãdē opinionē sequitur Ang. in. d. l. filio præterito. co, 1. & in. l. filiũ eum diffinimus. col. fi. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & Ioa. de Imol. sibi non constans in d. l. qui testamẽto. §. mulier. col. 2. ff. de testa. vbi hoc tenet hac præcipuúm ratione, quia nõ videtur eadē ratio militare in filijs naturalib⁹, quę militat in legitimatis & naturalib⁹: cum filij ab intestato percipiant integram parentum hæreditatē, naturales verò tantúm certas vncias etiam non extantibus legitimis. vt in authenti. licet. C. de naturalib. libe. cum suis similib. cum qua concordat. l. 8. titul. 13. parti. 6. quam opinionem alia ratione fundat idem Imol. ibi, scilicet, quia naturalis tempore dicti. §. ex imperfecto. non poterat insolidum hæres institui etiam non extantibus filijs legitimis & naturalibus: etsi id iure authenticorum sit mutatum. vt in dicta authenti. licet. C. de natu. libe. Vndē sequitur, tex. in dicto. §. ex imperfecto. non posse obtinere fauore filiorum naturalium: nam non ex eo quód noua cõstitutione authenticorum sit sancitum, parẽtes posse instituere hæredes in totum filios naturales, non extantibus filijs legitimis & naturalibus, non inquàm ex eo sequitur, filios naturales posse hæredes instituí in testamento imperfecto, quia eadem non inest ratio extendendi ad hos filios naturales. ex dicto. §. ex imperfecto. & expræsse hanc sententiam tenet Areti. in. d. l. qui testamento. §. nec furiosus. col. 3. ff. de testa. & Deci. in consi. 610. viso themate suprascripto. nu. 3. vbi refert idem tenuisse Bald. in. d. l. si qua illustris. & eandem opinionē tenet Tiraquel. in dicta. l. si vnquàm. C. de reuo. dona. in verb. susceperit liberos. num. 49. vbi huic rei breuiter respondit contra morem suum. Deniqúe & hoc dubium esse ambiguum fatetur Philip. Corne. in. d. §. ex imperfecto. & hãc vltimam opinionē dicit veriorem in punto iuris licet cõtraria sit cõmunis Couar. super. 4. lib. decretal. c. 8. §. 3. nu. 13.

¶QVID igitur iure receptum sit prædicta non indicant, sed tãtúm opinioni conflictum dõcent, libet tamē quid sentiam in hunc modum exponere.

¶ET primó aduertendum esse censeo † nam cúm mater inter filios testatur, magis communis & vera resolutio est, ante hãc legē obtinere tex. in. d. §. ex imperfecto. & similia iura, etsi testamentũ sit confectum fauore naturalium & etiã spuriorum: saltèm in eo casu, in quo ipsi filij ab intestato matri non illustri succedẽt. vt volũt docto. in prædictis locis & hãc esse cõmunē sententiam testatur Alex. in. d. §. si quis rogatus. co. 18. & idē tenent docto. in. d. §. ex imperfecto. & Albert. Brun. in suo tractatu stãtib. masculi. fœmi. non succedant. 12. articul. principali. q. 3. in col. penul. & Boeri. in d. decisio. 240. num. 19. Et hæc opinio ex eo confirmatur, † quia quo ad successionem matris non consideratur filios esse illigitimos, nisi cúm mater fuerit illustris. vt in. §. nouissimè. institu. ad Officia. & in. d. l. si qua illustris. & in. l. si suspecta. in princip. ff. de inoffi. testa. & est ad idem optimus tex. in. l. 11. titul. 13. parti. 6. & in. l. 9. harum legum Tauri. & hanc sententiam inibi suadet tex. in authenti. quib. mod. natu. effi. sui. §. quoniam verò. colla. 7. ibi, *dantes & matri secundum quod iam de his dispositum est, & naturalium tutelam agere filiorum omnia agenti quæcunque in legitimis desinenta sunt filijs.*

¶VERVM in patre † inter filios naturales testãte sẽtẽtiã illã probabiliorẽ esse diiudico, qua habetur, dicta iura nõ habere locum in testamento inter filios naturales confecto. quã dicunt esse magis communem opinionem Deci. in. d. cõsi. 610. Calat. in præsenti. & dicit Calatay. ex hac lege hãc sentẽtiã ex eo ambiguã

biguam non esse, quia hęc nostra lex de filijs legitimis loquitur, ibi, *o descendientes legitimos.* & ex hoc sequitur, non rectè dixisse Ioa. Franc. de Rip. in. d. l. 2. in princip. ff. de vulg. & pupil. substi. vbi asserit, contrariam opinionem cõmunẽ esse. & hæc sententia sat constat, quia iura prædicta loquẽtia de filijs † sunt explicanda de legitimis. ex. d. l. filiũ eum diffinimus. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. cum alijs traditis à Deci. in. l. generalitèr. §. 1. cúm autẽ. C. de institu. & substi. sub condi. fact. & Albert. Brun. in. d. eius tractatu extantib. mascul. articul. 12. q. 3. col. 2. in fine. ¶Nec huic obsistit rationi dicere, quód si ea vera est, prędicta iura loquentia de filijs ad matrẽ non sũt trahenda, cúm inter filios naturales seu spurios testãmẽtũ facit. Nã respõderi potest secũ dũ Alex. in. d. §. si quis rogat⁹. co. 18. scilicet, tex. in. d. §. ex imperfecto. & similia iura ratione naturali muniri, siquidẽ iure ipso naturali iure ciuili cõprobato, hæreditas parentũ debeatur filijs. vt in authen. de hæredib. & Falcid. §. f. colla. 1. & in. d. l. cúm ratio. ff. de bon. damna. cũ similibus. quarè cõsequens est, in prędictis iuribus filios naturales quib⁹ hæreditas materna debetur cõprehẽdi: & ita in materno testamẽto obtinere: nõ verò in paterno testamẽto. quia patris hæreditas nõ sic debetur filijs naturalib⁹ de iure ciuili, sicut materna succesio: & ideó † filijs illegitimis nõ cõceditur bonorũ possesio cõtra tabulas aduersus patris testamẽtũ. vt probatur in. l. fi. C. de natu. libe. & est glos. cõmunitor recepta in. l. 1. in princip. ff. de bon. posse. cõt. tab. cui plerique iuris interprætes adhęrẽt à Tiraq. citati in. d. l. si vnquàm. in repeti. C. de reuo. dona. in verb. susceperit liberos. num. 47. post Deci. in. l. 2. nume. 9. C. de bono. posse. cont. tabul. & Iaso. in authenti. si qua mulier. nu. 42. C. de sac. sanct. eccle. & idem notat dominus Couarru. super. 4. decretal. c. 8. §. 3. 2. partis. nu. 15. in fine. & nu. 16. & alibi sæpe traditur.

¶SECVNDO prædicta sentẽtia suadetur † quia filij illegitimi sũt infames in famia facti. vt probatur in. d. l. fi. C. de natu. libe. & expræsse sic tenet Azo. in summa. C. de infamib. & Bald. in. l. bonę fidei. col. 2. C. de iur. iuran. & idẽ traditur in alijs locis de quibus meminit Tiraquel. in tracta. de nobilitate. c. 15. nu. 14. post Guiller. Bened. in. d. c. Rainũtius. in verb. Rainuntius. nu. 27. & per docto. in. d. §. si quis rogatus. ad quod est optimus tex. in. l. 2. in princip. tit. 6. parti. 7. cuius sunt verba, *infamado es de hecho, aquel que non nasce de casamiento de recho, segun manda la santa iglesia.* & idẽ probatur in. l. 3. titul. 15. parti. 4. & in. l. fi. titul. 13. ead. parti. si ergo filius illegitimus est infamis, non quidem de eo ita præsumendũ est, sicut de legitimis: quarè suspitio falsitatis in bastardis facilius inest, quàm in legitimis. & ita cessat ratio qua dictus. §. ex imperfecto. & similia iura condita fuerunt. cessante falsitatis suspitione, quæ ex eo oritur, quód causa intestati fouet causam testati, iuncto fauore filiorũ. igitur nõ est mirũ, si dispositiones dictorũ iurium in hoc casu non obtineãt, etsi locũ habeant respectu testaméti materni, cúm tunc saltèm causa testati foueat causam intestati prẽter fauorẽ filiorũ. & prædicta ratio suadetur, quia vt dicit Chassene. in eius cathalogo gloriæ mundi. in. 15. cõsidera. 11. partis. co. 5. plerũqúe † bastardos vt sordes rudes, & indoctos mala facere. ad quod ibi citat Bald. in capit. t. §. naturales. in tit. si de feud. fue. contro. inf. domi. & agna. & satis probatur in. d. l. fi. C. de natu. libe. cum alijs de quibus moder. in. d. l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebel. & alibi sæpe.

¶DEINDE & tertió hæc sentẽtia cõstat † quia complura priuilegia sunt concessa filijs legitimis, quæ denegãtur

Universidad de Deusto
Biblioteca

naturalib⁹.vt in.d.c.1.§.naturales.ſi de feud.fuc.contro.int.domi.& agna.& fe re in toto tit. C.de natural.libe.& alibi ſæpe.quod etiam conſtitutum eſt de iu re diuino.vt habetur Gene.c.21. & diu⁹ Paul.ad Gallat.4.ad quod complura re fert Tiraq.in repeti.d.l.ſi vnquàm. C. de reuo.dona.inverb.ſuſceperit liberos. nu.45.cum ſequen.&in.d.eius tractatu de nobilitate.c.15.nu.10.cum ſequẽtib.

¶NEC noſtræ ſententiæ refragantur iura quæ pro contraria ſententia allegantur ab Specul.& ſequacib⁹. ¶Et pri
300 mó tex. † in.d.l.fi. C.de confirm.tuto. ibi dum dicit, *naturalibus liberis prouidẽtes: damus licẽciam patribus eorum, in his rebus quas quocunque modo eis dederint, vel relinquerint.* Tum quia,in illa lege illa verba non reſpiciunt ſolennitatem ſed tantúm libertatem diſpoſitionis paternæ.vt ſcilicet,parentes poſsint relinquere liberis naturalibus portionem prefinitã à legibus in teſtamento,aut in vltima voluntate,ſeu in contractu. quã legem ita inibi glo.explicat.& Bald.in d.l.fi. C.famil.hærc.col.2. Vel ſecundó reſponde eidem legi. fi. C.de cõfir. tuto.vt per Bald.in.d.l.ſi qua illuſtris. C.ad Orficia.

301 ¶NEC nobis refragatur † tex.in.l.2. C.de nat.lib.citat⁹ ab Spec.ſiquidé in ea tãtúm cõſtitutum ſit, ſtãtibus legitimis liberis,patri licere filio naturali vnã tãtúm vnciam relinquere:nec ibidé ſancitum ſit,vnciam illam parentem poſſe legare filio naturali in teſtamento imperfecto.

302 ¶PRETEREA nec † tex.in.l. humanitatis.C.de natu.libe.ab eodé Specul.allegat⁹,ſententiæ noſtræ repugnat, etſi in eo cõcedatur parẽtibus,relinquere liberis naturalib⁹ ſex vncias in eorũ teſtamentis,etiam extãtibus legitimis. vt conſtat ex verbis ipſius met legis.ibi, *liberam ſimiliter naturalibus eorum patribus poteſtatem damus*.ex quibus verbis videtur ipſis parentibus remiſſa ſolennitas teſtandi.ex tex.in.c.1.de reſcript.vbi glo. & docto. quorum meminit Iaſo.in l.1.C.de ſac.ſanct.eccle.in lectione.co. 2.nu.14.& Tiraquel.in.d. l. ſi vnquàm. in verb.reuertatur.nu.122.& idem probatur in.l.1. §.liberam teſtamenti factionem.ff.de teſta.mil. Sed prædicta.l. humanitatis.iuditio meo parum obſtat, quia ibi patri naturali ex humanitate fit conceſsio,quaré ex illa lege non poteſt inferri hac in re,ita patri naturali fauer i,ſicut legitimo. Dici poteſt & ſecũdó, quód dictum verbum, *liberam*,collocatum in.d.l.humanitatis.non minuit ſolennitatem,nec illo parentibus naturalibus permitti vncias illas in teſtaméto imperfecto corũ filijs relinquere † ná 303
dictum verbum, *liberam*, iuris ſolennitatem non remitere explicandum eſt. vt cõſtat in.l.ſi quãdo.in princip.C. de inoffi.teſta.& in authen.omnes peregrini. iũcta gloſ. C.cõmu. de ſucceſsio. quod etiã probatur in.d.l.1. C.de ſac.ſanct.eccle.& ibi glo.& eſt ad idẽ bonus tex.in d.l.1.vbi Bal.notat.col.1.ff.de teſta.mili.& in.l.Paulus reſpondit. §.patroni filius.ff.de bon.liberto. cũ alijs de quib⁹ Fel.in.c.1.nu.9.de reſcrip.& Aym.Cra. in cõſ.3.iudex habẽs.nu.7.&.18.&Greg. Lup.in.l.32.in verb.no valdra.co.6.verſ.ſed pone.titul.9.partı.6.& alibi ſæpe.& hic intellectus eo maximé in hac re obtinet,quia. d. l. humanitatis.nouiſsimé parẽtibus cõcedit,relinquere filijs naturalib⁹ illas ſex vncias:quod ante eis erat prohibitũ.quaré ſine dubio dicẽdũ eſt, dictum verbum, *liberam*, poſsitũ in.d.l. humanitatis. ita eſſe interprætandum, vt parentes non habeant licentiam iuris ſolennitate prætermiſſa, relinquere filijs naturalibus prædictas ſex vncias. vt expræſſè tenet Baldus in eadem lege humanitatis.& quæ dicunt gloſ. & docto. maximé Iaſo. in dicta. l. ſi quando. C.de inoffi.teſta.& idem Iaſo. in.l.

in.l.præſes prouintiæ.col.2. C. de tranſact.quem etiam vide in relectione.d.l. 1.nu.21.&.27. C.deſac.ſanct.eccle.pro quo eſt optimus tex.quem ibi Areti.expendit in. §.ſciendum.inſtitu.de teſta. mili.& ibi notant moderni. ¶Tertió & præteraliós conſidera, quód prædicta l.humanitatis.non tribuit parentibus liberam teſtandi facultatem:ſéd tantúm lege illa ſtabilitur,parẽtibus licere vncias illas libere filijs naturalibus relinquere.quod enim diſsimile eſt.vt ſat cõſtat ex Decio.in.c.in præſentia.col.31. verſi.non obſtat tex.in. §.illud. de probat. Poteris etiam aliàm quartam ſolutionem aſsignare ad. d. l. humanitatis. quam & expendit Bald.in.d.l.ſi qua illuſtris. C.ad Orficia.

304 ¶PROINDE nec † obeſt tex.in.l.libertinũ. C.de interdict.matri.quẽ Bal. pro contraria allegat ſententia in.d. §. ex imperfecto.cúm tex ille loquatur,in facto ratione prohibito.vt palàm Bald. conſiderat in.d.l.libertinum. & docto. in.l.generaliter. C.dé inſtitu. & ſubſtiſub condi. fact. & in. d. l. ex facto. §.ſi quis rogatus.& Deci.in.d.c.in præſentia.de probat.col.17.

¶INSVPER facilè euertitur ratio,quã Ioa.de Imol.in.d.l.filio præterito.co.28. pro contraria opinione conſiderat,ſcilicet,quód cúm tex.in.d. §. ex imperfecto.de liberis ſimpliciter tractet, de naturalib⁹ etiã intelligi debere,quatenus eis adaptari poteſt.iuxta notata in.l.tutelas.ff.de capit.diminu. ex quo infertur ſecundũ Imol.parentem poſſe in teſtamento imperfecto filio naturali portionem permiſſam relinquere. Nam qúe hæc ratio non poteſt ſubſiſtere, cúm de ipſis naturalibus,etſi non de legitimis filijs, faciliter ſuſpicari liceat: ſiquidem ſunt(vt diximus)infames, & eis iure naturali nec ciuili patris hereditas debeatur, etſi legitimis debeatur.vt probatur in iuribus notiſsimis. Preterea & non extantibus legitimis,ſeu alijs quibus legitima debetur, bona omnia quæ quis habet, iure conceditur quibus voluerit relinquere:non tamen ex hoc ſequitur, ea relinquere poſſe in teſtamento minus ſolẽni.vt in.d.l. hac conſultiſsima. per totam. C. de teſtamen. & in. dicta l.1.&.2.titul.1.parti.6. cum ſuis ſimilibus.

¶EX quibus & demúm conſtat, noſtræ non officere ſententiæ, etſi dixeris, quód ex tex.in.d.authenti.de teſta.imperfect.in princip. conſtet,iura hac in materia loquentia,naturali muniri ratione:quaré conſequens eſſe videtur † 305
naturales filiorum appellatione compræhendi.vt in.l. parentes. ff. de in ius voc.an.& notatur in.d.l. tutelas.vbi docto.ff.de capi.dimi.& idem conſtat in. l.hos accuſare. ad finem. ff. de accuſa. cum alijs de quibus mémores ſunt docto.maximé recentiores in.l.ſi is qui pro emptore.ff.de vſucap.& in.l.fin. C. de verb.ſignifi.& in.d.l.ex facto. §. ſiquis rogatus.ff.ad Trebel.& Tiraquel.in.d. tracta.de nobilitate.c.15. num. 28.quod expræſſè ad hanc rem aduertit Bald.in d.l.ſi qua illuſtris.col.2.& aliqui ex doctoribus tenentibus contrariam ſententiam.Sed reſponderi quidem poteſt.vt per Bald.in.d.l.ſi qua illuſtris.co.2.verſi.vndé ſi ſpetiale eſt.Præterea dic,tex. in.d.authenti.de teſta.imperfect.nec iura ſimilia ita naturalem cauſam conſiderare,vt filij naturales in dictis iuribus compræhendãtur. vt dicit Areti.in. d. §.nec furioſus.col.3.inſtitu.qui teſta.facc.poſſunt.

¶REMANET igitur prædicta noſtra ſententia probabilior (ſipinis ſeu cõtrarijs argumentis diruptis) qua habetur, dictum. §. ex imperfecto. & ſimilia iura non habere locum in parentibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

estantibus inter filios naturales.
¶QVAM sententiã sequentibus mo-
306 dis esse temperandam censeo.
¶ET primò † cùm naturalis pater in
suo testamẽto imperfecto aliquid relin-
querit pro alimentis filiorum naturalũ
quia ipsa alimenta eis debentur iure na
turali. l. ex hoc iure. & ibi glo. ff. de iust.
& iur. confluat quę & ad hoc ius cumle.
vt per totum. C. & ff. de alend. libe. cũ
suis notissimis & in terminis sic tenet
Boeri. in d. decisio. 240. nu. 19. quo loco
testatur sic obtinuisse in facti cõtingẽtia.
¶SANE & secundò prædictam nostrã
307 sententiam tempera † cùm filius natu
308 ralis fuerit ibi enim ter legitimatus † si-
quidem legitimatus nõ distet á filijs le
gitimis & naturalib9. vt in authẽti. quib.
mod. natural. effi. sui. §. & quoniam va-
riẽ. versi. si quis igitur. colla. 7. ibi, *nihil
dissimilis legitimis.* & in §. reliqui. ibi,
*damus habere etiã successiones illas quas
habent, hij qui ab initio legitimi sunt.* &
tex. in authẽ. quib. mod. natu. effi. legi.
§. sit igitur licentia. colla. 6. ibi, *nihil a*
309 *legitimis filijs differentes.* quæ † dictio, *ni
hil*, est vniuersalis, & vniuersè generali
ter quę debet operari. l. fi. ff. de libe. &
posthu. cum alijs quorũ meminit And.
Tiraq. in. d. l. si vnquám. C. de reuo. do
nat. in verb. susceperit liberos. nu. 70. Et
310 quia iura † quę tractant de filijs legiti
mis, sunt de legitimatis interprætãda. vt
probatur in dictis authẽticis. ad quod est
optimus tex. in. l. cùm ex oratione. ff. de
excusa. tuto. vbi immunitas (quæ est stri
cti iuris. vt in. l. 1. ff. de iur. immu.) cõcessa
ingenuis, ad eos pertinet qui per princi
pẽ sunt restituti ad iura ingenuitatis. &
in proprijs terminis quòd iura quę agũt
de filijs legitimis, explicanda sint de
legitimatis tenet. Baldus in. l. cùm
accutissimi. C. de fideicomi. co. penu. &
Alex. in consi. 2. columna. 4. lib. 1. post
Paul. Cast. in. l. sed si hac. §. patronum
autem. ff. de in ius vocan. & singulariter
Iaso. in authẽti. si qua mulier. C. de sac.
sanct. eccle. nu. 46. & in. l. cùm filio. nu.
159. ff. de leg. 1. quod etiã traditur in plu
ribus alijs locis de quibus Tiraq. memi-
nit in repeti. l. si vnquàm. C. de reuo.
donat. in verb. susceperit liberos. nu. 63.
cum sequentib. & Card. Paul. Parisi. in
consi. 1. nu. 57. lib. 2. & moder. in. c. per
venerabilem. qui fil. sint legi. post Dec.
in consi. 366. pro declaratione. nu. 5. &
alibi sæpe. ad quod est optimus tex. in. l.
4. tit. 15. parti. 4 ibi, *y los legitiman, son
dende adelante legitimos, E han todas las
honras, E los prouechos que han los hijos
que nascen de casamiento derecho.* quod
etiam probat tex. in. l. fi. eod. tit. & par.
ti. facit. l. 12. harum legum Tauri.
¶ET in proprijs terminis quòd tex. in
d. §. ex imperfecto. & similia iura † ha
beant locum in testamẽto cõfecto in-
ter filios legitimatos. tenet Bal. in. c. de
causis. de offi. del eg. col. penul. & Iaso.
in. d. §. ex imperfecto. col. 1. & ibi etiam
Curti. iuni. nu. 5. & idem Iaso. in. d. au-
thẽ. si qua mulier. nu. 47. C. de sac. sanc.
eccle. & in. d. l. si is qui proemptore. nu.
277. ff. de vsucap. & in. d. l. 2. ff. de vulg. &
pupili. in princip. nu. 20. & Curt. antiq.
in consi. 73. super memorata. colu. 17. &
Deci. in. d. cõsi. 258. in casu domini. nu.
6. Guiller. Benedi. in repet. d. c. Rainũ-
tius. de testa. in verb. testamentum. in. 1.
nu. 83. Barthol. de Chasse. in consuetu-
dinib. Burgund. char. 11. nu. 25. de fiñed 3.
rub. 3. §. 5. col. 4. & Boeri. in. d. decisio.
240. nume. 4. & idem tenet Calatay. in
præsenti. qui ex hoc dicit text. nostrum
loquentem de filijs legitimis, procede-
re etiam in filijs legitimatis.
¶VERVM contrariam sententiã con-
tra Bald. & saquaces vt probabiliorem
Deci. tenet sibi non constans in dic-
to cõsi. 610. co. 2. dicés, tex. in. d. §. ex im-
perfecto. & similia iura † nõ obtinere
inteſtamẽto cõfecto inter filios legitima
tos

tos quia dicit, quòd sicut tex. in. d. §. ex
imperfecto. non habet locũ in testamen
to facto per patrẽ inter filios naturales,
quòd eodem modo non licet illum tex.
ad testamẽtum inter filios legitimatos
extendere. & quia ratio quare text. ille
& similia iura non extenduntur ad te-
stamentum conditum inter filios natu-
rales, illa est, quia verbum, *filius*, de quo
dicta iura loquntur, est intelligendum
de filio legitimo & naturali procreato
ex iustis nuptijs. vt in. d. l. filium eum dif
finimus. ff. de his qui sunt sui vel alie.
iur. nec de filio legitimato explicãdum
est, qui non est filius. quæ ratio parui põ
deris est, quia (vt dixi) iura quæ de legi
timis agunt, sunt exponenda etiam de
legitimatis: & legitimati non distant á
legitimis. vt prædicta iura volunt.
¶PRETEREA & Deci. contra
Bald. suam suadet sententiam, quia ver
ba verè sunt intelligenda, & ita de veris
legitimis & naturalibus, non qúe de fi-
cte legitimis. vt videtur legitimati. l. fin.
C. de his qui veni. ætat. impetra. cum
alijs quæ Deci. citat in dicto consilio.
313 Sed nec hæc ratio Decij mihi placet
Tum quia † legitimatus verè legitimus
est. vt probatur in. d. authenti. quibus
mod. natu. effi. legi. per totum. colla. 6.
& in. l. 2. C. de iur. areo anu. & in. l. im-
perialis. §. ita qúe. C. de nupt. ibi, *nam
omni macula penitus direpta.* & ibi notant
doctores. & expræsse ita Bart. tenet in
d. l. si is qui proemptore. col. 1. ff. de vsu
cap. & alij citati á Iaso in. d. §. ex imper
fecto. nu. 2. cum similibus quorum idem
Deci. meminit in consi. 366. pro decla-
ratione. nu. 2. cum sequentib. quib9 plu
ra recensẽt, quæ contrariam sẽtẽtiam
lucidè euertunt. & etiam idem Deci. in
consi. 399. conclusio. nume. 5. & in alijs
suis consilijs. & plenius And. Tiraquel.
in dicta. l. si vnquã. in verb susceperit li
beros. nu. 76. quod optimè probat tex. in
d. l. 4. & fi titul. 15. parti. 4. tex. in. d. l. 12.
harum legum Tauri. Etsi non desint
qui dicant, legitimatum iure non esse le
gitimum. quorum idem Tiraquel. me-
mor est in dicto verb. susceperit liberos
nume. 79. Tum etiam, quia etsi legiti-
matus fictè esset legitimus, veniret tamẽ
appellatione legitimi, cùm hæc inter-
prætatio sit passiua † quæ & locum ha 314
bet in materia stricta. vt legitur & nota
tur in. l. 1. §. lex Falcidia. ff. ad. l. Fal. & ibi
moder. & in. l. Gall9. §. & quid si tãtùm.
ff. de libe. & posthu. & latè tradit Deci.
in cõsi. 258. co. 2. Tũ quia, si legitimat9 re
putaretur legitim9, succedit alia optima
iuris cõclusio † quòd si adæquãtur mo 315
dore gulæ casus ver9 & fictus: vt cõtingit
in dictis authẽticis. quòd tũc, dispositũ in
casu vero, locũ habet in ficto. c. ad audiẽ
tiá. vbi doct. de cleri. nõ residẽ. & tradi
tur in. d. l. Gallus. §. & quid si tãtùm. &
expræsse ad hanc rem videdus est Curt.
iuni. in consi. 157. circa. nu. 12.
¶PROINDE & Deci. eius sẽtẽtiá fir
mat contra Bald. ex eo, quia non sunt
consideranda, quæ iure spetiali sunt cõ
stituta. l. ergo. §. 1. vbi Bart. ff. de fid. co-
mi. liber. Quæ ratio & mihi debilis est
cùm iura ita legitimationem expendũt
vt legitimati á legitimis in aliquo non
sint dissimiles: adeó quòd sub verbo le
gitimus comprehendatur legitimat9, vt
dictum est.
¶EX quibus diruitur ratio á Decio in
dicto consilio excogitata pro sua sen tẽ-
tia. ex. l. sed si accepto. ff. de iur. fisci. cũ
similibus á Decio citatis. qua censet † 316
alium esse legitimum, alium legitima-
tum. ad quod Iaso. cõplura refert in. d. l.
si is qui proemptore. nu. 259. Et similiter
ex his etiã euellũtur aliæ rationes quas
Deciin eo. cõsilio prosua adducit sẽtẽtia
& precipuùm illa quã mihi recẽset, scili
cet † quòd cõsiderato cõmuni vsu lo- 317
quẽdi legitimat9 nõ nominatur legiti-
m9. quod & ab eodẽ Decio abũdè & re-
ctè enodatur in cõsi. 366. nu. 8. & in e õsi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

253.nume.6.cum sequentib.

318 ¶ET præter prædicta & contra Baldi sententiam Calatay.in præsenti nostrũ expendit tex.cùm † loquatur de desce dẽtibus legitimis, quasi hæc lex in legitimatis velit dictũ. §. ex imperfecto. & iura similia non habere locum. Sed idẽ Calata. nostræ legi respondit ex his quę dicit glo.notissima in.l.tale pactum. §. fi.ff.de pac.pro quà est tex.in.l.Titio. §. Lutius.ff.de libe.& posthu. Dici etiam potest secũdũ Cala. hãc legẽ loqui de

319 legitimis causa frequentioris vsus † & ex hoc dicit,argui non licere contra legitimatos ex verbis huius legis. ex glos. notabili etsi vulgata in. l. 1. C. de rapt. virgi.in verb.sponsam.cum suis similibus. Vel tertiò & præter eum dic, quód ideó hæc lex tractat de legitimis,quia à fortiori eius sanctio obtinebit in legitimatis:prout desuper in naturalibus dictũ est. Ex quibus constat Baldi sententiam prævalere.

¶VERVM & Deci.in.d.cõsi.610.fir

320 mat † quód etsi tex.in.d. §.ex imperfecto.& alia iura similia obtinerẽt fauore filiorũ legitimatorũ, quód tamẽ nõ haberent locũ, cùm filius legitimatus est absqúe præiuditio venientium ab intestato. Vel si legitimatio fieret de filio nato ex muliere cum qua matrimoniũ esse non poterat,quia in his casibus dicit, quód potiùs esset dispensatio, quàm legitimatio. Quinimmó & Lauren. Silua. in consi. 45.prætermisso.nume.23. (etsi

321 Decium non alleget) tenet † dictum. §.ex imperfecto.& similia iura non habere locũ in filijs dispensatis. quod ibi ait esse de mente modernorũ, nihil ibi allegans pro hac sua opinione. Cuius dictum suadetur †

322 quia dispẽsatio est stricti iuris:& ideó non extendenda.c.1. de fil.præsbite.lib.6.vbi notatur. & in. c.2. eod.tit. lib.6.ad quod est optimꝰ text.in l.cùm propter.& ibi Bart.ff.de leg. præstan. & est ad idem glos.in.c.ordinarij.

de offi.ordi.lib.6.in verb.dispẽsationes. & idem probatur in.l.4.titu.15.parti.4.

323 ex quibus constat † magnum esse discrimen inter legitimatum & dispensatum. & in terminis ita tenet Paul. Castren.in.d.l.sed si hac. §.patronum autem.ff.de in ius vocan. quem ibi sequitur Iaso.colu.2.& in.l. qui quám. §.prætor ait.col.fi.ff.eod.tit.cum alijs de quibus Deci.& moderni in.l.pactum quod dotali. C.de collat.nu.15.& Alb.Brun. in tracta.extantib.mascul.in. 12. artic. q.4.in limita.4.& moderni in.c.per venerabilem.qui filij sint legi.

¶POST hæc autẽ, ipse hac in re hos 324 casus cõsidero. ¶Aut enim quis † legitimatur vt parenti succedat ex testamẽto: seu respectu successionis ad aliquẽ casum,quo ad personam tamen est plenè legitimatus, & in hoc casu dico doctrinam Bald.in.d.c. de causis. de offi. deleg.sine dubio procedere: siquidẽ & si legitimatio sit restricta respectu successionis,quo ad personam tamen integrè legitimatus est.quod suadẽt ea quæ Bart.& doctores dicunt in.l.is potest.ff. de acqui. hæreditati. & in terminis ita Deci.tenet in.d.l.pactum quod dotali. post nume.15. C.de collat. post Soci. in consi.246.eleganter.col.2.nu.3.lib.2.& idem Deci.in.d.consil. 264. reuocatur. col.3.& in.d. consil.258. colu. penul.& Curti.antiqui.in.d.consi.73.col.17.ver si.secundó respondemus. Carolus Rui. in consi.86.attenta legitimatione.co.2. lib.3.Paul.Parisi.in cõsi.7.de potestate. nume.45.& nu. 17. cum sequentib. lib. 2.& Ludoui.Goza.in consi.6. prima facie.nu. 66.& alibi sæpe traditur. ¶Aut

325 patri tantùm facultas conceditur † vt filio illegitimo relinquere possit aliquam portionem non iure debitam: nó verò filius legitimatur. & tunc teneo. d. §.ex imperfecto. & similia iura non habere locum : & parentem non posse legare tali filio dictam portionem in re

stamento imperfecto: siquidem in hoc casu non sit filius legitimatus. & probabilior verior &magis communis opinio sit(vt dictum est) prædicta iura non obtinere,cùm pater testatur inter filios naturales.quod etiam suadetur ex traditis per Dec.in.d.l.pactum quod dotali. C. de collationib.nu.15.in fine.

326 ¶VNDE sequitur † quo ad offitia & alia similia talem filium legitimum factum fuisse,non verò adsuccedendum, quo ad alia legitimatum nequâquám censeri:nec in hoc casu etiam ante hãc legem patrem posse relinquere ipsi filio in testamento imperfecto portionẽ aliquam.ex his quæ supra nume.320.cũ sequentibus congessimus. ¶Denique

327 aut filius legitimatus est † quo ad hoc vt pater illi relinquere possit aliquid in eius testamento,& tunc dico, ante hãc legem patrem posse relinquere illi filio in testamento imperfecto, quod voluerit.& in hoc casu procedere tex.in. d. §.ex imperfecto.& similia iura. quid quid Deci. scribat in. d. consil. 610.& Boeri.in.d.decisio.240.nu.14.versi.sed in casu suo erat legitimatio. ¶Nec huic nostræ sententiæ officit doctrina Paul.Castren.in.d.l.sed si hac. §.patronum aurem.ff.de in ius vocan.siquidem Paul.Castren.tunc loquatur,cùm ad rẽ de qua agitur legitimatio non est facta. vt idem Paul. Castren. palàm aduertit in consi.30.super puncto isto subtiliter col.3.lib.1.cui assentit Deci.in.d.consi.

328 52.col.fi.ex hoc dicens † quód aut casus ad quem quis reperitur legitimatus occurrit,& quo ad hunc casum reputãdus est vt verè legitimus. argumento. l. quæ de tota.ff. de rei vendica.aut ad occurentem casum legitimatus non est,& tunc consideranda est ipsa legitimatio cuius consilij idem Deci. meminit in. d. l.pactum quod dotali.num.15. C. de colla.quod etiam placet & eidẽ Decio in.d.consi.264.col.fi. & Goza. in consi. 6.nume.76.versi.octaua conclusio.vide tamen Paul.Parisi.in.d.consil.7.col.4. lib.2. Quæ omnia menti affigite, vt accuratè discussa.

¶QVIBVS absoluimus dictam secũdam conclusionem primæ partis, & ad tertiam ipsius partis accedimus.

¶QVE tertia conclusio hæc est.

IN TESTAMENTO NVNcupatiuo inter filios seu inter extraneos confecto nõ tantùm necessum est interuenire testium numerum expressum in dicta lege ordinamenti,sed & requiritur eos esse ciues oppidanos qúe.

IVXTA quam tertiam conclusionem sequentia dubia suboriuntur.

¶PRIMVM nunquid ante prædictam sanctionem ordinamenti,hac nostrà lege cõprobatam † erat necessum 329 testes testamenti nuncupatiui esse ciues seu vicinos. quod ante non requiri non est dubium. ex text.in.d.l.1.& 2. titul.1.parti.6.& in.l. ad testium. in princip.ff. de testa. & in. l. cùm antiquitas. & in.l.fi. C.eod.titul.& in.l.in donationibus. C.de donationib. Nec obest † 330 text.in.d.l. hac consultissima. in princip. C.de testa.ibi,*testibus septem numeraciuibus Romanis*.& tex.in. §.1.eod.tit. qui eisdem vtitur verbis. quia prædicta verba non summuntur pro ciuibus ciuitatis Romanę: sed pro liberis hominibus.vt exponit glo.vtrobiqúe, cui communis doctorum schola assentit, & rectè † nam aliàs sequeretur, testes testa- 331 mentorum requiri esse ciues Romæ quocunque in loco testamentum conficiatur. quod esset absurdũ & ferè impossibile. pro qua interprætatione glosarum & doctorum est tex. iuncta glo. in. §.fi.in verb.Romani.institu.de liberti. & tex.in.l.1. C.si mancip.ita fue.alie.& cõsimilem expositionem admittit glo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in princip. institu. de nupt. & probatur in. l. 2. in fine. C. de liberti. & eor. libe. etsi aliter interpretarentur verba hæc ciuibus Romanis in. §. 1. institu. de pat. potesta. scilicet, pro eis qui de Romano sunt imperio. vt inibi glo. dicit. vndé &
332 † beatus Paulus se nuncupauit ciué Romanorum, quia eius pater cum Romanis ciuilitatem contraxerat. c. si in adiutorium. 10. distin. & ibi glo. & docto res & sæpe alibi traditur. ¶ Verúm ho die lex nostra & dicta lex ordinamẽ. testes ciues exigit prout in simili probatur in authenti. de hæredib. & Falcid. §. si veró absunt. colla. 1. & notat Paul. Castren. in authenti. sed cúm testator. C. ad. l. Falcid. colu. 1. in princip. & doctores in. l. fi. in princip. C. de iur. delibe.

¶ DEINDE & secundó & nõ ab requerendum est, quæ sit ratio, quare dicta lege ordinamen. & nostra sanctio ne testes ciues exigantur. quod ab alijs prætermissum est. & breuiter videtur il
333 lam esse rationem † vt testes ignoti nõ sint, sed ita noti, vt facilimè adinueniri possint, cùm illis opus fuerit ad probationem. quam rationem suadet text. in authenti. de testibus. §. si veró ignoti. colla. 7. & tex. in authenti. de instrumẽ. caut. & fid. §. oportet. colla. 6. ibi, *maxime autem testes non ignotos*. & tex. in. l. fi. §. sin autem dubius. C. de iur. delibe. cui similis est tex. in. l. 5. tit. 6. parti. 6.

¶ VERVM prædicta ratio esset ve-
334 ra, exindé sequeretur † quód vicinus seu ciuis loci in quo testamentum conficitur, quem testator forensis seu ipsius loci oppidanus, tabellio vé notum non habet (quod plerunqúe euenire potest) testis esse non poterit in testamento nũ cupatiuo: vel quando in populo aliquis oth eius ciuis notus non sit (quod in populis splendidissimis cõtingere potest) testis esse nõ possit: item & sequeretur, quód oppidanus seu ciuis qui recesit à populo in quo testamentum cõfectum est, & adinueniri non potest, testis testamenti nuncupatiui esse non poterit: de indé & exindé esset, veràm esse eorum
335 sententiam, qui dicunt † testes etiã nõ ciues seu oppidanos testamento nuncupatiuo inscribi posse, si in oppido in quo testamentum factum est, ipsi testes valdé sint noti, & assiduè in ipso oppido ad sunt. arguendo á ratione cessante. quod licet. vt in. c. cúm cessante. de appellat. cum suis similibus. Hec tamen omnia iure nõ obtinent, & clarissimè aduersan tur verbis generalitèr positis in hac lege, & in dicta lege ordinamentorum: siquidem ciuem non notum á testatore, seu á tabellione, seu in populo ignotum compræhendant, possit qúe & is esse testis in testamento nuncupatiuo, qui ci uis est, & à populo post testamentum re cesit, & inueniri non potest.

¶ PRETEREA & falsa est eorum sententia, quam complures amplectun tur, qua dicunt, quem etsi non ciuem, vi cinum qúe testem in testamento nuncu patiuo inscribi posse: si in populo in quo testamentum conficitur sit, valdè notus assiduè qúe ibidem cõuersetur. quod & iudicatum vidi. & ex eo maximè, quia sat est solennitatem per æquipolens adim pleri. l. si mater. C. de institu. & substitu. cum suis similibus. Et posset confirmari ex traditis per Soci. in. l. 1. ff. de libe. & posthu. vbi pulchré loquitur in hac materia. Item & ex glo. in. c. statutũ
336 §. cúm veró. de rescript. lib. 6. ex qua ibi Dominic. col. penul. notat † statutum de ciue mentionem faciens, cõpræhendere habentem inibi simplex domicilium: etsi nõ sit ciuis, quia mens & ratio iuris pertinet ad hunc casum. cuius me minit Areti. in consi. 77. & ratio scriben di. col. 1. & Alex. in consi. 16. in causa & lite. col. 4. lib. 5. vbi & refert ad idé Ancha. in. c. 1. de constitu. q. 14. versi. sed po ne quód aliquis est factus ciuis. & vide etiam Dominic. in capitul. fundamenta.

ta. §. fi. de elect. lib. 6.

337 ¶ SED ipse quidé in cõtraria sum sen tetia † & cõstanter teneo, nõ sufficere testes omnibus esse notos, nisi & illi ipsi9 loci ciues fuerint. Tũ ex hac lege, & ex prædicta lege ordinamẽti, quibus ex præsim deciditur, opus esse testes ciues in testamẽtis interuenire. Tum quia, si aliud hæc leges voluissent, falciter expræsissent. c. ad audientiam. de decim.
338 l. 1. §. sin autem ad deficientis. C. de ca du. tollen. cum alijs. Tum & quia † quando lex ad actum requirit personã habentem aliquam qualitatem, non quidem sufficiet adesse in illo actu per sonam carentẽ ipsa qualitate. l. non ignorat. C. qui accusa. non po. & in. l. 1. §. prætor ait. vbi Bart. ff. ne quid in flumi. publi. & probat bonus text. in. l. prætor. §. docere. ff. vi bono. rapto. & palàm Angel. notat in. l. 2. §. diem. ff. quẽ admod. testa. aperi. & Mathe. de Afflict. alios citans in constitutionib. Neapol. lib. 1. rub. 12. nume. 23. & Deci. in consi. 105. & protenui. colu. 3. vbi loquitur in statuto quod sponitur, aliquid probari posse quinqúe testibus aliquã qualitatem habentibus. Tum quia, de forma substantiali est, quòd testes testamẽti nuncupatiui ciues esse debeãt: & ideó
339 hac lege irritatur testamentum aliter confectum † ex quo dignoscitur hanc solennitatem esse de forma substantiali. vt traditur in dicta. l. 1. ff. de libe. & posthu. cum alijs ibi á Iaso. citatis. numero. 8. & in clemen. 1. de iur. patro. notat Angel. in. l. 1. §. si quis nomem. ff. de hæred. insti. & docto. in dicta l. hac consultissima. in princip. C. de testa. & in. l. non dubium. C. de legib. & in dicta. l. hac consultissima. C. qui testam. face. po. & in capitul. cúm dilecta. de rescript. & insignè Iaso. in consil. 97. in præsenti testamento. col. 3. lib. 4. ex quo ibidem consuluit, quód si de solennita te statuti sit, quód sacerdos & vnus testis interueniant, qui profiteantur cognoscere testatorem, aliás quód testamẽtum non valeat: quód id erit de forma substantiali, maximè cúm tale statutũ nouè illud induxerit contra ius commune † sed quando solennitas est sub 340
stantialis, non sufficit illam per æquipollens adimpleri. vt probat textus & ibi notat Areti. in. l. singulos. ff. de testamen. & idem constat in. l. qui per salutem. ff. de iur. iuran. & ibi docto. & cõmuniter etiam scribentes in dicta. l. 1. ff. de libe. & posthu. præcipuùm Iaso. nume. 18. & in dicto consil. 97. col. 3. lib. 4. & moderni. in. d. c. cúm dilecta. de rescript. Tũ etiã, quia æquipollere non videtur, testes ciues esse, vel plerunqúe in ciuitate oppido qúe adesse. Tũ & quia
341 † sola conuersatio quem ciuem nõ efficit. vt cõstatin. l. 2. C. vbi sena. vel clari. & ex Cino & doctoribus ibidé. & traditur in. c. ex parte. de for. cõpeten. & in l. ciues. C. de incol. lib. 10. & Angel. in consi. 27. pro decisione. col. 1. cum suis similibus.

¶ EX QVIBVS & sit, non rectè te-
342 nere, qui dicunt † hodié ex hac lege nõ requiri testes esse ciues in testamentis nuncupatiuis. Ex eo eorum suadentes opinionem, quód etsi tex. hic recenseat prædictam legem ordinamen. est tantúm quo ad numerum testium: at non quo ad testium qualitatem requisitam per dictam legem ordinamen. Nã vt supra nu. 266. fundauimus cum sequẽtib. hæc sententia de iure improbatur. Et præter ibi allegata quo ad hanc rem suadetur, quia negari non potest dicta lege ordinamẽ. testes vicinos exigi. ex his quæ supra congesta fuere. siquidem ei9 forma substãtialis sit, & illa prætermissa hac lege testamẽtum irriteretur. & ita constat ex supra dictis, in equipollenti adimpleri non posse. & quia sepiùs in dicta. l. ordinamen. fit mentio de testibus

vici

Universidad de Deusto
Biblioteca

vicinis: & nō ex alio, nisi quia dicta cōstitutio ordinamē. sancit, eos necesse in scribi in testamēto. ex. l. balista. cū sua materia. ff. ad Treb. & quia † cum lex 343
requirit certū genus testiū, nō satis erit, quód veritas negocij alijs testibus probetur. vt singulariter consuluit Deci. in cōs. 94. in casu ad me. co. 2. & 3. nec suffi
ciet vt legis forma prætermitatur, quód iustissima adsit causa. vt tenet Dec. post Bald. ab eo citatum ibi in consi. 366. stā
te statuto. num. 14. Præterea & quia, ex quo dicta. l. ordina. loquitur per verbū debet, eius cōstitutio inducit præcissam necessitatē. vt traditur in. l. 3. §. 1. ff. ad exhiben. & in. c. oblatæ. de appella. & est glos. in clem. attēdentes. in verb. de
beāt. de stat. monacho. & alibi sæpe tra
ditur. Proindè & quia lex nostra facta est ad declarationē dictæ legis ordina. quarè si aliud esset, hæc lex id nō relin
queret indecisum, sed dubiū hoc succi deret, & legē interprætatā in hoc dubiā nequáquám relinqueret. ¶ Cęterum & prædicta cōfirmātur, quia hac lege non corrigitur prædicta lex ordina. sed po
tiús dicta lex obseruari præcipitur: & ideó nō est cēsendū, prædictā legē ordi naméti hac lege esse abrogatā quo ad di ctā qualitatē testiū. ex. l. sancim⁹. C. de testa. & in. l. præcipim⁹. C. de appel. cū alijs. & quia posteriores leges trahendę sunt ad priores. l. sed & posteriores. ff. de legib. cū suis similib⁹. ¶ Rursus sanctio nostra expræsse prædictā impugnat sen tētiā, & ex quo refert prædictā legē ordi na. cēsendū est, eam retulisse cūomnib⁹ qualitatib⁹ positis in eadē lege ordina. vt in. l. á filio. §. Titia. ff. de ali. & cibá. leg. cū alijs quæ supra nu. 267. citata sūt & á Decio in cōs. 647. requisitus. colu. 1. vbi Deci. refert Bald. in loco de quo ibi dicentem, quód quidquid exprimitur in termino ad quem fit relatio, esse sal tém expræssum implicitè in termino referente. l. adeó. §. cúm quis. ff. de ac-

qui. re. domi. l. asse toto. ff. de hæred. in
stituen. ¶ Demúm & in terminis pro
prijs sic tenet Pet. Auenda. in eius res ponsis. in. 14. responsū. ¶ Vndè sequi
tur, qualitatem expræssam in dicta le ge ordinamen. quà disponitur, testes op pidanos exigi, sat hac lege contineri: & sic sunt explicanda verba huius legis de testibus ciuibus, ibi dum dicit hæc nos tra constitutio, *mandamos que la solenni dad de la ley del ordenamiento del señor rey don Alonso, que dispone, quantos testigos son menester.* cúm omnem solennitatem dictæ legis referat. ¶ Præterea & cúm lex nostra edita sit ad interprętationē dictæ legis ordinamenti, consequens est, non esse dicendum, hanc legem de ueniisse ad correctionem dictæ legis or dinamē. cúm † hæc natura declaratio 344
nis sit, vt nunquàm declaratū mutasse censeatur. l. hæredes palám. §. si quid post. cum ibi citatis per Are. ff. de testa. tex. ad idem in proœmio lib. 6. decretal. §. sacro sanctę. vbi notat Hpilip. Franc. col. 1. versi. vltimó nota. quod & suade tur, quia quando lex constituitur ad de claronem alterius legis, eam licet ex tendere omninó ad casus legis veteris. vt notatur in. l. siquis seruo. vbi Bald. col. fi. apud finem. C. de furt. cum alijs. Verúm & proprius ad hanc rem dici so 345
let † legem interprætantem esse expli candam in terminis legis interprætatę: & etiam esse exponendam secundum li mitationes & qualitates ipsius legis in terprætatæ. vt est tex. in authenti. de fil. nat. ante dota. instru. versic. tertia verò. coll. 3. ibi, *oportere ea quæ adiecta sunt per interpretationem, in illis valere, in quibus ex interpretatis legibus sit locus.* ad quod etiam est tex. in. l. nihil. ff. de coniung. cum emancipa. libe. & notatur in c. is qui & ibi glo. de elect. lib. 6. cui ibi dem assentit Philip. Franc. & est bona glo. in capitul. si cui. eod. tit. & ibidem Dominic. columna. fin. sunt & aliæ cō
cordá

cordantię de quibus Feli. in. c. fin. nu. 4. cū sequentib. de constitutionibus. & ita lex nostra quæ explicat dictam legem ordina. dicendum est, in illis casibus ob tinere, quibus & dicta lex ordina. quæ hac lege exponitur: quarè consequens est, etiam hodiè exigi testes oppidanos in testamento nuncupatiuo. & expræsse sic tenet dominus Greg. Lup. in. l. 1. tit. 1. parti. 6.

¶ CONSTAT igitur ex prædic
tis, non esse veram rationem supra excō gitatam huic legi, & dictæ ordina. legi. quarè aliam pēsitare existimaui, quę est, 346
quia testes vicini facilius † agnoscunt testatorem, & ea quæ in testamētis scri buntur, quàm forenses & alienigenæ. argumen. text. in. l. si vicinis. C. de nup. & in. l. dominus horreorum. in princip. ff. loca. & in. c. quantó. in. 2. & ibi docto. de præsumpt. & in. l. 2. C. quand. fisc. vel priua. cum alijs quæ in spetie citat Angel. in authen. de hæredib. & Falcid. §. huic nobis. colla. 1. & quæ singularī ter Bald. scribit. in. d. l. fi. §. 1. C. de iur. delibe. col. 5. versi. & nota quód vicini præsumuntur cognoscere & scire res vi cini. l. 1. §. 1. ff. de fluminib. quod etiam notat idem Bald. in. l. conuenticulam. C. de episcop. & cleri. cum similibus quorum meminit Mathe. de Afflict. in constitu. Neapol. lib. 1. rub. 27. nume. 28. & moderni in. c. quoscdā. de præsumpt. & in. l. 1. ff. si cert. peta. & palám Iaso. post Bald. in. d. l. fi. in princip. nume. 5. C. de iur. delibe. & hanc rationem spe tialitér fouet tex. in. l. 3. in princip. titu. 26. parti. 2. ibi, *de los que y moran, de que son siempre mas sabidores, los de aquel lu gar, que los otros que vienen de fuera.* est etiam ad idem optimus tex. in. l. 2. titul. 19. parti. 3. ibi, *E demas dezimos, que deuē ser vezinos de aquellos lugares, onde fue ren escribanos, porque conozcan mejor los hombres entre quien fizieren las cartas.* & idem probatur in. l. 1. titul. 18. lib. 2. ordina. quibus & accedat. l. 46. in legi bus styli. Nec oberit si dixeris, hanc ra tionem non esse generalem, cúm & pos sit accidere, quód ciuis vel forensis in lo co testetur, in quo ciues testes illum nō agnoscant nec eius bona. nam frequen tius contrarium contingit: quod in hac spetie considerandum est. vt in. l. nam ad ea. ff. de legib. cum alijs. & hoc clarè probant verba dictarum legum partitæ.

¶ ED obiter hic occurrit dubium † 347
an testes testamentorum debeant cog noscere testatorem, & an testes esse pos sint, etsi sint ciues loci in quo testamen tum conficitur, si testatorem non agnos cant. Quod non videtur, arguendo á ra tione prædicta cessante. quod probari videtur in. l. penul. ff. de testa. vbi dispo nitur, testes testamentorum in eorum subscriptionibus necessum esse dicere á quo testamentum confectum est. quod nō videtur posse fieri, si testes ipsum nō cognoscant testatorem. Rursus & in pro prijs terminis plerisque rationibus sic consuluit Signo. de Homod. in consil. 149. testamentum. columna. 2. ex tex. in dicta. l. hac consultissima. §. per nuncu pationem. C. de testa. & in. l. si non spe ciali. C. eod. titu. idem & tenet Mōtal. in. l. 1. in verb. por buenas testimonias. titul. 5. lib. 3. for. leg. vbi dicit, esse neces sum, testamētorum testes agnoscere te stratorem. & Iaso. in consi. 97. in præsen ti testamento. columna. 1. lib. 4. quo in loco in materia quādā disserit quæstio nem annotatu dignam.

¶ CONTRARIAM tamē opinio 348
nē ipse teneo, & dico iure optimo † nō esse opus testes testamētorū cognoscere testatorem: sed sat esse, testes ciues esse, & cúm mihi casus accidisset pōderabā ad hoc tex. in authen. omnes peregrini. C. cōmu. de succesio. vbi probatur, pe regrinos & á testibus ignotos testamen
tum

Universidad de Deusto
Biblioteca

-tum conficere posse, & in eorum testamentis testes ipsum testatorem non agnoscentes inscribi posse. & inibi Bald. & docto. palám text. illum ad hoc notát & dictæ authenticæ con similis est tex. in. l. 30. titul. 1. parti. 6. & in. l. 2. titul. 2. lib. 5. ordina. & in. l. 2. titul. 9. lib. 1. ordi. & in. l. 2. titul. 24. lib. 4. for. leg. Sed quidem hæc iura non videtur hanc suadere sententiam: cúm dici posit, confecta fuisse peregrinorum fauore: & ita in contrarium videtur esse ius commune. l. ius singulere. ff. de legib. cum alijs. & ideó ipse censeo, hanc sententiam præcipuúm ex alio probari, scilicet

349 † quia cúm testes in instrumento inscribuntur de iure non quidem exigitur, contrahęntes seu disponentes cognoscere. vt legitur & notatur in dicta. l. fin. §. sin autem dubius. vbi glos. in verb. cognoscat. C. de iur. delibe. & in alijs locis ibi citatis ab Alex. & Iaso. columna penul. & tenet Bald. post Nicol. de Math. in rub. C. de fid. instrumen. columna. 3. & And. de Isern. & Mathe. de Afflict. in titul. de notis feudorum. numero. 29. Felin. in capitul. causam quæ inter archiepiscopum. numero. 11 de testibus. & Nellus in tracta. de testib. nu. 248. in. 5. volumi. tractatuũ & Boeri. in decisio. 118. præsuppono. columna. 2. & probatur in. l. 54. titul. 18. parti. 3. & illic domi. Greg. Lup. & adde videndum Deci. in consil. 105. diligenter consideratis. col. 3. versi. secundó potest responderi. & facit text. in. l. 22. in fine. titul. 16. parti. 3. Rursum & hæc fulcitur sententia ex Angel. in dicta. l. fi. §. sin autem dubius. C. de iur. delibe. columna. fi. vbi tenet, iure non requiri, testes instrumentarios cognoscere disponentes & contrahæntes: & si dicat, satuum esse tabellionem, qui non adhibet testes partes cognoscentes: vndé dicit, quód cauti tabelliones in instrumentis asserere tenentur, ipsa instrumenta esse confecta coram testib⁹ cognoscentibus contrahæntes seu testatorem. item & hanc sententiã tenet Paul. Castren. in consi. 325. non multum videtur. col. fi. lib. 1. vbi ait, non esse tex. nec glo. quibus dispónatur, esse necessum testes agnoscere testatoré: & quód tátúm sancitũ est in inuentario, vt testes agnoscant hæredem vt in dicto. §. sin autem dubius. sed quidem Paul. Castren. non dicit, non requiri testes testamentorum testatorem cognoscere: sed tantúm dicit, cúm inuentarium conficitur, non esse necessum testatorem sed hæredem agnoscere.

¶NEC huic nostræ sententiæ refragatur textus noster, & prædicta lex ordina. quia etsi eis sit stabilitum, testes testamentorum nuncupatiuorum ciues esse necessum, non ob id, cõsequens est, & testatorem agnoscere requiri. vt prædicta docent.

¶INSVPER nec text. in. d. §. per nuncupationem. huic officit sententiæ etsi Signorol. de Homod. in. d. consi. illum tex. ad hanc rem allegauerit. nam quidem nequáquám ille text. contrariã fouet sententiam: siquidé etsi ille text. constituat, testes voluntatem testatoris audire, hoc enim benè potest esse, etsi testes non agnoscant testatorem.

¶NEC etiam aduersæ suffragatur sententiæ. text. in dicta. l. si non speciali. C. de testam. quia etsi text. ille dicat, testes adhibendos debere esse in præsentia testatoris, hoc enim non denotat notitiam testatoris ante confectum testamentum. & sat est, tempore confectionis testamenti testatorem videre: & ex hoc illũ agnoscere & ex alijs tunc euenientibus.

¶DENIQVE nec nostræ resistit opinioni tex. etiam á Signo. de Homod. vbi supra citatus in. d. l. pe. ff. de testa. quia etsi testamentum cuius sit, debeant continere testium subscriptiones, non ex hoc fit, testes agnoscere testatorem esse nec essum. cúm in testium subscriptionibus exprimi posit, cuius sit testamentum, etsi testes antea non habeant notum testatorem, sed illum videant tempore quo testamentum conficitur: & in de illum cognoscant. vt dictum est.

¶VERVM etsi nostra sententia iure obtineat † nõ tantúm optimum est vt Angel. dicit in dicto. §. sin autem dubius. tabellionem immiscere testamento testes testatorem agnoscentes. quim & Boeri. in decisione. 118. præterea alia quæstio'. numero. 4. dicit, æquum iustum qúe esse, quód lege caueretur, testes testatorem non cognoscentes nequáquám inscribi posse in testamentis.

¶PRETEREA in testamento inscriptis confecto ab imperito literarum

351 † testes cognoscere testatorem necessum esse Bart. dicit in dicta authenti. de hæredib. & Falcid. §. hinc nobis. colu. penul. colla. 1. quem refert dominus Greg. Lup. in. l. 54. tit. 18. parti. 3. & Bart. citat ad hoc tex. in authenti. de instru. fid. & cautel. §. oportet. colla. 6. Sed ipse autumo, quód etsi sit testamentum inscriptis, si habeat huius legis solennitatem, quód non est necessum testantem cognoscere. ex iuribus & doctrinis supra citatis. Et tex. in. d. §. oportet. nõ

352 quidem † loquitur in testamẽtis, in quibus maior exigitur solennitas: sed tantúm agit de contractu inscriptis facto. & nulla lege dispositum est, necessum esse, testes testamenti inscriptis testantẽ cognoscere. & cúm in. d. §. oportet. illud specialiter in contractu constitum sit, ob id ad casum nostrum non videtur pertinere. vt in. d. l. quod verò. & in. d. l. ius singulare. ff. de legib.

¶DENIQVE prædicta obtinent in testibus scriptis in ipsis testamentis ad eorum substantiam † sed an locum hã 353 beant, cúm testes iuditio deponunt super veritate testamentorum. & quód non sit necesse testes cognoscere testatorem, videre licet Bart. in dicta authẽ ti. de hæred. & Falcid. §. huic nobis. & in dicta authenti. de instrumen. cau. & fid. §. oportet. & in. l. fin. in princip. C. de iur. delibe. & ibi Alex. columna. penul.

¶PROINDE & præter rationes iã dictas, dici potest, illam esse rationem, quare magis nostra lex & ordinamenti sanctio admittant testes vicinos quám extraneos † quia magis credendum est 354 testibus ciuibus, quám externis. ex tex. in dicta. l. 1. §. 1. ff. de fluminib. & expresse sic dicit Mathe. de Afflict. in capit. 1. §. si tres. nume. 3. de pace tenenda.

¶VEL dici potest, harum legum rationem illam esse † quia cúm ipsis legibus minuatur numerus testium, testes illi necessarij vidétur, quibus melius factum probari potest. vt per plura cõcludit Deci. in cõsi. 105. pro tenui columna. 2. & Grego. Lup. in dicta. l. 1. titul. 1. parti. 6. in verb. ante siete testigos. vbi dicit Lup. quód prẽter hoc quód testes esse ciues sit necessum, quód etiã videtur, quód si propter penuriam hominum non scribantur in testamento nuncupatiuo plures testes quám tres † 356 quód tamen exigitur, quód illi tres testes sint omni exceptione maiores, quia ex quo hac lege & ordina. constitutione minuitur numerus testium, quòd necesse videtur, quód ipsi testes sint omni exceptione maiores. ex traditis per Deci. in dicto consi. 105. cuius sententiam ipse Grego. Lup. dicit esse insignem: si eius sententia intelligatur de testib⁹ nõ omni exceptione maiorib⁹: & ibi refert sic in facto fuisse pronunciatum, & fuisse nullũ testamentũ, in quo tantùm tres testes adhiberi potuerunt ex qualitate loci

Universidad de Deusto
Biblioteca

loci,quorũ vnus non erat omni exceptione maior. cuius ſententiæ ipſe Greg. Lup. anceps eſt,ſaltèm cùm ex loci qualitate alij teſtes adhiberi nequeũt, quia teſtatori culpa imputari nõ poteſt,cùm alios teſtes in teſtaméto ſcribi nõ fecit.
357 Verùm ipſe indiſcriminatim teneo † quód in nullo caſu teſtes ciues qui ex.d. l.ordina.ſufficiunt ad teſtamentum nũcupatiuum(ſi aliàs lege non ſit prohibitum eos eſſe teſtes in teſtamentis) quód omni exceptione maiores ſint,cùm hoc hac lege nõ exigatur,nec ſit expreſſum in.d.l.ordinamen. & hæc leges ſi aliud voluiſſent,facilé dixiſſent.vt in.d.l.1. §. ſin autem ad deficientis. C.de cadu.tollen.& in.d.c.ad audientiam.de decim. cũ ſimilibus.& quia omnes poſſunt eſſe teſtes qui in ſpetie prohibiti nõ reperiũtur.l.1.ff.de teſtib.& in.l.1. in princip. tit.16.parti.3.& in.l.8.in princip.eod.ti. & parti.melior.tex.ad idé in.l.1.in princip.tit.14.par.3.& alibi ſæpe. Nec ſentẽ-
358 tia † Ancha.in cõſi.178.viſis & diligenter.quã Dec.in.d.cõſ.refert,ad hãc ſpetiẽ pertinet. Nec illi applicari poteſt opinio Angel.in conſi.128.in facto proponitur.magis enim ſtringit.cõſuluit enim
359 Ang.quód illi quinqúe † teſtes qui in codicillis requirũtur,omni exceptione maiores eſſe neceſſum eſt:&ob id,quód cùm vnus ex teſtib9 fuerit hęredis ſocer nõ eſt idoneus teſtis. Sed certé hęc Ange.ſententia noſtræ opinioni nõ obſiſtit. Tum quia, iuri aduerſari cenſeo, cùm iure non ſit diſpoſitum,teſtes codicillorum requiri eſſe omni exceptione maiores. Quim nec teſtes codicillorum neceſſum eſt,tanta fide & authoritate pollere,ſicut teſtes teſtamentorum:& ob id fœminæ teſtes eſſe poſſunt in codicillis etſi non in teſtamentis.vt tenent glo.& docto.in.l.ſi. C.de codil. & ibi abundé Iaſo.nu.17. cum ſimilibus. Tum quia, Ang.& Deci.in.d.conſi.105.non videntur loqui in teſtibus in ſtrumẽtarijs nec inibi controuerſantur,an poſſint ſcribi in teſtamento.de quo Greg.Lup. in dicto loco agit,& noſter eſt ſermo.ſed Ange.& Deci. palám agunt de hac ſpetie facti, ſcilicet, cùm prætenditur in iuditio probari veritas codicilli teſtib9 omni exceptione maioribus.vt luculenter edocent verba Ang.ibi, *quia ergo duo ex dictis ſex teſtibus adhiberi non poſſunt ad teſtificandũ*.inter quæ non módica differentia eſt, vt infra numer.555.deducemus.& hæc ſententia videtur amplectenda,cùm faueat conſeruationi teſtamentorum,quam leges accuratè ſubſtẽtare intendunt.vt ſæpius diximus.

¶DEINDE & tertiò illud ſuboritur dubium,iuxta dictam tertiam concluſionem primæ partis,quis dicatur † vicinus,de quo loquuntur lex noſtra & lex prædicta ordinamen.ad quod illud ante omnia præfari oportet,hoc verbum, *vicinus*,reperiri in pleriſqúe legibus horum regnorum.ſcilicet.l.16.tit.4.lib.4. ordina.&.l.5.eod.titul.& lib.&.l.26 & 27.titul.1.lib.7.ordina. & in pragmati. Hiſpali. anno.1478. edita menſe Septemb.quæ poſita eſt in volumi.pragmati.char.mihi.345.&in pragma.ſubſequẽti. & paſsim in compluribus alijs. quod etiam inuenitur in.d.l.2.titul.19. parti. 3.& in alijs legibus partitæ.& foro legũ. titu.& l.8. lib.2. in quibus & in alijs hoc verbuum, *vezino*,videtur ſummi pro oppidano ciue.

¶VERVM iure † ciuili hoc verbũ. *vicinus*,non aſſumitur pro ciue ſeu incola: ſed pro eo qui prope alium habitat.vt in dicta.l.ſi vicinis. C.de nupt.& in ſimilibus.quod etiam dicit Cicer. Attico.lib.8.c.150.ibi,*lepidus vicinus noſter*. Et vſqúe ad quem locum quis vicinus dicatur.vide tex.in.l.1. §.hoc autem.ff. ad Silla.& Bart.in.l.ſi tertius. ff. de aqplub. arcen. cum alijs de quibus meminit And. Tiraquel. in tracta.de vtro qúe

qúe retractu.titulo.de retract. lignag. §.1.glo.9.numero.21. poſt Mathe. de Aflict.in conſtit.Neapol.lib.3.rub.37. numero.17.& lib.1.rub.22.numer.4.& Iaſo.in.l.ſi. C.de his quib. vt indig.& Felin.in capit.quoſdam.de præſumpt. & Franc.de Rip.in dicta.l.1.numer.45. ff.ſi cert.peta.

362 ¶DEINDE & hoc † verbum, *vicinus*,ſummitur pro illo qui habet prædia proxima alteri. vt in.d.l.ſi tertius. ff.de aq.plu.arcen.& in dicta.l.1. §.ſi muniendo.ff.de fluminib.cum alijs.& in.l.15.titulo.31.parti.3.ibi,*ſi el vezino ſe ſirue deſta agua ,regando ſu heredad*. & in.l.11.titulo.32.eadem.partit.& in.l. 12.eodem titulo.& in.l.7.10.&.13. eodẽ titulo.32.& parti.

363 ¶SED quis dicatur vicinus † & inteligatur,cùm ſtatutum loquitur de vicino.præter Bart.in.d.l.ſi tertius.& ibi ſcribentes. vide etiam docto.in dicta.l. ſi. C.de his quib.vt indig. & in dicta.l. ſi vicinus.& in dicto capitul.quoſdam. & Ancha.in capitul.1.de conſti. char. 22.column.3.verſi.vlterius quæro quia ſæpe.& Corne.in conſi.29.in præſenti. lib.3.& Areti.in conſi.77.& ratio.colu na.1.&.2.& Paul.Pariſi.in conſi.53.dominus.numero.9.cum ſequentib.lib.3 & adde in materia videndum Signo.de
364 Homod.in conſi.32.qui dicantur.co.1. quo in loco abundé diſcutit † quibus modis vicinus dicatur.& ibi tenet,ſecũ dũ loci cõſuetudiné vicinos pro eis ſumi, qui de eadem ſunt contracta. ex.l. cùm delanionis. §.aſinã.ff.de fund.inſtru.ad quod etiã videre licet Abb.& Feli.in.d.c.quoſdam.de præſũp.col.1. Et quis in cola ſit traditur in.d.l.ciues. & in.l.pupill9. §.incola.ff.de ver.obliga.cum alijs quorum meminit dominus Didac.Couartu.pratica. quæſtio. 9.37.col.2.& alibi ſæpe.

¶QVIBVS ſic præhabitis,dicendũ videtur,illum eſſe vicinum,de quo agit dicta lex ordi.quo ad hoc vt dicta.l. ordi.& hac noſtra poſsit eſſe teſtis in teſtaméto nuncupatiuo,qui loci ciues fuerit.vt clarè conſtat ex dicta.l.ordin. & ex dictis legibus regijs ſupra citatis, & ex vulgi more.

¶SED hic occurrit quartum dubium an in hac materia ille dicatur vicin9 qui adoptione † manumiſsione,ſeu origine propria aut paterna, vel electione, 365
ciuilitatem queſierit. Quod videtur † 366
cùm ex his quatuor, vel eorum altero quis efficitur ciues loci.vt in dicta.l.ciues. C.de incol.libro.10.cum ſimilib9 quod abundè notat Alberic.in rub. ff. de mune.& hono.columna.1.&.2.& Iacob. de Beloui. in authentic. quibus mod.natu.effi.ſui.2.q.columna. antepe.& adde videndum tex.in.l.32.titulo 2.parti.3.&ſi in materia ſtricta ciuis nõ ſit,nec compræhãdatur in diſpoſitione,niſi originarius.ſecundum glo.in.l. 1.ff.de tuto.& cura.dat.ab his.cuius meminit Areti.in dicto conſil.77.columna.1.quo loco citat Bald.in authentic. & omminó.columna.5. C.ne vxo. pro mari.& tenent docto.in.l.ciues. C. de appel.ad quod Iaſo.videre fas eſt.in.l.ſi is qui pro emptore.ff.de vſucap.numero.299.cum ſequentib.

¶PREDICTIS tamen non obſtantibus(& præter alios)contrarium veri9 eſſe cenſeo, & quód vicinus hac in re erit,vt poſsit eſſe teſtis in teſtamentis nũcupatiuis † qui in loco vbi teſtamentũ 367
conficitur,vt vicinus habitauerit, prutali, qúe à populo cenſeatur vel ſi vt talis fuerit receptus, veré qúe ſit vicinus prout vulgo ſummi ſolet: ita qúe non ſufficiet,quód teſtis ſit oppidi in quo teſtamentũ confectũ eſt originarius, ſeu inibi adoptatus,vel ab ipſius oppidi ciue manumiſſus: niſi in tali loco cũ alijs

Universidad de Deusto
Biblioteca

vicinis commorauerit, seu ibidem fuerit receptus pro ciue seu vicino, & onera ipsius populi subeat, & sit ciuis prout consuetudine vulgi assummitur. ex tex. ad hanc rem proprio. in dicta. l. cùm de lanionis. §. adnam. quod etiá probatur in. l. librorum. §. quod tamé Cassius. ff. de leg. 3. cum similibus. in his regnis consuetudine quidem receptum est, non esse vicinum emancipatum in populo seu adoptatum, vel originarium: igitur consequens est, legem nostram & prædictam sanctionem ordinament. esse interprætandas de ciue vicino qué, prout vulgo intelligitur.
368 quod & suadetur † quia hoc verbum *vicinus*, iure cauetur esse explicandum communi vsu loquendi. vt sat constat in. l. sed si accepto. ff. de iur. fisci. & melius in. l. vt alphenus. ff. de verb. signifi. & expræsse sic tenet Bart. in dicta. l. si tertius. columna. 1. ff. de aq. plu. arcen. & Ancha. in dicto capitul. 1. de cõstitutionib. chart. 22. columna. 3. versi. primó enim debet attendi. quibus & accedant trãdita per docto. in capitu. quoniam. de offi. ord. & Albertus. Brun. in consili. 35. in causa mota. columna. 3.

¶ SECVNDO hæc pars munitur, & quód in hac re vicinus non summatur pro originario tantúm. ex tex. in. l. 8 tulo. 2. lib. 7. ordinamen. ibi, *alos naturales dellas, que sean vezinos y moradores*. quibus verbis constat, originarium nõ
369 esse oppidi vicinum † & ideó in dicta. l. ponuntur prædicta verba, *a los naturales dellas, q̃ sea vezinos y moradores*. quasi non ex eo quód sit originarius, vicinus sit. Sed videtur his verbis posse responderi, quód in dicta. l. non tãtúm subiicitur prædictum verbum, *vezinos*, sed hęc verba, *y moradores*, quia non solum lex illa ad offitia assummenda exigit esse ciues locorum (ad quod sola origo non sufficit) sed & incolas & habitatores: & ideó inibi ponitur prædicta coniunctio, *y*, quæ vtrũque expostulat. l. si hęredi plures. ff. de condi. insti. cum similibus. Verúm nihilominus prædicta. l. 8. nostram fouet sententiam in dictis verbis, *salvo alos naturales dellas que sean vezinos y moradores dellas*, nam ideó illa lex subiungit dicta verba, *que sean vezinos*, quia solum † originarius 370
non est vicinus. & ideó subsequenter in dicta. l. collocantur illa verba, *y moradores*, siquidem non ideó quód quis sit ciuis, sit & habitator. quod in dicantie quentia verba dicte legis, ibi, *o seyendo naturales dellos*, nam † dictio, *aut*, solet 371
inter diuersa poni. vt traditur in. l. si is qui. m princip. ff. de reb. dub. & notat hoc. Paul. Castren. in dicta. l. 2. C. vbi senatus vel clari. & optimé probatur in. l. hæc verba ille aut ille. ff. de verb. sig. Nec huic rationi aduersatur tex. in. l. 23. eodem titulo. 2. lib. 7. ordinamen. cuius sunt verba, *tanto q̃ las personas á que probeyeremos, sean vezinos y moradores delas ciudades, villas, y lugares donde fueren probeydos, y naturales dellos*, siquidé hæc lex non oppositum probat, sed proposítum, si dicamus dictionem, *e*, inter diuersa etiam apponi, prout eius naturæ est. vt notatur in rub. ff. de iur. & fact. igno. vbi glo. cum similibus vulgatis. Præterea prædicta. l. 23. palàm dicit iudicat, dissimilem esse vicinum á naturali: & ideo ibi disponitur, non sufficere ad offitia eligendum esse vicinum & habitatorem loci, nisi & naturalis sit. quæ & constant ex verbis vltimoribus eiusdem legis, ibi, *o que ayan sido vezinos dellas diez años antes*, nam quidem hic disponitur, sat esse ad offitia eligendum vicinum in loco fuisse tempore decem annorum: & si non sit originarius seu naturalis. Vnde sequitur legem illam non pro eodem reputare vicinum non habitantem in loco decenio, & naturalem.

¶ PRO-

372 ¶ PROBAT tamen dicta lex † quód qui in populo fuerit vicinus decé annis, sit habẽdus pro naturali, & quód debeat gaudere priuilegio naturaliũ. ad quod est optima septipartitarum cõstitutio in. l. 2. in fine. titulo. 24. parti. 4. cuius verba in hunc sunt modum, *la dezena por moranza de diez años que fagan en la tierra, maguer sea natural de otra*. & probatur in. l. 2. C. de incol. & alibi sæpe. & adde videndum tex. in. l. 32. titul. 2. partit. 3. & modernos in capitul. dilectus. in. 2. de rescrip.

373 ¶ EX quo (vt auditu percepi) & si notissimis legibus sancitum est † neminem nisi ex his regnis naturalem proxenetam, seu cambiorum interuentorem creari posse, vel creatum hoc offitium exercere non posse: tamen quód aduenæ alienigenę qúe qui ab alijs regnis ad hæc venerunt, qui tamen per decenium in hisce regnis sunt commorati ad prædictum offitium proxenetæ sunt admissi iudicio dominorũ á cõsilijs cęsaris vt horum regnorum naturales.

374 ¶ QVIBVS decidi posse videtur † quis sit horum regnorum naturalis, vt in eis benefitia obtinere possit: quæ notissimis legibus ea habere alienigenis externis qúe est prohibitum. Et primó scias iuxta hoc, serenissimum regẽ Enrricum huius nominis tertium quandam fecisse legem anno salutis. 1396. & his verbis inter alia, *ordeno y establezco duradero por siempre, que persona o personas del mundo, aunque sean cardenales ni ayan arçobispados, ni otras dignidades, ni calongias, ni prestamos, ni prestameras, ni otros beneficios algunos, en todos mis reynos y señorios, en lugar o parte alguna dellos: salvo aquel o aquellos que fueren verdaderos naturales de padre y de madre, y nascidos en ellos*. cuius legis exemplar ipse vidi. quæ regia lex palàm disponit, alienigenam in hisce regnis benefitia obtinere non posse: & si per decenium habitauerit in his regnis, non ortum ex patre & matre naturalibus, in his quę regnis nõ natum. quod praxis admittit & iuri consonum id est. vt per plura interminis cõcludit dominus Didac. Couarru. in suo lib. pratica. quęstio. capit. 35. numer. 5. vbi plura singularia in hoc proposito refert videnda.

¶ EX qua lege regia sat cõtrouersum 375
est † an filius procreatus ex patre naturali huius regni, & si natus ex externa matre, tempore quo eius pater in alio regno habitabat, & si postea ipse pater ad hæc regna reuertatur, possit habere benefitia in his regnis. nam quibusdam (quos latebat dicta lex regis Enrrici) visum fuit, sat esse, vt prædictus naturalis esset, illum fuisse procreatum ex patre naturali † cùm filius paternam ori 376
ginem sequatur, non verò maternam. l. assumptio. §. filius. ff. ad municip. l. filios. C. de muni. & ori. lib. 10. cum similibus de quibus meminit Felin. in cap. Rodulphus. nu. 4. de rescript. & abundé in spetie videndus est Boeri. in decisio. 13. pro cuius. vbi feré in nostris terminis loquitur. & ibi Boeri. complura tractat de his naturalibus consultó tamen omissa. & vide etiá Barth. de Chasse. in cõsuetudinib. Burg. ti. des confisca. §. 1. nu. 37. cum sequen. & Boeri. in cõsuetudinib. Bituricẽ. §. vltimo. titu. de testa. co. fi. & Guiller. Ben. in repeti. c. Rainũtius. de testa. in verb. & vxorem nomine Adalesiam. nu. 1042. cum sequẽtib. vbi tractat de regnorũ exteris & nõ naturalib9. & abundé de materia nostra vide Ludo. Gome. in regul. cãcella. in regul. de idiomate. q. 1. per totam. & Pet. Rebuf. in constitu. Galli. 2. tomo. intracta. de literis naturalitatis. glo. 2. nu. 2. cum sequentib. pagina. 93. cum sequen.

¶ VERVM alij contrarium tenebãt 377
† ex. d. l. Enrrici, quæ disponit, quo ad benefitia obtinenda illum tantúm naturalem esse, qui oritur ex patre et

Universidad de Deusto
Biblioteca

matre naturalibus. quæ & præter hoc requirit, quód in his regnis sit natus. quę lex & si dura obseruanda videtur vt in.l.prospexit.ff.qui & à quib. cum alijs. Tandem cùm casus accidisset in regio consilio, & quidam ex patre naturali genitus, & ex matre alienigena, posset dusset benefitium controuersũ (vt aiunt) cæsare consulto, idem possessor benefitium retinuit vsqúe ad ei⁹ obitum. Et cùm similis causa exinde in eodem cæsareo consilio iterum contingisset, in eo bis dissenserunt senatores regij consilij, & causam vt ambiguã alijs iudicibus remissam. ex quodam eruditissimo aduocato intellegi. ¶ Et qui dicebant, prædictum possessorem naturalem esse, dictę legi regis Enrrici
378 respondebant, illam non esse legem, nec vt talem censendam † siquidem ad legem erat necessaria scriptura. vt in.l. humanum. C. de legib. & in. §. ex non scripto. institu. de iur. natu. cum similibus. Sed hęc ratio parui pondederis est: siquidem dicta lex in scriptis edita sit. Proindè & de essentia legis scripturã non est necessaria, vt probatur in.l. 2. ff. de constitu. princip. cum alijs à Decio traditis in rub. de constitutionib. in. 1. lectione. q. 3. vbi refert Areti. & alios, dicentes scripturam non esse necessariam ad legis essentiã, sed tantùm ad eius probationẽ.

¶ RVRSVS & dictam opinionem sequentes improbabant dictam legem regis Enrrici, tanquàm non publicatam, nec promulgatam iuxta formam authentic. vt factæ nouæ constitutiones. colla. 5. cum suis similibus. Sed quidem ipsi non viderunt dictam legem, qua habetur, illam esse cõfectam ad supplicationem procuratorum ciuitatum, & coram eis promulgatam & publicatam, & ipsi procuratores iuramento promisserunt, se ipsam legẽ obseruaturos Quinimmó & lex statim ligat absqúe publicatione si ei⁹ cõditor velit. vt notatur in. c. 2. de constitu. & in similibus quorum recentiores inibi memores sunt. & Dec. in. d. rub. de constitutio. 1. lectura. col. pe.

¶ DEINDE & contrariam opinionẽ tentẽtes allegabant, dictã legẽ regis Enrrici non esse in corpore iuris. quod parum officit. Tum quia, dicta lex notissima est † quarè illa iudicãdum est, & si reperiatur extra corpus iuris: aliàs sententia contra eam lata nulla quidé erit. vt traditur in.l. cùm prolatis. ff. de re iudi. & tenet expressè Bald. in. l. leges sacratissimæ. C. de legib. & doctores in plerisqúe locis de quibus meminit Iaso. in. d. l. cùm prolatis. nu. 6. quod & doct. tenẽt in. c. 1. de re iudi. & ibi Feli. nu. 12. & in. c. in causis. eod. tit. in quibus locis etiam traditur, iudici non licere sententiã ferre contra constitutionẽ extantẽ extra corpus iuris, si corã eo producta sit. & probatur in procemio decretal. §. sanè. vbi doctores.

¶ CETERVM & contrariæ sententiæ adstipulantes expugnabant fidem dictæ legis (& immerito) siquidem dicta lex (vt aiunt) recondita est in archiuo regio, & apud habentem archiuum regiarum scripturarum: quarẽ illi standum est. vt in authenti. ad hæc. C. de fide instrumen. & alibi sæpe traditur.

¶ PRETEREA & obsistebant dictæ legi regis Enrrici, quia vt illis videbatur, contrarium dispositum erat legibus eiusdem regis Enrrici. ad quod allegabant. l. 18. tit. 3. lib. 1. ordinamen. quæ quidem nec aliæ leges ipsius regis contrarium non disponunt.

¶ VERVM & contrariam sententiam amplectentes, cùm fortasis cognouissent prædictas eorum rationes nõ vrgentes nec solidas, ad dictæ legis verba deuenientes (quæ supra recensuimus) ea dirui ex eo cogitabant, quia

procemium dictæ legis palàm indicat dictum dominum regem Enrricum noluisse recedere à iuriũ dispositione, nec à statutis sacrorum canonum: à quibus discederet, si ipsam legem ita interpretari fas esset. quód patris originẽ ex his regnis esse non sufficiat, vt filius sit naturalis: nisi etiã mater in his regnis originẽ habeat. & prẽter eos facit, quia materna origo ad hanc rem nõ est cõsiderãda: vt in. d. l. filios. C. de muni. & ori. lib. 10. cũ alijs citatis à Boeri. in. d. decisio. 13. nu. 9. cũ sequen. Sed quidé hoc argumẽtũ facilé enodatur, cùm in procemio prædictæ legis nõ cõstet, regẽ Enricum noluisse maternam originem in hoc casu considerandam, sed potiús cõtrarium, & eo precipuũm, quód hoc nõ disponitur in dicta lege ab eodem rege verbis ambiguis, sed clarissimis: & maternam originem ad hoc esse perpendẽdam: quarè contra dictã expræssam dispositionem argumentis in hac re vti nõ licet. l. ille aut ille. §. cùm in verbis. ff. de leg. 3. cum alijs suis notissimis. nec censendum est, regem ipsum Enrricũ voluisse se in continenti corrigere. ff.
380 de condit. & demostra. l. non ad ea. Præterea † & quandoqúe iura considerant maternam originem. vt in. l. 1. C. de post limi. reuers. & in. l. diu⁹. ff. eod. ti. & in. l. 1. ff. ad municip. cũ alijs quibus constat, non esse absurdum attendere originem maternam.

¶ NEMPE & adhærentes contrariæ
381 sententiæ iterum respondebant verbis dictæ legis, quód † cùm exceptio debeat esse de regula. vt in. l. nam quod liquidè. §. fin. ff. de pẽn. leg. cum alijs traditis per Deci. in. l. 1. numero. 26. ff. de regul. iur. sed dicebant regulam dictæ legis esse, quód alienigenæ in his regnis non obtineant benefitia: igitur quód illa exceptio quæ confestim subsequitur, ibi, *saluo aquel o aquellos que fueren verdaderos naturales de padre y de madre, y nascidos en ellos.* non debet explicari in naturalibus horum regnorũ, sed in ipsis externis & alienigenis: ita qúe dicebant, ibidem tantùm stabiliri, externum in his regnis non posse consequi benefitia, nisi sit ortus à patre matre qúe naturalibus. Qui intellectus nõ potest subsistere, siquidẽ exceptio prędicta loquatur de procreato à patre & matre naturalibus, & in his regnis nato qui ideó vnquàm alienigena non fuit. Deindè & in dicta lege non ponitur regula modo quo est i mauerunt contrariam tenentes sententiam. sed regula est, vt ex eadem lege constat, quód nullus etsi cardinalatus dignitate pollens in his regnis benefitia possidere possit, nisi sit ortus ex patre & matre naturali b⁹ & in his regnis nat⁹ sit. quod verba dictæ legis indicant, in huius dubij initio recensita.

¶ DENIQVE & aduersam sententiam tenentes, tenebant illam coniunctiuam, ϗ, positam in dicta lege, esse in alternatiuam resoluendam, prout plerunqúe in iure fit. vt in. l. sæpe. ff. de verb. signi. & in. l. proprietatis & dominij. C. de probat. & ita quód sat erit quód pater aut mater sit natnralis. Sed hoc non est recipiendum, cùm non cõstet de mente dicti regis Enrrici hoc volentis. Et quia exindè fieret, quód et si filius tantùm sit natus ex matre naturali & ex patre externo, esset naturalis, contra regulas iuris. quas ibidem abrogari non est dicendum. ex. l. 2. C. de noxalib. & in. l. sancimus. C. de testamen. & in. l. præcipimus. C. de appella. & in. l. si quando. C. de inoffi. testa. & alibi sæpe.

¶ HVIC rei finem imponens, constanter teneo, manifestè dispositum esse per dictam legem Enrrici, illum tantùm naturalem esse quo ad benefitia

Universidad de Deusto
Biblioteca

obtinenda qui coniunctim ex patre & matre naturalibus fuerit ortus,& natꝰ in his regnis.& hoc si constiterit dictã legem esse in archiuo regio, & de eius fide patescat. Etsi cõtrarium tenere videatur egregius vir dominus Greg. Lup. in.l.2.in verb. maguer sea natural de otra.titulo.24.partit.4.vbi meminit dictæ pragmaticæ Henrici tertij.

¶SED vt reddeam ad illud vndè digressus eram. Tertió nostram sententiã
382 suademus (qua fundati sumus † vicinum pro originario non assummi, nec pro illo qui adoptatus est in oppido aut manumissus. ex nostra lege.& ex dicta lege ordinament. cuius nostra lex meminit) ex tex.in.l.5.in princip.titul. 3. lib. 7. ordinament. ibi, *E lo que peores, que los mismos naturales y vezinos delas ciudades, E villas, E lugares donde viuen*, nam vt diximus, prædicta dictio, ꝯ, ponitur inter diuersa.& hæc ratio cõprobatur ex tex.in dicta.l.32.titulo.2. partit.3.ibi, *ca maguer non sea morador della bien puede ser apremiado, si lo y fallaren, que responda ante el por razon dela naturaleza*. & ita lex illa diiudicat, ciuem absimilem esse á naturali & originario,& quód non ideó quód sit vicinus, sit etiã originarius. quod etiam probatur in dicta.l.ciues. C. de incol.& alibi sæpe.

¶QVARTO ex alio prædicta sententia instruitur, quia vt supra numero 245. dictum est, ratio quare leges nostrę
383 vicinos testes exigunt, est † quia magis agnoscunt testatorem & eius bona, quàm forenses: seu quia magis credendum est vicinis, quàm alijs. vt supra numero. 349. fundauimus.& sine dubio est quód hęc rationes proprius melius qúe obtinent in habitantibus in loco, seu in illis quos vulgus apellat, *Vicinos*,& oppida eos habent pro vicinis, seu pro talibus eos receperunt: quàm in originarijs, seu manumissis, seu adoptatis: qui &si originarij, ut manumissi, aut adoptati non ita facilé possunt testatorem cognoscere, & res suas, & ea quæ sunt in testamento scripta, & si aliud sit, cùm originarius, adoptatꝰ, seu manumissus etiã fuerit incola loci, quod esse & potest. vt est notissimum.& palàm idem constat in dicta.l.ciues. C. de incol.& ibi docto.& ex tex.in.l.2.titulo.1.partit.1. ibi, *naturales y moradores*. & alibi sæpe traditur.& inter incolam & ciuem discrimen est. vt per Iacob. Rebuf. in dicta.l.ciues. post Albe. in rub. ff. de mune. & hono. column. 1.&.2.

¶QVINTO hæc pars suadetur, arguendo ab ethimologia vocabuli. vt licet vt in.l.2. §. appellata. ff. si cert. petat & in princip. institu. de testamen. ordinan. cum suis similibus de quibꝰ Nicol. Euerard. in suo tractatu centum modi argumen. capi. 6. pagina. 97. cum sequẽtib. quo argumento constat, vicinum non summi pro originario, vel manumisso, aut adoptato: sed pro viuente, seu in oppido habitante, vel prouicino recepto.

¶HABEMVS igitur ex prædictis, quód lex nostra & dicta lex ordinament. quæ requirunt testes vicinos, sũt explicandę de vicinis habitantibus in locis, seu de illis, quos populi receperint pro vicinis, & vulgus pro talibus habuerit: non qúe intelligendæ sunt de originarijs tantùm, seu inibi manumissis, aut adoptatis, quos vulgus non solet vicinos nuncupare. Ex quibus sit parũ non obstare dictã.l.ciues: quæ loquitur in alijs terminis. ¶Nec dicendũ est, quód dicta lex ordina. requirat vicinum in loco habitantem & originariũ siquidem hæc materia non sit stricta, sed ampla, ne testamenta diruantur.& sic gló. in dicta.l.1. fl. de tuto. & cura. dat. ab his. ad hanc rem non pertinet. nec ea quę Areti. refert in dicto. consi. 77. columna. 1. Et quia repugnat contrarium mẽti dictæ legis & eius rationi & vsui communi. Sed an electio sola sufficiat, vt quis esse possit testis testamẽtinuncupatiui. videre licet infra. num. 397.& sequentib.

¶VERVM hic obiter prætermitẽdũ nõ est, quód &si dicta lege ordina. hac nostra cõfirmata, exigãtur testes vicini non tamẽ ita quód necesse sit in loco quo testamentum conficitur esse habi-
384 tatores. (ad quod † necessum est maiore parte anni habitare. ex tex. in dicta. l. cùm delanionis. §. Sabinꝰ. ff. de fund. instruct. ibi, *maiore parte anni morarẽtur* & ibi notant Bar.& Albe. cum similibus citatis á Soci. in rub. de for. compe. column .3.) Siquidem prædicta lege ordinamen. coniunctim non requirantur vicini & habitatores, sed tantùm vicini & solum illa lex loquitur de vicinis,& nõ vt aliæ complures leges horum rerum, quæ non tantùm loquuntur de vicinis, sed & de habitatoribus vt constat ex.l.18.titulo.4.lib.4.ordinamen.& in plerisqúe alijs. quaré saltem dicendum est, quo ad testamentorum euersionem nostras leges vicinos solum exigẽtes,& cõiunctim habitatores non requirere, sed sat erit, quód testis vicinus sit,
385 & illum vulgus pro tali habeat, seu á populo ad hoc sit receptus † &si maiore parte anni in loco non habitet. quod satis docet tex. in.l.17. titulo. 2. lib. 7. ordinamen. ibi, *donde fuere vezino, o morador*, cuius dictionis, *O*, natura est, interdiuersa sedere. vt supra numero. 365. di-
386 ximus. quod & munitur, quia & de iure communi quis potest esse ciuis † &si in ciuitate non commoretur, nec habitet in ea. vt probatur in dicta. l. ciues. & in dicta.l.1.ff. ad municip.& expræsim sic consuluit Alex. in consil. 157. viso instrumento. col. pe. lib. 2. & Mathe. de Afflict. in decisio. 384. non ponã. co. fi. nu. 14.& Feli. in. c. quoniam. col. 1. de offi. ordina. & adde videndum Boeri. in decisio. 260. ad hoc. nume. 10. quę sentia saltem negari non potest, cùm vicinus in populo notus fuerit, &si in eo non habitet, in eo qúe obtinent prædictæ rationes harum legum. & quidẽ complures vidi habitatores vnius loci, nuncupari alterius oppidi vicinos.

¶EX quibus sequitur † leges regias 387
de habitantibus loquentes, locum non habere in ciue seu in eo qui prociue receptus sit, seu quem vulgus ciuem nominauerit: nisi etiam in oppido commoretur. vt satis cõstat in dicta.l.ciues. C. de incol.& in capitul. fundamenta. §. fi. de elect. lib. 6.& expræsse hoc constat ex loa. de Plat. in.l. 1. columna. fi. C. de incolis. lib. 10. & fusius ex. Carol Rui. in consil. 112. circa primum. numero. 13. lib. 5. vbi tenet, laudum deciuibus in habitantibus loquens, non posse obtinere in ciuibus non habitãtibus in loco. quod latius infra deducemus nume. 489. quæ habitatio nunquàm pręsumitur cùm sit facti. vt in. d.l. in bello. §. factæ. ff. de capti. & post limi. reuers.& tenet loa. de Plat. in. d.l.1. C. de in col. li. 10. ¶Nec sufficeret populiciuẽ haberi pro ciue † aut vicino,& ad hoc esse re 388
ceptũ, vt vti possit montibus & pascuis illius oppidi in quo habetur vt vicinus nisi & in ipso populo cõmoretur: cùm lex partitæ hæc tantùm cõcedat in ipso oppido habitantibus, non verò ciuibus aut vicinis. vt in.l. 4. titulo. 18. partit. 3. in verbis, *ca todo hombre que fuere y morador puede vsar de todas estas cosas sobre dichas*. & ibi, *mas los que fuessen moradores en otro lugar no puedẽ vsar dellos contra voluntad de los que morassen y*. nã cùm dicta lege partitę dicta commoda tribuantur habitantibus, palàm denegantur vicinis seu ciuibus non habitantibus. ex.l. maritus. C. de procu. et in. l. cùm prętor. ff. de iudi. cum alijs. & ipsa lex clarissimè hoc in dicat in dictis verbis, *mas los q̃ fuessen moradores en otro lugar*. quod in nostris terminis in hunc

l.9.tit.28.p.3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sensũ intelligit Pet.de Auenda.de exe quen.mand.reg.capitul.4.numero.29. versi.terminorum autem. cum sequen. & comprobat tex.in.l.3. titul.3.lib.7. ordinamen. & tex. in. §.vniuersitatis. institu. de rer.diuisio.& in.l. intantùm. §. vniuersitatis.ff.eodem titul. & quæ traduntur in.l. sicut.vbi glo.in verb.si quid.in fine.ff.quod cuiusqúe vniuersi. nomi. Et hoc etiã suadetur † quia hoc verbum,*moradores*, de habitantibus in loco explicandum est. ex tex. in.l.26. titulo.31.parti.3.& in.l.12.& in.l.15.tit. 28.eadem.3.part.& in.l.3.titulo.16.parti.2.in.l.3.titulo.26.parti.2.& in.l.2.tit. 31.ead.2.parti.& in.l.21.titulo.3.libr.4. ordinamen.& in.l.4.& 5.titulo.4. eod. lib.ordinamen.verba. † enim legum proprié sunt interprætanda.vt in.l.1. § si is qui nauem.ff.de exercito.cum alijs de quibus doctores in.l.nõ dubium. C. de legib.& in.l.1.§.prætor.ff.ad Trebel.& alibi sæpe traditur.

389 390

¶EX quo suboriri uidetur † habẽtes in oppido terrasalia qúe immobilia,ibi dem tamen non habitãtes,nequáquám posse suis pecoribus pasci montes & pas cua ipsius oppidi. quod admittendum videtur,&si voluerit depasci iumentis quibus excolit eius terras extantes in ip so loco: cùm prædicta lex parti. hoc tã tùm concedat incolis & habitãtibus in loco.& hoc sat expræssum videtur in.l 4.titulo.11.ordinamen.lib.5.ibi,*saluo so lamente con los dichos bueyes y bestias de arada,con que se labra el pan en los tales lu gares por los herederos y vezinos*. & in ve teribus codicibus manu scriptis super additur,*y moradores*.vndé fieri videtur, coniunctim exigi,vt quis possit suis iumentis aratorijs pasci, quód loci cuius sunt pascua,sit hæres vicinus qúe & ha bitator:& ita non sufficiet alteram par tem esse veram, ex iuribus notissimis.

391

¶Sed contrarium ipse teneo, & singulis iudicatur diebus,hæredes oppidi &si non vicinos seu inibi habitantes,iure optimo depasci posse nemora & illius loci montes suis iumentis,quibus terras quas habet in ipso oppido aratro qúe e uertit.quod quidem satis probatur in.l.2.C.de pascuis publi.lib.11.cuius est ratio secundum Odofred. & alios ibi, ne equi & alia animalia militum famæ pereant.quod etiam ratione munitur, quia iumenta ipsa vtilitatem afferunt illi oppido,ex quo terræ prędia qúe ab ipsis culta fructus producunt, ex quib9 illi loco decimæ persoluuntur,& etiá gabellæ,cùm ibidem dicti fructus ven duntur. Item et ipse populus abundat amplioribus fructibus: igitur non erit mirum,si iumentis ipsis subueniẽdum sit pascuis dicti loci,& eis non sint alimenta deneganda: sine quibus illa iumenta laborare non possunt.vt in simi li considerat Lauren.Calca.in consil. 31.quia dubitatio.columna penul. versi.quód si nõ appareat.quo in loco pul chrè loquitur in hac re.& ideó iura his iumentis passim fauent.vt constat in.l. pignorum.& in authenti.agricultores. C.que res pig.obliga.po.vel non.& ad hæc ommia facit tex.notabilis in sui ra tione.in.l.21.titulo.31.parti.3.ibi,*porque se engruesse la tierra del estiercol, que sale dellos para dar mejor fruto*.

¶NEC hanc sententiam impugnat † tex.in dicta.l.4.titulo.11.ordinamẽ. lib.5.&si coniunctim loquatur,quia ex prædictis constat,cãm esse alternatiuè explicandam: prout diximus, plerun qúe in iure euenire: & ita prædicta lex ordinamen.obtinet,siue quis sit hæres in loco,vt quia in eo possideat immobi lia (&si inibi non commoretur,nec sit vicinus ipsius oppidi) qui intellectus manifestè constat ex eadem lege. cùm in ea dum agitur de penis deferendis, hæc subiunguntur verba, *E las tales pe nas sean para qualquier delos herederos y renteros, y labradores que labraren las di chas*

392

chas heredades.in quib9verbis nõ agitur de incolis seu vicinis locorum, ex eo quía dicta lex ordinamen.tãtùm loqui tur,de hæredibus oppidorum.quod & confirmatur,quia si constitutione illa pæna imponitur solis heredibus &si nõ incolis seu vicinis ingredientium mõ tes destinatos ad iumenta aratoria: con sequens etiam est,inibi quoqúe dispo ni,hæredibus tantùm licere,suis iumẽ tis aratorijs depasci prædictos montes. Ex quo palàm suboritur dictam legem ordinamen.in prædictis verbis non el se coniunctim interprætandam. quod satis alia verba subsequentia dictæ le gis indicant,quæ hæc sunt,*y que pueda hazer prendas por las tales penas en los di chos ganados que assi fueren hallados en las dichas dehesas por qualesquier herede ros,o renteros,o otros labradores*. nam ponderanda quidem est prædicta vni uersalis dictio,*qualesquier*,que sine dubio comprehãdit quenlibet hæredẽ siue incolam loci seu vicinum vel nõ. ex tex.in capitu.solitè.de maio.& obi dien.apud finem.cum similibus.

¶CVI sententiæ nõ officit dicta lex parti. quæ concedit commorantibus in loco depasci suis iumentis & pecori bus: cùm & dicta lex ordinamen. eis tribuat facultatem pascendi suis iumẽ tis aratorijs montes & nemora oppidi.

¶QVIBVS præter missis vt ad in cepta reddeamus,tractare opus est, & quintó, an sicut originarius tãtùm, vel adoptat9 in loco seu ibidem manumis sus,vicinus hac in re non est,vt esse pos sit testis testamenti nũcupatiui, nisi sit

393 ciuis ipsius loci,prout vulgi consuetu dine summitur (vt supra diximus) nun quid & idem sit in potestate † seu in a lio electo ad prætoris offitium illius lo ci.quod quidem videtur quia hunc vul gus, nec populus, nec communis vsus vicinum reputant,nec ipsius oppidi o nera supportat.& ex alijs quæ supra nu mero.368.cum sequentib. congessimus quibus constat, de ciue ad vicinum (de quibus noster est sermo) nequáquám ar gui licere: vnde consequens esse vide tur † quód &si is durante offitio ciuis 394 effitiatur.ex dicta.l.ciues.cum sequen tib.& ex tex.in.l.penultimà in fine.ff. de iur.immu ni.& notabiliter Bald.in. l.obseruare. §.proficiscì.columna.5.q. 8.ff.de offi.proconsul.& alibi sæpe.nõ tamen esset vicinus,ita quód compræ hãdatur dictis legibus. Præterea hæc pars fulcitur,quia electus nõ potest es se vicin9,exeo precipuùm quód habeat animum recedẽdi ab eo loco,& ibi nõ commorandi,nec onera persoluendi, quod illum non esse vicinum satis con stat.ex.l.Seye.§.Pamphilæ.ff.de fund. instruct.& in. l. quæsitum. in princip. & inibi Bart.ff.de leg.3.vbi Bart.dicit, quód & siquis sit in oppido mille an nis † animo tamen retinendi domici- 395 lium in alio loco,non potest esse ciuis illius loci in quo est.& probatur in.l.ni hil.ff.de capti.& post limi.reuer. & in l.ex facto.in.2.§.rerum.ff.de hæred.in stituen.& in.l.2.& 3. vbi Odofred. C. de incol.lib.11.& melius tradit Bart.in l. lex Cornelia. §.si tamen in fundum. vbi etiam idem probatur.ff.de iniur.in uerbis tex.ibi,*qui inhabitant non momẽ ti causa sed perpetuo*.& abundè idem no tat Felin.in capitul.dilectus filius.in.2. de rescript.numero.12.& Iasc.in consi. 77.placet.colum. 2.lib.3. post antiquio res in dicta.l.2. C.de incol.& in dicta. l.2. C.vbi senato.vel clari.& in proœmio decretal.& in capitul. ex parte.B. de for.compe.& alibi sæpe.

¶EX quo deducitur intellectus ad dictã.l.4.titulo.28.partit.3. vt commo rari in loco quis censeatur, vt possit vti pascuis publicis & similibus † cùm ibi 396 dem habitauerit non animo recedẽ di:at secus erit,si fuerit quis in loco ani mo se transferendi ad aliud oppidum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

seu animo retinendi domicilium in alio populo,&si illic matrimonium cõ traxerit. vt constat ex his quæ diximus. & ex tex.in.l.si in patria. C.de incol.& ibi docto.lib.10.& in dicta. l. ciues. C. eodem titulo.cum alijs de quibus meminit Iaso.in dicto.consil.77.colum. 2. & Soci.in consi.35.circa prædictam. columna.2.& 3.lib.1.

¶PREDICTIS tamen non obstãtibus,verius ac probauilius esse censeo
397 quód non diruantur † testamenta facta coram potestate electo qúe: & posse in eo inscribi testem electum potestatem ve loci,in quo testamentum nũcupatiuum confectum est,vt ciuem ac vicinum dicti oppidi.ex dicta . l. ciues. quia durante offitio potestas seu officialis ipse fruitur priuilegio ciuium:& statutum loquens in potestate seu in alio officiali locum habet in electo in loco.vt traditur in dicta.l.ciues.& singulariter Bald.in dicto. §.proficisci.col. 5.& Paris de pute.in suo sindicatus tractatu.in verb.ciuilitas. & fusius Boeri. plures alios referens in decisio. 260. ad hoc quód quis.numero.18.&.19.& adde videndum Bart.in tracta. repræsalium.5.q.quintæ part.principalis.& in nostris terminis ita tenet doctor Olmedilla (suo tempore in causis perorandis ingeniosus vir) in tractatu quem fecit(nondum typis tradito)in materia vltimarum voluntatum.in verbis præsentia testium.vbi notabiliter concludit, potestatem habẽtem iurisditionem in loco,vbi testamentum nuncupatiuum conficitur,seu electum ad offitium,offitio eius durante testem inscribi posse in tali testamento,vt potẽ ciuem & loci vicinum.ex.d.l.ciues. & dicit se ita in facto respondisse. quod & admitto: &si(vt diximus)originarius vel emancipatus aut adoptatus (ex dicta . l. ciues.) fit loci ciuis,testis esse non posit.& inter hos & potestatem, electum ve esse discrimẽ non abs re ipse diiudico,cúm potestas officialis qúe electus non tantúm á iure ciuis reputatur.ex dicta.l.ciues.& similibus.sed etiam in loco offitio eius durante commoratur,& animo inibi permanendi,donec offitium finiatur: quod non euenit in originario tantúm, aut in emancipato,siue adoptato, quarẽ non mirum est,si á nobis diuerse in his sit diffinitum: nam habitatio ipsa ad hanc rem multum consideranda est.ex tex.in authenti. de quæstore.in princip.colla.6.cũ alijs de quibus Barthol. de Chasse.in consuetudinib. Burgund.desforestez.rub.13.§.5.col.2.& si sola habitatio non sufficeret.vt infra deducemus in suo loco.¶Et præter docto rem Olmedilla hęc sententia confirmatur,siquidem in officiali & potestate optime subsistunt rationes,quibus facta videtur dicta lex ordinamẽ.de quibus supra abundẽ scripsimus: cúm hij frequentius agnoscant testatores,& eorum bona, tempore quo in loco sunt, quám emancipati tantúm, seu adoptati, siue originarij nõn habitantes in loco.

¶CVI sententię non offitiunt iura quibus constituitur,non esse ciuem qui habet animum habitandi in alio loco: siquidem hoc non obtineat in electo seu in potestate ex.d.l.ciues. & similibus.eo iuncto qúod potestas compellitur extare in loco durãte offitio,&quia (vt supra diximus) habet etiam animũ ibidem commorandi durante suo offitio.quod non obtinet nec procedit in adoptato seu in emancipato tantúm & cúm in hac spetie sit discrimen, an loquatur de originario,vel adoptato,aut emancipato,vel de electo, non est mirandum,si dicamus,electum seu potestatem posse esse testem testamenti nũcupatiui,vt ciuem seu vicinum. & non originarium seu adoptatum siue emancipatum in oppido,in quo testamẽtum con-

conficitur,nõ in eo commorantes nec extantes, sed in alijs locis vagantes.& adde ad hanc rem videndum Albe.in. 2.parte statutorũ.q.177.incipien.rex. & quę circa sequentẽ curiã Romanã an habeatur pro ciue,adducit Paul.Parisi. in consil.51.dominus.numero.91.lib.3.
398 ¶EX quibus fit, & ex eisdem rationibus ipse teneo † clericum electum ad prælatiam ecclesiæ seu rectoriam, in loco qúe habitantem,vt potẽ loci vicinum in quo testamentum conficitur posse esse testem testamenti nuncupatiui.quia
399 † is iure optimo dicitur ciuis illius loci: & præter hoc in loco habitet.ad quod est tex.in capitul.cúm nullus. de tempo. ordinatio. libro.6. & ibi notant docto.& Bart.in dicta.l.1.ff. ad municip.columna.4.& in.l.municipes. §.fi.ff.eodem titulo.& loa.de Plat. in dicta.l.ciues.columna.2.& Bald.in. l.1.§.huius studij.columna.fi.ff.de iustit.& iur.Felin.in capitul. dilectus filius.columna.2.de rescrip.& docto.in dicto capitul.fi.de for.competen.& in rub.eodem titulo.& Paris de Put. in tracta.sindicat.in dicto verb. ciuilitas. Mayner.in.l.aliud. §. refertur. numero.92.ff.de reg.iur.& Boeri.in dicta decisio.260.ad hoc quód quis.numero.20. &.21.post Angel.in consi.23.nulla persona.column.fi.vbi hoc temperat, nisi deposita prælatia seu rectoria. quæ & suadentur ex tex.in capitul. de his.12. distin.quem inibi Dominic.columna. fi.ad hoc expendit † quód ciuium appellatione etiam in statutis clerici veniunt ad quod & est bonus tex.in.l.5.in princip.titulo.2.partit.1.quod & fouet tex.in capitul.si in adiutorium.10.distin.& in capitul.duo sunt genera.12.q. 1.& idem traditur in similibus locis quorum meminit Barthol.de Chassene.in consuetudinib. Burgun. rub.13. desforestz. §.5.columna.2. Quid quid dicat Luc.de Pen.in.l.cúm nec. C. de incol.citans ad hoc tex.ibidem.& in.l fi. C.vbi in rem act.& in capitul.sanè. de for.compe.quę iura parum vrgent & in casu dissimili loquuntur.ad quod & adde eundem Luc.de Pen.in dicta.l ciues.columna.1.& facit quod dicit Alberi.in.l.1.column.2.&.3.ff.quod cuiusqúe vniuer.nomi.vbi ait,clericum parrochiæ esse de vniuersitate † & illum 401
frui posse prout alios ciues pascuis & nemoribus vniuersitatis.quod ante Alberi.tenuit Oldrad. in consil.32.quæstio.quem refert & sequitur Boeri. in dicta decisio.26.ad hoc.numero. 21. & Barthol.de Chasse. in prædicto loco. qui & inibi etiam dicit † habitantium 402
appellatione clericos compræhendi. Et quód pascua debita habitantibus in loco, debeantur clericis. tenet idem Boeri.in dicta decisio.260.numero.21. & adde videndum Ioan.Besia. in consuetud.Albernię.char. mihi. 235. columna.2.

¶VNDE infertur,dictam.l.partitæ qua conceditur habitantibus in loco depasci pascua & nemora populi, etiã obtinere in clericis,& rectoribus,prælatis qúe habitantibus in loco. Verum si alij † oppidi ciues pro ipsis pas- 403
cuis aliquid persoluunt,tunc ipsi clerici idem soluere sunt obnoxij.vt interminis Abb.consuluit in consil.6.casus superquo.lib.1.ad cuius intellectum videre licet Thom.Parpa.in repeti.l.placet. C.de sac.sanct.eccle.numero.133. & modernos in capitu.ecclesia sanctę Mariæ.de constitu.& Barthol.de Chasse.in prædicto loco.Et in his seruanda est consuetudo: vt notabiliter aduertit Guill.Benedict.in repet. dicti capitul.Rainuntius.de testamen.in verb.& vxo.nomi.Adela.nume.328. vbi refert Luc.de Pen.in loco de quo inibi meminit.& Abb.in dicto consi.6.refert & sequitur Pet.de Auenda.in tracta.de exequẽ.mand.reg. capitul.4. numero.19.

uersi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

versi. quod facit. & plenius numero. 20. versi. & sicut vicini. & Couar. in repet. regul. possessor. 2. part. §. 4. colum. fi. versi. quibus addere. de reg. iur. libr. 6.
¶ Quibus non refragãtur quæ scribit Alberi. in tracta. statuto. 2. part. q. 90. vt
404 ex eis clarè constat, iũctis iam dictis † & de materia quando clerici de populo dicantur (præter loca proximè citata) videre licet docto. in capit. 1. de vit. & honesta. cleri. & in capitul. dilecti. de for. compe. & in dicta. l. 1. ff. ad municip. & in dicto capitu. quoniam. de offi. ordinarij. & text. in dicto authenti. de quæstorib. in princip. & quod dicit tex. in. §. plæbiscitum. institu. de iur. natu. genti. vel ciui. & Greg. Lup. in. l. 1. in verb. pueblo llaman. in fine. titulo. 10. partit. 2. & Thom. Grama. in decisio. 100. in causa vniuersitatis. numero. 18.
405 ¶ RVRSVS & ex his quæ diximus subinfertur † idem esse in monacho habitante in oppido quo testamentum nuncupatiuum conficitur, vt possit esse testis ipsius testamenti, tanquàm vicinꝰ ciuisque ipsius oppidi, tẽpore quo illic fuerit commoratus, ut dictis iuribꝰ probatur. & expræsse ita tenet Bar. in dicta l. 1. ff. ad municip. colu. 3. & 4. & Cardi. notabiliter in dicto capitul. dilectꝰ filius. in. 2. de rescript. & palàm Innocen. & docto. in capitul. ex ore. de priui leg. & expræsse Ioa. de Plat. in dicta. l. ciues. columna. 2. & docto. in capitul. fi. de parroch. Soci. in dicto capitul. fi. de for. compe. columna. 12. & Mayne. in dicta. l. aliud est vendere. in. §. refertur. nu. 92. & adde videndum Boeri. in decisio. 260. ad hoc. nu. 30. & 31.
406 ¶ VERVM his aduersatur † quia videtur, monachum non posse esse testem in testamentis, sine superioris licẽtia. ex tex. in capitul. monachi. 16. q. 1. & in capitul. super prudentia. 14. q. 2. & expræsse sic tenet Specul. in titul. de teste. §. 1. columna. 11. versi. item excipitur quòd est monachꝰ. vbi ad hoc citat tex. in. l. qui testamento. in princip. ff. de testa. & hoc in terminis tenet Ioan. Fab. in. §. testes. col. 1. apud finem. insti tu. de testa. ex hoc dicens inibi, infringi posse complura testamenta, in quibꝰ testes monachi scripti sunt. & Angel. palàm idem tenet in cons. 233. punctus. col. 2. & Ioa. de Amic. in consi. 137. visis & ponderatis. nu. 22.
¶ NIHILOSECIVS tamen contrarium probabilius esse existimo, siquidẽ communis sit resolutio, monachos testes adhiberi posse in testamentis. vt probatur in authenti. de monachis. §. cogitandum. colla. 1. & in. c. nuper. de testib. & in. l. 8. tit. 16. par. 3. & ita expressim Bald. tenet in. l. 1. col. 14. versi. super nono. C. de sac. sanct. eccle. & in authẽ. ti. ingressi. col. 1. ad finem. C. eod. tit. ex notatis in dicto. §. cogitandum. & Signo. de Homod. in consil. 155. factum sic se habet. col. 2. & 3. Cardina. in cõsi. 97. testator habet. col. 1. & Iaso. in. d. authẽ. ingressi. col. 2. & in. l. hac cõsultissima. C. de testa. nu. 5. cuius meminit Barth. de Chassene. in consuetudinib. Burgũ. titul. des successions. rub. 7. nu. 8. charr. mihi. 239. col. 4. moderni in. c. cùm nuntij. de testib. quibus cõsentit Ioa. Crot. in tracta. de testib. col. 4. nu. 14. & abundè Lauren. Silua. in consi. 16. quæritur à me. vbi alios citat idem tenẽtes. & Mayneri. in regul. quandiũ. nu. 78. ff. de regul. iur. ¶ Quod confirmatur ex tex. in. c. insuper. de testi. ex quo et similibꝰ dicit Abb. in. c. cũ nũtius. col. 2. de testib.
407 quôd si monachus † absque superioris licentia præstat testimonium, eius depositio fidem facit. & ibi diiudicat constãter, nullo iure contrarium esse stabilitum, & ne actus pereat, ita censet esse tenẽdum. vt in. l. quotiens. ff. de reb. dub. cum alijs. & pro hac sententia Abb. est tex. in. c. veritatis. de dol. & contuma. & glo. in. c. 1. de iura. calumniæ. quo in loco

co Abb. col. 6. tenet eandem opinionẽ post glo. in. d. authẽti. de monachis. §. cogitãdum. quam opinionem & in praxi esse obseruandam testatur Areti. in d. cap. cùm nuntius: etsi de iuris rigore aliud esse cogitet, etsi ibi dicat Abb. sẽtentiam posse teneri in clerico seculari. quem & vide in consi. 160. longa est. col. 10. etsi Feli. in. d. c. cùm nuntius. co. 2. dicat, difficulter dictam Abb. sententiam praxi fore recipiendam.
¶ PREDICTA igitur obtinẽt, cùm monachus non fuerit testis instrumentarius, à fortiori idem esse dico, quando in instrumento monachus testis adhibetur, quo in casu sine dubio est, monachum absque superioris licentia posse testem esse. vt tenet Paul. Castren. in consi. 426. ad primum. lib. 2. & Soci. in cõsi. 17. supra dicta. col. fi. lib. 1. inibi plerunque ita consuluisse recensens. eandem opinionem sequitur Greg. Lup. in
408 l. 9. tit. 1. parti. 6. & Lauren. Silua. in. d. consi. 16. col. 3. & in terminis præteriam dicta † quòd monachꝰ possit testis scribi in testamento. tenet Guid. pap. q. 517. vtrum religiosi. vbi & ait, communi obseruãtia & praxi hoc muniri, & quòd ita fuit diffinitum in curia Parlamenti. cuius meminit Chassene. in. d. consuetudinib. Burgund. in. d. tit. des successions. rub. 7. §. 4. nu. 7. charr. 239. colu. 4. quibus adhæret Card. Pan. Parisi. in cõsi. 72. pro resolutione. nu. 9. lib. 3. vbi dicit, hanc esse communem sententiam. Sed videtur sententiam Guid. Card. Parisi. & Chasse. esse intelligendam, si superioris licentia interuenerit. ex opinione Specul. Ioa. Fab. & Angel. in. d. consi. 233. in quibus locis tenent, in hac re superioris licentiam esse necessariã. & ex sententia Bald. in. l. quoniam liberi. co. 2. C. de testib. & Alberi. in authẽ. si dicatur testis. in fine. C. eod. titu. & in tracta. de testib. in titu. de personis quæ prohibentur ratione defectus personæ. nume. 15. & Curti. antiq. in tracta. etiam de testib. in. 5. volumi. tracta. char. 49. & quę Areti. notat in. d. consil. 160. nu. 10. & in terminis Card. Paul. Parisi. in consi. 83. potuit. nu. 35. lib. 1. & probari videtur in. c. super prudẽtiam. & in. c. quanquàm. 14. q. 2. & in. c. 2. de postul. Nihilominus tamen, sententiam Guid. pap. & saquatium intelligo, etsi superioris non adsit licẽtia, vt ex eis cõstat: aliàs eorum opinio superuacanea esset: cui vt probabiliori assentio ex his quę diximꝰ & ex regul. l. 1. ff. de testib. cum alijs supra citatis. & ex prædictorum doctorũ sententia expræsse hoc tenentium, hic abundè probat Lauren Silua. in. d. consi. 16. col. 3. & adde in materia videndũ Ioa. Imol. in. l. 1. § si fructuarius. col. fi. ff. de stipul. seruo. & moder. in authent. si qua mulier. C. de sac. sanct. eccle. & Bald. in consil. 22. quidam fecit. lib. 1. Corne. in consi. 68. colu. 2. lib. 1. Soci. in consi. 130. visa contingentia. col. fi. lib. 1. Paul. Parisi. in consi. 50. testamentum lib. 3. & in consi. 24. duo. col. penul. lib. 3. ¶ Et an fratres prædicatores possint esse testes testamenti, in quo aliquid eis relinquitur. videre licet Deci. in. c. tertio loco. col. 5. de probat. post Alex. illic ab eo citatum.
¶ PRETEREA & ex eadem procedit radice † militem missum ad locũ 409
ad exercendam militiam ipsius oppidi stipendijs, illiꝰ oppoidiesse in colã, siue ciuem, vicinum quę tẽpore quo in illo habitauerit: ita quòd iure optimo hac lege & prędicta constitutione ordinamẽ. extantibus, potest esse testis in testamẽto nuncupatiuo. ex tex. in dicta. l. municipes. §. fi. ff. ad municip. & illic doct. & glo. in. d. l. ciues. & Bart. in. d. l. 1. colu. 4. ff. ad municip. & doct. in prædictis locis. & Fel. in. d. c. dilectus filiꝰ. in. 2. colu. de rescrip. & alibi fæpe traditur.
¶ INFERTVR etiam ex iam dictis
† doctorem cõductum ad legendum 410
ca-

Universidad de Deusto
Biblioteca

canones seu leges aliam quę scientiam in aliquo oppido, tempore illo in quo loco habitauerit, ciuem illius loci reputari & vicinum: & ex hoc fieri, in testamentis nuncupatiuis testem scribi posse. vt constat etiam ex dicta. l. municipes. §. fi. ff. ad municip. & ibi expræsse Bart. & docto. in dicto capitul. fi. de parroch. & in dicta. l. ciues. & Soci. in dicto. capitul. fi. de for. compe. columna. 12. & moderni in rub. de magistris. & probatur in. l. senatores. C. de incolis. lib. 10. & alibi sæpe traditur. & vide etiam Boeri. in dicta decisio. 260. numero. 19. Ex quibus & percipies, quid erit de doctore medico conducto in ciuitate. ad quod & uideas quæ traduntur in. l. medicos. C. de professo. & medi. lib. 10. & in plerisque similibus notissimis quę locis.

411 ¶PORRO & ex his fieri videtur † famulum mercenarium habitãtem in ciuitate cum aliquo ciue, esse vicinum ciuem qúe ipsius loci: adeó vt testis in testamento nuncupatiuo in illo loco edito esse possit. quod suadere videtur tex. in capitul. rogationes. de consecra. d istinct. 3. cuius sunt verba, *plebs vniuersa conueniat*. quem tex. ibi glo. notat ad

412 hoc † quôd seruus de populo est. igitur consequens esse videtur, & fortius, famulum mercenarium liberum, & nõ seruum de plebe esse, & sic ciuem. ex tex. in. l. plebs. ff. de verb. signifi. ¶Secũ

413 dó hæc instruitur sententia, quia † famili gaudent dominorum priuilegio. l. 1. & 2. C. de episcop. & cleri. cum alijs Et ideó tenet Bald. in. l. obseruare. §. proficisci. columna. 5. ff. de offi. procon.

414 familiares potestatum † esse ciues loci, in quo domini exercent offitium, & ipsius domini priuilegiũ habere. ¶Ter tió hæc munitur pars, ex his quæ consuluit Bart. in consil. 42. uisa inquisitione columna. 2. vbi dicit, statuta loquentia in habitantibus in ciuitate, obtinere in eo qui in eodem loco est famulus alterius. & inibi palám tenet, hunc † ciuẽ esse ipsius loci. & Bart. refert & sequitur Tho. Grama. in decisio. 83. succedẽte. columna. 2. ¶Quartó huic sententię accedat tex. in. l. libertus. in princip. ff. ad municip. quem ibidem Alb. in hũc expendit modum, *nota contra mercenarios seu scutiferos & famulos, quod non excusantur a collectis nec alijs oneribus, ex eo quod dicant semorari cum dominis suis*. hactenus Alberi. exquo palám cõ

416 stat † famulos esse oppidanos seu vicinos ciuitatis: siquidem sint obnoxij ad onera ciuitatis. ex dicta. l. 1. ff. ad municip. & hoc est quod palam dicit Albe. in dicto loco. ¶Denique & in proprijs terminis hanc sententiam tenet Ioan. magister Parisien. qui olim (& si breui) prædictam ordinamen. legem (hac lege comprobatam) fuit commentatus.

417 quo in loco in verb. vezinos. dicit † famulum mercenarium posse testem inf misceri in testamento nuncupatiuo, tãquãm ciuem loci in quo testamentum conficitur. ex tex. cum glo. in dicto capitul. rogationes. quod etiam tenet doctor Olmedilla in dicto eius tractatu. & nouissimé eandem opinionem tenet Greg. Lup. (eruditus quidem vir) in. l. 1. titulo. 1. partit. 6. & si breui hanc definiat rem.

¶IN contrarium tamen arguitur, & primó ex tex. iuncta glo. in. l. si verò. in

418 princip. ff. de his quæ deiece. vel effude. ex quo tex. Bald. ibi notat † habentem famulos in ciuitate, propriè esse existimandum in ciuitate habitare, & non ipsos famulos. igitur non firmandum esse videtur, famulum vt ciuitatis vicinum posse inscribi testem in testamento nũ

419 cupatiuo. ¶Secundó hæc suadetur sententia, quia vt plerunque accidit † famuli non recipiuntur ad incolatũ seu ciuilitatem, nec populi onera subeũt. quarè dicendum videtur, non posse reputari

putari ciues seu vicinos. ex tex. in dicta. l. 1. ff. ad munici. & ibi Bar. & ex tex. in dicta. l. ciues. & ibi Ioa. de Plat. colum. 2. C. de incol. lib. 10. cũ similib⁹ de quibus meminit Car. Paul. Pari. in cõsi. 17. consultatio. numero. 3. lib. 1. ¶Præterea & tertió hanc sententiam patrocinatur, id quod frequenter contingit, (maximè his temporibus) famulos non seruire dominis animo remanẽdi in ciuitate, sed ab ea recedendi: quarè ciues seu vicini esse non possunt. vt in dicta. l 2. & in dicta. l. est verum. C. de incol. lib. 10. & in dicta. l. nihil. ff. de capti. & post limi. reuer. cum alijs citatis à Card. Paul. Parisi. in cõsi. 51. dominus Hieronimus. numero. 91. lib. 3. ¶Demũm hæc sententia probabilior ex eo videtur, quia rationes prædictæ legis ordinament. & huius nostræ legis (quibus sancitum est, testamenti nuncupatiui testes oppidanos exigi) de quibus supra abundè fumus loquuti, non habent locum in famulis: sicut in alijs, & ita nec ipsarum legum constitutiones. l. adigere. §. quãuis. ff. de iur. patro. capitul. cum cessante. de appella. cum alijs.

410 ¶HEC sunt quæ pro vtraque parte considerari possunt, superest nostrum interponere iudicium: quod quidem est † famulum tãquãm ciuem loci seu vicinum testem esse posse in testamento nuncupatiuo: si in eo ea cõcurrant quæ iure seu consuetudine necessaria sunt, vt loci sit vicinus. plures enim vidimus famulos receptos ad ciuitatem & incolatum, & ciuium onera subire, immò habere in oppido vxorem & famulos: quos ad hanc rem non admittere minimè censeri potest. & in hoc ciuitatis possumus eos depasci posse pascua vniuersitatis suis pecoribus vt loci habitãtes: iuxta prædictam legem partitæ. quibus & accedant quæ Bald. tradit in cõsil. 198. statutum ciuitatis. numero. 3. libro. 2.

¶AT verò si famuli non subeãt onera ciuitatis cum alijs oppidanis, nec ad ciuitatẽ recepti fuerint, in ea quę sint absque animo ibi quę rendæ seu retinẽdæ ciuilitatis, in illis quę alia non concurrant, quæ iure sunt necessaria: ad hoc quod sint ciues seu vicini. hoc enim in casu, sine dubio videtur, famulum non posse esse testem testamenti nuncupatiui. ex his quæ postremò dixi mus.

¶CVI sententiæ nõ refragatur tex. iuncta glo. in dicto capitul. rogationes. quia † & si serui sint de plebe, non ex 421 inde sequitur, & eos esse vicinos. Item tex. & glo. in dicto capitul. rogationes. in eo actu loquuntur, qui cõmunis est dominis, & seruis, & alijs in populo existentibus: & si non ciuibus: prout sunt letaniæ quas respitiunt omnes Christi fideles liberi & serui.

¶SECVNDA ratio excogitata pro priori parte non officit † quia & si 422 famuli dominorum gauderent priuilegio, hoc non efficit famulos esse ciues & vicinos populorum, ita quôd testes inscribi possunt in testamentis nuncupatiuis: consideratis constitutionibus huius legis & prædictæ sanctionis ordinamen. Præterea non est verum, famulos † frui posse priuilegijs dominorum, si 423 clericorum famuli non sint, nisi in casibus à iure expræssis, de quibus hic noster non est. vt probatur in capitu. sicut. de verb. signifi. lib. 6. & ita tenent Alberi. & Paul. Castren. in. l. 1. C de episcop. & cleri. idem Alberi. in. l. 1. C. de vxo. mili. & Capizi. in decisio. 12. in casu Hurgonij. columna. fi. & adde videndũ Soci. & modernos in capitul. 1. de for. compe. & alibi sæpe. ad quod facit bonus tex. in. l. 1. *por quanto*. & in. l. 28. *mandamos*. in princip. titulo. 4. lib. 4. ordinament.

¶EX his quæ diximus parum obstat sententia Bart. & sequatium citata pro priori

Universidad de Deusto
Biblioteca

priori opinione. nec tex.in dicta. l. libertus.& ibi Alberi.ff. ad municip. siquidem loquatur in dissimili casu. Præterea & illi loquuntur, cùm famuli sint ciues oppidi,animo quę illic permanendi,commorantur. ex supra dictis.

¶DENIQVE & sententia Ioa. magistri Parisien.iuxta prædicta explicanda est,in illis famulis,qui veri ciues vicini quę sint:alioqui eius sententia optimo iure repellenda est.

424 ¶PROINDE & iuxta prædicta illud queri potest † an scholares tempore quo Salmaticæ vel in hoc Pincia no studentloco, exin dé tamen recessuri,sint ciues & vicini, ita quód inscribi possint testes in testamento nuncupatiuo.ad quod videre licet tex.& ibi docto.in dicta.l.2. C.de incol. lib. 10. & in dicta.l.lex Cornelia. §.si tamen. ff.de iniur.& in.l.quæsitum.in princip. vbi Bart. ff.de leg.3.& in.l.Seyæ. §.Philæ.ff.de fund.instruct. & in.l.2. §. sed vtrum.ff.de iudi.& in.l. hæres. §.1. ff.eodem titulo.& docto.in dicto capitulo.fi.de patroch.& in capitul. quod clericis.de for.compe.& in capitul.ex parte.eodem titulo.& Ioan.de Plat. in dicta.l.ciues. C.de incol.lib.10.& alibi sæpe traditur.& sat ex iam dictis definitur.& ex notatis per docto.in authẽti.habita.C.ne fil.pro patre.

425 ¶CETERVM & iam dicta dubiũ illud decidunt † nunquid aduocatus qui ad causas perorandas ad ciuitatem accessit,ibidem quę habitauerit, non tamen animo inibi perpetuó habitandi,nec suscipiens onera ciuitatis,possit esse testis in testamento nuncupatiuo vt ciuis vicinus quę loci. Quod videtur,cùm veluti miles illic electus censeatur.ex tex.in.l.aduocati. C.de aduoca.di.iud. cum alijs. igitur censendus est,ciuis ibidem esse. ex tex.in dicta.l. ciues.cum alijs supra numero.409.citatis. Item veluti miles,& ecclesię rector,monachus quę,& vt doctor ad legendum conductus,testes in testamento nuncupatiuo esse possunt,&si in loco non habitent animo indè nũquàm recessuri(vt supra ostensum fuit)&ita videtur de aduocato,vt esse possit testis testamenti nuncupatiui confecti in ipso loco,inquo exerceat officium aduocationis,tępore quo fuerit patronus causarum in ipso loco, & ibi militauerit. ¶Sed iuris rigore inspecto probabilius videtur,aduocatum ad ciuilitatem expræsim vel tacitè non receptum,& vt ciuem non subeuntem onera ciuitatis ad quę ius aduocatos ciues astringit,ne quâquàm eum in testamento nuncupatiuo testem inscribi posse,vt vicinum loci,in quo causas exorat: &si habitet in illo loco.cùm iuris sit regula † solam habitationem seu incolatum quem ciuem non efficere: nisi ille onera ciuitatis subeat: seu ad ciuitatem saltem sit receptus.vt constat ex dicta. l. ciues. C. de incol.lib.10.& ex.l.incola. in. 1. ff. ad municip.& ex his quę Bart.notat in dicta.l.1.ff.ad municip.& ex singulariter adductis per Areti.in.d. consi.77.& ratio scribendi.columna.1. post Baldum in authenti.& omninó. colum. 4.C.ne vxor pro mari.& Bart.in tracta. repręsali.in.1.q.7. principalis. & adde videndum Alberi.in rub. ff. de mune. & one.column.2.& 3.& Iacob.Rebuf. in dicta.l.ciues. Præterea & Car. Paul. Parisi.in dicto consil.53.numero.90.cũ sequentib.lib.3.notabiliter concludit † aduocatum habitantem in loco inquo causas tuetur,non esse ciuem ipsius oppidi:nisi & subeat onera populi. ¶Quod non videntur diruere iura prędicta loquentia de milite. quia agunt de milite in populo electo, extipendia quę recipiente ex populo ipso. ¶Item &si militent aduocati † non quidem gaudent priuilegio militum in testamẽtis & in alijs.vt probatur in.l.fi. C.de iniust.testa.& ita tenent Alberi. & Vber. de Bob.ab eo illic recensitus.quod vltimum an sit verum abundè docto. discutiunt in. l. centurio.ff. de vulg. & pupsubsti.maximè Ioan.Francisc.de Ripa. inibi.col.3.&.4. ¶Denique & sententiæ doctorũ † quæ extendunt iura prædicta de militibus loquentia ad doctores conductos ad legendum,& ad monachos,& ad rectores ecclesiarum:non loquuntur in aduocatis,in quibus videtur ratio dissimilis. Sed in prædictis cogita & an hac in re ex primó dictis vt testamenta non pereant, esse possit discrimen inter aduocatos incolas loci,& milites, monachos quę & rectores ecclesiarum. Et quia monachi à populis non eliguntur, prout nec aduocati plerunquę,sicut nec rectores ecclesiarum. Ité & monachi stipendijs populi non fruuntur,nec rectores ecclesiarum,vt nec aduocati.

¶DEINDE & quæri potest,& sit quintum dubium huius tertiæ conclusionis primæ partis istius legis † an dominus oppidi eius habens iurisditionem in eo tamen non habitans, ex eo quód dominus, sit loci ciuis & vicinus: ita quód esse possit testis testamenti nuncupatiui. ¶Et his illud dubium plerunquę contingens finitimum est, an dominus oppidi in eo habens iurisditionem, etsi in eo non habitęt, vt oppidi incola depasci possit suis pecoribus pascua publica & montes.& vtrunquę probabilius esse sequentia indicant.

¶ET PRIMÓ curiæ nostræ quę cancellariæ stylus & praxis, nam frequẽter dominorũ auditorũ plerisquę sẽtentijs cõcessum est, dominis oppidorũ etiam non habitantibus in eorum oppidis,nec ipsorum oppidorum vicinis, prout duobus vicinis seu ciuibus (immó vt auditu percipi) quandoquę vt tribus,suorum locorum montes & pascua suis gregibus depasci posse. quem stylum ius facere,non videtur dubitandũ. vt in.c.ex literis.de constitu.& in.l.fin. C.de iniur.cum alijs. quæ interpretatio non videtur mutanda. l. minimè.ff. de legib.cum suis similibus.

¶SECVNDO hæc suadetur sentẽtia,quia sat videtur dominus in eius loco ciuis incola quę esse,etsi verè inibi non habitet,ex quo in eodem loco suos prætores habet in eo habitantes, ab eodem domino singulis annis creatos seu cõstitutos,iura ipsi populo reddẽtes,habeat quę etiam dominus ipse alios qui in ipso oppido habitãt,ipsius domini fructũ reddituros coligẽtes.ex tex.in.l.cùm antiquitas.& ibi docto. C. de vsu & habita.vbi probatur † quem in loco habitare esse cẽsendum,etsi per alium in eo habitet. quod expræsse tenet Mathe.de Afflict. in decisio. 401.quidã donauit. ¶Vndè Bald.dicit in cõsi.234.decretum magnificę.lib.1.quód statutum † aut decretum loquens de habitãte in ciuitate, ex causa naturali esse extendendũ:& ideo dicit,statutum ipsum explicandum esse de illo qui habitat in ciuitate per alium quia ait,quód qui per aliũ habitat, otiã ille habitare videtur, & quód in hoc fictio non est,sed ipsa veritas.ex text.in.l. certæ. §.si procurator.ff. de præcar. cũ alijs.Immó & potiús idem Bald.in eodẽ loco dicit † quód vt obtineat decretũ de habitãte,sufficit etsi omni tępore nõ habitet,sed aliquãdo cõmoretur:siquidẽ verba decreti ex aliquo sumẽda sunt nõ verò ex vniuerso. Et hæc secũda ratio munitur etiã † quia & ille dicitur habitare,qui nõ est prẽsens,si illic suã habeat familiam.vt legitur &notatur in.l. 1. §.domũ.& ibi glo.ff.de libe. agnoscẽ. & idẽ inibi tenet Bart. in. §. permittit. colu.2. quod etiam traditur in.l.si mulieri

Universidad de Deusto
Biblioteca

lieri.& ibi est gl ff.quib.mod. vsufruct. amit.& in.l.1.§.habitare.ff.de his qui de iecc.vel effude.vbi Bart.ad quod est optimus tex.in.c.is qui habet.& ibi docto. de sepultu.lib.6.cum similibus de quibus memor est Felin.d.c.quoniam.de offi.ordi.col.1.& Dec.in.d.l.cum filio fa mil.nu.4.Carol.Rui.in consil.18.de pluribus.nu.9.lib.5.pro qua sentétia facit tex.notab.in.l.cùm scimus.§.fi.C. de agricol.& censi.lib.11 in verbis, *satis æquum nobis videtur, domino prædii cari colonorum absentia, qui in rure nati et postea absentes per suos patres vel fratres vel cognatos agricuturam prægebant: nũ enim pars quodammodo corporis eius per cognationem in fundo remanebat non videtur nec abesse.* quam legem ibidé docto. ad hoc expẽdunt, precipuúm Ioa.de Plate.quód in statuto cõstitutũ sit † absentẽ à ciuitate non posse gaudere priuilegio ciuium: quód si aliquis absit à ciuitate, in ea relinquens eius parẽtes, fratres quę, aut cõsanguineos, subeũtes onera ciuitatis, quód presens cẽsend⁹ est. quod etiã inibi placet Iacobo Rebuf. qui & illum tex.ad hoc notat.co.2.vers.17.nota. quód absens quis dici nõ potest † dum parẽtes & cognati in ciuitate sunt presẽtes. Vndé sequitur vt inibi dicit Ioa. de Pla.in.§.illud quoque.co.1.in fine.repræfalias cõcessas cõtra Florentinos † posse exequi cõtra Florẽtinos alibi habitãtes, si Florẽtię bona habeãt, ibidé quę parentibus fratribus quę aut alijs ei⁹ hominibus onera susciplant. ad quod citat Bart.in tracta.represal.in.7.q.principali.in.2.quinterno.co.fi.in quo loco Bar. ad hoc allegat tex.in.d.l.1. ff. ad munici.& ad predicta videre licet Ant.Corsi. in tract.de regia potestate.nu.12.qui reperitur in.2.volu.tracta.diuerso. docto. vbi ad hoc plura citat. ¶Quę etiam cõfirmantur ex tex.in. l. viu retinetur. ff. quenad.mod. ierui. ami. & ibi notabil. Alberi.& ex tex.in.l.quod meo.in princip.ff.de acquir.posse. & regul. qui per alium facit de reg.iur.lib.6. ¶Et hæc secunda ratio suadetur ex traditis in: l.2. C.qui ætat.se excu.lib.10.vbi habetur, 438
patris † habitationem & filij esse. quod & Bald.adnotat in.l.1.§.illud. C.cõmu.de manu.& recentio.in.c.afferte.de presumpt.cũ alijs quorũ memor est Chase.in cõsil.54.ex narratis.nu.13.& Guil. Bened. in.d.c.Raimunti⁹.in ver.mortuo itaque testatore.in.2.nu.44.ch.425.co.1.

¶CVM igitur domini oppidorũ sat subsistineant onera ipsius oppidi, pretoribus alijs quę suis hominibus, illic suis expensis iura reddens, populum que regens, satis videtur illius loci incola, & ciuis, vicinus qúe: etsi inibi nõ commoretur: quare & videtur, scribi posse testem testamento nũcupatiuo in eodem loco confecto: item & in eo vt vicino obtinere prædictam legem partitæ. concedentem habitantibus pascua vniuersitatis, etsi in ipso loco non habitet. Huc etiam vergit, & dictam secundam rationem confirmamus, quia prætores cõmorãtes in locis ipsius domini, repræsentãt 439
ipsius domini personam † ipsorumque & domini idem est tribunal. vt in.c.non putamus. de consuetu. lib.6. ibi, *non putamus illam consuetudinem quantocunque tempore de facto seruatam, consonam rationi: quod ab officiali episcopi ad eundem episcopum valeat appellari. nec ab eodẽ ad seipsum: cum sit idẽ auditorium vtriusque appellatio interposita videatur.* quo in text. glo.in verb.ab eodem. dicit, quód appellatio illa esset de episcopo ad episcopum. & illum text.ad hoc inibi expendunt Dominic.& alij † & quód episcopus & eius vicarius eadem persona reputentur. probatur etiam in. l.fi. C. vbi & apud quẽ ibi. *vt viteatur ipse qui iudicem destinauerit, vt pote pro tribunali cognoscens, in integrũ date restitutionẽ.* idẽ etiã probatur in.l.precipimus. C.de appe. quã legẽ inibi Ang.ad hoc põderat † quód à vicario domini ad ipsum dominum appellari non potest. quod fusius Old.scripsit in consi.161.thema.col.2.& Iacob.de sancto Georg.in tract.de feudis.in verb. cũ mero & mixto imperio.co.3. & Alb. Brun.in consi.102.tria sunt. colu.2. Quæ quidem oppidorum dominis aduersantur, cùm ex eorum prætoribus maiorib⁹ ad eos appellari non liceat. vide tamen in materia qúe late tradit Bart. in.l.1.ad finem.ff. quis & à quo appelle. cum alijs quę allegat Curt.iuni. in tracta. feudo. vltima parte.q.12.& in consi.2.circa.colu.2. post Abb. in.c. relatum. de offi. de leg.& Ioa.Fabr.in.§.1.institu. de vulg. substi.& Didac.Couarru.in.c.4. pratica.qq.num.6.cum sequentib.& Pet.de Auenda.in eius. C.de exequen. mãda. reg.cap.5.

¶TERTIO principaliter prædictã sententiam suadet text.optimus in. l.2. C.de pasc.publi. lib.11. ex quo ibidem adnotat And.de Baru. cui consentiunt 442
Ioa.de Plat.& alij docto. regni baronibus † & comitibus in territorijs suorum oppidorum esse loca constituenda, in quibus depascantur eorum pecudes & greges absque subditorũ iniuria. quod dubium sic fuisse definitum inibi recenset Iacob. Rebuf. col. penul. & fi.

¶QVARTO huic alludit sententię † quia vasalli sunt obnoxij subemte 443
necessitati dominorum. c. similiter. de capi. corra. l. si libertus. ff. de oper. liber. quẽ tex.ad hoc perpẽdit Bald in. l.1. in fine. C. eod. tit. cum alijs de quibus Mathe. de Afflict. in decisio. 265. illustrissime. nu. 104. quaré consequens est, dominis oppidorum esse communicãda pascua suorum locorum ad necessitatem & indigentiam eorum pecudum: saltém vt duobus seu tribus ciuibus ipsorũ quę locorum incolis: etsi prædicta septi partaru m constitutione pascua tantùm incolis sint destinata.

¶CETERVM & quintó hæc instruitur pars † quia dominus est caput 444
suorum oppidanorum & locorum; quaré non minus videtur, iudicandum de capite, quám de membris, c. cùm non licet. de præscript. cũ similibus, & ideó dominũ non minus vti posse pascuis suorũ locorũ, quám eius vasallos dicendũ videtur. quod & suadetur, quia si dominus est caput vasallorũ † ergo & loco- 445
rum eius ciuis vicinus qúe est: vt sat constat. ex. d. l. ciues. & expressè sic Bald. tenet in. d. l. obseruare. §. proficisci. 8. q. ff. de offi. procon. ex hoc fieri dicens † sta 446
tutum de ciue loquens, obtinere & in capite ciuium qúe & domino, quia ciuis est: igitur hoc efficere videtur, quód dominus etiam si non habitet in suo loco, ipsius sit vicinus: & sic quód in testamento nuncupatiuo ibidem edito testis esse possit: & quód etiam valeat depasci suis pecoribus pascua ipsius loci. nã † cùm 447
lex aliquem ciuem ex aliquo efficit, verè ciuis est, non fictè. vt cõstat in. l. in vrbe. & ibi in terminis Bald. ff. de statu homi. & idem probatur in. c. licet. de elect. & inibi Bald. & in. l. siue possidetis. co. 3. C. de probat. & alibi sæpe. Quinimmó † & statuta de ciuibus agentia, & in illis explicari possunt, qui pro ciuibus habentur. vt sat docet tex. in. l. adoptiuum. §. patronum. ff. de in ius vocan. vbi Angel. & moder. post Bald. in. l. ait prætor. §. hæc verba. co. 1. in fi. ff. de nego. gest. cũ alijs de quibus meminit Iaso. in. l. si is qui pro emptore. nume. 309. ff. de vsuca. & Dec. in consilio. 283. & diligéter pro tenui. col. pen. & ante eos optimè Bart. in consilio. 62. punctus talis est. vbi ait, quód esse ciuem † est actus ciuilis: & 449
quód eo ipso quód lex aliquem ciuem facit, illum verum ciuem esse. cuius Ancha. meminit in capitul. 1. de constitu. columna. 79. quæst. 14. totius relectionis. verficulo. sed pone aliquis est effectus ciuis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶PRETEREA & sextò hæc opinio euidens videtur, quia dominus eius oppidi maiora sustinet onera, quàm quilibet ipsius loci incola seu ciuis. Tum in ipsis locis regendis. Tum quia, ibidem eius expensis iudices saltèm maiores crean-
450 tur. Tum etiam † quia obnoxius est contribuere cum eius vasallis ad instaurationem murorum ipsius oppidi. vt palàm tex. docet in l. 5. tit. 4. lib. 4. ordina. & in l. 18. tit. 1. ordina. lib. 7. & text. in l. ad instructionē. C. de sac. sanct. eccle. & ita in terminis tenet Petr. Antib. in tracta. de munerib. nu. 39. & an alias collectas dominus soluere teneatur. videre licet eundem Pet. Antib. in d. eius tracta. nu. 95. & Guid. pap. q. 385. quid autem de habitantibus. & Eguid. Thom. in suo minimo tracta. de collectis. §. exactis ecclesiasticis. & adde etiam videndum Pet. Auenda. de exequend. mand. reg.
451 c. 6. nu. 20. Tum quia, etiam † dominus oneratur in eius vasallis visitādis. vt probatur in c. procurationes. & in c. sopite. de censib. & in † videndo an commodè opportunè qúe oppidorū bona ac reddit⁹ expēdātur. vt probatur in l. fi. in fi. C. de debi. ciui. li. n. & in c. cōquerēte. de rest. spolia. cum alijs de quibus Gui. pap. in. q. 611. in quadā causa. nu. 5. quod praxis quotidiè admittit. & videre etiam licet Pet Auenda. in. d. eius tracta. de exe-
453 quen. mand. reg. capitul. 9. Tum † & dominus oneratur in tuendis territorijs suorum oppidorum. l. in nomine domini. C. de offi. præf. præto. Afri. in. §. in sardinia. & in simil⁹. Si in his ergo dominus suorum oppidorum onera sustinet, consequens est, & ei frui licere pascuis ipsorum oppidorum, & populi vicinum esse cōsendum & incolam. ex. l. 1. ff. de mune. & hono. cū alijs. & in regul. secundum naturam. ff. de regul. iur. & in c. qui sentit onus. co. d. ti. in. 6.

¶SED huic sextæ rationi obsistere videtur, quód plerunque dominus (vt potè nobilis in suis locis non sustinet onera tributorum: nisi ea tantùm, ad quæ nobiles tenentur, quare videtur, dominum vt ciuem non posse gaudere commodis ipsorum locorum. ex dicta. l. ff. de mune. & hono. cum alijs quorum meminit Aret. in consilio. 77. & ratio. columna. 1. & Fel. in capitu. quoniam. columna. 1. de offi. ordi. & Card. Parisi. in consi. 52. dominus. numero. 90. lib. 3.
454 Nàm hoc euertitur † quia alij nobiles ipsorum oppidorum dicta tributa non solbunt. vt in. l. 6. titul. 2. lib. 4 ordi. & in l. 3. §. 1. ff. de mune. & hono. & alibi sæpe. Prætereà si dominus ratione nobilitatis ab his tributis immunis sit, hoc enim ius impellere non potest, vt illum ciuem esse dissiteantur: nec in hoc casu obtinet dicta. l. 1. ff. de munerib. &
455 hono. quia si aliqui liberentur à solutione tributorum † ex eorum nobilitate, aut dignitate, adhuc ciues sunt: & commodis incolarum fruuntur. vt probatur in. l. non tantùm. §. si emancipatus. ff. de bono. posse. cont. tab. & ex his quę in. l. bi Bart. scribit. idem & constat in l. si Rutinus. C. de testa. mil. & illic docto. & palàm Bart. in. l. 1. columna. 4. verficul. quæro vtrum statuta. cum sequentibus. ff. ad municipa. & Ioan. de Lignia. in tracta. de interdictis. numero. 40. qui reperitur in. 16. volumi. tracta. docto. vbi ait, nobiles dominos
456 marchiones † de ciuitate esse, etsi privilegio iuris à muneribus vacent. quod etiam Oldra. admittit in consilio. 32. quæstio est. columna. fin. vbi & conclu-
457 luit † etiam hos vti posse ciuitatis pascuis. & Old. refert & sequitur Alex. in consilio. 32. visa concessione. lib. 5. & in consilio. 41. ex multis. columna. 1. in fin. lib. 7.

¶SEPTIMO. hęc sententia suadetur, ex eo quòd dicitur et † dominos terrarū seu magistratus habere domicilium in
458 qualibet earum ciuitate: etsi in aliqua earum particulare domicilium habeat vt legitur & notatur in. C. omnes. de mario. & obidi. & inibi est bona glo. & idem notat Bart. expressè in. l. assumptio. §. pe. ff. ad municip. & Soci. in. c. fi. colu. 6. de for. compe. post And. de Isern. in tit. quę sit prima cau. benefi. ami. col. 4. ver
459 fi. sed nec est alia. & ibi alij docto. & optimè Bald. in. l. siquis ad declinandam. col. 14. versi. iuxta hoc tamen est sciendum. C. de episcop. & cleri. vndè fit vt ipse Bald. ibi dicit † reges seu barones non posse dici bagamundos, quia in omnibus terris eorum habēt lares, idest, domicilium. vt exponit text. in. d. l. ciues. C. de incolis. lib. 10. & in. l. 2. C. vbi senа. vel clari. Ex quibus doctrinis clarè constare videtur, dominum oppidorum etsi in eis non habitet, illic domicilium lares qúe habere: & ita videtur, frui posse nemorib⁹ & pascuis ipsorum oppidorum: etsi in eis non habitet.

¶OCTAVO prædictæ sententiæ
460 accedant tradita † per Bari. de Put. in tracta. sindicatus. in verb. statutum ciuitatis, qui reperitur in. 2. volu. tracta. docto. char. 361. co. 3. vbi dicit, se respōdisse in quadam causa cuiusdā ciuitatis, quæ habebat ex consuetudine antiqua seu ex priuilegio ius pascendi gratis & absqúe aliqua mercede in territorio alterius oppidi) dominum dictæ ciuitatis vti posse sine prætio prædictis pascuis, prout possunt eius vasalli dictæ ciuitatis: quia ipse dominus etiam videtur ciusdem ciuitatis. & ita hic doctor palàm tenet, dominos oppidorum vti posse pascuis eorum vasallis concessis, esse qúe & ipsorum oppidorum ciues, etsi in illis non habitent. ad quod Pari. de Put. citat glo. in. d. c. omnes. & Bart. in. d. l. assumptio. §. fi.
461 ¶PROINDE & nonō hæc pars probatur † ex eo quod collecta. tenet in capitul. ad quæstiones. colum. 1. de rer. permuta. vbi refert Pet. Bo. & Compostel. in capitul. fin. de constitu. dicentes quód si ciues alicuius ciuitatis habeant vsum nemoris, quód tunc miles duplicem in eo habebit portionē: at verò rusticus vnam. ex text. in. l. imperatores. ff. de serui. rusti. prædio. quod idem Collecta. admittit in legatis & gratuitis cō
462 tractibus: & præcipuùm quando nemus esset commune militibus & rusticis vt collegio. Ex qua † Collecta. sententia vetus regiæ cancellariæ praxis inoleuit, qua à regijs senatoribus dominis cōsueuit concedi duplex portio in pascuis & nemoribus, prout duobus oppidanis: & si ipsi domini non habitent in suis locis.

¶DENIQVE & decimó sententiæ prædictæ conducit, quia rationes quibus prædicta ordinamenti constitutio (testes ciues exigens) fuit constituta (quarum supra numero. 334. & sequentibus memores fuimus) in domino obtinent: siquidem non ignotus sed notissimus sit, possit qúe de facili reperiri, cùm ei⁹ depositione opus fuerit, habeat qúe & ipse dominus (vt frequenter accidit) testatorem notum, & eius bona prout ciues: igitur videtur, ipsum dominum posse scribi testem testamento nuncupatiuo eius subditi. l. illud. ff. ad. l. Aquil. Et æquabiliter ratio dictæ legis partitæ in dominis inesse videtur, pensitatis oneribus, quę dominus sustinet in populi commodum.

¶HACTENVS dominorum partem sustinuimus, nunc verò superest describere, quæ contrariam tutantur partem.

¶ET PRIMO quidem videtur quód cùm dicta lex ordinamen. agat de vicinis, & prædicta lex partitæ tātum cō cedat vsum pascuorū & nemorū cōmorantib⁹ in loco, quód prædicta lex ordi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

non pertinet ad dominum non ciuem: & quòd etiam dicta cõstitutio ſeptiparti tarum non eſt trahęnda ad dominum in loco non habitantem: quem vulgus nec populi habitatorem, nec vicinum reputat. & hæc maximè obtinent, quia ſæpius prædicta lex ordinà. loquitur de teſtibus vicinis. ibi, *alomenos dezinos del lugar.* & iterum, ibi, *que ſean y cinco teſtigos dezinos alomenos.* Præterea & dicta l. parti. verbis repetitis ibidem contenta ſancit, ibi, *ca todo ome que fuere y morador.* & ibi, *mas los que fueſſen moradores en otro lugar, no puedan vſar dellos.* quod etiam conſtat in. l. ſequenti. & quod exigitur quòd quis in loco habitet, vt habeat vſum paſcuorum & terminorum populi, ibi, *y como quier que ſean comunalmente de todos los moradores de la ciudad o de la villa.* & idem probat text. in. l. 3. tit. 3. lib. 7. ordi. & l. 5. & 7. tit. 29. par. 3. quę verba cùm in dictis legib⁹ geminata ſint, efficatius iam dicta demoſtrant. ex tex. in. l. baliſta. ff. ad Trebel. cũ ſuis ſimilibus. ¶ Præterea hæc prior ratio adiuuatur, quia legib⁹ iuris ciuilis cõſtitutũ
463 eſt † nemora & paſcua vniuerſitatis deberi hominib⁹ oppidorum incolis quę vt palàm probatur in. l. teſtatrix. §. 1. ff. ſi ſerui. vẽdi. & in. §. vniuerſitatis. inſtitu. de rer. diui. vbi notatur. & in. l. in tantùm. §. vniuerſitatis. ff. eod. tit. & traditur in. l. ſicut. ff. quod cu. vniuer. nomi. vbi glo. in verb. non debetur. in fine. & Bald. in. l. ſi municipes. ff. eod. titul. & in rub. ff. de re. diui. columna. 5. & docto. in. l. parentes. C. de teſtibus. & ſat idem probatur in. l. ſed Celſus. in princip. ff. de contra. empt. cum alijs de quibus abundè Cepol. in tracta. ſeruitu. in tit. de ſeruitu. viæ. columna. 9. & Stepha. Bertrand. latiſsimè in conſi. 51. viſo conſultationis. col. 2. lib. 1. & Couarru. in. c. 37. prati. qq. nume. 1. ¶ Præterea hæc prima ratio comprobatur, quia dictum verbum, *moradores*, poſitum in. d. l. partitæ, non conuenit dominis non habitãtibus in eorum locis: igitur nec dictarũ legũ ſanctio. l. 4. §. totiens. ff. de dam. in fect.
464 cũ ſimilibus, quod maximè conſtat † quia proprię is dicitur in vrbe morari, qui in ea reſidet, atque habitat. vt conſtat ex legibus regijs ſupra nu. 378. citatis quæ loquuntur de vicinis commorantibus in loco. & ex tex. in. l. 10. tit. 3. lib. 4. ordi. & ex. l. 19. & 21. eod. titu. & lib. & ex l. 2. 3. & 4. & 5. tit. 4. lib. 7. ordi. & melius l. 9. & 11. tit. 20. parti. 1. & optimè probatur in. l. Titius. ff. de ſeru. exportãd. ibi, *Romæ moratus.* & ibi, *nec qui in fuga eſt.* & ibi, *moratur.* vbi etiã Alber. ad quod etiam eſt text. in. c. ex parte. B. apud ſi. de for. compe. ibi, *in qua interdum conſueuit commorari.* & ibi eſt glo. in verb. Andegauen. & text. in. §. in eodem quę. inſtitu. de vſu & habi. ibi, *licet eimo*
465 *rari.* & in. c. fi. de cleri. non reſiden. Præterea † ille tantùm dicitur in loco habitare, qui cum familia inibi habitat, ſo cum illic faciens, & omnia alia quæ incolæ facere conſueuerunt. vt traditur in. l. 1. §. habitare. ff. de his qui deiecę. & expreſſè ita Bald. conſulens in conſilio. 198. ſtatutum ciuitatis. columna. 1. lib. 2. ad quod ibi allegat text. in. l. 2. C. vbi ſena. vel clari. ex quo ibi Bal.
466 dicit † ſtatutum loquens de habitante in ciuitate, eſſe explicandum de habitante cum eius familia, & focũ faciente. & alia ab habitatoribus conſyeta. quod expreſſe idem Bald. tenet in authen. habita. columna. 2. verſi. quintò nota. C. ne fil. pro pat. vbi refert idem tenuiſſe Nichol. de Ma. cui ſententiæ & Dec. adhæret. in. l. cùm filius famil. colu. 1. ff. ſi cert. petã. & in conſilio. 37. in cauſa rigoroſe. columna. 5. verſic. & ſuper his. & Thom. Gram. in deciſione. 87. ſuccedente. columna. 7. & vide Bald. in. l. 1. columna. 2. C. de lega. & Romã. in cons fil. 264. vt is. Et qui veniant appellatione familiæ. vide optimũ tex. in. l. 6. verſi.

Eaun dezimos. titul. 33. parti. 7. vbi latè Greg. Lup. in verb. familia. Quę confirmantur ex traditis per eundem Bald. in conſi. 234. decretũ. colu. 1. in medio. lib. 1. vbi dicit, illũ in loco habitare eſſe exiſtimandum, qui verè in populo adeſt, ibi dè viuens comedẽs què & dormiens. Igitur. d. l. parti. tractans de cõmorantibus in loco, non eſt explicandà de dominis locorum illic non habitantibus: etſi habeant dominium & iuriſditionem ipſorum locorũ, & ad locũ illum guuernandum prætores cõſtituant. Verùm & prę
467 ter hoc † vt quis in loco habitare cẽſeatur, nõ ſatis erit, modico tẽpore inibi habitare: ſed maiore anni parte habitare debet. vt in. l. cùm Delanionis. §. Sabinus. ff. de fund. inſtruc. cũ alijs ſupra cõgeſtis nu. 378. quibus adde glo. & docto. in. l. 1. §. domum. ff. de lib. agnoſcen. & ibi Bart. & ſingulariter Tho. Gram. in d. deciſio. 82. & Boeri. in deciſio. 260. ad hoc quòd quis. col. pe. & in deciſio. 272. habitantes. col. 2. poſt Mathe. de Affli. in deciſio. 384. non ponam. col. 2.

¶ SECVNDO principaliter prædi
468 cta ſententia ſuadetur † quia etſi dominus habeat dominium ſuorum oppidorum, non tamẽ ex hoc in eis incolatum tenet, nec eorum eſt ciuis. vt probatur in. l. libert⁹. §. ſola. ff. admunicip. & in. l. cùm nec. C. de incol. lib. 10. & pulchrè
469 Stepha. Bertran. in conſil. 51. viſo conſultationis. ex quo ibi dicit † quòd & ſi quis in loco habeat complura bona, nõ ideò illi licebit frui paſcuis & ne moribus ipſius loci: quia non ex hoc, quòd illic bona poſsideat, cenſendus eſt ciuis ſeu incola loci. quarè conſequens eſſe videtur, dominum oppidi in eo non habitantem, non poſſe vt loci ciuem & vicinum teſtamento nuncupatiuo teſtem adiungi: nec illius oppidi nemoribus & paſcuis publicis vti poſſe. nam verbũ *vicinus*, ſeu, *ciuis*, intelligendum eſt de vero vicino ſeu ciue, vt traditur in. d. l. ciues. C. de incol. lib. 10. & in. d. l. aſſũptio. ff. ad municip. cùm alijs quorum in terminis meminit Thom. Grama. in conſi. 5. in cauſa. col. 1.

¶ TERTIO hæc pars fulcitur, ex text. in clemen. paſtoralis. §. denique. de re iudi. in quo text. conſtat † regem 470
aut dominos in eorum terris non habere domicilium nec incolatum, nec eſſe earum ciues: etſi vaſallorum ſint caput. cuius text. hæc ſunt verba, *denique licet rex ipſe terras aliquas ab imperatore teneredicatur in feudum, non tamen in eis ſed in regno prædicto domicilium ſuum foueba.* & palàm illic hoc tenet Ioa. de Imol. & Corſet. in tracta. de poteſtate regia. numero. 64. in quæſt. 28. conſtitutus in. 12. volu. tracta. docto. vbi Corſe. allegando glo. in dicto cap. omnes. de maio. & obidi. tenet † quòd reges tantùm habent 471
domicilium in locis, in quibus habitant non verò in alijs.

¶ QVARTO his accedat tex. in. c. ex parte tua. de cleri. egro. vbi clarè probatur † ciuium appellatione non cõ- 472
prehendi dominum terræ. hiſce verbis, *princeps terræ illius, ac ciues ciuitatis eiuſdem a te poſtulant.* quem Ant. de But. co. 2. ad hoc expendit in hunc modum. *nota quod apellatione ciuium non comprehãduntur principes. ad hoc vide notata in clemen. 1. de baptiſmo.* Si igitur princeps non eſt ciuis ſui populi, à fortiori nec barones nec domini populorũ, qui principes ſunt inferiores. Præter hoc † quòd 473
& verbũ, *princeps*, latè ſũmedo, cõprehẽdit baronẽ & aliũ dominũ terræ. vt ait gl. in. d. clem. 1. de baptiſ. Etſi verùm videatur tex. in. d. c. ex parte. nõ probare dictũ Ant. ſiquidẽ etſi in eo prędicta verba ponantur, nõ ideò ſequitur, principẽ non eſſe ciuẽ ſuę terræ: nã etſi in ipſo tex. fiat mẽtio principis, & quoque id factũ ci ium videatur, non quia princeps nõ ſit ciuis, ſed quia etſi eſſet ciuis non eius

Universidad de Deusto
Biblioteca

commemoratio facienda erat ſub verbo ciuis, ſed expræſsim. Niſi dicas tex. illum ex eo probare Anto. dictum, quia dictio, &, inter diuerſa ponitur. vt eius eſt naturæ. vt in. cap. cùm in cunctis. de elect. & eſt glo. vulgata in rub. ff. de iur. & fact. igno. & ita illũ tex. docere, principem non eſſe ciuem.

¶QVINTO hanc ſententiam confirmat tex. in. d. c. ex parte. B. de for. com
474 pe. vbi manifeſtè probatur † baronem ſeu dominum terræ non eſſe habitatorem ſeu incolam eiuſdem terre, nec dici poſſe in ea commorari: niſi ibidem verè habitet. quod ille tex. probat in. §. fi. iuncta glo. in verb. Andegauen. nam ille conſtat, quòd etſi ille baro & dominus (de quo in ipſo tex.) poſsidebat caſtra & reddituſ in dioceſi Andegauenſi quòd non ideò, inibi domicilium tenebat: niſi ibidẽ moraretur: quarè palàm conſtat ibi eſſe tex. expræſſum, quòd eſt neceſſe dominum caſtri in eo commorari, vt in eo habitator, & eius incola dici poſsit. ad quod etiam eſt optima. l. par
475 ti. tit. 20. l. in parti. 1. his verbis, *E por que dubdarian algunos aquien deuen dar los reyes los diezmos deſtas coſas, porque nõ pueden morar en vn lugar continuamente: mãda ſancta igleſia, que los de cada vno en la igleſia parrochial, donde fiziere la mayor morada.* eſt igitur hic tex. expræſsim probans, regem dominum quẽ etſi habeat dominium oppidorum, in eis morari nõ eſſe cẽſendum: niſi in illis verè habitet. ad quod etiam videre licet Enrric. in. c. 1. col. 1. de decim. & adde Thom. Gram. in deciſio. 103. illuſtris. nu. 111. plus & fortius conſulentem † quòd ſi dominus oppidi in eo prout dominus habitet, nõ verò animo inibi incolatum faciendi, ſed ad aliam ciuitatem redeundi, in qua cõ ſueuit habere continuam habitationẽ quòd non eſt extimandum, eum in tali loco habitare, etiam illo tempore quo fuerit commoratus in illo oppido. ex iuribus illic ab eo citatis. quarè videtur prędictam. l. parti. & iura iam citata quę concedunt habitantibus in oppidis eorum paſcua, nequàquàm eſſe explicanda in dominis locorum, in eis non habitantibus: nec eos illorum eſſe ciues extimari poſſe, ita quòd poſsint eſſe teſtes in teſtamẽto nũcupatiuo, tãquàm vicini.

¶PROINDE & ſextò, hanc ſententiam decidere videtur † text. in. l. lex 476
Cornelia. §. ſi tamen in fundum. ff. de iniur. ibi; *quia non poſſit ibi domicilii habere, hoc eſt, per omnes villas ſuas.* iunctis verbis Bart. illic colu. 1. verſicu. primo. cuius ſunt verba, *ſolutio dico, quòd Labeo qui dicit, quem non poſſe habere domicilii per omnes villas ſuas, intelligitur de habitatione: quia non poteſt habitare in pluribus villis.* hactenus Bart. cuius dictum text. quę prędictus palàm probant, neminẽ poſſe in plurib⁹ villis ſuis habitare. & ita nõ ex eo quòd quis domin⁹, ſit cẽſẽd⁹ eſt habitare ei⁹ in locis, in quib⁹ dominiũ habet. Nec his refragatur dicere, quòd tex. ille non loquitur de dominis oppidorũ, quorũ ſunt caput. quod etſi nõ diffiteamur, nihilominus adhuc tex. ille prędicta docet. Quibus nec obſiſtit quod Bart. inquit in. d. §. ſi tamen in fundum colu. 1. verſi. ad ſecundum. Labeonem ſi loqueretur de habitatione eſſe incre patum per illum tex. in eius fine. Nam reſponderi poteſt, Labeonem ibi non eſſe repræhænſum, in eo quòd dixit, dominum non poſſe habitare in omnib⁹ eius villis: ſed in eo quòd loquutus fuit de momentanea habitatione, & de illa quę eſt ad modicum tempus. & ita Bart. reſpondit inibi. col. 2. verſi. vlterius venio ad ultimum.

¶DEINDE & ſeptimò hanc inſtruit partem, id quod traditur in. d. l. 2. C. de paſ. publ. lib. 11. & expræſſe dicit Paul. Caſtren. in conſi. 376. licet iudex in fin. 477
lib. 1. quòd † paſcua ciuitatis non ſunt in dominio ipſius domini vniuerſitatis: ſed in peculio vniuerſitatis. & Aym. Craue. in conſi. 154. viſo proceſſu. col. 1. ad quod Paul. Caſtren. in. d. conſil. 376. allegat tex. in. l. ſed Celſus. ff. de contra. empt. & ſat' probatur in. d. l. in tantùm. §. vniuerſitatis. ff. de re. diui. cum aliis de quibus meminit dominus Couarru. in. d. c. 37. pratica. qq. nu. 1. ait quę Paul. Caſtren. in. d. conſi. 376. quòd dominus ciuitatis plus habere non poteſt, quàm rex haberet, ſi eiuſdem ciuitatis alius non eſſet dominus: cuius dicit quòd non eſſent paſcua ipſa ſed populi. & Paul. Caſt. refert & ſequitur Aym. Craue. in d. conſi. 154. col. 1. Vndè dicit Pet. Antib. doctor antiquus in. d. eius tracta. de
478 munerib. nu. 193. & 194. cum ſequentib. dominum † oppidi vtpotè non habentem dominium paſcuorum, non poſſe concedere externis ſeu forẽnibus caſtri aut oppidi ſui nemora præce vel prętio etſi ipſe dominus habeat dominium & iuriſditionem illius oppidi. quod ibi tenet ex pluribus iuribus & rationibus. Verùm an liceat dominis aut baronib⁹ in eorum baronijs & territorijs facere foreſtas, aut prata conſtituere (quæ deheſas dicimus) videre licet Math. de Affli. in conſtitu. Neapol. rub. 85. num. 8. lib. 1. & dominum Didac. Couarru. in. d. c. 37. pratica. qq. & Pet Auenda. de mandat. reg. exequend. c. 4. nu. 24. Et quid ſi ad hoc interueniat conſenſus vaſallorum: & an talis cõſenſus noceat ſuis ſucceſſoribus. per tractat Mathe. de Affli. in. d. conſtitu. Neapol. in loco nunc citato.

¶RVRSVM & octauò iam dicta cõfirmãtur, quia ratio dictæ. l. parti. & aliorum iurium, quibus concedũtur paſcua
479 ſolis ciuibus habitantibus, ea vtiqúe eſt, ſcilicet † vt oppida habitatoribus abũdent. ex tex. in. l. fi. §. pe. ff. de bo. damna. & in. l. 2. in fi. C. commu. de manumi. in verbis, *ampliandamenim magis ciuitatem noſtram.* & in. l. 2. C. de indi. vidui. tollen. Vndè conſuluit Ioa. Anto. Rube. in conſi. 9. in cauſa quæ vertitur. nu. 5. Alexãdriæ ſtatutum quo cauetur, ciues creatos in ciuitate teneri habitare eſſe editum fauore publico, & vt ciuitas ex hoc amplietur hominibus in ea habitantibus, quæ ratio prædictorum iurium concedentium nemora & paſcua publicà habitantibus non obtinet in dominis in eis non habitantibus: igitur nec dictorum iurũ ſanctiones. l. adigere. §. quãquis. ff. de iur. patro. cum ſuis ſimilibus.

¶SANE & nonò his cõuenit † quòd 480
leges intelligendæ ſunt verè & propriè non verò ficte. vt in. l. fi. C. de his qui veni. ætа. impetra. & in. l. 1. §. hoc interdictum de ciſterna. ff. de fonte. & in. l. 3. §. hæc verba. ff. de nego. geſt. quarè prædicta lex ordina. quæ loquitur de vicinis, explicanda eſt de veris vicinis & ciuib⁹ & nõ delictis. & prædicta. l. parti. agens de habitantibus, non videtur locum habere in dominis non habitantib⁹ in eorum oppidis: etſi fateremur eos fictè in ſuis locis habitare. quod & confirmatur † quia aliud eſt ciuem eſſe, aliud habe 481
ri pro ciue. l. ſi marit⁹ ſit in magiſtratu. §. 1. ff. de adulte. quẽ ad hoc Iacob. de Are. expendere ſolet, vt refert Bart. in l. ſi is qui prœptore. ff. de vſucap. col. 12. & probatur in. l. mercis. iuncta gloſ. ff. de verb. ſignifi. & tenent docto. in. l. 1. ff. de leg. 1. vbi latè moderni. cum aliis de quibus Alex. in conſi. 160. viſo proceſſu inchoato. colu. 2. lib. 5. poſt docto. in. d. l. 3. §. hæc verba. in quibus locis tenent † ſtatutum loquens de ciue, exponen- 482
dum eſſe de vero ciue, nõ de ficto. quod etiam tenet idem Alex. in conſi. 99. viſa inquiſitione. columna. 2. lib. 6. & Soci. in conſi. 129. præſtantiſsimi. nu. me. 7. lib. 1. & ex hoc ibi dicens in noſtro propoſito † ſtatuta agentia de vicinis ſeu inco- 483
lis, non eſſe interpræranda in eo qui fictè fuerit ciuitatis ciuis aut incola.

¶DENIQVE hanc adiubat partem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

484 quod dici consueuit † accurratę esse adhærendum iurium regulis. vt traditur in.l.1.ff.de regul.iur.vbi latè Deci.co. 2.& est tex.vbi Bald.in.l.in fraudem.§. fi.ff.de testa.mil.ex quo inibi Bald.notat,iura ab homine non esse temeranda:nisi perspicuè alijs iuribus hoc sit cõcessum.quarè consequens esse videtur, quód cùm nos habeamus prædictam legem ordinà.agentem de vicinis,& dictã legem parti.loquentem de habitantib9 & in eis iuxta hoc regulę ponãtur,quód non sunt temerandæ in dominis populorum:siquidem id nullis iuribus sit permissum.

¶HEC sunt quæ ad hanc negatiuam partem cõsiderari possunt, libet nunc nostrum iudititium assignare post tot iura & rationes. Quod quidem est(iuris rigore pensitato) populi dominum † minimè posse testem adiungi testamento nuncupatiuo,vt eius ciuem.siquidem dicta lex ordina.exigat testem ciuem.Sed in hoc considerandum ipse censeo † quia si militẽ & doctorem ad legendũ conductum,& monachũ, ecclesiæ qúe rectorem,& potestatem populi (ut abũ dé supra diffiniuimus)vt ciues populorum testes testamento nũcupatiuo scribi posse,fuimus opinati: non minus idẽ videtur in dominis oppidorum: in quibus & satis cõstat obtinere rationes,quibus diximus,prædictam legẽ ordinamẽ. fuisse editam. Cui sententiæ & fauent rationes quas adduximus pro priori sententia:& quidem absurdum videretur, vasallos ciues populi hoc in casu in testes admitti,& non eius dominos: & durum quidem esset, si testamẽtum ex eo corrueret, quód dominus testis fuerit scriptus in testamẽto.quod accuratè cõsiderãdum est.ex.l.si pars.cum sua materia.ff.de inoffi.testa.& saltem quo ad hoc iustum videtur,dominum reputari ciuem oppidi seu vicinum.

¶PROINDE & videtur etiam de iuris rigore,non licere domino non habitanti in eius loco frui pascuis & nemoribus ipsius loci. ex iuribus in fauorẽ huius sententiæ congestis. quarè non est mirum, si hisce temporibus videamus aliqua iuditia dominorum auditorũ huius regiæ cancellariæ: quibus indiscriminatim denegantur dominis in eorum locis non habitantibus pascua & nemora ipsorum locorum vsum qúe mõtium. & in proprijs terminis sic tenet dominꝰ Greg.Lup.in.l.9.tit.28.parti.3. etsi ibi hanc rem non ita amplè discutiatur.& huic sententiæ adstipulatur etiam dominus Didac.Couar. in.d.c.37.pratica. qq.& Pet.de Auenda. (vir quidem ingeniosus,& egregiæ notæ,ac mihi perindè obseruandus)in tracta. de exequen. manda.reg.c.4.nu.29.versi. ex quo dicebam.& Couarru.in.d.c.37. prati. qq. nu.1.citat Stepha.Bertrand.in cons.1. col.2.&.3.lib.1.& in cons.37.lib.1.& in cons.75.lib.2.nu.15.ad hoc,quód dominus habens iurisditionem,vti potest pascuis publicis vt loci incola, si illic habitet.

¶ET HANC partem tenendo, facilè argumenta & rationes contrariæ excidũtur: & saltẽ ea quibus probare voluimus,populi dominum frui posse pascuis oppidi :etsi in eius loco nó habitet.

¶ET prior ratio euertitur, siquidem stylus aspernari potest,cùm ab illis editur,qui ius conficere nõ possunt. vt abũ dé fundauimus in procemio harum legum Tauri.nu.229.&.233. Et quia iudices nouissimi non tenentur exemplis iudicare.vt in.l.nemo. C.de sentẽ. & interlocu.omni.iudi. Et inferior tollere non potest sãctiones superioris.l. forma. C. de offi.præf.præto.ori. c. cùm inferior. de maio.& obidien.

¶SECVNDA ratio euellitur,quia prędicta lex septipartitarũ(quę tribuit habitantibus pascua & vsum nemorum & ter

terminorum)explicanda est,de verè habitantibus,& de illis habitatoribus,qui in ipsis locis edunt, & dormiunt, & verè commorantur. vt supra dictum est. non verò de illis qui fictè in oppidis habitant. ex quo ambigua redditur Bald. sententia in dicto consi.234.lib.1. Item & dic,leges citatæ in dicta secunda ratione contraria obtinere, quo ad alios & diuersos effectus. vt ex eis manifestè constat: vndè ad hanc rem explicandæ non sunt,l.Papinianus exuli. ff. de mino.l.naturaliter. §.nihil cõmune.ff. de æqui. posse.cum alijs. Tertiò respondeo,quód iura allegata in dicta secunda ratione loquuntur,de his qui in populo habent eorum integram familiam:at verò nõ loquuntur,quãdo familiam in eo non retinent.

487 ¶EX quibus etiam constat † tex.in.d. l.cùm scimus. C.de agri.& cẽsi.lib.11. citatũ in dicta secũda ratione, nõ posse officere nostræ sententiæ. Qui præterià dicta nobis nõ obsistit:si quidẽ loquatur cùm domini onera populi subeunt per agnatos vel fratres, qui nõ est noster casus. Rursus & tex.in.d.l.cùm scim9.cõstituit,absentẽ haberi pro presenti in illo casu:nõ tamẽ illũ efficit habitatorem oppidi, de quo tãtùm in hac re agitur. Denique & sententia Bart. & sequatium ex. d. l. percepta, loquitur in absente qui aliás oppidi verus est ciuis. vt in terminis consulit Stepha.Bertran.in.d.cõsi.51.nume.2.&. 3. lib.1. at nos tantùm agimus de dominis populi non vicinis seu ciuibus. Ex quibus parum stringere liquet,etsi concedamus, habitationẽ paternã esse filij,præter hoc, quód hoc huic rei absimile est,nam & persona & vox filij videtur esse patris. vt in.l. fin. C.de impub.& al.substi.& in. §. ei verò. institu. de inutilibus. stipulatio.cum alijs.

¶QVE omnia etiam docent, nihil sententię contrariæ suffragari, quód do mini in suis locis habeãt prætores & officiales habitantes,quibus vtuntur iurisditione locorum. Præter hoc, quód & hi familias habent proprias â dominis separatas, etsi ibi non dominis domiciliũ constituunt: etsi exerceant iurisditionem nomine dominorum. quod quidẽ dominis non constituit depascendi ius in terminis suorum oppidorum. quod expræsse (vt supra diximus) tenet Petr. Antib.in dicto eius tracta. de munerib. nume.195.& quia vsus iurisditionis huic rei dissimilis est.vt constat ex his quæ diximus in procœmio harum legum: num. 59. ex traditis per Bald.in.l. à procuratore. C. manda.

¶CETERVM nec huic sententiæ præiuditium generat tertia ratio contraria † quæ deducitur ex.d.l.2. C.de pasc.publi.lib.11. Tum quia, tex.ille non loquitur de dominis oppidorum, nec de eorum gregibus:sed de animalibus militum imperatoris. etsi docto.inibi.tex.illum extendant ad dominos & barones. Tum etiam,quia ille tex.concedit pascua animalibus dictorum militum absqúe præiuditio prouintialium: quod ciuibus facilè fiet,si domini terrarum in suis locis non habitantes,contingerit depascere suis pecoribus nemora & montes vniuersitatis. Tum item, quia dicta.l.2. ad hunc casum non pertinet: in quo(vt dispositum est per dictã.l. parti.)tantùm conceduntur habitantibus pascua & vsus nemorũ & mõtiũ. Tum quia, vt dicit dominus Couarru. in dicto cap.37.pratica.qq.dicta.l.2.tantùm probat,quód militibus actu militantib9 vti liceat pascuis publicis,ad alendos tamẽ proprios equos militares tantùm. vndè fit,militibus etiam actu militantibus præter equos militares non esse concessum propria pecora immittere in pascua publica:nisi ipse milites verè habitent in ipso oppido.& tũc ea lege qua cæteri habitatores vtuntur.

¶Pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶PROINDE quarta ratio contra riæ ſententiæ parui ponderis eſt, quia etſi vaſalli teneantur indigentiæ dominorum ſubenire, id eſt in caſibus tã tùm à iure expræſsis, quorum noſter non eſt. Item & vaſalli non tenentur adiuuare dominos nemoribus & paſcuis publicis ipſorum oppidorum, ſi ipſi domini non habitaberint in ſuis locis. ex dicta.l.ſeptipartitarum. & ſat eſt ſeruire eiſdem tributis & redditibus præſtationibus qùe ſolitis, abſqùe eo quòd & illis præſtentur paſcua communia.

¶PLANE & quinta ratio diruitur, quia etſi videatur idem de capite iudicandum quod de membro, hac in re nõ admittitur, in qua habitantibus in loco tantùm conceduntur nemora vniuerſi tatis, & vſus paſcuorum. Rurſùs etſi fateremur, dominum eſſe ciuem loci, nõ quidem eiuſdem loci habitatorem: ſiquidem aliud ſit † eſſe ciuem, aliud habitatorem. vt ſupra explicuimus. num. 378. & ſequentib. & id ſatis conſtat ex.d. l. ciues. C. de incol. lib. 10. & ex Carol. Ruin. in.d. conſi. 112. lib. 3. vbi ait, laudũ loquens de ciuibus habitantibus, non poſſe obtinere in ciuibus non habitantibus in locis. quod ibi tenet poſt Soci. in conſi. 129. præſtantiſsimi. colum. 4. lib. 1. quod etiam palàm tenet Areti. in conſilio. 77. columna. 1. & Alex. in conſilio. 160. viſo proceſſu. columna. 2. lib. 5. adde etiam videndum Capizi. in deciſio. 162. in cauſa Franciſci. num. 16. & Boeri. in deciſione. 272. habitantes. & eundem Boeri. in deciſione. 260. numero. 13. & Lauren. Silua. in conſilio. 1. nume. 105. cum ſequentib. poſt Paul. Caſtren. in. l. ciues. C. de appellat. quod & confirmatur, quia vt quis ciuis efficiatur, non eſt neceſſum in ciuitate habitare. vt ſupra nume. 386. deſcripſimus.

¶DEINDE & dictam ſextam rationem à quodam regio ſenatore ſic excludi vidi, quia etſi dominus ciuis reputetur quoad ea quæ iuris ſunt: nõ tamen id verum eſt, quo ad ea quæ factum attingunt: vt eſt habitatio. quæ ſolutio præter eum munitur † quia ipſa habitatio reſpicit factum, non verò ius vt probatur in. l. Aquilius regulus. ff. de donationibus & ibi expræſſé Bart. & abundé Deci. in conſilio. 355. diſpoſitum. columna. 2. Proindé & hæc ſexta ratio contraria etiam abiicitur, quia & ſi onera hac ratione enarrata dominus ſubſtineat, alia complura commoda ex eius oppidis percipit. Item ad onera in dicta ratione contenta dominus tenetur, non quia fruitur paſcuis & nemoribus vniuerſitatis: ſed alijs & ſeparatis rationibus, quibus iure dominus ad illa conſtringitur: quæ & ſubire domino vtile eſt, quia illis domini oppida tuẽtur augentur qùe.

¶SEPTIMA etiã ratio cõuellitur, quia etſi dominꝰ in quolibet eius loco domiciliũ iure haberet, nõ tamẽ in quolibet loco habitator verè eſt. vt ſupra recẽſuimus. Præter hoc, quòd & probabiliùs quidé eſt, dominũ tãtùm habere domiciliũ in loco in quo habitat. vt ſat conſtat ex his quę cõgeſsimꝰ pro parte negatiua iuxta quod videre etiã licet Car. Ruiñ. in cõſi. 59. caſus quo iſte. nu. 9. lib. 3. Dici etiam poteſt, vt reſpondet dominus Greg. Lup. in. d. l. 9. tit. 28. parti. 3. quo in loco & ſatiſfacit gloſ. in. d. c. omnes. de maio. & obidien.

¶REMOVETVR & octaua ratio, quia hæc ratio nõ iure nec ratione probatur ſed Paris de Put. ſentẽtia † quæ neceſſaria nõ eſt. vt in. l. 2. C. de profe. & medi. lib. 10. cum ſimilibus. Inſuper & ſententia Paris de Put. non procedit, quando paſcua conceduntur tantùm habitãtibus. Vel dic, quòd Paris de Put. tunc loquitur, cùm ius paſcuorum regni conſtitutionibus ad dominum pertinebat. prout conſiderat dominus Grego. Lup. in. d. l. 9. tit. 28. parti. 3.

¶Præ-

¶PRETEREA & quę † Collecta. tenet in. d. c. ad queſtiones de rer. permu. poſt Pe. Bo. & Cõpoſte. quos inibi ſequitur, hãc rẽ nõ attingũt, nec his authoritatibus ſtylus antiquus muniri poteſt. Tũ quia, rationes & iura ſupra proximè cõgeſta antiquã praxim euellunt. Tum etiam, quia etſi Cõpoſtel. in. d. c. ſi. de cõſtitu. à Collecta. allegatus ipſe viderim, illud nõ quidé dicit, nec id quod Collecta. aſſeuerat. Tũ quia, Collecta. nõ firmat vniuerſitatis nemora & paſcua habitantibus tantùm conceſſa, dominis ſeu militibus non habitantibus eſſe præſtanda. Tum & quia, palàm Collecta. loquitur in milite in loco exiſtenti ſeu habitante. ex quo ibi hæc ſubiicit verba, ibi, *ſunt milites & ruſtici.* ſed nos ſermonem facimus de dominis nõ habitãtibus in eorum oppidis. Tum quia, Collecta. non loquitur de dominis oppidorũ ſed de militibꝰ qui verè ſunt ciues loci, durãte ipſa militia in ipſa ciuitate. vt innuit tex. in. l. municipes. §. fiſc. ff. ad municip. cũ alijs de quibus ſupra. nu. 403. memores fuimus. Tum etiam, quia & vidi quendam regium ſenatorem (virũ nõ modici ingenij) tenere Collecta. loquì in milite actu militante, cui paſsim iura fauent, cõplura qùe priuilegia cõcedũt quarè vt ei videbatur, non eſt mirum, ſi Collecta. teneat, militem hunc duplicé habere portionem in nemoribus & paſcuis vniuerſitatis. Sed ipſe cenſeo Collecta. non agere de milite actu militante: ſed de militibus & nobilibus noſtri temporis ditioribus ruſticis, poſſidentibus in oppidis ampliora bona. quod palàm cõſtat ex dicta. l. imperatores. ff. de ſeru. ruſti. prædio. à Collecta. citata. quę lex maiorem ſeruitutis partem ditioribus hoſpitibus concedit. Tum etiam, quia Collecta. loquitur in milite, cui non negatur ius vtendi paſcuis communibus & nemoribus vniuerſitatis: ſed tantùm controuerſum eſt, quam partem ille miles habere poſsit ipſorum nemorum & paſcuorum: at verò in noſtro caſu agimꝰ de domino, cui non reperimus prædictum ius eſſe conceſsum. Tum quia, prædicta ſententia Collecta. in caſu tuo ambigua eſt, & contra ius. vt aparebit ex his quæ infra deducemus. & ſingulariter dicit Couarru. in. d. c. 37. pratica. qq. nu. 1. ver ſi. eſt denique. auditoria Hiſpaniarum ex praua ac difficili quorundam iuditio praxim ex dicta Collecta. ſententia percepiſſe, poſſe dominum oppidi mittere in paſcua publica tot propria animalia, quot poſſunt duo incolæ ipſius oppidi, quibus lege vel moribus plura immittere licebit. & imbi ipſe dominus Couarru. probat Collecta. citra vllam authoritatem prædictam ſcripſiſſe ſententiã. & tex. in dicta. l. imperatores. illam non ſuadere. ait qùe etiam ibi Couarru. falſam omninò eſſe prædictam collecta. ſententiam. & denique ait, quòd ſi foret vera ſententia collecta. planè in militibus obtineret, quia actu reipublicæ ſeruiunt, cuius miniſterij cauſa ipſi milites complura conſequuntur priuilegia: quæ ad alios extendenda non ſunt. & ait quòd Bald. in. d. l. precibus. & quę docto. ſcribunt in ſimilibus locis eſſe intelligendum, in principe ſuperiorem non recognoſcente. quod & nos ſupra nu. 459. & ſequentib. aſſeruimus.

¶EX PLVRIBVS igitur manifeſtè conſtat, Collectarij ſententiam nullum præiuditium noſtræ ſententiæ facere. quam Collectarij ſententiam nõ tantùm prædictus ſtylus antiquus amplectebatur, cùm vniuerſitas titulo lucratiuo quæſierit nemora & paſcua: ſed oneroſo. contra expræſſa verba ipſius Collectarij.

¶POSTREMA ratio ceſſat, cùm in hoc caſu facilimè inficiari poſſumus eãdem rationem obtinere. ex his quæ dicta ſunt.

¶Rema-

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶REMANET ergo prædictum dubium sat discussum, & constat (iuris rigore) dominis in eius oppidis non habitantibus frui nō licere pascuis & nemoribus suorum locorum. quod extendit dominus Greg. Lup. in.d.l.9. titu. 28. parti. 3. siue ecclesia, vel monasterium, clerici vé, aut laici sint domini oppidorum. & ait etiam ibi, quód ecclesia vel monasterium si non iint constructa in ipsis oppidis seu in eorum terminis, non debet frui terminis dictorum locorum.

493 ¶VERVM cúm † domini á tempore immemoriali vsi fuerint pascuis, nemoribus, & montibus suorum oppidorum, illis & deindè hoc erit cōcessum etsi in ipsis oppidis vllo tempore non habitauerint. ex. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aq. quoti. & stiua. cum similibus de quibus abundè Francisc. Balb. in tracta. præscriptio. 2. parte. 4. partis. 3. quæst. principali. & Cępol. in tracta. seruitu. titul. de seruitu. iur. pascen. columna. 8. verficul. sed dubium potest esse. quod etiam confirmatur ex traditis in capitul. dilecti. de arbit. & ibi Abb. columna. 2. & similibus locis. Et quia
494 † antiqua consuetudo seruanda est in publicis pascuis. l. 1. in fine. C. de pasc. publi. lib. 11. cum alijs de quibus meminit Lauren. Calca. in consilio. 49. contra commune. columna. 2. & idem etiam constat ex. l. 20. curriarum Madri. anni. 1528. Aliter etiam dictam sententiam temperat Pet. de Auenda. in dicto eius tracta. de exequen. manda. reg. c. 4. nume. 20.

¶SED quia notum est, dominos habitantes in eorum locis, posse frui pascuis & mōtibus, nemoribus qúe vniuersitatis. Item & non desunt, qui & hodiè tenent dominis præstandam esse partem pascuorum vniuersitatis: etsi in loco nō habitent. non ab re illud dubitari potest: quæ portio ipsis dominis sit assignāda in ipsis pascuis publicis.

¶ET quidem quibusdam videtur † esse eis dandam duplicem portionem pascuorum & nemorum. ex sententia Collecta. in.d.c. ad quæstiones. de rer. permu. quá sententiam tenentes ex eo etiā suadēt, quod habetur de Vtero. c. 21. vbi dicitur, primogenitū eúcta duplitia habuisse ex bonis paternis. cuius tex. glos. meminit in. c. quàm periculosum. 7. q. 1. & abundè And. Tiraquel. complura allegans in præfactione tractatus de primogenitura. nu. 12. post Marti. Laudē. in tracta. de primogenitura. in princip. & Ioa. Ciri. in eod. tracta. q. 2. lib. 2. ¶Sed quidē hęc prior sentētia etsi olim receptissima, iuri deuia est, & (vt iam diximus) nullo iure probatur, & Collecta. sentētia hanc rē minimé attingit. Itē quod habetur de Vterono. c. 21. huius sententiæ dissimile est. Præter hoc † quód hodiè filij æquabiliter cibos habere debēt: & non duplices primogenitus. vt per tota. l. siquis aliberis. ff. de libe. agnoscē. quod ad hanc rem expræsse Laudē. expēdit. in.d. eius tracta. de primogeni. co. 2. sicut & succesio filiorum iā inter filios equalis est: nisi pater aliud expræsim disponat. vt in authenti. de trien. & semi. §. illud. colla. 3. & in. l. inter filios. C. famil. hærciscun. cum alijs quæ ad hoc refert idem Lauden. in prædicto loco. Proindè † & testamenti veteris iuditia lia iā nō astringūt. vt traditur in. c. fi. §. his ita. 6. distin. & in. c. fin. de constitu. & in. c. translato. eod. tit. & notat beatus Thom. 2. 2. q. 87. articul. 1. col 4. &. 1. 2. q. 104. arti. 3. & Archiep. Floren. in. 1. parte suæ summæ. titul. 14. c. 6. in princip. & in terminis quo ad hanc rem primogenij vidēdus est Ioa. de Imo. in. l. stipulatio hoc modo. nu. 24. ff. de verb. obliga. & ibi moder. & in. l. pactum quod dotoli. C. de colla. & alibi sæpe. Denique etsi dominis prouideretur prout duobꝰ vicinis, minor enim eorum esset portio, quàm illa quæ primogenitis concedebatur. sat constat ex. d. c. 21. de Vterono. Ex quibus sequitur, sententiam prædictam, nec illam quæ dominis tribuit triplicem portionem in pascuis & nemoribus publicis esse probabilem.

¶CETERVM & in hac re esse potest & alia secunda opinio, vt domini æquabiliter pascuis & nemoribus publicis fruantur cum eorum vasallis: quæ sententia hucusque iudicum sententijs nō est comprobata, etsi eam coadiubet tex. in. l. Paulus respondit eos qui. ff. de re iudi. & text. in. l. 1. C. de apo. publ. lib. 10. in verbis, *vt & inopes & locuplete fructu prouisionis similime potiantur*. eandē opinionem & sua det text. in. l. de modo. iuncta glo. ff. fini. regun. vbi palàm
498 probatur † ciuitatis agrum inter ciues æquali portione esse diuendum. quibus & accedat text. in. l. fi. §. Lutius. ff. de leg. 2. ibi, *commune vobis sit*. iunctis verbis subsequentibus, ibi, *dimidium partem deberi*. quem text. ibidem Cuma. ad hoc
499 expendit † quód si aliquid communiter debetur, æquali portione scindendum est. cuius text. meminit Bart. in consilio. 168. quidam habens. columna. 2. quarè videtur, quód cúm prædictis legibus regijs pascua & nemora & communia cōcedūtur incolis vniuersitatis, æquabiliter illis inter eos esse vtendū. & in propriis terminis quód domini non possunt habere in terminis ciuitatis complures oues & animalia, quàm pauperes. videndus est dominus Grego. Lup. in dicta. l. 9. titul. 28. parti. 3. quod etiam probat text. in. l. quotiens. §. hæredes. ff. de hære. iusti. & in. §. 1. in princip. institu. de societa. & faciunt tradita per docto. in. l. si partem. ff. de seruit. vrba. præd. per tex. ibi. quem text. inibi
500 Bald. ad hoc ponderat † quód distributiones quotidianæ non sunt diuidendæ secundum indigentiam personarū, nec secundum corpora plus vel minus comedentia: sed æqúe æquali qúe mensura. & idem tenent docto. in. c. cúm accessissent. de cōstitu. & Cæpol. in tracta. seruitu. titu. de seruitu. aq. duct. columna. 5. vbi tractat de huiꝰ intellectu. post Ang. in. d. l. si partem.

¶DEMVM & Alberi. hanc secundam sententiam amplecti videtur. in. d. l. in tantúm. §. vniuersitatis. col. fi. ff. de rer. diui. vbi ait, ditiores & digniores populi & pauperes etiam pascuis & nemoribus vniuersitatis æquabiliter vti iure esse diffinitum. quod & admittit Ioa. de Plat. in. l. 2. C. de immuni. nemi. conce. lib. 10. col. 2. ex quo ideò ait † nemora 501
ciuitati legata seu concessa, esse æquali ter diuidenda inter oppidanos, non verò impariter. & adde videndum Bart. in. l. fi. ff. de colleg. illici. col. fi.

¶SED quidem hæc secunda sententia quo ad locorum dominos durescit, aduersatur qúe iuribus statim citandis & illam praxis minimé recipit: at verò quo ad alios ciues, quo ad montium ligna æquabiliter & per sortes inter ciues distribui consueuerunt: & idem quo ad terras, & plerunqúe etiam quo ad pascua dicendum est: nam in plerisqúe locis dispositum est, & consuetum, nullum ciuem depasci posse nemora vniuersitatis, nisi tot pecudibus, nullo diseriminé constituto inter diuitem & pauperem: sed inter omnes æqué id stabilitur. Verùm magis communiter in alijs locis oppidani consuescunt, omnibus eorum pecudibus & gregibus vniuersitatis pascua depasci: & sic diuites potiùs quàm pauperes nemoribus oppidorum fruuntur.

¶SVBINDE & potest esse alia & tertia sententia precedenti obsistens † 502
quód vsus pascuorum montium qúe vniuer-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uersitatis non sit æqualis: sed pro modo possessionum: & ita quód domini terminorum habeant vsum pro modo possessionum, & similiter eorum subditi. ad quod videtur text. in dicta. l. imperatores. ff. de serui. rusti. prædio. & ibi docto. & in dicta. l. si partem. ff. eod. tit. & in dicta. l. 1. C. de apoch. publi. lib. 11. & inibi expræsse ad hanc rem videndus est Ioa. de Plat. quod suadetur etiã ex textu. in. l. si filia. §. si pater. ff. famil. hærciscun. & ex textu. in. l. testatrix. §. plures. ff. si serui. vendi. & illic palàm Alberic. quam sententiam in terminis recipit idem Alberic. in dicta. l. imperatores. cui consentit Stepha. Bertrand. in consilio. 51. viso consultationis. columna. 2. & Aym. Craue. in consilio. 154. viso processu. columna. 1. & in consilio. 60. ex omni capite. columna. 1. quod & prius tenuit Lauren. Calca. in consilio. 33. quia dubitatio. columna. 3. verficulo. & si aliqua sequitur. Et hanc tertiam sententiam confirmant quæ docto. tradunt in. l. 1. C. si plur. vna senten. fue. conde. Sed hæc tertia sententia iuribus infra numero. 508. allegandis refragatur, & præcipuúm dictæ septipartitarum sanctioni. 3. parti. titul. 28. l. 4. siquidem hæc subiiciat verba, *ca todo hombre que fuere y mora dor, puede vsar de todas estas cosas sobre dichas, y son cõmunes a todos tambien a los pobres, como a los ricos.* & ita æque videtur facultas vtendi terminis vniuersitatis concessa pauperibus sicut diuitibus. Nisi dicas, quód etsi inibi cõstitutum sit, terminos oppidorum ita esse communes pauperibus, sicut diuitibus, non tamen inibi sancitur, quomodo inter eos vsus ipse sit diuidendus: & ita videtur, illam legem interprætandam esse ex dicta. l. imperatores. in qua & si absque dubio res sit communis, tamen diuiditur pro modo possessionis. Sed vtcunque sit, hæc tertia sententia quo ad dominos oppidorum non quidem fuit admissa, nec est iudicatum, illos frui licere pro modo possessionum suis locis & pascuis atque nemoribus vniuersitatis. Item nec hanc sententiam quo ad oppidanos praxis recepit, sed vt dixi, æque omnes frequentissimé vtuntur terminis vniuersitatis: etsi auditu perceperim, in hac regia Pinciana cancellaria deffinitum fuisse, terras & terminos vniuersitatis esse diuidendos inter incolas pro modo possessionum. ex dicta. l. imperatores. quod etiam suadetur † quia ditiores & habentes maiores possessiones, subeunt ampliora onera vniuersitatis. vt in dicta. l. 1. C. de apoch. publi. lib. 11. & in. l. omnes prouintiarum. C. de operib. publi. & ideó obtinere videtur regul. secundum naturam. ff. de reg. iur. scribit Bart. in dicta. l. fin. ff. de colleg. illi. columna. fin. Sed his præter dictam legem parti. dici & potest, quód dicta. l. parti. ex eo tribuit incolis locorum vsum rerũ vniuersitatis, quia in ipsis locis commorãtur: ex quo rei publicæ non modica vtilitas ineſt. vt supra in alio proposito descripsimus. Et quód non quidem dicta facultas illis conceditur, quia vniuersitatis onera subeunt: & ideó nobiles etsi iuribus notissimis á tributis sint immunes: nihilosecius tamen fruuntur terminis & nemoribus vniuersitatis. Item & pauper onera ipsa subire non potest: quare consequens est, vt quo ad hanc rem, non sit admittenda onerum consideratio.

¶PRETEREA & hic parumper præter iam dicta expecta, & illud prętermitti non potest, quód si studiosè pensitemus iura loquentia de hac tertia sententia, nõ quidé videntur generaliter obtinere, sed tãtùm cùm agitur de cõmodo aut necessitate ipsarũ possessionũ † & ita tex. in hac materia pręcipuè. in. d. l. imperatores. in illo casu loquitur, in quo tractatur de diuidenda aqua fluminis (qua prædia sunt irriganda) in quo casu inibi, disponitur, ipsam diuisionem efficiendam pro modo possessionũ. & idé habetur in. d. l. si partè. Rursũ &. d. l. testatrix. §. si plures. non constituit diuisionẽ esse faciendam pro modo possessionũ. Pręter hoc, quód & loquitur, quando seruitus prædijs debetur. vt & illic dicit glo. Et ita iura in hac re loquétia nõ extenduntur ad vsũ pascuorũ & terminorũ prædijsnõ debitũ, seu agris nõ necessarium: prout est, cùm agitur de pascuis pecorum, quibus agri non colũtur, seu de lignis & nemoribꝰ vniuersitatis, seu dé diuidẽdis aut de diuidẽdis terris vniuersitatis nã hisce in casibꝰ minimé cõsiderari necessum videtur modũ possessionum, de quarũ vtilitate seu necessitate non tractatur: & eo præcipuúm, quia in his casibus (præter hoc quód nõ ineat cõmodum possessionũ nec necessitas) cõplures possessiones habentes cæteris ciuibus sunt ditiores, quod minimè efficere videtur, pauperibus præponi in pascuis & nemoribus ex. d. l. 4. tit. 28. parti. 3. & ex notissimis iuribus pauperibus cõcedentia plura priuilegia, potiús quám diuitibus.

¶AT VERO secus videtur, & prædicta iura posse perpendi † cùm agitur de pascuis ad boues & iumenta, quibus necessarijs agri & prædia ciuium colũtur, seu de prædijs aqua communi irrigãdis: quibus in casibus videtur expendendus possessionum colendarum modꝰ & prædiorum irrigandorum, vt poté ipsorum agrorum cõmodo inseruiens. ex dictis iuribꝰ.

¶NEMPE & quartó in hac materia potest esse alia & quarta sẽtẽtia † quód domini quibus sunt communicãda pascua & montes vniuersitatis, illis vtantur pro eorum indigentia, modo possessionum prætermisso, similiter & eorum vasalli frui debent. ex text. in. l. cęterũ. ff. de vsu & habi. & his quæ habentur in l. vsus pars. ff. eod. titul. & ex tex. in. l. si quis per diuinam. in fi. C. de aq. duct. & expræsse sic tenet Alberi. in. d. l. in tantùm. §. vniuersitatis. & æquabiliter inter ciues vniuersitatis nemora esse diuidenda: ita tamen quód illis quilibet ciuis pro eius indigentia vtatur. quibus & addendus est dominus Greg. Lup. in. d. l. 9. tit. 18. part. 3. in quo vltimo hæc quarta sententia secundæ absimilis est. Præterea huic quartę sententiæ conueniũt ea quæ traduntur in. d. §. vniuersitatis. institu. de rer. diui. & facit tex. in. d. l. 4. tit. 28. parti. 3. & in. d. l. 7. tit. 29. eod. parti. ibi, *que sea vso comunalmente del pueblo.* & ita ad omnium vtilitatem & indigentiam: nam quidem videtur, quód bona essent vsui populi communi vniuersitatis, nisi homines eiusdem vniuersitatis illis non fruerentur, secundum eorũ indigentiam, sed æquali portione: siquidem pauperes illis vterentur, prout eis esset opus: atverò ditiores non, quibus maior portio quidem necessaria est. & ita videtur prædictas leges partitæ esse explicandas. prout constat ex Alberi. in. d. §. vniuersitatis. & Ioa. Francisc. de Rip. in. 22. responsu. nu. 10. tit. de legib. & long. consue. & Stepha. Bertrand. in consilio. 1. nume. 12. lib. 3. vbi citat plures alios idem tenentes. & Barthol. de Chassene. in consuetud. Burgund. rub. 13. §. 2. numero. 26. quam sententiam non ita strictè intelligas, quód ciues vniuersitatis nemoribus & terris terminis qúe fruantur: in quántum eis ad alimenta eorum & suæ familiæ fuerit necessarium: sed ita, quód illis vtantur, prout habere libuerit eorum pecoribus & armentis iumentis qúe & agris & prędijs, & sibi suis qúe familijs necessum fuerit: etsi ex hoc ditaores efficiantur †

Universidad de Deusto
Biblioteca

prout rei publicę intereſt,& ciues locupletes habere.vt in authenti.vt iudi.ſine quoq.ſuffrag. §.quod non aliter.c olla.2.& in ſimilibus.& etiam ſi eis complura ſuperſint bona,alimentis ſibi ſuis qúe familijs abundé præſtitis.& ita docto.ſupra allegati palám intelligunt.precipuúm Ioa.Franciſc.de Rip.in dicto loco.

¶ ET hæc quarta ſententia ſic interpretata,probabilior videtur, cúm ita omnibus communia verè ſint paſcua nemora qúe & termini vniuerſitatis:ſi quidem omnium neceſsitudini tunc ſuccurratur: quod non ita eſſet,ſi aliq reciperentur ſententiæ,vel ſi domino prout duobus ciuibus vtendi facultas concederetur: cúm tunc dominus minus frueretur paſcuis & nemorib9 vniverſitatis,quám eius vaſalli: nam quidem ſi domino vſus rerum vniuerſitatis præſtatur: prout duobus incolis nõ enim eius indigentiæ ſuffragatur, nec illi tantúm conceditur,ſicut eius vaſa
508 llis † quorum cuilibet potiús vnica prodeſt portio, quám domino duæ. quod etiam inſtruitur ex tex.in.l. plenum. §.equitij.& in. §.Iubétius .ff.de vſu & habi.ibi, *aliquando enim largius cum uſuario agendum eſt, pro dignitate eius cui relictus eſt vſus.*& ſat idem conſtat ex tex.in.l.ſed &ſi ſuſceperit. §. ſed &ſi proponas.ff.de iudi.ex quo Iacob.Rebuf.in dicta.l.1. C.de apoch. publi.lib.11.firmat,pauperem nequaquám poſſe tot ligna ſcindere ex nemoribus vniuerſitatis, ſicut diuitem. quod etiam palám inibi tenuit Ioa.de Plat.qui allegat ad hoc Bartul. in.l. fi.ff.de colleg.illici. & ſubdit ſanctus Thom.2.2.q.61.arti.2. hęc verba. *& ideo in diſtributiua iuſtitia tanto plus alicui de bonis communibus datur, quanto illa perſona maiorem habet principalitatẽ in communitate.*

¶ SED licet hæc quarta ſententia verior videatur,frequentiſsimé in dominis populorum non ſeruatur, nec cúm paſcua & nemora ſui loci ſibi & vaſallis communia ſunt,pro eorum indigentia iudicum ſententijs eis vti conceditur: ſed tantúm duplex portio ſeu duorum vicinorum ſors illis tribuitur: & olim quandoqúe &ſi inſolenter trium ciuium pars,&ſi ſemel vſum ignorum ſecundum eius indigentiam domino præſtari, diffinitum viderim: ex vſu tamen antiquo in his paſcuis (vt diximus)obſeruando.

¶ PRETEREA nec pars nemorum & terminorum vniuerſitatis incolis neceſſaria,iudicum iuditio concedi conſueuit,ſed æquabilis portio &indiſcriminatim.

¶ VERVM cúm † vſus paſcuorũ & terminorum dominis & vaſallis nó ſufficeret ſi illis ſecundum indigentiá fruerentur,tunc iure optimo dominis nec incolis oppidorum pro eorum indigentia frui licebit:ſed ita quód cęteris iniuria non fiat.vt conſtat in dicta.l.imperatores.ibi, *ſine iniuria alterius id fiat.*& idem probatur in dicta.l. 2. C.de paſc.publi.lib. 11.in fi. ibi, *ita tamen vt ſine leſione prouincialium prouideant curiales,quo pacto animalium militantium paſcui conſulatur.*& idem cõſtat etiam in.l.ſi cui.in princip. ff. de ſeruitu.& in.l.in ſumma. §.fi.ff.de aq. plub.arcen.& vtrobiqúe docto. & ſat expræſſe tenet Alberi.in dicta.l.imperatores.& ei9affecte ſupra citati.& pulchré idem tenet Bald.in. l.ſi manifeſte.col.2. C.de ſeruitu.& in capi.cúm omnes.col.7.de conſtitu.& doct.in.c. dilecti.de arbit.& Angel. in.l. certo generi. §.ſi totas.ff.de ſerui.ruſti. præ dio.& optimé conſtat in.l.arbor. §. fi. ff.commu.diui.& moderatim hoc incaſu eſſe vtendum. & ita dominus Gre.Lup.expræſim tenet in.d.l.9.ti. 28.partit.3.& dominus Didac.Couarru.

rru.in dicto capitul.37.pratica.qq. & dominus Pet.de Auenda.in capi.4.de exequen. manda.reg.nume.20.& fortaſsis ex hoc regij conſiliarij tantúm concedunt dominis vſum nemorũ ſuorum oppidorum,prout duobus incolis ne fiat iniuria alijs incolis.quæ quidé confideratio ſi termini omnibus ſufficiunt,non videtur admittenda: ſed videtur omninó eſſe ſubeniendum indigentiæ dominorum,abſqúe vaſallorũ præiuditio.

¶ DENIQVE etiam ſi dominis frui liceat paſcuis publicis pro eorum indigentia, hoc erit (vt diximus) cúm in eorum locis commorantur. Verum ſi in ſuis locis non habitent,illis (pro ut ſupra exiſtimaui iuris rigore penſitato) vſus prohibendus eſt paſcuorum & terminorum: quod ſi aliter iudices
510 aliqui fuerint expraxi antiqua arbitrati (quibus non conſentio)illis † tamé prętter portionem duorum ciuium nõ poterunt concedere,& hoc in paſcuis & lignis ſcindendis tantúm: inquibus praxis ipſa olim inualuit: & non quidé in vniuerſitatis terris & in alijs qúe praxis prædicta omiſſerit.ex tex.in.l.1.
511 §.ſi quis hoc interdicto. ff.de itin.act. qúe priua. cum alijs.Et ita † intelligas á nobis ſupra congeſta.Præter hoc quód & praxis ipſa nouiſsimis pleriſqúe ſententijs iam eſt intermiſſa.Quę omnia memoriæ affigite,prout nouiſsima,& alibi non diſcuſa.

¶ SED iam iſta relinquamus, & ad rem vndé digreſsi ſumus,reuertamur.

¶ PROINDE & ſextó,iuxta huius primæ partis tertiam concluſionẽ
512 allud etiam quærendum eſt † an vt quis vicinus oppidanus qúe ſit,vt teſtis teſtamento nuncupatiuo adiungi poſſit,ſit neceſſum probari, illum á populo in cinem eſſe receptum. Quod quidem videtur.ex traditis in dicta.l. ciues. C.de incol.libro.10. præcipuúm á Luc.Penen.columna.1. & ex tex. in dicta.l.1.ff.ad municip.ibi, *precepti in ciuitate.*in qua.l.Bart.columna.4.dicit, illum tantúm ciuem effici,qui ad hoc á ciuitate fuit receptus.quod etiam ibi dicit,conſuetudine eſſe munitum citans ad hoc tex.in.l.ædificia.cum ſua glo.ff.de verb.ſignifi.quæ quidem hoc non probat.& idem quod Bart. tenet etiam Luc.de Pen.in dicta.l.ciues. columna.2.& palám idẽ tenet ipſe Bart. in dicto conſi.62.columna.1. & Alex. in conſi.157.viſo inſtrumento. colum. 2.lib.2.& probatur in.l.ſi accepto.vſu. ff.de iur.fiſci.cuius Bald.meminit in conſi.460.Ioannes,columna.1.lib.1.& Boeri.in deciſio.260.ad hoc.numero. 13.quod etiam confirmatur ex tex. in authenti.quib.mod.natu.effi.ſui.§.ergo ſciendum. colla. 7. quem tex.Angel.inibi columna.fi.expendit ad hoc quód vt quis ſit ciuis,recipiendus eſt á adminiſtratore ciuitatis. quod etiam Boerio placet,complures docto.videndos citanti.in.d.deciſio.260.nu.17.& ſequentib.& Card.Paul.Pariſi.in cõſi.71.conſultatio.col.1.&2.lib.1.& ad de videndum Mathe.de Afflict.in deciſio.384.non ponam.columna.fi.& Cornean conſil.281.hæc conſultatio. per totum.libro.3.& adde Bald.in titulo de pace conſtan. §. nomina verò. poſt eius principi. qui notabiliter loquitur in propoſito.

¶ SED quidem in hoc noſtro Pinciano oppido,& in ſimilibus locis illuſtribus,hoc iure non vtimur,ſed quis effi citur ciuis vicinus qúe,&ſi in ciuẽ receptus expræſsim non ſit:ſi in locis ipſis habitet:& ciuiũ onera ſubeat:quod ſat receptionis loco eſt.ex.l.2. §.conſeſſiſſe.ff.admunicip.& in.l.qui patitur. ff.manda.& in.l.filius famil.patre abſente.ff.ad Mazedo.& alibi ſæpe. &ſi in oppidis exiguis contrarius frequentiſsimè vigeat vſus. cuius meminit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Bart.in dicta.l.1.ff.ad municip. ita quę siue expræsim siue tacitè quis ad ciuitatem recipiatur, testis in testamento nuncupatiuo esse poterit: & testamẽtũ ideó dirui non debet,quód expræsse testis in ciuem non sit receptus.& de materia ciuium adde videndum Bald. in dicto consil. 460. Ioannes. numero.3. & in consil.349.statuto.lib.1.& Cuma. in consi.177.suppositis.& Alex.in consi. 32.visa concessione.lib.5.& insignè Boeri.in dicta decisio.260.per totam. & docto. in capitulo. Rodulphus. de rescript.

¶SED hic iuxta prædicta quæri po-
513 teſt inciděter,an oppida † horum regnorum iure sint compellenda ad recipiẽdum aliquem in ciuem. Quod non videtur, siquidem aliàs superuacanea esset dictæ.l.1.ff.ad municip.dispositio quæ tractat de ciuiũ receptione:& doctrinæ quas supra cõgessimus post Ioa. Ant.Rube.in consi.9.in causa quæ vertitur.numero.8.quæ sententia confirmatur ex sententia Bald.in capitul.1. columna.fi.de form.fide.dicentis, ad patriam alienam recenter venientib9 ingressum interdici optimo iure posse ex tex.in.l.quintus. ff. de serui. rusti. præd.&si inibi Bald. aliud dicat esse post receptionem & ingressum.quib9 adhæreat quod tradit Angel.notabiliter in authen.quib.mod.natu. effi.sui. §.ergo sciendum.versi.nota non sufficit.colla.7.

¶NEC huic sententiæ refragari videntur regiæ leges,quibus disponitur, quencunque liberè de vno loco ad alium eius ciuilitatem posse trãsferre vt constat libr.7.ordinamen.titulo. 4. per totũ.& in pragmaticis antiq.char. 133.in pragmatica edita anno. 1480.siquidem sanctionibus his minimè constitui videatur, oppida ad quæ transierint,eos recipere esse obnoxia.

¶SED nihilosecius hæc quæstio cõ
514 troversa est in nostra Pintiana cancellaria,& vt anceps ex iudicum dissensu ad alios iudices remissa † & contraria sententia probabilior quidem videtur,& oppida volentem esse ciuem excludere non posse. Tum ex dictis legibus regijs,quæ stabiliunt manifestè, ciues quoruncunque oppidorum ad quæ libet loca se se transmittere posse omnimoda eis in hoc facultate concessa.quod etiam liquet ex.l.4.titu.4.lib. 4.ordinamen. Tum ex hisce verbis dictæ pragmaticæ,*se induce especie de seruidumbre a los hombres libres, para que no puedan vivir ni morar adoquisieren.* quę verba palàm edocẽt,liberam quis habere facultatem,quo libuerit loco incolatum domicilium qúe assumere & cuicunqúe oppido se inquam ascribere.ad quod etiam videtur tex.in.l. Titio centum. §. Tiriocentum.in.2.ff de condi.&. demonstra. Tum ex tex. in.l.nihil.ff.ad municip. cuiꝰ hæc sũt verba, *nihil est impedimento, quominus quis ubi velit domicilium habeat.* Tũ quia rei publicæ interest,oppida ciuib9 ampliari.vt constat in.l.2. C.de indi. vidui.tollen.& ex.l.fi. §.pen.ff.de bon. damna.cum similibus.ex quo non modicè ciuitates illustrantur. Vndè interrogatus Homerus,qui esset maximus ciuitatis ornatꝰ, inquit,pueri & turres per pueros populi amplitudinem significans.sed ea quæ rei publicæ expediũt,renui minimè possunt.vt in.l. ius publicum.ff.de pact.& in.l.2. §.ius rei publicæ.ff.de administra. rer. ad ciui. perti.cum alijs.quod etiã confirmatur ex tex.in.l.1. §.quod si nemo.ff. quod cuiusqúe vniuer. nomi. vbi habetur, quód etiam forensis actum facere potest,quo fiat melior conditio vniuersitatis:&si ex ciuibus nullus hoc idem facere velit. Quin & lex & ciuitatis statum non pro priuata sed pro cõmuni vtilitate edẽda est.l.3.& ibi Bal. .ff.

ff.dè legib.cum similibus. Tum quia montes & alia bona locorum sunt destinata commodo inibi habitantium. vt ait tex.in dicta.l.4.titulo.28.partit.3.& similib9.igitur hoc ciues populi immutare minimè possũt(.l.2. C.de offi. præfect.præto.ori.)satagentes priuare illic habitare volentes,commodis mõtium & aliarum rerum vniuersitatis: nec in eorum prędiuditium aliquid cõstituere possunt.l.totiens. §.si cui.ff.de acceptil. & ibi Bart.cum similibus de quib9 Deci.in consi.361.omissa.col.pe.& latissimè Lauren.Silua.in consi.1.nu. 137. & facit quod dicit Anto.in.c.cum omnes.col.5.de constitu.vbi ait,vniuersitatem seu collegium aliquid statuere nõ posse in prędiudicium priuatę personę, &si maior populi pars consentiat. Tũ etiam,quia iniquum & contra rationẽ est,populos non admittere ciues esse uolentes,& etiam contra naturalem equitatem. ex tex.ad hoc pensitato in authẽ ti.de quæstoribus. post princip.colla.6. cuius Bald.meminit in capitul.1. colu. 4.de pac.constan.sed vniuersitas non potest constituere aliquid iniquũ.l.ambitiosa.& illic traditur.ff.de decre.ab ordi fa. adnotat Innoc.in.c.cum accessissent.de constitu.col.1.& probatur in l.sub prætextu.ff.de extraordi.crimi.& in.l.1.vbi Bald.ff.de colleg.illici.cum similib9.Quim & in hac spetie oppida
515 moti ex auaritia,alios conciues recipere renuunt:igitur eorũ factum excludendum est.ex notatis in.c.cum omnes de constitu.& illic docto.cum alijs.Tũ quia † videtur esse monopolium costãtum ad ciuitatẽ recipere,quos oppidani locorũ admittendos esse censuerint & hoc iure optimo prohibitũ est.ex tex in.l.1. C.de monopol.quo cauetur,collegia seu vniuersitates stabilire minimè posse, quód quidam admittantur ad collegium seu ad vniuersitatẽ,&alij non recipiantur.vt expræsse etiã tenet Innoc.in dicto capi.cùm accessissent col.1.&. Bart.in.l.ii.column. 4.ff.de colleg.illi. (nisi perniciosus rixosus qúe hoc expostulans fuerit)quod etiam probatur.5.parti.titulo.7.l.2.& in capitul. conspirationes.11.q.1.& in.c.1. §. conuentiones.de pac.iura.firman. & inibi Bald.& docto.& constat idem ex Salic. in.l.receptitia.in fi. C.de consti.pecu. & palàm inibi Bald.& tenet Ioa.And. in procemio Grego.in verb.doctoribus. & faciunt qúe notat Ioan.de Plat. in.l. in agros col.2.C.de profe.& medi.lib. 10.& fusius Lauren.Silua.in d.consi. 1. nu.135.cum plerisqúe sequentib.in quo loco complura congerit ad hanc rem videnda:& dicit hoc non tantum monopolium sapere,sed iniustitiam continere,& esse absurdum. ex pluribus causis inibi per eum adductis.& dicit Bal. in.l.omnes populi.col.5.& ibi etiã Ioã. Crot.co.10.ff.de iusti.& iur.ciuitati minimè licere statutum cõficere,quo stabilitur, iniustè à ciuitate spulsum,vllo tempore ad ciuitatem recipiendũ:quia statutum quod sapit monopolium,iure diruitur.ex.d.l.1. C.de monopol. Tum quia,contra bonos mores videtur, abigere volentes ciues esse alicuius oppidi igitur non permittendum.l.pacta quæ contra. C.de pact. cum suis similibus vulgatis.

¶NEC nostræ refragantur sententię. tex.in dicta.l.1.ff.ad municip.in contrarium citatus. & Bart.sententia inibi & sequatium: siquidem &si ex illis ciué nullum esse,nisi á ciuitate tacitè aut expresim receptum constet,non tamen exindè fit,ciuitatem aliquem in ciuem ab re non recipientem,illum admittere non esse cogendam: sed iure optimo contrarium probabilius est. ex supra congestis.

¶RVRSVS & Bald.in.d.capi.1.de

Universidad de Deusto
Biblioteca

form. fideli. & alij docto. in hac ſpetie non loquuntur. Quim & eorum dictum ſi ad hanc rem pertineret, prædictis iuribus & rationibus inprobaretur.

516 ¶CETERVM & iuxta prædicta ipſe cenſeo † quód ſi poſtquám ad ciuitatem quis fuerit receptus, & pro ciue ſeu vicino reputatus, in loco tamen non habitet, ſi in eo onera ſubeat, & eiꝰ agnatis ſeu alijs ipſa onera perſoluat, vicinus etiam erit vt teſtis eſſe poſſit in teſtamento nuncupatiuo in illo loco cõfecto. ex dicta. l. cùm ſcimus. C. de agricol. & cenſi. lib. 10. & ex alijs multis ſupra congeſtis. & ex traditis à Feli. in dicto capitul. quoniam. columna. 1. de offi. ordi. & adde videndum Soci. vbi plura citantem in conſi. 35. circa prædictã. columna. 2. &. 3. lib. 1. Præter hoc, quód (vt ſupra nu. 385. diximus) prædicta lex ordinamen. teſtem vicinum & habitatorem minimè exigit, ſed vicinum tantùm: & quis poteſt eſſe loci vicinus, ſi receptus ſit, & ſi in eo non habitet. vt etiam ſupra ſcripſimus.

¶PROINDE & ex his etiam exiſtimo † quód ſi quis ex priuilegio efficiatur loci vicinus, quód & hic poterit inſcribi teſtis teſtamento nuncupatiuo: & ſi ab oppidanis expræſsim receptus nõ ſit, nec in loco illo habitet: quia hic verè ciuis & vicinus eſt, & compræhenditur inſtatuto loquente de ciuibus. ex traditis in dicta. l. ædiſitia. ff. de ver. ſignm. & in. l. in vrbe Romana. ff. de ſtatu homi. & in dicta. l. a. ff. ad municip. & in proprijs terminis ſic Bart. conſuluit in conſi. 62. punctus. columna. 1. &. 2. & idem notatur in alijs locis de quibus affatim laſ. in. l. ſi is qui pro empto re. numero. 293. cum multis ſequentib. ff. de uſucap. & Boeri. in dicta deciſio. 260. nume. 33.

¶RVRSVM & ſeptimó, iuxta prædictam tertiam concluſionem primæ partis huius legis, ſi ſcire cupis † an in duobus locis quis vicinus ſeu ciuis eſſe poſſit: ita quód in vtroque loco poſſit eſſe teſtis teſtamenti nuncupatiui. videre licet tex. in. l. Labeo. & in. l assumptio. §. iuris prudentibus. & in. l. eius. §. Celſus. & in. l. ſi quis. & vtrobique docto. ff. ad municip. & glo. & Ioa. de Plat. & alij docto. in dicta. l. ciues. C. de incol. lib. 10. & tex. vbi ſcribens in. l. penul. ff. de ſenato. & in capitul. ex parte. B. de for. compe. & in capit. fi. eodẽ titulo. & in capitul. 2. in princip. de ſepultu. lib. 6. & in dicta. l. lex Cornelia. §. ſi tamen in fundum. ff. de iniur. & Alex. in conſil. 32. viſa conceſsione. columna. 2. lib. 5. & Carol. Ruin. in conſi. 61. in lite vertente. numero. 22. lib. 5. & in conſil. 59. caſus iſte. numero. 8. lib. 3. & in conſil. 58. viſis & diligenter. nume ro. 8. eodem lib. & Boeri. in deciſio. 13. ſecundum dubium. & vide pragmaticam editam Mutinæ anno ſalutis. 1480. in volumi. pragma. chart. mihi. 131.

517 ¶OCTAVO ſi dubitaueris † an vicinus ciuitatis ſit comitatenſis, ſeu in comitatu aut caſtro habitans, vt in teſtamento nuncupatiuo in ciuitate edito teſtis inſcribi poſſit. vide tex. & Angel. in authenti. quibus mod. natu. effi. ſui. §. fiquis igitur. colla. 7. & in. l. eſt verum. vbi docto. C. de incol. libro. 10. & tex. in. l. qui ex vico. ff. ad municip. & docto. in. l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. ff. de damno infect. & in. l. inſulæ. ff. de iudi. & Bart. in. l. 2. columna. fi. ff. de verb. ſignifi. & Areti. in dicto conſil. 77. columna. 1. Feli. in dicto capitul. Rodulphus. numero. 9. vbi alij moder. de reſcrip. & alibi ſæpe traditur.

¶PRETEREA cùm abundè ſit diſcuſum, quis ſit vicinus, vt teſtis eſſe poſſit in teſtamento nuncupatiuo, illud &

520 & nonó iuxta dictam tertiam concluſionem cunctari oportet † quis tenea tur probare, teſtem in teſtamẽto ſcriptũ, vicinũ ſeu loci ciuem fuiſſe, tẽpore quo teſtamẽtũ cõfectũ fuit. & breuiter dic, quód ille qui fundatur in teſtamento nuncupatiuo, probare id tenetur. ex tex. in. l. 1. §. ait prętor. ff. ne quid in lo. publi. & ibi Bart. cum ſimilibus abundè citatis à And. Tiraquel. in tracta. de vtroque retractu. chart. mihi. 182. in. 1. pagina. & ſequen. titul. de retractu endech. glo. 7. in princip. & quód † cùm
521 aliqua qualitas in teſtibus exigitur, illa ſit probanda. tenet Angel. in. l. tabularum. §. diem autem columna. fi. ff. quẽ admo. teſtamen. ap. poſt Bart. in. §. ſi dubitetur. eiuſdem legis. & notat in ſignẽ Bald. in. l. fi. in princip. C. de iur. de lib. & illic Corne. numero. 9. & Alex. in conſi. 82. in cauſa vertente inter Petrum. columna. 1. lib. 1. & Deci. in cõſi. 37. in cauſa riguroſe. column. 4. & in cõſil. 105. & pro tenui facultate. columna. 3. & in conſil. 321. in cauſa quæ Alexandriæ. columna penulti. numer. 11. & Hipol. de Marſil. in repeti. rub. C. de proba. numero. 441. cum ſequentib. in quo loco plura ſimilia citat. & in eius prati. crimina. §. quoniam. numero. 55. & ſequentib. & adde videndum Soci. in cõſil. 274. in cauſa dominę. columna. 8. libro. 2. & hoc optimè probatur in. l. nõ ignorat. C. qui accuſa. po. vel nõ. & in. l. 1. C. de teſtamen. & ex his quę inibi laſo. recenſet numero. 2. & prædicti do-
522 cto. palàm tenent † illam probationem eſſe ab eo faciendam, qui teſtibus ipſis vtitur. Et pro his facit, quia in facto conſiſtit eſſe loci incolam ſeu populi ciuem: quarè conſequens eſt, hoc eſſe probandum, ab eo cui hoc probare intereſt. ff. de capti. & poſt limi. reuer. l. in bello. §. factæ. & in. l. ei qui. ff. de probat. Denique & in proprijs terminis ſic Bald. conſuluit in conſil. 193. ſtatutum ciuitatis Tergeſti. columna. 1. libro. 2. vbi tenet, allegantem aliquem eſſe ciuem alicuius loci ſeu habitatorem hoc probare eſſe obnoxium. & idem tenet Soci. in conſil. 55. præſtãtiſsime doctor. columna. 1. libro. 1. & ſi ibi non citet Bald. in dicto conſilio. & idem etiam tenet Soci. iuni. in conſil. 6. in præmiſſa. numero. 3. lib. 1. qui nec etiam meminit Bald. & idem conſuluit Ioan. Anto. Rube. in conſili. 77. circa primum. columna. fi. & in materia videre oportet Cardina. Paul. Pariſium in conſil. 61. aduerſus. columna. 3. 4. &. 5. lib. 3 poſt Angel. in. l. 1. §. diem. columna. 2. ff. quenadmod. teſtamẽ. appe. & Soci. in dicto conſili. 274. columna. 3. lib. 2. & facit. l. 2. C. de his qui veni. ætate impetra.

¶VERVM & prędictis obſiſtere videtur † quia quis pręſumitur eſſe ei 523
uis illius ciuitatis, in qua reperitur: niſi eum eſſe alienigenam probetur. vt palàm tenere videtur Bart. in. l. is poteſt. columna. 5. verſi. aliquando ille qui dicitur hęres. ff. de acqui. hęredi. cuius meminit Guid. pap. ei accedens in tracta. pręſumptionum. chart. 5. verſi. reperitur aliquid. & eorum meminit Alciat. in eodem tracta. pręſumpt. regul. 2. pręſumpt. 15. chart. mihi. 247. & pręter Alciat. idem videtur tenere Bart. in. l. de iure. columna. 2. ff. ad municip. & Aug. in. l. ſi cum exceptione. §. in hac. prope fi. ff. quod met. cau. vbi citat tex. in. l. 1. in fi. ff. ad munici. adhoc quód quis pręſumitur ciuis illius ciuitatis, in qua reperitur: niſi de alia eius origine cõſtet. & idẽ etiã tenet Ang. de Peru. in tracta. maleſitio. in verb. de Bononia. columna. 2. verſicu. quid autem ſi dicta. vbi ait, nullum forẽſem pręſumi. & Feli. in capitul. quoniam. de offi. ordina. columna. 1. & Hipoli. de Marſil. in conſi. 57. in pręſenti cõſulta

Universidad de Deusto
Biblioteca

tione.numer.12.lib.1.poſt loã.de Plat. in.d.l.ciues. C.de incol.lib.10. vbi ſequitur Bar.in dicta.l.de iure. Vndè fieri videtur,teſtem teſtamento nuncupatiuo adhibitum,repertũ in loco in quo teſtamentum confectum eſt,illius loci ciuem eſſe præſumẽdum. & nouiſsimè ita dicit dominus Greg. Lup.in.l.1.titu. 1.partit.6. Ex quo fieri videtur, nequáquàm probari eſſe neceſſum,eum tunc eſſe illius loci ciuem, ab eo qui eodem teſtamento nititur.

¶SED nihilominus ipſe conſtanter teneo,nullo quidem iure caueri,quem eſſe pręſumendum ciuem illius oppidi in quo adinuenitur.l.non hoc.C.vndè cog.cum ſimilibus. & precipuùm hoc
524 erit † in locis ſplendidiſsimis,in quib⁹ diuerſæ & ignotæ gentes confluunt. vt in ſimili ait tex.in.l.2. §. deindè cùm placuiſſet.ff.de origi.iur.in verbis, *non ſufficiẽte eo prætore quod multa turba etiã peregrinorum in ciuitate veniret, creatus eſt alius prætor.* & ſat idem conſtat extra
525 ditis per Alex.in conſi.63.lib.1.quod † in noſtro Pintiano oppido ſepiſſimè contingit. (qui & indies ædifitijs templis qúe decoratur,& quotidiè hominibus augetur,nam quidem ab anno ſalutis.1551.vſque ad integrum annum.1557. in eodem oppido ædes octocentę recẽter ſunt conſtructæ, & ſingulis diebus complures aliæ ædificantur) & hanc noſtram ſententiam ſat ſuadet tex.in.l lex Cornelia. §. ſi tamen. ff.de iniur. & in.l.2. C.de incol.lib.10.& in.l.cùm nec.C.eodem titulo.in quibus iuribus conſtat,non ex eo quòd quis in aliquo loco habitat,probari domicilium inibi habere,ſeu præſumi illi⁹ loci ciuem eſſe.quod etiam inſinuat tex.in dicta.l 1.ff.ad municip. ibi, *recepti in ciuitate.* quæ receptio cùm ſit facti,non eſt præſumenda.ff.de capti. & poſt limi.reuer. d.l.inbello. §.factę vt.nec poſſeſsio bonorum in ciuitate poſsidentem, in ea domicilium habere efficit. l. libertus. §.ſola.ff.ad municip. Proindè hæc noſtra ſententia conſtat ſumpto argumẽto ab ſpeciali.in.l.municipes. §. fi.ff. ad municip. Demùm & Alciat. in dicto loco palàm firmat,repertum in loco minimè ciuem eſſe præſumendum. Similiter nec domino Gregorio Lupo & contrariæ ſententiæ ſuffragatur ſententia Bart.in dicta.l. de iure.cui cõſentit. Ioan.de Plat.in dicta.l. ciues.ſi quidem in caſu diſsimili loquuntur: & nõ quando lex exigit in teſte de neceſsitate aliquam inhærere qualitatem: ſeu quòd teſtis ipſe ciuis ſeu oppidanus ſit. vt requirit prædicta lex ordinamẽque nontantùm vult,quòd teſtis tempore confecti teſtamenti adinueniatur in loco in quo conficitur, ſed & præterhoc vult,quòd ſit ciuis & vicinus. quarè conſequens eſt,non ſatis eſſe,in loco reperiri,niſi & conſtet illum ciuẽ tunc eſſe. Rurſùm & Bart.loquitur,cùm & in loco quis habet maiorem partem bonorum. Item & Bart.eius qúe ſequaces loquuntur,quo ad forum & iuriſdictionem, quo ad quam ſpetiem, vt quis habeat ius reuocandi domum, alibi domicilium habere ſeu priuilegium, neceſſum eſt conſtare, ad hoc ei eſſe conceſsum.vt in.l.2. §.ſed &ſi dubitetur. ff. de iudi. ibi, *quod ſi conſtiterit, in ea eum eſſe, cauſa vt domum reuocet.*

¶Sed an longeuum tempus efficiet teſtes ciues præſumi.videre licet quę docto. tradunt maximè moder.in.l.ſciendum.ff.de verb. obliga.cum alijs quæ ſupra congeſsimus. Demùm & Bart. loquitur de incola,non verò de ciue.& poteſt quis eſſe incola & non ciuis. vt conſtat in.l.incola.ff.ad municip.& ſupra explicuimus. ¶Et eiſdem modis reſpoderi poteſt Ang.de Peru.& Ang. de Areti.& Feli.& Hipol.in dictis locis.Prẽter hoc,quòd ipſe & quidem exiſtimo tex.in dicta.l.1.in fi. ff.ad municip.

cip.non probare Ang.de Peru. ſententiam. vt ex eo euidentiſsimè percipitur.

¶PROINDE nec noſtræ ſentẽtiæ refragatur aſſertio Bart.in dicta.l.is poteſt.quia Bart.inibi contrarium non tenet, vt conſiderat Alcia.in prædicto loco,& optimè quidem,cùm tantùm dicat,ciuem á ciuitate ſua ab eſſe non eſſe præſumendum. quod enim ab hac re diſsimile eſt.Item & Bar.in dicto loco loquitur,in eo qui verè eſt ciuis, &
526 illum à ciuitate cuius ciuis eſt, abſentè non eſſe præſumendum,exiſtimat.

¶CONSTAT igitur,ab eo qui teſtamento nuncupatiuo confouetur, ſi teſtes vicinos eſſe non conſtiterit, eos vicinos eſſe probandum. Proindè † & quòd tempore editi teſtamenti fuerint vicini vt diſponit dicta. l. ordinamen. (hac noſtra comprobata) iuncta.l. indelictis §.ſi extraneus. ff. de noxal. & eſt optimus tex.in dicta.l.1.C.de teſtamen.ibi, *cum eo tempore quo teſtamẽtum ſignabatur.* & inibi doctо. maximè Iaſo. columna.2. & eſt etiam ad idem tex.in. l.ad teſtium. §.1.ff.de teſtament, ibi, *cõditionem teſtium tunc inſpicere debemus, cum ſignant, non mortis tempore.*

¶SED confeſtim ambigi poteſt & decimò,an ſat ſit conſtare,quòd teſtis ante teſtamentum nuncupatiuum ciuis fuerit:vt ex hoc & tempore teſtamenti confecti eum eſſe ciuem probetur. ad quod videre licet tex.in capitul.propoſuit. de cle. excomuni. & illic doctо. & in.l. ſiue poſsidetis. C. de probat.cũ alijs de quibus Iaſo.in dicta.l.1.C. de teſtament.& Alcia.in dicto.tracta. præſumpt.regul.2.præſumpt.25.&.27.ead. regul.

¶PROINDE & iuxta omnia prædicta,illud in dubium euocari poteſt & 527 vndecimò,an ſtandum ſit † aſſertioni tabellionis in teſtamento aſſerentis, teſtes eſſe vicinos ſeu ciues. quod diiudicari quidem poteſt ex traditis per doctо.in capitul.quoniam contra. de probat.& in authenti. ſiquis in aliquo documẽto.C.de eden.& vtrobiqúe videas moder.& Iaſo.in.l.fœnium.C.qui teſtamen.face.po.columna.2.& in.l.ex his verbis.C.de teſtamen.mil. column.fi. & nouiores in.l.ſciendum. ff. de verb. obliga.& in.l.ſi duo patroni. §. idem Iulianus.ff.de iur.iuram. Boeri. plura allegantem in deciſio.37. quia ſupra. numero.5.cum ſimilibus.praxis tamen communis aduertit in hac re aſſertionem tabellionis.& expreſsè ita Bald. tenet in.l.ſi.in princip.C.de iur. delibe.& illic Corne.nume.9. & Paul.Caſtren.in authent.ſed cùm teſtator. poſt princip.C.ad.l.Falcid.

¶CETERVM & duodecimò hic controuerſari poteſt,ſi quis inter alias perſonas pronunciatur alicuius loci ciuis ſeu vicinus,nunquid ſtãdum ſit ſententiæ latę in illa cauſa,quando in alia cauſa cõtenditur inter alios an ille fuerit loci vicinus,in quo teſtamẽtum cõfectum eſt:& ex prędicta ſentẽtia quòd eſt vicinus probetur. Quod quidẽ breui videtur.ex tex.in. l.quotienscũ qúe. C. de decurio.libro.10.quã inibi Alex. in addit.ad hoc perpendit. poſt Bald. & Ioan.de Plat.illic palàm.quod & doctо. tenent in.l. ingenuum.ff.de ſtatu homi.per tex.in dicta.l. de iure. ff. ad municip.quę mihi non probat.ſed optimè ſuadetur ex tex.in capitu.ſi iudex laicus.de ſenten. exco.libro.6. iuncta. dicta.l.ingenuum.& huic ſentẽtię etiã adherent Bal.& Sal.in.l.2.C.quib. res iudi.non noc.& Alex.in.l.ſępe.ff.de re iud.columna.16.verſi.iuxta hoc quęritur.& Petrus Raue. in eius alphaueto aureo.in verb.ſententia.columna. penulti.in quo dubio hoc ſatis ſit.

¶INSVPER & illud non eſt prętereundum,ſed decimo tertio in veſtigadum
528 † ſi in teſtamento nuncupatiuo aliqui

Universidad de Deusto
Biblioteca

testes vt ciues & vicini sunt scripti, qui verè vicini non sunt, & si vt ciues & vicini communiter reputati: an testamẽtum valeat. quod nobis videtur. ex tex. notabili in dicta. l. 1. C. de testamen. & in. §. sed cùm aliquis. institu. eodem titulo. & .6. partit. titulo. 1. l. 9. in fine. quæ iura & ad hanc rem pertinent. vt constat ex Cino & docto. in dicta. l. 1. C. de testa. & illic Iaso. numero. 3. & abundè Mayneri. in. l. quandiù. numero. 62. ff. de regu. iur. post glo. in. l. cùm lege. ff. de testamen. & moder. in dicta. l. Barbarius. ff. de offi. præto. & in. d. c. Rodulphus. de rescrip. & dominꝰ Grego. Lup. in dicta. l. 1. in verb. ante fiete testigos. titul. 1. parti. 6. & vide Card. Paul. Parisiũ. in consi. 61. nume. 27. lib. 3 & alibi sæpe traditur. Et ex eò etiam hæc res patescit, quia interest rei publicæ testamenta conseruari, l. vel negare. ff. quẽ admod. testamen. ap. cum alijs de quibus meminit Ioan. de Neuza. in consi. 26. inuocato consilio. numero. 7. cum sequentib. Sed maius est dubium, an etsi verum sit in prædicto casu, testamentũ non valere, testibus tamen ipsis non vicinis, sed putatiuis, testamẽtum ipsum probari possit in iuditio. ad quod videas glo. & docto. in dicta. l. 1. C. de testamẽ. & præcipuùm Iaso. numero. 7. & doct. in dicta. l. Barbarius. & in similibus locis. & adde iuxta prædicta videndum Bald. in consi. 355. præmittendum est
529 ad euidentiam. colu. 1. lib. 5. vbi etiam dicit † sat esse famam fuisse testem tẽpore confectionis testamenti oppidanum seu vicinum fuisse, seu aliam qualitatem ab statuto requisitam habuisse.

¶ PRETEREA & decimo quarto
530 illud dubium occurrit † nunquid in testamẽto in scriptis testes ciues seu vicinos interuenire necessum sit. quod non videtur, & sine dubio ita quidẽ existimo. Tum quia, lex nostra prædictã
527 legem ordinamen. de testibus oppidantis agentem, tantùm explicat in testamento nuncupatiuo: & nõ in testamẽto in scriptis. Tum etiam, quia tex. noster dũ loquitur de testamẽto in scriptis, minimè agit de testibus ciuibus: igitur consequens est, testes ciues in testamento in scriptis non requiri. l. si seruum. §. prætor ait. versi. non dixit prætor. ff. de acqui. hæredi. cum alijs. quod & munitur ex tex. in capitul. ad audiẽtiam. de decim. & in. l. cùm prætor. ff. de iudi. & in. l. maritus. C. de procura. Tum quia, dicta lex ordinamen. cùm requirit testes ciues, correctoria est: vt supra deduximus. numero. 22. quarè nõ est trahẽnda ad testamentum in scriptis. ex tex. in authenti. quas actiones. C de sac. sanct. eccle. & in. l. præcipimus. C. de appella. cum alijs. & præcipuùm quia nec iure communi, nec iure septipartitarum in testamento in scriptis testes ciues exiguntur. vt in. l. hac consultissima. in princip. C. de testament. & in. l. 1. titulo. 1. partit. 6. Tum etiam, quia non est par ratio in testamento in scriptis, quæ in nuncupatiuo: cùm hac lege & dicta ordinamen. constitutione minuatur solennitas testamenti nuncupatiui, iure communi inducta: non verò solennitas testamenti in scriptis diminuitur, in quo cõplures testes & maior solennitas requiruntur: igitur cùm impar sit ratio, ergo & constitutio. l. adigere. §. quánuis. ff. de iur. patro. cũ similibus. quæ sententia apud me non est ambigua, & si viderim quendam aduocatum contrarium tenere.

¶ DECIMO quinto & nõ ab re du
531 bium hoc subnicimꝰ † an si in testamẽto nuncupatiuo septem testes scripti sint, eo modo quo est dispositum in dicta. l. 1. & 2. titulo. 1. partit. 6. & in dicta. l. hac consultissima. C. de testament. & in similibus. si tamen testes non sint ciues seu vicini, testamentum ipsum valeat. quod non videtur. ex sequẽtibus.

¶ Primò

¶ Primò, ex hac lege dictam legem ordinamen. confirmante, in qua testes oppidani exiguntur: á qua ideò recedere non licet. vt in. l. cùm huj. §. si prætor. ff. de transact. & in. l. constitutionibus. ff. ad municip. ¶ Secundò, quia rationes quibus dicta lex ordinamen. præcipit scribi testes ciues in testamento nũcupatiuo (quarum supra meminimus) in hoc casu deficere videntur: & ita existimandum est, harum legum sanctiones in hoc casu non obtinere. ex dicta. l. adigere. §. quánuis. ff. de iur. patro. & in capitul. cùm cessante. de appel. ¶ Tertiò hoc etiam fulcitur ex sententia Salic. in. l. fi. columna. penul. C. famil. hærciscẽ. vbi dicit, quòd & si testamentum paternum á patre subscriptũ duobus testibus factum valeat. authenti. si modo. C. eodem titulo. tamẽ quòd si hoc testamentũ habeat quatuor vel quinque testes, si dicta careat subscriptione inualidum est. & ita maior numerus testium quám á lege requisitus, solennitatis defectum minimè supplet. quod etiam tenet Fulgo. & docto. in authentica. quod sine. C. de testament. & inibi Alex. columnà. 1. ¶ Denique & hoc suadetur, quia cùm aliquid est de forma, non sufficit per equipollens adimpleri. l. qui per salutem. ff. de iur. iuran. cum alijs de quibus moder. in. l. 1. ff. de libe. & posthu. & illic Iaso. numero. 18. & Feli. in capitul. cùm dilecta. columna. 4. de rescrip. & insignè Iaso. in consil. 97. in præsenti testamento. numero. 3 versi. item pro ista. cum sequentib. & precedentib. libro. 4. vbi & ait, statuti formam præcisè implendam, & non per magis siue per amplius. Et hãc sententiam aliquos patronos regiæ cancelariæ sectari vidi.

532 ¶ VERVM contrarium probabilius † videtur. ¶ Primò, quia predicta lex ordinament. tres vel quinque testes oppidanos exigit in testamento, cùm septem testes septipartitarum & iure communi requisiti, in testamento adhibiti non fuerint: at secus disponere videtur, quando ipsi septem testes testamento adhibiti non fuerint. quod sat indicare censetur verbum, *alomenos*, positum in dicta. l. ordinamenti. ¶ Secundò, quia existimandum non est, regem Alfonsum dictam legem edẽrem testamẽta munita solennitate septipartitarum & iuris communis, & habẽtia maiorem solennitatem quàm contentam in dicta. l. ordinamen. euertere voluisse. ex tex. in. l. si quando. C. de inofficiosi. testament. in princip. Quinimmò ex quo Alfonsus rex illic quo ad hanc re non mutat iuris communis & septipartitarum leges, formam testamenti enũciantes, illas tollere nequàquam censendum videtur. ex dicta. l. sanctimus. C de testament. & in dicta. l. præcipimus. C. de appel. & prædicta lex ordinamẽ. vt minus ius commune lædat, explicanda est. l. 1. C. de iur. dot. & in. l. 2. C. de noxal. cum alijs. ¶ Tertiò, hæc suadetur sententia † ex verbis positis in di- 533
cta. l. ordinament. in eius fine, ibi, *y mãdamos otro si, que vala el testamento, que fuere hecho con buenos testimonios.* Sed hic parumper expecta, nam quidem hæc verba veteribus codicibus manu conscriptis non adinueniuntur: & illa dictæ legi Montalu. addidit. & sunt legis fori, nisi vsu comprobati non obseruandi. l. 1. supra in his legibus. & ita liquet ex uera litera posita per nos in exordio huius legis. & ex tex. in. l. 1. titulo 5. lib. 5. for. ll. Nisi dicas, Montal. ea reperisse veteribus alijs codicibus, quod minimè autumo. Nec desunt qui dicant, prædicta verba ex eo inibi immixta, quia multi sunt casus, quibus duo testes testamento adesse satis est: in quibus vt illi existimant, verba illa tãcim sunt exponenda. quod quidem minimè recipio. & si dicta verba fuissent prę

dictæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

dictæ legis. siquidem hic intellectus dictæ legis menti generaliter loquẽtis oppugnet. de quorũ verborũ dictæ legis intellectu fusius infra. nu. 1004. & sequẽ. discutiem⁹ Alij etiam censent, prędicta verba superuacanea esse, quod quidem nec subsistere potest ex Gregorio no proœmio & similibus notissimis.

¶ Quartó hæc fulcitur sententia, ex eo quod dicit Specul. in titulo de instru. edit. §. compendiosè. columna. 6. versi
534 item per ius canonicum. quód etsi † canonico iure in testamentis confectis in terris ecclesiæ, duo testes exigantur cum præsbitero parrochiali, quód tamen si quatuor testes ipsi testamento inscribantur, tale testamentum valet & tenet: & si contrarium videbatur ex eo, quód ius canonicum requirat præsentiam præsbiteri, & sic testamentoin esse personam qualitatem illam habẽtem, & illa fuerit testamenti forma, quarẽ pretermitti non posse, iuris esse videbatur. sed nihilominus Specul. contrariam tenet sententiam. ex tex. in capit.
535 cùm nobis. de testib. quo habetur † potiús duobus testibus quám vni cuiuscúque sit authoritatis, esse credendum. quarẽ consequens esse videtur, potiús standum esse septem testibus non oppidanis, quám tribus vel quinque vicinis. quam Specul. sententiam Abb. sequitur. in relect. dicti capitul. cùm esses. de testamen. columna. 5. & multi alij quos Iaso. refert ei cõsentiens. in dicta. l. hac consultissima. in princip. C. de testamen. columna. 2. post Domini. in consil. 49. super isto puncto. columna. 2. numero. 6. cum sequentib. & Corne. in consil. 261. de duobus principaliter columna. fi. versi. & insuper. libro. 4. & Alex. in consil. 17. ponderatis his. colu. 4. versi. nec obstat quód quando. libr. 1. & cum opinione. Specul. est magis cõmunis opinio vt constat ex latè traditis per Carol. Ruin. in consil. 51. prouiden-

dum est. numero. 11. libr. 1. & opinionem Specul. dicit magis communem Decius in consil. 284. numero. 8. & ibi ait, non esse recedẽdum à opinione Specul. in iudicando & consulendo. & eandem opinionem Specul. tenet Didac. Couarru. in dicto capitul. cùm esses. numero 13. de testamen. & Guiller. Benedi. in rep. capitul. Rainuntius. eodem titulo. in verb. testamentum. in. 1. nume. 92. & alibi sæpe. Etsi alij plures doct. contrariam teneant opinionem. ¶ Præterea & quintó hæc suadetur sententia, quia maior solennitas est illa, quę constituitur in dictis legibus partitę, & legibus alijs iuris communis, quám illa quę continetur in dicta. l. ordinament. quarè consequens est, testamentum habens solennitatem iuris communis & legum parti. nullumodo dirui posse, & si testes non sint vicini. ex regul. plus semper. de reg. iur. in. 6. & in. l. 1. §. si stipulanti. ff. de verb. obliga. & ex tex. cũ materia in authenti. multó magis. C. de sac. sanct. eccle. & ex tex. notabili in proposito in. l. testamentum non ideó. C. de testament. & in. l. non solét. ff. de reg. iur. cum alijs de quibus Albe. Brun. in tracta. de forma. char. mihi. 54 columna. 3. ¶ Sextó hęc instruitur sententia ex tex. in. l. 3. ff. de testamen. mil. cum alijs. ubi constat, illum posse testari cum solennitate iuris communis, cui concessa est facultas testandi cum minori numero testium. ¶ Septimó hoc probatur † quia forma specifica adimpleri dicitur, quando pinguius actui adiungitur. l. si quis mihi bona. §. pe. ff. de ac qui. hæred. & ibi docto. cum alijs quorum meminit Iaso. in. l. qui quartam. ff de leg. 1. numero. 4. & idem Iaso. in dicta. l. si quis mihi bona. §. sed quid si mãdauit. columna. 1. & alibi sæpe traditur ¶ Proindè & octauó hæc opinio instruitur ex Bald. sententia in consil. 155. prætendum est. columna. 1. lib. 5. vbi in-

quit,

quit, quód si statuto stabilitũ sit, quód testamentum conficiatur coram quatuor testibus & sacerdote, quód si testamentum fit cum solennitate iuris cõmunis, scilicet, septem testibus inscriptis, etiam sine sacerdote, validum iure erit: quia hoc statutum non continet formam, qua recedatur à iuris forma. & idem tenet Albert. Brun. in dicto eius tracta. de forma. char. mihi. 66. columna. 1. sub rub. quando cẽseatur forma vel solennitas remissa. colum. 5. & char. 71. column. 2. in eadem rub. & hæc nostra sententia quia testamentis fauet, recipienda est. ex tex. in capitul. fi. de re iud. & in. l. siue pars. ff. de inoffi. testamen. cum alijs. ¶ Deniqúe & in proprijs terminis sic tenet expręsse dominus Greg. Lup. in. l. 22. titulo. 1. partit. 6. & si id teneat breuiter & absque dictis fundamentis. & etiam idem
537 tenet Anto. Gome. in hac. l. numero. 47. ¶ At verò † secus ipse cẽseo, si sex testes non ciues adiiciantur testamento nuncupatiuo, etiam coram tabellione confecto: & quód tunc testamentũ sit nullum: quia non munitur legibus septipartitarum, nec iuris communis, nec prædicta lege ordinamen. prout testamentum habens septem testes rogatos. quod saltèm confouetur iure cõmuni & iure septipartitarum. Etsi tũc dixeris, huic sententiæ prędictam rationem officere, qua habetur, potiús duobus testib⁹ quám vni esse credendũ cuiusuis sit authoritatis: exquo videtur magis sex testib⁹ esse credendũ, quám tribus vicinis. Dici etiam potest, quód & si hæc ratio admittatur in casu quo Specul. & eius assecle loquuntur, ex eo esse potest, quia ius canonicum nõ ita exactam exigit solennitatẽ, prout exigitur à dicta lege ordinament. & à iure communi. Immó ipsum ius canonicum in hac re abiicit testium multitudinem, tanquám iuri diuino aduersam vt constat in dicto capitul. cùm esses. de testamen. non tamen idem excogitari potest in nostro casu, extante prędicta lege ordinamẽ. & etiam extante iure communi, quibus maior solennitas exigitur, quám iure canonico: aliàs quidẽ faciliter à iuris forma recedi posset.

¶ EX quibus argumenta contraria diruuntur. Et prius ex eo, quia nõ est de forma quod continetur in dicta. l. ordinamen. quód illa prętermitti non posit, seruando solennitatem iuris cõmunis. ex his quæ supra deduximus.

¶ RVRSVS & secundum argumentum contrarium parui momenti ex eo est, quód satis ipsis rationibus satisfit, iuris communis solennitate serseruata, & saltem intentioni dicti domini regis Alfonsi, qui præcipuum in dicta. l. ordinamen. falsitatem euitari voluit, & testamenti veritatem constare: quæ magis patebit, seruata solennitate iuris communis, quám dictæ legis ordinamen. ¶ Præter hoc, quód & ipsę rationes nõ sunt dictę legis, sed á nobis consideratæ † nam cùm ratio in 538
lege non exprimitur, sed est magistralis, non est eiusdẽ vigoris, sicut illa quæ est in lege expręssa. vt constat ex Iaso. in. l. si conuenerit. numero. 10. ff. de re iud. & alibi sæpe. Deniqúe prędicta solennitas iuris communis (vt diximus supra) non abrogatur dispositione dictę legis ordinamenti.

¶ DEINDE & tertium cessat argumentum, quia Sali. & Fulgo. in hoc tertio fundamento citati, tunc loquũtur cùm testamentum aliquo iure non cõsistitur: prout in nostro casu iam diximus contingere. Item & ipsi loquuntur, non quando deest testium solennitas seu eorum qualitas, sed alia, vt est subscriptio parentis, quo difficilius testib⁹ suppleri potest, quám qualitas testium. argumento tex. in. l. rę coniun-

cti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cti.ff.de leg.3.& faciũt quæ citat Abb. in capit.cũm homines. columna. 2.de decim.& Alberi.in.l.1.columna.3.ff. de iudi.& facit bonus tex.in.l.in rem. §.item quecunque.ff.de rei vendica.

¶POSTREMVM cessat argumẽtum.Tum quia,dicta forma in præsentia plꝰ quàm in æquipollenti adimpletur,quod videtur considerandũ.ex. d. l.si quis mihi bona. §.pe. Tum etiam,
539 quia multi tenuerunt † etiã legis formam substantialem in æquipollenti adimpleri posse. quorum recentiores meminerunt in dicta.l. 1.ff.de libe. & posthu.quod in hoc casu saltẽm recipiendum videtur,quia constitutio dicte.l.ordinamen.hunc enim effectum & finem respicit,quód testamenta veris probationibus muniantur,ita quód
540 falsitas omninó abiiciatur † sed quando forma certum finẽ & effectum respicit:tunc in æquipollenti impleri potest.vt probat tex.in.l.si mater. C. de insti.& substi.quam inibi ad hoc expẽdit Deci.columna.2.sunt & aliæ concordã.de quibꝰ meminit Alber.Brun. in dicto eius tracta.de forma. chart.75.
542 columna.1.& optimè probatur in.l.2. ff.de libe.& posthu.& ex glo.in.l.iubemus.C.de testamen. & abundè idem tradit Card.Paul.Parisi.in consi.33. & si prima facie.columna penulti.num. 34.lib.2.& in consi.99.iste Ioanes, columna.3.volu.3. Quinimmó & Card. Parisi.in dicto consi.33.columna.fi. in quit (citans Bald.& Socin.) quód quo
541 tiens aliquid † exigitur pro forma ad expelendam falsitatem,quód satis est, id per æquipollens inesse,si ex eo falsitas ipsa diruitur: vt in præsentia contingit,interuenientibus septem testibus in testamento liberis & fidedignis: inquo casu sat constat de mẽte dicti regis Alfonsi conditoris dictę legis ordinis.testamẽtum minimè corruere volentis,siquidem inibi minorem so-

lennitatem exegerit:quaré & hoc etiã sufficit vt formæ trãgressionequàquàm noceat.ex notatis in.l.non codicillũ. C.de testamen.cum alijs de quibus in terminis Alb.Brun.in dicto tracta.de forma.char. 45 columna. 3.versi. sextus effectus.& columna.4.versi.fallit. & Card.Paul.Parisi.in dicto consi.99. columna.3.lib.3.& in consi.61. aduersus testamentum.colum.3.lib.3.in quibus locis alia reperies ad hanc rẽ pertinentia.& adde ad prædicta hic videndum Anto.Gome.numero. 47.& numero.87.& iuxta prædictam meã sententiam,te cogitaturum ipse & nó abre aduerto.

¶DECIMO sexto illud in dubiũ
543 venit † an antequàm hęc lex edita esset pater testamentũ nuncupatiuum confecit,cui testes ciues non sunt admixti,& post confectionem ipsius testamenti,& ipso testatore viuente, hæc nostra lex condita est,quæ testes vicinos etiam in testamento paterno exigit. nunquid tale testamẽtum valeat, ex quo non habet solennitatem huius legis nec dictæ.l.ordinamen. quam si testator voluisset,testamẽto posset collocare: vel controuerti potest ab eo qui fuerit & malè (vt diximus) opinatus,non sufficere testamentum nuncupatiuum hodiè habere septem testes, & iuris cõmunis solennitatem, nisi dictę.l.ordinamẽ.formam habuerit: & quid siquis antequàm dicta.l.ordinamen. constituta esset,testamentũ cõfecit solennitate iuris communis & legum parti.cui testes ciues non sunt admixti,vixerit tamẽ ipse testator postquàm fuerit promulgata dicta.l.ordinamen.(quod & hodiè scripturis constare potest) an testamentum hoc iure subsistat,vt potè testibus ciuibus non confectum. Et pars affirmatiua constare videtur.ex tex.in.l.iubemus. C. de testamen.ad quod est optimus tex.in

authen

authenti.vt factæ nouę constitu. §.prouintiarum.colla.5.in quo tex.Angel. expræsim hoc decidit: nisi testator habuerit facultatem ipsum testamentum mutandi.& idem tenet idẽ Ange. in authenti.vt cùm de appella.cognosci.in princip.colla.8.quem moder.referunt & sequuntur in capit.fi.de constitu.& in dicta.l.iubemus.& inibi laso.columna.2.& Soci.iuni.in consi.21. circa propositam.numero.14.lib.1.& Carol.Ruin.in consi. 3. quæritur primó.numero.6.lib.3.quod quidem utile erit,quo ad codicillos & alia hac lege nouè constituta,vt valeãt,si habeãt solennitates veteribus legibus tempore editi testamenti requisitas: &si ex indó lex nostra viuente testatore edita fuerit,facultatem tamen non habẽte efficiendi codicillos & testamentũ nouis solennitatibus.

¶SED quidem ipse indiscriminatim teneo,codicillos & testamentum non valere,&si testator post hanc legem vixerit,seu post dictam.l.ordinamen. & superaddere nóuas solẽnitates potuerit, minimé fecerit.ex dicta.l.iubemꝰ & illic Paul.Cast.expræsim.& Areti.in consi.fi.columna.3.cuius meminit And.Tiraquel.in rep.l.si vnquàm C.de reuo.dona.in verb.susceperit liberos.numero.179.&si laso. videatur dictã.l.iubemus.hisce verbis contrarium stabilire,*quid enim*,(inquit tex.) *antiquitas peccauit,quæ præfẽtis legis insciã pristinam sequuta est obseruãtia.* quare vt dicit laso.in eadem lege, videtur testatorem legem nouam scientem
543 minimé excusari:nam quidem prædicta verba illius tex.tantùm † considerant tempus quo testamentum conficitur,non tamen tempus eueniens post testamentum,in quo testamento testator addere posset solennitates nouę legis.& ita laso.non rectè tex. illum ad hanc sententiam expẽdit.quod & munitur,quia non potest culpa testatori imputari ex lege superueniente ab eo prætermissa: sed sat esse videtur, si tẽpore quo testamentum facit ,iurium tunc existentium solennitatem seruauerit.ex tex.in.l.furiosum. C. qui testamen.face.po.& traditis in.l.Labeo. ff.de supel.lega.& à Soci.in.l.Gallus. §.si eius.column.fi.ff. de libe.& post hu.Præterea quàntum ad solennitatẽ testatorum,tempus editi testamẽti inspicitur.& ideó vt Baldo videtur in.l.si quis hæredem.columna.1.C.de institu.& substi.testamentum † ruri quin
544 que testibus confectum iuxta formam l.fi.C.de testamẽ.minimé diruitur,&si post testator ad ciuitatem reuersus, in ea moriatur.cuius meminit Ioa.Frãcisc.de Rip.alia similia referens in. l. centurio.columna.3.numero.8.ff. de vulg.& pup.substi.ibidem ad hoc allegans. tex.in. §.sed hactenus.institu.de testamen.mil.& in.l.1.C.eodem titulo. quæ lex.1. parum stringit. sed hoc melius probat tex.in.l.ad testium. §.1. ff.de testamen.

¶NEC contrarium probat † tex.
545 in dicta authenti.vt factę nouæ constitu.sed nostram indifinitam sententiã vt diiudicat Areti.in dicto consi.fi.columna.3.& prẽter Areti.verba illiꝰ authenti.quibus Ang.á contrario sensu eius sententiam percipit. (quæ in hũc sunt modum,*vel si proxime scripta sunt testamẽta post positionẽ legis,nondũ vero contingerat, constitutiones factas ingo tuisse etiã superuiuentibus nõ testatoribꝰ fũtmutata.*) Angelo nõ suffragãtur nec nostrę obsistunt sententię:siquidem dicta verba illius tex. considerent tẽpus editi testamenti, velit quę ille tex.in prædictis verbis,quód si tempore quo testamentum fit,lex noua solennitatẽ inducens nondum edita fuerit,vel si promulgata iam sit,priús quàm modo illic constituto innotescat,quód testamentũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

mentum valet: etsi non sint seruatæ in eo solennitates nouæ legis. quo sit, argumentum á contrario sensu in quo Ang. inibi se fundare nititur, ad hanc rem nó pertinere: cùm casus noster non tractet de scientia seu ignorantia euemens tẽpore testamenti confectionis, sed de illa quæ inest post confectum testamentum. in quo casu illa lex non loquitur. Quinimmó ipsius tex. verba generaliter imposita, turantur nostram sententiam. ibi, *& non accusandas, quod tempore quo superuixerint, illi eas non mutauerunt, non enim omnia sunt in nobis, nec super quibuslam tempus sit testandi, repẽte plerunque incidunt hominibus mortes, testandi est potestatem auferentes, quam ob rem ab initio factum recte, eo quod non fuerit mutatum non arbitramur postea irritari, aut aliquo modo infringi.* quæ verba satis constat obtinere in testatore sciente nouam legẽ. & ad hũc nostrum casum posse applicari. nam ideó text. ille dicit, testatori non posse imputari, si testamentum post legem nouam non mutauerit, quia posse facere testamentum in nobis non est, siquidem semper quis testari non queat, nam quandoque repentina morte hoc facere impeditur: & ita sola illa posibilitas repentinæ mortis testatorem excusat, etsi legis nouæ ignorãtiá non habuerit: potest enim esse quando testator testamentum non mutauerit, quia sperabat se semper diutius victurum. & ita illum tex. interprætatur Iacob. de Bello. prædictæ sententiæ adhęrens contra Ang. hisce verbis loquens, ibi, *habentes etiam si lex postea testatori innotuit.* & infra ibi, *mutatum post insignuationem legis.* adde tamen ad superiora videndum Corne. in consil. 53. in hac consultatione. col. fi. lib. 4.

¶ POSTREMO tamen & iuxta huius legis primæ partis tertiam conclusionem illud quærere non est prætereundum † nũquid sicut hac nostra lege nõ derogatur dictæ legi ordina. testes ciues requirenti: ita hac lege alię leges quę in testibus testamentorum nuncupatiuorum alias exigunt qualitates, non mutẽtur. quod breui existimo. Tum quia, cùm lex nostra & prædicta ordina. constitutio ius commune quo ad testium numerum abroget, illi in alijs derogare cẽ sendum non est. ex. d. l. precipimus. C. de appella. cum similibus. & quia hæc lex interprætanda est vt minus ius commune lędat. d. l. 2. C. de noxalib. cum similibus. Tum ex pluribus quæ supra congessimus á nume. 134. vsque ad nume. 141. Tum quia, cùm lex nostra interprætetur prædictam legem ordi. in illis casibus explicanda est, in quibus & ipsa lex ordinamenti interprætatur. vt in authenti. de fil. ant. dotal. instru. na. apud finem. colla. 3. cum similibus. sed dicta lege ordi. non mutantur iura communia, quę exigũt alias qualitates in testibus testamentorum: igitur nec hac nostra lege. Tum etiam, quia solennitates dictæ legis ordina. subrrogantur loco solennitatum legum septipartitarũ & iuris communis: igitur cõsequens est testes de quibus agitur in. d. l. ordi. habere oportere qualitates omnes quæ stabiliuntur in prædictis iuribus antiquoribus. præter hoc, quód & testes ipsi oppidani vicini qúe esse debeãt. ex tex. in l. si eum. §. qui inruriarũ. ff. si quis caut. & in. l. 1. §. sed & si actio. & illic Bald. C. de rei vxo. act. & hoc confirmat tex. in. l. parabolani. C. de episco. & clen.

¶ EX QVIBVS complura lucidè suboriuntur.

¶ PRIMVM, quód extãte hac lege, & prędicta lege ordina. testes illi qui hitce legibus exiguntur, præter hoc quód 547
cives esse necessum est † quód & masculi & non fœminæ esse debent: siquidem hoc sancitum sit ita legibus septipartitarum & alijs iuris cõmunis. vt in l. 1. tit. 1. parti. 6. & in. l. 17. titulo. 16. parti. 3. &

ti. 3. & in. §. testes. institu. de testamen. & in. l. qui testaméto. §. mulier. ff. eod. titulo. & si vt auditu percepi, contrariũ fuerit iudicatum, & non rectè ex prædictis. Et quia minimé existimandum est, dictas leges partitæ & alias iuris communis ratione munitas, hac lege & prę dicta sanctione ordinamen. esse abrogatas. ex dicta. l. si quando. C. de inoffi. testamen. in princip. & in proprijs terminis sic in hac lege existimat Ioan. Lup. nemero. 34. & Cisuen. numero. 12. & Didac. Castel. in verb. siete testigos. columna. 7. & in hac re ipse anceps nõ sum.

¶ SECVNDVM, quód nec hac lege, nec prædicta constitutione or 548
dinamen. correcta sunt iura † quæ exigunt testamentorum testes esse liberos puberes, & non infames. vt in dicta. l. 1. titulo. 1. partit. 6. sancitur. & in dicta l. hac consultissima. in princip. C. de testamen. & in. l. 1. C. eodem titulo. & in dicto. §. testes. institu. eodem titulo & similibus iuribus. & præcipuúm in. l. 9. titulo. 1. parti. 6. quæ fusius hoc exprimit, & alias enumerat personas, qui testes esse non possunt in testamentis. & tex. in dicto. §. testes. & abundé Mayne. in. l. quánuis. numero. 55. 65. & 78. ff. de reg. iur. & Didac. Castel. in præsentiarũ. in verb. siete testigos. & Barthol. de Chassene. in consuetu. Burgun. des 549
succe. rub. 7. §. 4. numero. 7. & sequentib. char. mihi. 239. vbi & quærit † an vasalli possint esse testes in testamentis dominorum. Et Greg. Lup. in dicta. l. 9. titulo. 1. partit. 6. quærit, an damnatus ex cõtractu quo irrogatur infamia, possit esse testis in testamento.

¶ TERTIVM, quód & hodié 550
hac lege & prædicta constitutione ordmament. extantibus † testes testamẽtorum debeant esse rogati. prout dispo nitur in dicta. l. 1. titulo. 1. partit. 6. & in. l. 2. eodem titulo. & partit. quæ duæ leges in testamento in scriptis & in testamento nuncupatiuo loquuntur. & in. l. 32. titulo. 16. partit. 3. & idem disponit tex. in. l. 8. titulo. 5. libro. 5. for. ll. & in. l. hæredes palám. §. penulti. ff. de testamen. & in dicta. l. hac consultissima. in princip. C. eodem titulo. & illic abundé Iaso. columna. 1. & sunt alia iura similia de quibus in præsenti meminit Ioan. Lup. numero. 66. & 68. & alij moderni hic. & recentiores in capitulo. relatum. in. 1. de testamen. & Chassene. in consuetud. Burgund. titulo. des succe. §. 4. nume. 4. char. mihi. 239. columna. 3. & Guiller. Bened. in rep. capitu. Rai nuntius. de testamen. in verb. testamentum. in. 1. numero. 89. char. mihi. 186. Et dicit Ant. Baue. in. §. fi. institu. de testamen. numer. 32. & 33. quód est communis opinio, quód rogitus testium requiritur tám in testamento in scriptis, quám in nuncupatiuo. Etti á quodam perito aduocato audiuerim, contrariũ fuisse definitum: quod quidem non cẽseo, ex eo contingisse, quód post hanc legem & prædictam constitutionem ordinamẽ. testes rogari non sit necesse sed ex eo fortasis, quód præsumitur testes testamẽtorum fuisse rogatos, ex eo quód testes se subscripserint, vel ex alijs causis de quibus memor est Iaso. in l. sciendum. ff. de verb. oblig. numero. 36. & 37. & 38. & in dicta. l. hac consultissima. in princip. C. de testamen. & Guiller. Bened. in dicto capitul. Rainuntius. in verb. testamentum. in. 1. numer. 89. & singulariter Alber. Brun. in tracta. de forma. chart. mihi. 81. columna. 3. & sequentib. & Marc. An. Baue. in. d §. fi. numero. 42. versi. secundó limita. insti. de testa. Vel ex alio quód in illáli te iudices ad ita iudicandum pepulit, quód forsám aduocato iam dicto fuit ignotũ † nã quidé plerũqúe iudices ani- 551
mũ suũ alliciunt, ex his quæ aduocati non cogitant: quandoqúe, quia ex non

Universidad de Deusto
Biblioteca

solidis fundamentis iudices mouentur quæ ideó aduocati non perſerutantur: interdum quia, aduocati ſtudieſe cauſam non exorarunt: ſiue ex alijs cauſis. Qualiter autem cenſeantur rogati teſtes teſtamentorum. videre oportet dicto. in dicto. §. fi. inſtitu. de teſtamẽ. & in dicta. l. hæredes palàm. §. in teſtamẽtis. & in. d. l. ſciendum. ff. de verb. obliga. & in. l. Domitius Labeo. ff. de teſta. & in. d. l. hac conſultiſsima. in princip. C. eodem titu. cum alijs de quibus notabiliter Alex. in conſi. 33. ponderatis. columna. pe. lib. 3. & in conſi. 47. abundé. colum. 2. lib. 2. & Cor. in conſi. 7. reperio. col. 2. lib. 4. & in conſi. 308. pro deciſione. lib. 3 & Iaſo. in. l. ſerui electione. in princip. nu. 39. cum ſequen. ff. de legat. 1. & Thom. Grama. in deciſio. 62. in cauſa. nume. 1. & 2. col. 2. & alibi ſæpe. Et an tabellioni credatur, afferenti teſtes rogatos. traditur in. l. optimam. C de contrahæn. & comi. ſtipula. cũ alijs de quibus Marc. Anto. Baueri. in dicto §. fi. inſtitut. de teſtament. numero. 42. columna. fi. verſicu. quartó limita niſi in inſtrumento. & alibi ſæpe.

¶ RVRSVS & complura alia ex iam dictis ſuboriuntur, quæ ſuis locis conſulto omitto.

552. ¶ IVXTA prędicta tantùm obiter quæritur † an conſanguinei infra quartum gradum heredis in teſtamẽto ſcripti, teſtes in teſtamento ſcribi poſsint. quod dubium cùm Salmanti. in cauſa cuiuſdam militis contingeret, à quibuſdam & non modicè iuriſperitis fuit deciſum, conſanguineos ipſos non potuiſſe teſtes teſtamento adhiberi: & ex hoc teſtamentum illud fuiſſe nullum. ex tex. in. l. 11. titulo. 1. parti. 6. & in. §. ſed nec hæres. inſtitu. de teſtamen. & in ſimilibus. & faciunt tradita per Aretin. in dicta. l. qui teſtamento. §. quæcunque. column. 3. verſicu. item videretur quòd infamis. & ſatis in hac ſpecie Soci. videre licet in conſil. 229. primo aſpectu. columna penultima. li. 2. ¶ Verùm ipſe iure optimo contrarium ſum opinatus, & ita à iudicibus cauſæ fuit deciſum: quia con ſanguineum hæredis in teſtem teſtamento adiungi, non quidem eſt prohibitum: niſi in hæredis potestate fuerit. ex iuribus notiſsimis. Vel ſi ſit frater, qui cum hærede ſit in potestate communis parentis. & in his caſibus tex. in dicto. §. ſed nec hæres. & ſimilia iura loquuntur. vt ex eis conſtat. & ita aduertit Ioan. de Plat. in dicto. § ſed nec hęres. poſt Ioan. Fabr. inibi. & rectè, qui & tenet † in teſtamento teſtẽ eſſe non poſſe fratrem hæredis, etiam emancipatum, ſi ambo eadem domo commorantur. de quo etiam ſcribentes tradunt in. l. parentes. C. de teſtib. & Bald. in. l. 1. columna. 1. verſicu. operatur. C. de epiſco. & cleri. & moder. in capitul. in literis. de teſtib. præſertim Feli. columna. fi. & in capitul. literas, columna. 3. de præſumpt. & Thom. Grama. in conſil. 41. & quia ex in ordinata. nume. 13. & 14. vbi plura refert ad hanc rem. & vide tex. & illic doct. in. l. cùm allegas. C. de caſtren. pecul. lib. 12. & alibi ſæpe traditur.

554 ¶ AT verò frater ſi cum hęrede † in patris non fuerit poteſtate, nec in eadem habitet domo, teſtis eſſe poteſt in teſtamento in quo frater eſt hæres inſtitutus. vt ſat conſtat ex dicto. §. ſed nec hæres. & ſimilibus. & ex Ioan. Fabr. & Plat. in dicto. §. ſed nec hęres. & ex tex in. l. 15. & 16. titulo. 16. partit. 3. & quòd frater heredis poſsit eſſe teſtis teſtamẽtarius. tenet Bald. in dicta. l. parentes. columna. 2. & Anani. in capitulo. cùm oporteat. columna. 2. verſicu. adde prędictis. & ibi etiam Feli. columna. 3. ver. adde etiam. de accuſat. & in dicto. c. literas. de pręſumpt. colu. 3. & Lanfranc. in

in tracta. de teſtib. numero. 81. & additionator Alberi. in tracta. de teſtib. numero. 10. & ſingulariter Abb. in conſi. 11. in cauſa quæ vertitur. colum. fi. lib. 1. Alex. in conſi. 54. ponderatis. colum. fi. lib. 3. & Bellon in conſi. 42. dominus columna. penulti. & in conſi. ſequent. colu. 3. in fine. & egregiè Aym. Craue. in conſi. 72. dubitatur. colu. 2. nume. 5. & Bellame. in conſi. 43. col. 3. vbi & dicit, quód tex. in. §. pater. inſtitu. de teſta. interprætandus eſt, de domeſtico teſtimonio ratione poteſtatis dominicæ vel paternæ. & adde ad prædicta viden dum Corne. in conſil. 298. ante omnia. columna. 3. lib. 1. & ſat quidem probatur in capi. ex literis. de tranſact. Quid quid in contrarium conſulat Soc. in. d. conſi. 229. primo aſpectu. columna. penult. verſi. quartó. lib. 2. ad quod etiam videre licet Areti. in dicta. l. qui teſtamento. §. quęcunque. column. 2. ff. de teſtamẽ. & quidquid etiam dicat dominus Grego. Lup. in dicta. l. 11. titulo. 1. parti. 6.

555 ¶ NEC prædictæ noſtræ ſententiæ refragatur † tex. in dicta. l. 11. tit. 1. part. 6. quia nõ loquitur in cõſangineo inteſtamẽto teſte ſcripto: ſed tantùm cùm quis teſtibus conare probatur teſtamentum & ad huius probationem producit hæres conſanguineum in teſtem, quem ad hoc dicta lex partitæ non admittit. & hic intellectus palàm ex verbis dictæ. l percipitur, ibi, *no pueden ſer teſtigos, ſobre la contienda que ouieſſe el heredero cõ los parientes del finado, o con los otros hombres en raçon del teſtamento*. & ita Abb. tenet in dicto conſil. 11. & palàm Bellame. Alex. & Aym. in prædictis cõſilijs ita conſuluerũt. & adde prædictis Bal. in conſi. 481. infra ſcripta. columna. fi. libro. 4. quo in loco de attinentibus tractat, an teſtes teſtamento immiſceri poſsint, poſt aliquos ex dictis doctoribꝰ & vide etiam Ioan. de Amſcis in conſi. 137. viſis & ponderatis. numero. 20. & Zaſi. in conſil. 1. pagina. 5.

¶ EX his intelliges, an colonus hæredis poſsit eſſe teſtis pro teſtamento in quo ipſe hæres eſt inſtitutus, vel in teſtamento ſcribi. & videre licet glo. in dicto. §. ſed nec hæres. in verb. in ea re. de teſtament. & inibi docto. & in capitul. in literis. de teſtibus. & in. l. fi. C. de his qui ad eccle. confug. §. fi. & Alexandr. in conſili. 32. viſo puncto. libro. 1. & in proprijs terminis vide Carol. Ruin. in conſi. 9. viſis ac diligenter. columna. fi. lib. 3.

¶ QVID autem de patre, an poſsit eſſe teſtis teſtamento filij. videre licet tex. in. l. 14. titulo. 16. parti. 3. & prædictis locis traditur.

¶ QVID enim erit de tabellione, qui in ſcriptura teſtamenti aſſerunt, teſtantem ſanum mente eſſe, an poſtea ſuper eadem ſanamente in teſtem ſit admittendus. videre expedit Ioan. de Amic. in conſil. 137. viſis & ponderatis. numero. 23. de quo latè dicam Deo volente in libro. 1. meorum conſiliorum in conſil. 11. lis eſt inter Antonium. numero. 16. & 17.

¶ ET his tertia cõcluſio huius primæ partis finem accipiat.

¶ SEQVITVR huius primæ partis quarta concluſio, quæ eſt in hũc modum.

¶ CVM TESTAMENTVM nuncupatiuum conficitur coram tabellione inter extraneos, ſeu inter liberos, in eo tres teſtes oppidani ſaltè adeſſe debent.

¶ EX qua lege illud ſine dubio eſt, anteriora iura quibus erat ſancitum, teſtamentum nuncupatiuum inter extraneos confici non poſſe abſqúe ſeptem teſtibus, immutari.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ ET animaduertendum quidem est, quòd tres testes hac lege requisiti, á tabellione ita testamento sunt scribendi quòd de illis constare possit: & ob id quòd non satis erit, tabellionem asserere coram Titio ciue & alijs duobus testibus ciuibus, eorũ nominibus nõ explicatis, testamentũ cõfectum esse. ex tex. glo. & scribentibus præcipuùm Bald. & Angel. in dicta. l. hæredes palàm. in princip. ff. de testamen. & in hi insignè Imol. & Areti. columna. 4. & Mayneri. in. l. quandiú. numer. 35. ff. de reg. iur. & optimè probatur in. l. 1. in princip. ff. de eden. & in capitul. ex literis. & quæ inibi docto. notant. de dol. & contu. & constat in. l. 1. ff. de his qui testamen. delen. & in. l. ita fidei. ff. de iur. fisc. bonus tex. ad idem in. l. ad testium. §. siquis ex testibus. ff. de testamen. & in. l. si vn⁹ C. eodem titulo. per quę iura sic expræsse tenent Ioan. And. in additionibus ad Specul. titulo. de instru. edit. §. breuiter. columna. 5. in addi. incip. rogatis. & Bart. in. l. demonstratio. columna. 6. in. 7. q. in princip. ff. de condi. & demonstra. & secundum hanc partẽ cõsuluit Alex. in consi. 153. videtur prima consideratione. column. 2. versi. ad idem. cum sequẽtib. lib. 2. & Mathe. de Afflict. in constitu. Neapol. lib. 1. rub. 74. numero. 2. vbi loquitur in nostra materia testamenti. quibus adde Grego. Lup. in. l. 104. in verb. si ete testigos. titulo. 18. parti. 3. & in. l. 1. in verb. o por escrito. titulo. 1. part. 6. ad quòd inter alia ibi allegat tex. notabilem. in. l. hac cõsultissima in principi. C. de testament.

¶ QVID MVLTA, nec sufficiet, testantem asserere se cum huius legis solennitate testatum. ex. l. nemo potest. ff. de leg. 1. nũc is his quæ traduntur in. l. si forte. ff. de cast. pecul. & in. l. si donatione. C. de collat. & ita tenuerunt docto. in dicta. l. hæredes palàm. in princip. Sed quid erit, si testator predictam assertionem fecerit coram septem testibus. videre licet Imol. in dicta l. hæredes palàm. in princip. & ibi etiá Areti. Et an tunc noua inducatur dispositio. tractat Areti. in dicta. l. hæredes palàm. in princip. & Mayne. in dicta. l. quandiú. numero. 35. ff. de regul. iur.

¶ SED iuxta hanc quartam cõclusionem huius primę partis † quæstionis est, vtrum hæc lex & prædicta constitutio ordinamen. quibus suffitiunt tres testes ciues cũ tabellione in testamẽto nũcupatiuo, sint temperandæ, nisi plures testes ciues adinueniri possint, in loco quo testamentum conficitur. & breui. Didac. Castel. in præsenti in verb. la ley. columna. 1. palàm tenet, testamentum nuncupatiuum editum coram tabellione & tribus testibus ciuibus, si alij testes ciues reperiri in loco potuerunt, viribus carere. Sed ipse contrarium existimo ex dicta. l. ordinament. quæ tres testes ciues cum tabellione exigit. & præcipuùm ex eius veriori litera, á nobis expositа in initio huius legis & expræsse sic tenet Montal. in eius indice. in verb. testamentum. & Ioa. Lup. in hac. l. numero. 4. quod quidem praxis recipit.

¶ DEINDE & secundo, iuxta hanc quartam conclusionem primæ partis, illud cunctari oportet † an hac lege & prædicta lege ordinamen. quibus cõstituitur, in testamentis nuncupatiuis tres testes ciues interuenire, casus speciales abrogentur: in quibus anterioribus legibus minor exigitur solennitas. quod sine dubio est dicendum ex plerisque rationibus supra in simili casu cõgestis. nu. 134. Tũ etiã, quia hæc leges sunt correctoriæ, quarum natura est, eatenus corrigere, quatenus expressum est. vt inf. l. præcipim⁹. C. de appel. cum

558 cum similibus. Tum quia † sub verbis generalibus casus speciales non derogantur. vt supra numero. 47. dictum est. & probatur in. l. in testamentis. vbi Fulgo. C. de testamen. & traditur in. d. l. hæc consultissima. in princip. & ibidẽ glo. & Roma. C. eodem tit. & est glo. in l. sciẽdum. in princip. ff. qui sat. da. cog. vbi docto. & idem probatur in. l. ex testamento. vbi ad hoc videtur glo. & ibi late Deci. columna. 1. C. vndè libe. cũ similibus de quibus And. Tiraquel. memmit in tracta. de vtroque retractu. tit. de retract. ligna. gl. 14. §. 1. nn. 93. char. mihi. 132. & nos supra nu. 47. Tũ & quia
559 lege generali sublata † censeri nõ debent correcta priuilegia clausa in corpore iuris. vt legitur & notatur in authẽ. ti. qua in prouintia. C. vbi de crimi. agopor. cum alijs de quibus moder. in capit. 1. de rescript. & in. c. non nulli. eod. tit. &
560 † leges generaliter loquentes cõtra priuilegiatos in materia illa trahendæ nõ sunt. vt probatur in. l. fi. C. de iu. doti. & ibi notat Sali. in princip. col. 2. cũ alijs de quibus Deci. in. l. 1. ff. de reg.
561 iur. col. 1. Tum quia † lex noua legi antiquæ addens vel detrahens, omnes recipit limitationes & restrictiones, quas lex antiqua. l. fi. C. de inoffi. testa. l. inter socerũ. §. cùm inter. ff. de pact. dota. & in. d. authen. de filijs ante dota. in stru. nat. §. tertia verò. colla. 3. cũ alijs quorum supra numero. 343. memores fuimus.

¶ EX quibus illud primum subsequitur, etiam hac lege & prædicta sanctione ordinament. extantibus † peregrinum testari posse absque solennitate huius legis & dictæ legis ordin. quod
562 videtur constare ex authẽ. omnes peregrini. C. commu. de succe. cùm dicit,
563 quòd liberè testari possit † ex quo iuris communis solennitas remissa videtur. ex tex. in. l. 1. ff. de testamen. mil. & in capitul. i. de rescript. cuius meminit Iaso. in. l. 1. C. de sac. sanct. eccle. colu. 4. versi. quartò moneor. 1. lectu. & facit quod dicit Bald. in. l. si quando. in princip. C. de inoffi. testamen. ita tex. ibidẽ post glo. explicans, & imbi moder. com plura ad hoc congerunt, dicentes † 564
quòd cùm illis quibus testari prohibitũ non est (vt peregrinis) libera testandi facultas cõceditur, quòd ipsa facultas interprætanda est, quòd absque solennitate cõmuni testari possit. quod etiã Ang. tenet in. §. sciendum. insti. de testamen. mil. & abundè Ferdi. de Loazes. prosequitur hoc in repeti. §. 1. de iusti. & iur. numero. 41. cum sequentibus & in proprijs terminis sic tenet Ang. in dicta authenti. omnes peregrini. vbi dicit † peregrinos testari posse duobus 565
tantùm testibus, absque iuris solennitate: nulla in ha re adhibita distinctione, an alij testes reperiri possint, vel nõ & idem tenet Paul. Castren. in. l. nutritoribus. C. commu. de succe. columna. 2. & palàm Alex. in. l. fi. colum. 2. C. de testa. & Guiller. Benedictus in repeti. dicti capitu. Rainuntius. de testamen. in verb. testamentum. in. 1. nume. 16. chart. 176. columna. 2. & Ioan. Francis. de Rip. in tract. pestis. 2. particula. 2. partis principalis. chart. mihi. 39. in. 1. pagina. numero. 4. versic. tertiò inducitur. & hic Cisuent. q. 21. & Didac. Castel. etiam in præsẽti. in verb. la ley. 5 fallẽ. & Chassenæ. in consuetu. Burgundi. titulo. des succe. rub. 7. §. 4. in verb. parson. numero. 2. char. mihi. 239. columna. 3. & adde videndum Iaso. in dicta. l. hac consultissima. in princip. numero. 4. C. de testamen. & Barba. in capitul. cùm esses. de testamen. char. 3.

¶ SED Angel. in alio loco, concedit palàm † peregrinum duobus tantùm 566
testibus posse testari, cùm alij testes reperiri nõ possunt, scilicet, in authenti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

de non alie. §. quod autē. co. 1. colla. 2. & in repeti. l. si vacantia. columna. 10. C. de bon. vacan. lib. 10. cui Alex. cōsentit in. l. scriniarios. columna. fi. C. qui testamen. face. po. & Iaso. in dicta. l. fi. C. de testamen. numero. 9. & in dicta. l. hac consultissima. in princip. columna. 2. & expræsse Hipol. in. l. 1. §. præterea. numero. 123. ff. de quæstio. & in. l. si in rixa. numero. 68. ff. ad. l. Corne. de sicar. & Greg. Lup. etiam idē tenet in. l. 30. titulo. 1. part. 6. quem etiam prædictis adde videndum in. l. 4. titul. 1. partit. 6. ¶ Ex his Barba. vt inconstantem retrahit Angelum & est Barba. in repeti. rub. de testament. q. 4. & quidem sine causa. quia & si ipse Ang. in dicta authenti. de non alienan. §. quod autem, loquatur gratia exempli, cùm alij testes reperiri non possunt: quia sic casus illic contingit, nō enim ex hoc videtur, restringere eius sententiam, ad casum in quo alij testes reperiri non possunt.

¶ VERVM iam dictis non refragā
567 tibus, probabilior sentētia videtur † vt etiam peregrini in suis testamentis immiscere teneantur solennitatē huius legis & dictæ legis ordinamē. aliás robore careant. & ita tenet glo. in dicta authent. omnes peregrini. cui glo. inibi Cinus Salic. accedunt. & Barba. abundē in dicta rub. de testamen. q. 4. plerisqúe iuribus & rationibus hanc sentētiam probans. & Corne. in dicta. l. fi. columna. fi. C. de testamen. & Areti. in dicta. l. hæredes palām. in princip. ff. de testamen. colum. 6. & Marc. Anto. Baue. in. §. sed hæc quidem. numero. 26. institu. de testamen. vbi expluribus ait, hanc opinionem iuri consonam: & si dicat, contrariā sententiam conuenire equitati. Quæ sententia suadetur ex tex. in dicta. l. si quando. in princip. C. de inoffi. testamē. Et quia nullo iure dispositum est, peregrinum duobus testibus testati posse: igitur cō sequens est, illum sub regula generali esse. l. illam. C. de collat. cui regulę cōstanter adhærendū est, cùm de eius exceptione non constet. vt traditur in. l. 1. ff. de regu. iur. cum alijs de quibus inibi meminit Deci. co. 1. Quę sentētia ex eo etiam suadetur, quia tex in. d. authē. omnes peregrini. nec tex. à quo originē assumpsit, nec leges regię illis iurib⁹ similes, quę sunt. l. 30. ti. 1. part. 6. & l. 2. ti. 9. li. 1. ordina. & l. 2. tit. 2. lib. 5. ordi. & l. 2. ti. 24. lib. 4. for. leg. & si tractent de testamentis peregrinorūillis nō remittūr solennitatē cōmunem. quod faciliter earum conditores fecissent, si aliud voluisset. l. 1. §. fin autē ad deficiētis. C. de cadu. tollen. c. ad audientiā. de decim. cum alijs. Præterea cùm dictis legibus hoc expræsse sancitū non sit, ius cōmune seruandū est. l. comodissimē. ff. de libe. & posthu. & eo maximē, quia iura quæ decreuerunt, casus spetiales in quibus testamentis cōmunis solennitas nō est seruāda, casum hunc subticuerunt. quarē cōsequens est, in testamētis peregrinorū solennitatē communē esse seruandā. & ex eis regulā in cōtrariū oriri ex tex. in. l. in his. & ibi Bald. ff. de legi. eū similibus de quibus moder. in. d. l. 1. ff. de regu. iur. Rursūs & hæc cōfirmātur, quia cùm in toto dicto ti. 9. lib. 1. ordi. & 1. part. tit. fi. l. 1. & sequentib. & in ti. 24. lib. 4. for. leg. peregrini plerisqúe in rebus aliquibus priuilegijs decorentur, inter quę priuilegiū de hac re agens non sit: sat constat, eos in hac re priuilegiū non habere † cùm priuilegia 568
extēdere nō liceat. ex. l. 1. C. de legib. & ibi Bald. co. 1. & probatur in. l. 1. ff. de de cōsti. princip. cū alijs de quibus meminit Ioā. Frāc. de Rip. in tracta. pestis. 2. particula. 2. partis. nu. 3. char. mihi. 38. & Deci. in consi. 113. viso thenore.

¶ NEC huic sententiæ obsistit † 569
tex. in dicta authenti. omnes peregrini. quia & si tex. ille concedat peregrinis liberā testandi facultatem, explicādus est, quód testari possit iuris solennitate adhibita. ex dicta. l. si quando. in princip. C. de inoffi. testamen. & ibi docto. & ex tex. in. l. 5. titulo. 1. part. 6. tex. iuncta glo. in. l. 1. C. de sac. sanct. eccle. quo tex. & si omnibus concedatur libera testandi facultas, non tamen ex hoc fit, omnes absqúe iuris solennitate testari posse: quia sic superuacanea essent iura, quę tractant de solennitate testamētorum. quod satis ibidem Sali. & docto. docent. & optimē idem probatur in dicto. §. sciēd. um institut. de testamen. mili. & illic Areti. & Marc. Anto. numero. 11. & hæc solutio suadetur ex pluribus in simili citatis à Deci. in. c. in præsentia. columna. 31. & sequenti. versi. non obstat tex. in. §. illud. de probat. quibus & accedat tex. in dicta. l. 1. ff. de testamen. mil. versi. facia t. & tex. in. §. fi. insti. de testamen.

1. parti. 6. etsi † testamentum nuncupatiuum etiam cum scriptura confici possit vt infra abundè nu. 819. in fine. explicabimus. Sed his obsistere eadem lex partitæ videtur, quia in ea stabilitur, testibus testamentum esse legendum, non quę occultè sed palàm testamentum ipsum conficiendum, si omnes ipsi quinque testes literarum scientiam non habeant, & sese subscribere eorum ignorantia non possint. quod edocent verba hæc eiusdem legis, ibi, *non deue ser hecho en poridad.* & ita non de testamento inscriptis, sed de nuncupatiuo loqui etiam videtur. ex text. in dicta. l. hac consultissima. in princip. & in. §. per nuncupationem. C. de testamen. & dominus Greg. Lup. dicta. l. 6. eius verba, ibi, *non deue ser hecho en poridad.* ad hoc expendit, & contra dictam Azo. sententiam. & idem tenet in præsenti Cisuen. numero. 4. in fine. dicens, dictam legem partitæ tantùm loqui in testamento nuncupatiuo, cùm apud literarũ ignaros cõficitur, & nõ in scriptis, quia coram eis esse legendum constituit: at verò quód initium dictę. l. obtineat in testamento inscriptis confectum apud testes literatos. Nihilominus fortasis dicta. l. parti. voluit accedere prædictæ sententiæ Azo. & de testamento inscriptis tantùm agere. Cui rei nõ præiudicant verba. d. l. quibus disponitur, testamentum testibus esse legẽdum: quia casus ille spetialis est, in quo necessum est, testamentum inscriptis coram testibus legi: & si in alijs casibus contrarium sit prouisum, vt expræsse tenent Paul. Castren. Corne. & docto. in dicta. l. fin. C. de testamen. quod ibi tenent pensitatis verbis eiusdem. l. fin. quod & confirmatur, quia in casu quo dicta. l. 6. tractat de prędicta lectione testamenti, exigit testium subscriptionem ab vno ex testibus pro alijs confectam: quam in testamento nuncupatiuo non exigi, constat ex. d. §. per nuncupationem. & infra num. 1085. abundè

Universidad de Deusto
Biblioteca

scribens. Etsi Ang. Areti. in suo tracta. de testamen. glo. 5. §. secunda speries. dicat, in hoc casu testamentum mixtum esse. Vel probabili⁹ dici potest † quód etsi prædicta lex parti. de testaméto inscriptis agat, quód non tamen est prohibitum, rusticum posse facere testamentum nuncupatiuum rure corā quinque testibus. prout ex. d. l. fin. C. de testa. & ex communi doctorum sentētia iuris esse ante elusebat. Tum quia, leges partitæ explicandæ sunt constitutionibus iuris communis: & illis censendum est leges iuris ciuilis non esse correctas. vt supra ostensum plené est in repeti. l. 1. numero. 572. & sequentib. Tum etiam quia dictæ legis hæc verba, *aldeano alguno queriendo hazer su testamento en scripto*. & si enuncient formam testamenti inscriptis à rustico facti, non ideó prohibet, illum posse facere testamentum nūcupatiuum coram quinque testib⁹: prout in dicta. l. fi. C. de testa. erat dispositum. Quin & verba. d. l. 6. lucidé edocent, rusticum cúm voluerit nuncupatim posse testari. Tum quia, ratio dictę. l. fi. equissima est, quæ & ad huius rei cōstitutionem (& absque expresso iure) sufficiens videtur. ex. l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excusa. tuto. cum similib⁹ à nobis citatis supra in. l. 1. numero. 528. Tum etiam, ex text. in. l. iubemus. C. de testamen. vbi disponitur, testamentum nuncupatiuum & inscriptis adæquari, ita quód videatur iuris esse, ex vno ad aliud argui posse. quod supra ostensum est. nume. 70. de cuius tamen veritate supra tractauimus. numero. 94. cum sequentibus.

639 ¶PRETEREA & † ex. d. l. 6. tit. 1. par. 6. perspicuę constat, interprætationem glo. in. d. l. fi. (volentis tex. illum in illis locis obtinere, in quibus ante cōsuetudo illa (cuius tex. ipse meminit vigebat) nō esse probabilem: siquidem dicta. l. parti. nullam mentionem consuetudinis faciat: quaré dictæ glo. sententia & Fulgo. illi consentientis post Bald. in. d. l. conficiuntur. §. codicilli. ff. de in. codi. non ab re conuellitur. vt & etiam cōtra eam tenent inibi Ang. Sali. Paul. Cast. Alex. Corne. Iaso. & communiter alij. & Bart. in. d. §. codicilli. & etiam glo. in §. fi. insti. de testa. & in. l. vbi numer⁹. ff. de testib. & si ipse non censeam, has posteriores glosas dictam amplecti sententiam. Demúm sententia prædicta verior quidem est, quia aliás dispositiones. d. l. fi. C. de testa. & d. l. 6. in totum superuacaneæ essent, & tot earum legum verba super fluerunt. quod dici non debet. ex iuribus notissimis.

64⁰ ¶DEINDE & liquet † ex. d. l. parti. dictum priuilegium testandi rustico tātúm concessum, cúm rure nō quę in ciuitate fuerit testatus. vt hæc eius verba edocent. ibi, *si en aquel lugar do el morare*. quod etiam probatur in. d. l. fi. C. de testa. & ibi notant Fulgo. Paul. Cast. & alij docto. & in. d. l. conficiuntur. §. codicilli. & Ang. Areti. in. d. suo tracta. de testamen. glo. 5. §. secunda speties. col. fin. Verúm an in suburbis ciuitatis testamentum editum, rure confectum cēseatur. videre licet text. in. d. si prædiū. C. de præd. mino. & illic glo. & in. l. vrbana prædia. ff. de verb. signi. & expresse Math. de. Afflict. in decisio. 25. in causa petitionis. & moder. in capitul. Rodulphus. de rescript.

64¹ ¶ET EX EADEM lege partitæ constat † rusticum in hac spetie illū nominandum, qui rure habitat, siue nobilis aut ignobilis sit. in verbis, *aldeano alguno*. quod tenuerunt Ray. Cin. Ang. Sali. Alberi. Fulgo. Corne. post Pet. in. d. l. fi. C. de testa. & Iacob. de Belloui. in authenti. quib. mod. natu. essi. sui. §. 1. colla. 7. & Areti. in. d. tracta. de testam. glo. 5. §. secūda speties. nu. 7. verli.

versic. vt ergo. Quidquid dixerit Iaso. in. d. l. fi. C. de testa. & Guiller. Bened. in rep. d. c. Rainuntius. de testa. in verb. & vxo. nomi. Adelesiam. nume. 1025. & sequentib. & Boeri. in decisio. 272. habitantes. & docto. per tex. ibi. in. l. 1. C. ne rusti. ad vllum obseq. reuo. & satis probatur in authenti. de defensorib. ciuita. §. in iterim. colla. 3.

642 ¶OBITER & hic adnotandum est † non tantúm rusticum habere dictū testandi priuilegium, cúm in rure (quo solus aut cum pauciss imis & separatim habitat) testatur, sed etiam quando hoc contingit in minimo castro, in quo testium penuria esse solet. vt constat ex dicta. l. fin. C. de testa. & hoc considerant docto. in prædictis locis. & idé manifestè probant verba. d. l. 6. titul. 1. par. 6. ibi, *aldeano alguno queriendo hazer su testamento*. quæ verba comprehændunt habitātem in paruo castro. Quin & dictis verbis ipsius legis, *aldeano alguno*, videtur concedi dictum priuilegiū commoranti in quolibet comitatu aut castro, vt vulgo dicitur, *aldea*, nullo discrimine facto, sit inibi penuria testium, nec ne: sed tantúm an septem testes ibidem reperiri possint, an non.

¶Nihilominus tamen probabilius videtur, tantúm legem illam intelligendam esse, de comitatu aut castro quod vulgus nuncupat, *aldea*, in quo testium copia esse non consueuit: si tamen castrum sit insigne, aut vbi hominum paucitas esse non solet, etsi septem testes inibi tempore testamenti conficiendi inueniri non possint, illic testamentum coram quinque testibus confici nō poterit. vt constat ex dicta. l. fin. & ex doctoribus ibi, præcipuúm Paul. Castren. & Bart. in dicta. l. conficiuntur. §. codicilli. ff. de iur. codicillo. & alibi

643 sæpe traditur.

¶SANE ET DVBITATVR † an si ex quinque testibus nullus subscribere sciat, testamentum diruatur. Quod videtur ex dicta. l. fin. & ex dicta. l. part. tit. 1. parti. 6. l. 6. maximé in verbis eius ibi, *y que escriban sus nombres en la carta de testamento, y si por auentura todos cinco no supieren escribir, pueda escribir vno dellos, el que lo supiere hazer por si, E por los otros*. ¶Sed contrarium verius esse existimo. Tum quia, vt dictum est, communis opinio est, quód & à rustico confici potest testamentum rure absque scriptura coram quinque testibus. in quo casu testium subscriptio necessaria non est. vt in. d. §. per nuncupationé. cū alijs de quib⁹ infra agemus. & si in. d. l. fi. & 19. d. l. 6. disponatur, testium suscriptionem testamento in esse. illud vt explicuimus, tantúm pertinet ad testamentum inscriptis. Tum etiam, quia si ex testibus nullus sciat subscribere, nec testamentum vllam habeat testium subscriptionem, dictis legibus tale testamentum non impugnatur. Tum & denique, quia hoc expresse tenet ita Corne. in dicta. l. fin. in princip. & columna 2. C. de testamen. ex glos. & doctoribus illic.

¶PRETEREA & illud animaduertēdū est, quód. d. l. 6. tit. 1. par. 6. nō tractat de iure iurando à testibus præstando: et si dicta. l. fi. C. de testam. disponat, illos quinque testes voluntatem testatoris coram eis expressam iuratos apud iudicem enunciaturos. quod tenet Bart. in. d. l. conficiuntur. §. codicilli. & Alex. in. d. consi. 177. columna. 2. lib. 2. Quod cēseo non esse sublatum prædicta lege partitæ: ne iuris correctio indè sub oriatur. & ex traditis à nobis supra in. l. 1. nu. 572. Verúm hoc temperandum est, nisi corā tabellione testamentum confectum fuerit, quia tunc, non est necessaria dictorum testium depositio. vt constat ex traditis in. l. 2. in princip. ff. quen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

admod.testa.ape.& in.l.fi. C.de fid.co mi.& quod notat dominus Greg. Lup. in.l.3.titul.2.parti.6. in verb.deuen las mostrar.& expræsse sic tenet Bart.in.d. l.consiciuntur. §. codicilli. & adde videndum Mathe.de Afflict.in. d. decis. 25.col.1.& Egui.de Bellame.in.d.cõsi.1.col.26.vbi post Gaufred. dubitat, si omnes testes literarũ sunt ignari, an tũc sit necessaria prędicta eorum depositio.

644 ¶DENIQVE si uis scire † qua forma & solẽnitate sint cõficiẽdi codilli à rustico.vltra notata perdoct.in.d.l.fi. C.de testa. & in prędictis locis. videre licet Egui. de Bella.in.d. consi.1.col.27.q.7.

645 ¶EX superioribus & sextó illud deducendum videtur † constitutiones huiꝰ legis & prædictæ sanctionis ordina. locum non habere, cúm tempore pestis testamentum conficitur:& tunc solennitatem dictarum legum non exigi: siquidem in hoc casu solennitas communis in testamentis collocãda,necessaria nõ sit.quod tenẽtmulti docto.quos infra citabimus.& eorum opinio ex complu ribus suadetur. Tum ex.d.l.fi. C. de testa.quæ in testium penuria muniri videtur, potius quàm in testantis rucitate,& humanitate quadam.vt ex eadem lege constat,quæ etiam in hoc casu obtinere videtur: & ideó quoque dispositio.d.l. fi.locum habet.ex textu in.capitul.fin. de transa. Tum ex. l. fin. ff. de testa. mil.& in.l. 1. ff. de bono.posse.ex testa. mil.quibus disponitur, in bello extãtes etsi milites non sint,absque septem testibus testari posse:igitur & reperti in pestilenti loco,quia belli & pestis tempora adæquantur. vt ait Bart.in.l.naturaliter.columna.penul.ff.de vsucap.& docto.in.c.ex transmissa. de præscript. & alibi sæpe. Tũ ex.d.l.ordina.quæ cúm testes habere nõ possunt,testium numerum minuit. Tum quia † proter pestem

646 á regulis iuris recedi consueuit.l.de ęta te.iuncta.l.præcedenti.ff.ad Trebel.& alijs similibus. Tum etiam,quia ex causa necessitatis etiam licet iura transgredi.l.non solum. §.fi. ff. de excusa.tuto. cum similibus quorum memores sunt docto.in.c.cúm accessissent. de cõstitu. Tum ex sententia Ang.in.l.si vacantia. colum.10. C.de bon.vacan.lib.10.dicẽtis † quód si cauetur statuto, non posse 647
confici testamentum, nisi coram tabellione matriculato,quód si pestis tẽpore tabellio matriculatus non reperiatur, poterit fieri coram non matriculato. & eum refert & sequitur Anan.in.c.significasti.in.2.col.6.de homicid.& moder. in. d.l.fi. C.de testa.& Alex.in.l.1.col. pen.ff.de libe.& posthu. & Carol. Rui. in consi.3.de pluribus.co.1.lib.2. cui & consentit Hipol.in.l.si in rixa.num.71. ff. ad.l.Cor.de sic.& in.l.1. §.præterea. nume.125.ff.de quæstio.& in.l.diuus. ff. eod.tit.nu.14.& Bertha.in tracta.de gabellis.2.parte.q.24.& Bertrand. in consi.34.etiam suppolito.colum.2.& Paul. Parisi.in consi.33.etsi prima.col.penul. lib.2.& prius Deci.in consi.284.visopũcto.nu.2.&.3.&pro eorũ sentẽtia satis vt get text.in.d.l.ordi.l.1. titul. *de los testamentos*.lib.5.ordi. ¶Quibus & accedat
648 text.in authenti.de non alie. §.quod autem.colla.2.ex quo inibi Ang.tenet † quód si statuto sit constitutum, contractum minoris non valere, nisi sit confectũ coram duobus tabellionibus, quód si tempore pestis vnus tantúm tabellio inueniatur,quód contractus minoris factus coram eo valebit. cuius sentẽtiam docto.sequuntur in dictis locis.maximè Hipol.in.d.l.1. §.præterea. nu. 124.& in.d.l.diuus.num.15. & in.d.l.si in rixa. nume.69. Ex quo illud suboriri videtur quód etsi tex.in.l.4.titul.18.lib.2.ordi. disponat,contractus & testamenta conficienda esse coram tabellionibus numeri ciuitatum,quód si pestis tempore numerarius non reperiatur,ante tabellionem non numerarium scripturæ prędictæ

dictæ confici poterunt. ad quod & videre licet Deci.in consi.612. diuino implorato.nu.6.& dominum Pet.Nun. de Auenda.in eius præclaro opere de exequend.manda.reg.c.10.nume.12.

649 ¶Prædictam enim sententiam amplectentes variè loquuntur † siquidẽ Christo.Porc.in. §.planè.insti.de testa.mili. dicit, valere testamentum confectũ ab eo qui pestis morbo in discrimine vitæ est constitutus absque testibus rogatis, dumtamen ipsum testamentum duobꝰ testibꝰ probetur.ex tex.in.l.milites. C. de testa.mili.at verò tenet,quód si mortis proximus non sit,loco tamen pestilẽti testetur coram duobus testibus rogatis,testamentum ab eo confici posse. ex l.diuus.ff.de mili.testa.& opinionẽ Porci tenet Gerard.Mu.in addi.ad Rol. in tracta.flos testamentorum. nuncupato. rub.34.col.2.

650 ¶VERVM † alij vt Florian.in.d.l. milites.& Alex.in.l.scriniarios.ex glos. illic. C.de testa.mili.col. fin. & latissimè Rolan.à Valle.in consi.81. prima facie.nu.44.cum sequentib.dicunt,indiscriminatim testantem posse testari corã duobus testibus tempore pestis in loco quę pestilenti.quod sat probari videtur in.d.l.ordina. maximè ex litera eius cõmuni,quæ in hunc modum est,*deuen ser presentes a lo ver otorgar tres testigos alomenos vezinos del lugar, a do el testamento se hiziere, si fuere lugar ado se pudieren auer*. & ita si testes haberi non possunt ex causa pestis seu simili, testamentum etiam coram duobus testibus confectũ valere,palàm dicta.l.ordina.insinuat. Quin & secũdum literam manu scriptam dictæ legis ordina.si tabellio nõ interuenerit,cùm quinque testes ciues inueniri non possunt,sat erit,tres testes testamẽto adesse:igiturcõsequens esse videtur, tabellione interueniẽte quãdo alij testes reperiri nequeunt, satis esse, duos testes scribi: quia magis videtur credendum tabellioni cũ duobꝰ testibus,quàm tribus testibus absque tabellione.ex traditis in.l.fiquis decurio. C.ad.l. Corne. de falsi.& est bona glo.in authẽti.de hęred.& Fal. §.si verò absunt.verb. tabularij.colla.1.& notat Bald. in authenti. sed cúm testator.columna.penul.versi. quæro pone. C.ad.l. Falcid.& alibi sæpe.

¶CETERVM Guid.pap.q.543.vl- 651
timarum.asserit † sæpe pronunciatum fuisse,pestis tempore (cúm testium copia non reperitur) satis esse,in testamentis ius canonicum obseruari, siue sit ad pias causas,vel non : sit quę in terris ecclesiæ,nec ne.

¶PROINDE alij † vt Ioan. Fran- 652
eisc.de Rip.in.d.suo tracta.pestis.2. partic.ala.2.partis.q.1. & Ioan. Ant. Rube. in consi.72.viso & diligenter.columna. 2.& dominus Didac. Couarru. in rub. de testa. 3.parte.nu.21.discrimen constituunt,an pestis accerua sit,valdè quę vigeat,aut leuis & grauis nõ sit.vt in priori casu coram quinque testibus testamentum confici possit.at in secundo nõ,sed solennitate communi.

¶ALII † verò (& est cõmunis sen- 653
tentia eorum qui censent, tempore pestis minui solennitatem testamentorũ) indiscriminatim dicũt,coram quinque testibus & non minori numero testium testamentum esse cõficiendum.ex text. in.d.l.fi. C.de testa.qui text. etiam necessitatis tẽpore non admittit, nisi quinque testes.& hãc opinionem tenet etiã Nichol.de Mat. cuius Bal. ei cõsentiẽs meminit in.d.l.fi.& ibidem tenent Salic.& Iaso.abundè.col.4.(quando plures testes propter periculum adhiberi nequeunt)& huius opinionis etiam est Ang.in.d.l. si vacantia.colum.9. Alex. sibi non constans.in.l.1.col.penu.ff. de lib.& posthu.post Fulgo.in.l.conficiũtur. §.codicilli.col.1.ff.de iu.codicil.& Barba.in.c.cúm esses.columna.8.de testa.&

Universidad de Deusto
Biblioteca

sta.& in consil.87.& quidem.col.6.lib. 4.quo in loco dicit,hanc esse magis cõmunẽ opinionem.&eãdem opinionẽ tenet etiã Vicẽ.de Peru.in.l.2.col.2.ff.de leg.2.& Corne.in consi.29. ante omnia colu.4.lib.1.& in consi.174.in præsenti.columna.2.lib.2. Bald.& Pet.Perusi. inter consilia Cornei in consi.31.in narratione.lib.2.& Deci.in consi.284.col. 2.&3.& in consi.504.in casu.col.2.Bertrand.in consi.212.supposita. columna. 3.lib.1.& in consi.174.vidi casum.nu.1. & Ferdi.Gome.in præsenti.num.136.& hic etiam Ioan.Lup.nume.30.& Chassene.in consue.Burgun.des successions rub.7.verb. parson.nume.3.& Hipol.in d.l.si in rixa.ff.ad.l.Corne. de sica. nume.70.& in.l.1. §.præterea.num.121.ff. de quæstio.& in.d. l.diuus. nume. 13. ff. eod.tit.& Cardi.Paul Parisi.in.d. cons. 33.colu.2.lib.2.quo in loco testatur, hãc esse magis communem opinionem. & idem Paul.Parisi.in consi.32.ad resolutionem.columna.2.cod.lib.2. & eandẽ opinionem tenet Ant. Rube. in consil. 165.proponitur.colu.1.& Albert.Brun. in tracta.de forma.chart.mihi.64. col. 1.versi.secundo casu.& char.75.colum. 3.versic.tertió fallit.vbi ait,ita obtinuisse.eandem sententiam tenet Soci. iuni. in consil.129.quãtum ad primum.nume.14.& Ioan.Francisc.de Rip.in. d.l. centurio.ff.de vulg.& pup.nume. 8. vbi dicit,idem esse,etsi testator post condi tum testamentum multo viuat tempore testamento non mutato.eãdem opinionem prædictorum prius tenuit Corne. in consi.53.in hac consultatione. col.fi. lib.4.& hanc dicit esse communem sententiam Ioan.Bap.in tracta.de communib.opinionib.in verb.testamẽtum. nu. 19.& adde videndum Corne.etiã in cõsi.68.consuluit.col.2.lib.1.& Gofred.in d.l.ad testium. §.si quis.ff.de testa.& notissimè hanc sententiam notabiliter fũdat Ioan.de Neuiza.vbi plura singularia refert in cons.26.in vocato consilio. nume.5.cum sequentib.

¶QVE sentẽtia an locum habeat † cùm pestis suspitio fuerit causa ne intiger numerus testium inueniatur,etsi verè pestis ipsa non vigeat. Corne. videre licet in con.170. licet in hac. columna. 2.lib.3.& Deci.in.d.consi.612.nu.6. 654

¶MVLTI tamen ex doctoribus contrarium indiscriminatim tenent † dicentes,solennitatem communẽ esse adhibendam testamẽtis editis etiam tempore veræ pestis,& à laborantibus morbo pestis: licet testes iure communi requisiti non inueniantur. quam sententiam palàm tenet Bart.in.d.l.fi. C.de testa.& illic expræssè Paul.Castren.Fulgo.Corne.columna.fin.& Alex. eandẽ opinionẽ tenet Riminal.& palàm Bart. in.d.l. 1.ff. de bono. posse.ex testa.mil. (&si multi eum prauè intelligentes,illic contrarium tenere extiment)& Ang.in d.l.conficiuntur. §.codicilli.post Cinibidem.& singularitèr Luc.de Pen.in.l. 1. C.de his qui exil.dati.lib. 10.co. 4.& Paul.Cast.Roma.& Alex.in.l.casus.C. de testa.& Iacob.de Bello. in authenti. quib. mod.natu. effi.sui. §.1. colla. 7. & Gauf.cuiꝰ meminit Eguid.de Bellame. in.d.consi.1.columna.26.4.q.illi cõsentiens.& palàm Fulg.in consi.29.punctus quæstionis.& Cuma.in.l.fin.ff.de testa. mil.& Cardi.in consi.73.puto de iure.& Roma.in authenti.similiter.in.34. spetiali vltimarunꝫ voluntatũ. C.ad.l.Fal. Barba.sibi contrarius in rub.de testa.q. 2.col.9.& in consi.57.capio primum.colum.9.lib.1.& Corne.in.d.consil.170. licet.col.2.lib.3.Alex.in consil.70.viso consilio.columna.fin.lib.2. qui inibi fatetur,hanc esse communem resolutionem.& in consi.177.viso themate. col. 3.eod.lib.2.& Aret.in.l.heredes palàm. in princip.col.6.ff.de testa.Bertachi.in tracta.gabellarum.2.parte.q.24. eandẽ sententiam tenet,eam dicendo communem Bertrand.in consi.170.vidi casum col.2.vbi ait contra Bald.in.d.l.fin. C. de testa.esse communem opinionẽ.eandem dicit esse communem idem Bertrand.in.d.consi.212.columna.3. eandẽ opinionem tenet Guiller. Bened.in repeti.c.Rainuntius.de testa.in verb.testamentum.in.1.nume.15.& Soci.qui hanc dicit esse communem sentẽtiam in cõsi.85.circa articulum.columna.2. lib.3. vbi & refert Ioan. Bap. de sancto Seuer. hanc tenere opinionem,& illam esse communem firmantem.& Carol. Rui. in consi.120.circa casum.columna.fin. lib.5.& Marc. Ant. Baue.in. §.fi. num. 26.de testa.& secundum hanc opinionẽ vt communem iudicauit Neapolitanũ consilium,vt scribit Mathe. de Afflict. in decisio.25.in causa petitionis.colu.1. eandem opinionẽ in præsenti tenet Cisuen.nu.4.dicens, hanc esse communẽ sententiam. Ex quo vt refert Fulgo.in d.l.fi. C.de testa.Aquila vxor Signo.de Homo.cùm peste infecta esset, & septẽ testes habere non potuisset,se se iniuiam publicam afferri, & extra eius domum accuratè studuit,vt illic inueniret testes audientes eius voluntatem. Et Mayne. in.d.l. quandiu.nume.26. ff. de reg. iur. non audet sequi contrariam sententiã. Et Bened.de Benedi.in con.114. circa primum.col.fi.affert contrariam sentẽtiam ambiguam esse. 655

¶QVE quidem sententia iuris rigore probabilior est, etsi praxi æquitate pietate qũe circunspectis, fortasis contraria obseruaretur. 656

¶CVIVS sententiæ probabilitas ex eo elucet † quòd nullum sit ius quod nos impellat ad contrariam sententiã, & in hac spetie à iuris regulis recedere nos incitet: & quia iurisiatores si aliud disponere voluissent,prout fecerunt in casibus specialibus, faciliter expræsissent:& eo maximè quia hic casus frequẽtissimè contingebat.& ideó dici non potest,hunc casum ab eis vt raró contingẽtem prætermissũ:sed ex eo quód decreuerunt esse sub iuris regulis solennitatem testamentorum eliciẽtibus: à quib9 recedi non licet,sed eis constanter adhærere necesse est. l.si suus quoque.ff.de hæred.instit.cum similibus quorum Deci.meminit in.l.1.col.1.ff.de regul. iur.

¶PROINDE & hæc suadetur sententia.ex tex.in.d.l. conficiuntur. §.codicilli.ff.de iur.codicil. cuius hæc sunt verba, *codicilli totiens valeant, quotiens quis testamentum quoque facere potest: nõ tamen hoc ita intelligimus, vt exigamus potuisse eum eo tempore quo scribit eos codicillos testamentum facere, quidem si sufficientium testium facultatem non habuit.* in quo tex.constat, quód etsi testes iure ad testamentum requisiti deficiant haberi qùe non possint,nõ ideó iuris solennitas in aliquo remittitur. Nec solutio huic textui excogitata à Barba.in.d. c.cùm esses.columna.8.& à Iaso.in. d.l. fi. C.de testa.co.3.& ab illis docto.in.d. locis obtinere potest,dicunt enim ipsi, prædictum tex.non loqui in casu necessitatis: sed cùm testes actu deficiebant. at non verò si actu & potentia deficiãt, in quo casu noster est sermo: itaqùe vt ipsi dicunt, etsi in casu dicti. §. codicilli.quinqùe & non alij aderant testes,faciliter tamen alij inuenirì poterant. nã quidem hæc solutio non modicè tex.illum stringit generaliter loquentem, & hunc nostrum casum clarè appræhendentem, & ita cùm testes nontantùm actu sed & potentia deficiunt.

¶RVRSVS & hæc sententia confirmatur † ex tex. notabili in.d.l.casus C. de testam. in quo tex. dispontur,ex causa contagionis non extenũdum numerum testium in testamentis,etsi eosdẽ testes tum dissociari sit concessum. Nec solutio huic tex.pensitata à Iaso.in d.l.fi.col. 4.& sequacibus,obtinet,dicũt enim tex.illum cùm cõstituit in numero 657

Universidad de Deusto
Biblioteca

mero testium non dispensari, ex eo esse, quia alij testes haberi poterant. quę intellectum verba illius tex. nō patiun tur. Tum quia, textus ipse de his nullum subiicit verbum. Tum quia, dictæ legis verba nostrum compræhendunt casum, maximè in verbis tex. ibi, *contagionis quę testes deterret*. & inferiꝰ ibi, *nō etiam conueniendi numeri eorum obseruatio sublata est*. & sic cùm testes fuerunt deterriti propter pestem seu similem morbum, & ita quód alij inueniri non possunt, quia locus testaméti pestiferus est: & cōtagionis morbo testes laborant. Etsi tex. ille etiā intelligi possit, quando alij testes reperiri possunt: ita quę in vtroque casu ille tex. procedit. vt edocent verba generalia dictæ legis. Denique quód tex. ille etiam loquatur de morbo pestis, optimè demonstrat dictum verbum, *contagionis*, positum in dicta. l. casus. C. de testamen. Vnde Virgil. dicit, *ne mala vicini pecoris contagia lędant*. idest, vt ait Seruius, *ne morbi vel pestilentiæ corrumpant*. Item pestis contagiosa à cælso dicta est, quia qui contagiosi sunt, solo cōtractu alios inficiunt. vt peste laborantes plerunque efficiunt.

¶SVADETVR etiam hæc sentē
658 tia † quia ratio quarè per leges requiritur solennitas tot testium in testamē tis adhibenda, ea est, ne sit locus falsitatis, & morientium voluntas nō defraudetur. vt constat in. l. fin. C. de fid. comi. & in. l. iubemus. C. de testamen. cū alijs. sed hæc ratio potiùs in hac spetie prævalere censetur, siquidem tempore pestis, facilius ex penuria testium falsitas commiti potest: quarè cùm maius tunc ineat periculum, cautius agendū quidem est. capitul. vbi periculum. de elect. in. 6. & hoc expræsse in hac spetie aduertit Soci. in dicto consi. 85. col. fi. lib. 4. post Egid. de Bellame. in dicto consil. 1. q. 24. melius esse ex eo dicens, quód testatores ab intestato tunc decedant, quàm similia testamenta conseruare: & falsitatibus materiam præbere ex dictis iuribus. Etquia testatori in loco pestilenti testanti, imputari potest & non ab re, quód præterito tempore testamentum non confecerit: & hunc casum non considerauerit. ex. l. siquis domum. §. hic subiungi. ff. loca. quod palàm expendit in proposito Cornei in dicto consil. 170. colu. 2. lib. 3. Quam rationem Paul. Parisi. in dicto cōsi. 32. numero. 31. cum sequentib. ex eo impugnat, quia si prędicta ratio subsisteret, nō possent habere locū dispositiones texi in dicta. l. fi. C. de testamen. & dicte. l. 1. ff. de bono. posse. ex testamen. mili. siquidem in illis casibus quia falsitatis suspitio inerat, numerus testiū non erat minuendus, imputari quę poterat testatoribus, quia ante testamentum non cōsiderunt. & ipse Cardi. Paul. Parisi. inibi dicit, quód prædicta excogitatio Soci. cessat dato impedimento: quia extāte impedimento aut necessitate, legis forma & solennitas testamenti remittitur. vt in dicta. l. fi. C. de testamen. & similibus. & si in illis casibus adsit timor falsitatis. Sed quidem hæc dicta Pauli Pari. non diruunt prædictam rationem Soci. quia ratio prædictę. l. fi. C. de fid. comi. quæ hisce verbis inibi exprimitur, *lex enim ne quid falsitatis incurrat, per duos testes forte compositum testamentum, maiorem numerum testium ex postulat, vt per amplores homines perfectissima veritas reueletur*. magis quidem obtinet cùm locꝰ pestiferus est, & testes ex causa pestis defficiunt † & facilius tunc est locus falsitati. quàm in dicta. l. fi. C. de testamen. & in dicta. l. 1. ff. de bono. posse. ex testamen. mili. & in alijs casibus similibus. siquidem in rure nec in bello & in similibus casibus spetialibus non ita coniūcti & amici cæteri qúe homines effugere consueuerint, sicut ex causa

causa contagionis & pestis. vt notum est & constat ex. d. l. casus. C. de testa. & in similibus. maximè cùm testator peste
660 est infectus. Proindè etsi in casu. d. l. fi. C. de fid. comi. & in similibꝰ † nostro qúe in casu æquabiliter falsitatem facilius fieri posse concederemus, quàm si testium plenus numerus in esset: hoc tamen non facit in hoc casu idē esse permissum, sicut in dictis casibus spetialibus, quia in illis legislatores prædicta ratione prætermissa. d. l. fi. C. de fideicomi. hoc expræsim tollerarunt: quod in casu nostro nō reperitur dispositum: & non quidem ex alio, nisi quia vt supra explicuimus, hunc casum regulis cōmunibus subiici decreuerunt. quæ instruitur solutio, quia de casibus spetialibus ad alios casus arguere non licet. l. quod verò. ff. de legib. l. ius singulare. ff. cod. titul. Ex quo & aliæ considerationes Cardi. Pet. Paul. Parisi. conuelluntur. & id quod asseruit etiam in casu. d. l. fin. ff. de testa. mil. &. d. l. 1. ff. de bono. posse. ex testa. mil. testatores esse in culpa, quia ante testamentū non condiderunt. Prę ter hoc, quód in casu dictarum legū vltra rationes specialitatis, ipsi testatores tractant de vtilitate reipublicæ. vt iam diximus. quod in nostro casu non potest considerari.

¶NEC aduersæ sententiæ suffragan
661 tur rationes & iura in contrarium congesta. ¶Et primò † tex. in. d. l. fi. C. de testamen. quia si eius expēdamus procemium (ex quo mens legis eluscet. l. fi. ff. de hære. insti.) nō tantùm inibi Iustinianus considerat testium parcitatem, sed etiam rusticitatem testatorū. vt eius edocent hæc verba, *homines rustici & quibus non est literarum peritia, quomodo possunt tantam legum subtilitatem custodire, ideo que ad Dei humanitatem respicientes, necessarium duximus, per hanc legem eorū simplicitati subuenire, sancimus ita que*. vnde fit nullo modo dici posse tex. illum fundari in sola penuria testium. Prætera si ipsa lex nō fuisset edita fauore rusticorum, ad quid in. d. l. totiens fit mentio de rusticis. Nec his oberit etsi dicatur, vt perpendit Deci. in. d. consil. 284. non esse rusticis subeniendum, nisi in casibus à iure expræsis, quia etsi hoc non diffiteamur, satis constat ex casibus in iure expræsis fauore rusticorum. d. l. fi. confectam esse. ¶Proindè nec prædictis aduersatur excogitatio Ioan. Francisc. de Rip. in. d. tracta. pestis. 1. q. secundæ particulæ. 2. partis. qua ipse inquit iuxta intellectū. d. l. fi. quód solénitas scripturæ quæ exigitur in testatore & testibꝰ inibi fuit remissa propter testantis rusticitatem & imperitiam: at verò quód solennitas numeri testium fuit relaxata ex testium inopia. cuius consideratio palàm obsistit dispositioni tex. in. d. l. fi. & rationi eiusdem legis, quæ assignatur in procœmio prædictæ legis: siquidem ipsa ratio agens de rusticitate & imperitia testatoris, non tantùm conspicit solennitatem scripturæ, sed æquabiliter pertinet ad numerum testium: quin & simplicitas testatoris & eius imperitia non magis correspondet solennitati scripturę quàm numero testium: & alia præter d. rationem. d. l. fi.

¶PRETEREA vt prædicta edocēt 662
† nec nostræ sententiæ officiunt sanctiones. d. l. fi. ff. de testa. mil. &. d. l. 1. ff. de bono. posse. ex testa. mil. quod & constat, quia hæc iura agunt de his qui sunt in bello, & de reipublicæ vtilitate loquuntur. vt expræsse aduertit Alex. in d. l. fi. columna. 2. C. de testa. vbi etiam moder. Vndè infertur secundum eundem Alex. in ead. l. fi. quód illi qui ad sunt tempore pestis in loco pestifero ad rem publicam administrandā, possunt testari absque cōmuni solennitate: cùm in eis locum habeat ratio. d. l. fi. ff. de testa. mili. &. d. l. 1. ff. de bon. posse. ex testa. mil. quod etiam consuluit Soci. in. d. consi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

consi 85.co.pe.lib.4.& Bertachi.in tracta.de gabellis.2.parte.q.24.& Guiller. Bened.in.d.c.Rainuntius.de testam.in verb.testamẽtũ.in.1.nume.15.& Cisuẽ. in præsentia.nu.4.& Ioan.Francisc.de Rip.in.d.tract.pestis.2 particula.2.partis.q.1.hoc etiam extendens ad medicos qui remanserunt in oppido pestilẽtiad curandos cõtagiosos seu infirmos.Vtrũ qúe tamen nullo iure probatur: quia huic sententiæ obsistunt tex.in.d.l.scriniarios.& tradita per glo.in rub.insti. de testa.mil.& unibi Marc.Ant.Baue. nu.1.&.9.nec frequẽtet in medicis alijs qúe in ciuitate pestilenti remanentibus illa subita ac repentina necessitas subest,quæ inest in bello assistẽtibus.& ita in utrisqúe eadem ratio non viget. Vel dici potest.d.l.fi.ff.de testa.mil.&.d.l.1. ff.de bono.posse.ex testam.mili.in casu particulari & singulari loqui.vt expræsse docet tex.in.l,2.ff.de testa.mil.& ita illis argui ad hũc casum nõ licet.d.l.ius singulare.ff.de legib. Denique & Soc.de his agens in.d.consi.85.col.fi.lib. 4.censet,iura quæ concedunt militibus facultatem testandi coram duobus testibus,non obtinere in personis qúe sublato vocabulo non cõprehenduntur,nec ad similes casus pertinere.quod etiam expræsse sequitur & tenet Areti.in.d.l. hæredes palam.in princip.Ex quo subo ritur,aduocatos etsi iura notissima disponant militibus equari,nõ posse testari priuilegio militum,sed communi solennitate.§.fi insti.de testa.mil.docto. & ibi Iaso.in.d.quanquám.co.2.C.co.l. tit.& Alex.in.d.l.centurio.col.4 & ibi alij moder.ff.de vulg.& pup.& tradunt etiam docto.in.l.1.C.de iur.& fact.igno.& Guiller.Bened.in.c.Rainuntius. in verb.testamentum.in.1.nume.45.Ex quo etiam fonte manat,quód etsi præsbiteri militibus æquentur.vt ait glos.in l.miles.in princip.ff.de re iud.cum similibus.nõ tamen vt milites in bello existentes testari possunt,sed tãtúm seruata forma.c.cúm esses.dẽ testa.etsi pro republica agant, quotidiè qúe pro nobis Deum exorent.vt ait text.in epistola.inter claras.C.de sum.trini.Et discriminis ratio præter supra dicta esse potest,quia aduocati præsbiteri qúe in locis testantur, quibus adinueniri potest numerus testium necessarius. Vel quia hac in re militibus ratione præsúptæ ignorantiæ hoc priuilegium conceditur. vt disponit tex.in.d.l.quãquám.cum similibus.ideó ad milites cælestis militiæ non debet extendi.vt tradunt docto.in d.l.1.C.de iur.& fact.igno.& alibi sæpe.

¶PROINDE nec.d.l.ordina.huie † opinioni obsistit,vt lucidè probatur ex his quæ infra deducemus circa finẽ huius dubij.& quia text.ille non fouet causam pestis nec similem,sed generaliter loquitur,& exigit tres testes ciues, etsi tabellio testamento interfit. Nec dici potest,cúm tres testes ciues reperiri non possunt,mihi stabilitũ esse,duos testes oppidanos cum tabellione scribi satis esse.Immó vera litera.d.l,ordinacontrariũ manifestè insinuat:cuius litęrę sunt hæc verba, *por escriuano publico deuen y ser presentes a lo ver y otorgar tres testigos alomenos vezinos del lugar.* quę verba iunctis sequentibus,ibi *y si lo hizierę sin escriuano publico,que sean cinco testigos,vezinos alomenos:segun dicho es,si fuere lugar a do los pueda auer,y si fuere tal lugar, que no pueda auer cinco testigos, que alomenos que sean y tres testigos.* quæ verba palám disponunt, siue testamentum conficiatur cum tabellione,vel non,sit qúe locus in quo tres testes haberi possunt,nec ne,testamẽtum nuncupatiuum non posse fieri absqúe tribus testibus ciuibus.ita qúe tex. ille disponit,testamentum non valere, etsi ex causa pestis deficiat numerus trium testium ciuium,si tale testamentum absqúe eis edatur: etsi lex ipsa disponat tres testes sufficere, etsi sine tabellione testamentum fiat, quando quinqúe testes oppidani inueniri nõ possunt. Nec verba quæ Montalu.immisc uit in.d.l.ordina.ibi,*tres testigos alomenos,vezinos del lugar a do el testamento se hiziere,si fuere lugar a do se pudierẽ auer.* in vero originali ponuntur. ¶Nec tabellionis præsentia in testamentis testium numerum posse minuere dicendum est siquidem tabellio non computetur numero testium requisitorum in testamẽto.vt in authẽti.de instrumen.fid.& caute.§.sed fi.colla.6.& in.l.Domiti9 Labeo.ff.de testamen.& in.d.l.hac consultissima.C.qui testa.face.po.cũ alijs inibi citatis ab Alex.& iure compertũ est,testamentum etiam coram tabellione confectum non valere: etsi sex habeat testes.d.l.hac consultissima.C.de testamen.&.6.parti.titul.1.l.1.&.2.cum alijs.

¶VERVM nostræ opinioni non afferunt præiuditium.d.l.de ætate.& similia iura,quæ aliquid disponunt ex causa pestis contra regulas iuris communis: siquidem in hac spetie nihil cõstitutum est,ex quo satis videtur in hac re idem non esse concessum, sed potius denegatum.ex.l.cúm prætor.ff.de iudi.cum similibus.& ideó Barba.in.d. consilio.57.columna.9.lib.1.dicit, iura quæ ex causa pestis derogant regulis cõmunibus,tantùm obtinere in casibus expræssis.

¶EX QVIBVS satisfit iuribus dicentibus, causa necessitatis à iuribus regulis recedere licere † quia non videtur trahænda ad casus iure non expressos. Vel dic secundum Soci.in dicto consilio.75.columna.fin.lib.4 quód dicta iura in hoc casu non sunt considerandą,cúm agatur de minuendo numero testium,à iure requisito ob falsitatẽ euellendam.

¶SED nec Ang.sententia † in.d.l. fi vacantia.contra nostram facit opinionem.Tum quia,in hac spetie regulis iuris repugnat.vt prædicta palàm edocẽt. Tum etiam,quia Alex.in.d.l.fin.C.de testa.col.1.improbat dictam sententiã Ang.in actu testandi.& Soci.in.d.cõsi. 85.col.2.lib.4.& Guiller.Benedic.in.d. c.Rainuntius.de testa.in verb.testamẽtum.in.1.nu.15.Tum etiã,quia iura quibus Ang.suam suadet sententiã,ad hãc rem non pertinẽt,ex quo in eis expræsse dispositum est,deficiente officiali publico(de quo ipsa iura loquuntur)alium eius loco posse subrrogari.vt aduertit Alex.in.d.l,fi.col.fi.Quam solutionem Dec.in.d.consi.284.colu.3.ex eo coarguit,quód satis ex sententia Ange.constat,ab statuto propter pestẽ recedi posse,si loco solẽnitatis deficientis alia subiiciatur.Tum quia,in casu Ang.testator loco tabellionis matriculati alium tabellionem adhibuit: sed in casu nõstro vice solennitatis deficientis altera non est submissa: igitur ex diuersis argui non potest.ff.de mino.l.Papinianus exuli.ff.de acqui.posse.l.naturaliter.§. nihil commune.cum similibus.

¶ET ITA satis constat iuris rigore veram esse hanc opinionem,qua habetur,testamentum pestis tempore confectum in loco pestilenti etiam à testatore peste ipsa infectum,non valere,si in eius confectioni non fuit adhibita solẽnitas communis testium: etsi vt supra diximus,fortasis cõtraria opinio in pratica seruaretur.& adde videndum Boerium in decisione.228.

¶PRETEREA hodiè iure nostro regio † Ant.Gom.in præsentia.nu.4. censet, prædicta non esse necessaria controuersari,& an valeat testamentũ pestis

665

664

666

Universidad de Deusto
Biblioteca

pestis tempore cõfectum minori quàm communi solennitate: quia hodiè indiscriminatim exigitur in testamento nuncupatiuo solennitas prædictæ legis ordinamenti. ¶Iuxta quod animaduertendum est, quòd cùm hodiè in testamento nuncupatiuo sit compertum prædicta. l. ordi. exigi (vt diximus) tres testes ciues etsi alij reperiri non possint: non est dubium, quo ad testium numerum superfluum esse controuerti, nunquid in testamento facto tempore pestis quinque sufficiant testes, prout magis communiter docto. tenuerunt, arbitrantes solénitatẽ testamentorum tempore pestis esse attenuandam: vel vtrum septẽ testes sit necessum testamentis scribi ipso tẽpore pestis. ¶At veró si probabilis fuisset eorum opinio, qui tenent testantes in loco pestilenti duobus testibus testari posse, necessum etiam hodiè fuisset, prædictã opinionẽ inuestigare. ¶Verúm quæ supra cõtrouersa sunt hodiè quo ad testaméta inscriptis vtilia esse constat, ex quo nostra lege in testaméto inscriptis septẽ testes cũ eorũ subscriptionib⁹ exigãtur. Deniq́ue & hac lege extãte & prę
667 dicta. l. ordina. illud quidẽ dubitari & non invtiliter posset † nũquid si tres testes ciues seu oppidani nõ reperiãtur in loco pestifero, in quo testamẽtũ conficitur, valeat testamẽtũ à testatore pestis tẽpore factũ corã tribus seu quatuor testibus nõ oppidanis. quod dubiũ ex prædictis iure optimo nõ valere dicerem. Et alia etiã ratione, quia etsi tẽpore pestis fateremur minui numerũ testiũ in testamẽtis adhibendorũ, nõ tamen qualitatẽ in eis requisitã. vt cõstat ex traditis in d. c. cùm esses. de testa. & expræsse sic tenet Alex. in. d. cõs. 70. co. 4. lib. 2. ex hoc inibi dicens, fœminas tunc adhiberi nõ posse. & idem tenet idem Alex. in consi. 177. col. 2. lib. 2. & Barba. in. d. consil. 57. col. 9. lib. 1. & Ioan. Francisc. de Rip. in. d. suo tracta. pestis. 2. particula. 2. partis. q. 2. & Carol. Rui. in. d. consi. 120. colu. fi. lib. 5. Quidquid teneat Barba. sibi non constans in. d. cõsi. 87. col. 6. lib. 4. & Iaso. in. d. l. fi. C. de testa. col. 3. Et Ioa. Francisc. de Rip. in. d. 2. q. hoc temperat, præterquàm in testamẽto illius qui à ciuitate ad ciues subeniẽdos minimé fugerit.

668 ¶VERVM si in loco pestiléti † testamẽtũ palàm cõfectũ sit corã duob⁹ testibus ciuibus & tabellione ciue, quia alij inueniri nõ potuerũt, illud opinari licet quód etsi hæc scriptura fidẽ nõ faciat, quód tamẽ si citatis partib⁹ in iuditio colligãtib⁹, tabellio & dicti duo testes de volũtate testãtis deponãt, iuramẽto qúe firmẽt, vera esse scripta in ipsa scriptura testaméti, quód hoc sufficiet, vt sit stãdum cõtẽtis in dicta scriptura. ex. d. l. ordinahac nostra confirmata. & idẽ etiã erit, si prędicta scriptura testamẽti publicetur iuxta formã traditã in. l. publicati. C. de testa. & in. l. 4. tit. 2. parti. 6. & lib. 5. ordina. tit. 2. l. 4 & in. l. testamenta omnia. C. de testa. & similibus. & dicti duo testes & tabellio deponant de ipsa testatoris voluntate. Quę quidẽ publicatio nõ est necessaria, quando interuenit publicũ instrumentum testaméti cõfectũ cũ solenni numero testiũ, & agitur de probando testamẽto per scripturã. vt tenet glo. notabilis in. l. 2. in princip. ff. quem admo. testa. appe. & notat docto. in. d. l. publicati. & ibi latè moder. Abb. in. c. fi. co. fi. de fid. instru. & Iaso. in. l. 2. nu. 3. C. de bono. posse. secun. tab. & Greg. Lup. in. l. 3. tit. 2. parti. 6. in verb. deuẽ les mostrar. nã tabellio computatur numero testium, cùm deponit vt testis, vt probatur in. d. l. Domiti⁹ Labeo. ff. de testa. & illic docto. maximè Paul. Castren. & docto. in. d. l. hac consultissima. C. qui testa. face. po. & ibi latè moder. & traditur idem. in. d. l. fi. C. de fid. comi. & fat constat ex. d. l. siquis decurio. C. ad. l. Cor. de fal. & infrapleni⁹ dicem⁹ nu. 1035.

¶Si ta

669 ¶SITAMEN in materia scire uis † an tabellioni asserenti pestem fuisse in loco, quo testamentum conditum est tẽpore confecti testaméti, credendum sit. cõstat exhis quæ Bart. & docto. tradidérũt in authẽ. siquis in aliquo. C de eden. & expræsse videndus est Carol. Ruin. in dicto consil. 3. col. 1. lib. 2.

670 ¶DEINDE qualiter probari possit † pestem in loco quo testamentum confectum est, tunc vigere, videre licet Corne. in dicto consil. 131. in hac cõsultatione, columna. 2. lib. 4. & Pet. Paul. Parisi. in dicto consil. 33. numero. 11. libro. 2.

671 ¶RVRSVS an testamentum fieri possit † tempore pestis ad interrogationem. vide Corne. in dicto consil. 77. visò. lib. 4.

672 ¶ET an de iure communi tempore pestis † donatio causa mortis duobus testibus fieri possit. vide per Ioan. Francisc. de Rip. in dicto eius tracta. depeste 2. particula. 2. partis. q. 7. & Didac. Couarru. in rub. de testa. 3. parte. nu. 21. Et quid dicendum sit de alia vltima volũtate. videre. poteris Pet Paulu. Parisi. in. consi. 32. col. 2. libr. 2.

¶QVIBVS huic negotio sit finis, vt ad alia iam transeamus.

673 ¶SEPTIM Oprincipaliter infertur solennitatem huius legis & dictæ sanctionis ordinámen. non esse necessariã † in testamento mari cõfecto: sed duobus testibus fieri posse. vt Cæpol. tenere videtur in suo tracta. seruitu. titu. de portu. colum. 2. quem refert in præsentia Cisuen. numero. 7. hoc temperans, præterquám si alij testes inueniri possint. ex tex. in dicta. l. ordina. sed quidẽ Cæpol. in prædicto loco non amplecti tur prædictam sententiam: nam tãtùm illic citat Bald. in rub. ff. de rer. diui. colu. 4. versi. sed quęritur. quo in loco Bal. dubitat, nunquid testamentum factum in portu ciuitatis Soldani, censeatur editum in terris Sarracenorum: & inibi tenet factum inibi non cẽseri. & Cæpol. in dicto loco refert etiam Bald. in. l. iustitia. ff. de iusti. & iur. quem vt ipse existimo citare voluit in. l. ius ciuile. columna. fi. ff. eodem titul. & si vtrobiqúe non agat de testamento mari confecto. nec in. l. 2. C. quenadmo. testamẽ. appe. in qua lege & illum Cæpol. in dicto loco etiam citat. & Bald. refert & sequitur alios allegando. Benuenutus Straccha. in suo tracta. de nauigatione mercatorum. numero. 26. & Greg. Lup. in. l. 7. in verb. no seria valedero. titulo. 1. parti. 6. & vide infra. numero. 693.

674 ¶VERVM idem Bald. in dicta. l. fi. apud finem. C. de testamen. quærit † nunquid testamentum mari factum censeatur. quod dicit decidi posse exnotatis in capitu. vbi periculum. de elect. libro. 6. citans etiam ad hoc tex. in dicta. l. conficiuntur. §. 1. ff. de iur. codicil.

¶AT fulgo. in dicta. l. conficiuntur. §. 1. tenet † testamentum mari condi 675
tum non duobus, sed quinque testibus efficiendum: dumtamen necessitas tunc vigeat. & eandem sententiam tenet Vincen. de Peru. in. l. 2. column. 2. ff. deleg. 1.

676 ¶MATHE. tamen de Afflict. in ti. quæ sint regal. in vsib. feudo. §. portꝰ columna. fi. dicit † testamentum iure duobus testibus confici posse in portu ciuitatis Soldani. siquidem in terris Soldani confectum videatur, in quo ius gentium obseruandum est.

¶SED QVIDEM huius rei cardo in eo versatur, an dispositio dictæ. l. fi. C. de testamentis. tantùm locum habeat, in his que rure testantur: & ex his quæ diximus in præcedenti dubio, in quo loco abun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

de inuestigauimus, an testamentum in oppido pestilenti fit conficiendum solennitate communi, nec ne. Ex quibus huius rei veritas apparet.

¶ CONSTAT tamẽ, nullum ex scribentibus tenuisse, testamentũ mari duobus testibus effici posse: nisi tãtùm Cifuent. non rectè Cepol. citans. adde tamen hic Didac. Castel. videndum. in verb. la ley. columna. 5. qui idem tenere videtur. Et videndus est etiam Ioan. Lup. in præsentia. numero. 30.

677 ¶ PROINDE & iuxta prædicta † videre licet Barba. in clem. ne Romani. §. eo tamen. numer. 37. de elect. vbi ait, testamentum confectum in portu maris ciuitati finitimo, iudicandum fuisse factum in ciuitate. ex tex. in. l. quę religiosis. ff. de rei vendica. & ita palàm ibi tenere videtur, tunc in testamento illam exigi solennitatem, quæ erat necessaria si in ciuitate illa prędictum fieret testamentum. quod & expręsim tenet idem Barba. in rub. de testamen. q. 2. Sed ipse Barba. in dicto. §. eo tamen. & si insigni memoria pollebat, non citauit Bald. in dicta rub. ff. de rer. diuisio. quo in loco (vt diximus supra. nu. 673.) ait, testamentum conditum in portu ciuitatis Soldani, non censeri confectum in terris ipsius Soldani: & ita clarè inibi tenet, tale testamentũ non fuisse factum in illa ciuitate Soldani. quod manifestè aduersatur Barba. sententiæ.

Nisi dicas, Bald. non ex eo eius saudere sententiam, quòd ciuitas portui vicina non sit in hoc consideranda: sæd ex eo quòd portus maris est communis ita Christianorum sicut & Sarracenorum quarè non potest iudicari, illud testamentum confectum in terris Soldani.

¶ DENIQVE INHAC tamen spetie illud expendendum est, quòd tex. in dicta. l. quæ religiosis. citatus á Barba. in dicto loco, ad hanc rem non pertinet, ex eo quòd tex. ille loquitur, de his quæ in re religiosa sunt: at non verò de his quæ religioso loco sũt finitima, quæ glo. inibi non esse religiosa dicit. ex. l. si sepulchrum. §. profana. C. de relig. & sumpti. func. qui tex. insigné hoc edocet. & illic etiam glo. qui tex. & glos. sunt contra dictam sententiam Barba. Præterea & Bald. in dicta. rubri. ff. de rer. diui. columna. 4. in 678
hac re dicit † iura quæ sanciunt flumina ripas illorum esse, qui propè ripas prædia possident, minimé esse expendenda.

¶ VERVM & illud non est omittendum † quòd idem Barba. in clemen. causam. §. quod si forsan. numero. 39. de elect. refert & sequitur Bald. in dicta. rub. ff. de rer. diui. & huius rei effectũ explicans, scilicet, quòd si testamentum censetur confectum in terris Soldani, satis sit, obseruare solam iuris gentium solennitatem, aliàs secus. de quo fusius agemus infra numer. 693. cum sequentibus.

¶ SI SCIRE tamen cupis, quis sit executor testamenti in mari confecti. videre licet Ioan. Bertachi. in tracta. de episcopo. 6. parte. q. 24. quo in loco refert complures alios idem tenentes.

¶ OCTAVO EX prædictis 680
prodire videtur † solennitates huius legis & prædictæ constitutionis ordinamen. extantem in carcere tiranni omittere posse, & per consequens, et licere testamentum facere coram quinque testibus, etiam non oppidanis. vt expressè tenet Nicol. Mathe. & Bald. in dicta. l. fi. C. de testamentis. & illic Sali. columna. 1. & Iaso. columna. 3. & notabiliter Soci in consil. 85. circa articulum. columna. fi. libro. 4. & Barba. in. c. cùm esses. de testa. col. 9. Guiller. Bened.

Bened. in rep. dicti capitul. Rainútius. eodem titulo. in verb. testamentum. in. 1. numero. 13. & Boeri. in dicta decisio. 228. numero. 7. Contrariam tamen opinionem tenent Paul. Cast. in. d. l. fi. co. 2. & Ang. & Fulgo. & Alex. co. 1. & eandem sententiam sequitur etiam Roma. in dicta authẽ. similiter. C. ad. l. Fal. in. 34. spetiali vltimarum voluntatum. & Areti. in. d. l. hæredes palàm. in princip. col. 6. ff. de testa. qui firmè tenent, in hoc casu testamentum esse condendum cõmuni solennitate. & palàm idè tenere videtur Bal. in consi. 285. si quis iuris. co. 2. lib. 3. cuius mẽminit Frãcis. de Rip. in dicto suo tracta. pestis. in. 2. particula. 2. partis. q. 1. nu. 6. etsi illi ipse non consentiat. Et hæc sentẽtia iuris rigore probabilior videtur. ex his quæ infra. nu. 715. & sequẽtib. dicemus.

681 ¶ EX prædictis & nonó consequens fit † quòd illequi religionem statim est ingressus, potest facere testamẽtum absque solennitate huius legis & prædictæ sanctionis ordina. vtpotè qui liberé & absque solẽnitate communi ante ingressum religionis testari poterat. ad quod videtur tex. in authẽ. de monachis §. illud. colla. 1. & expræsse sic tenet Bar. in authen. siqua mulier. C. de sac. sanct. eccle. co. 4. & inibi Paul. Cast. colu. 2. & Iaso. nu. 23. & Abb. in. c. in præsẽtia. de probat. co. 15. versi. quæro igitur. & alij á Decio citati. colu. 31. & ibi latè Augusti. Bero. nu. 502. cum multis sequentibus. & Guiller. Benedict. in dicto capitul. Rainuntius. in verb. testamentum. in. 1. numero. 51.

682 ¶ SED Deci. in dicto capitul. in præsentia. columna. 31. tenet contrariàm sententiam † citans ad hoc Sali. in dicta authen. siqua mulier. C. de sac. sanct. eccle. colum. 4. & 5. & Roma. in consi. 237. Et iuris rigore pensitato eorum opinio probabilior ob id videtur, quòd nulla lege iure vè contrarium dispositum inuenimus. l. illam. C. de collat. Et quia tex. in dicto. §. illud. in. d. authen. de monach. (ex quo Bart. & sequaces suam suadent sententiam) ex his quæ Deci. in dicto loco congerit, respondeti potest. & ex his etiam quæ abundè supra scripsimus. nume. 557. cum sequentib. etsi in dicto. §. illud. hæc verba ponantur, *licentiam habere suis vti quomodo voluerit modo*. quæ verba comprehendunt facultatem testandi. vt satis elegãter docet Augusti. Bero. in dicto capit. in præsentia. numero. 504. & sequenti. & tex. etiam in cap. quia nos. de testam.

¶ CONTRARIA tamen sententia equior est, & magis communis † & 685
fauore ingressus religionis concedenda videtur, & fortasis cùm casus acciderit obseruabitur. quæ quidem satis inistruitur † quia illico ingressuri monas- 684
sterium quo ad hanc rem, vt iam ingressi sunt censendi, & vt ecclesiastici iudicandi. ex tex. in. l. penulti. ff. de militare stamen. & in capitul. pen. & ibi Abb. de immu. eccle. cum alijs de quibus Iaso. in dicta authen. siqua mulier. nu. 23. & Feli. in capit. eãte. col. 11. de rescrip. & moder. in. c. cùm adeo. eodem tit. & satis etiam probatur in. l. 13. §. quid ergo. ff. de contra. & vtil. act. tute. & in. l. lege Iulia. iuncta glo. ff. de fund. dota. Præterea & ipsum testamentum conditum ab statim religionem ingressuro, videtur quædã præparatio ad ipsum ingressum. quarè satis censeri debet, saltem quo ad iuris solennitatem, ipsum testamentum confectum ab ipso iam ingresso religionem: siquidem in iure concedatur † præparatoria trahi ad sequen- 685
tia. l. Titia. §. idem respondet plerunque. ff. de verb. oblig. cum alijs quorum inibi Iaso. memor est numero. 5. Et qui est in via † ad esse censetur in 686
loco destinato. vt in. l. abesse. & in. l. qui mittuntur. ff. exquib. cau. maio. notant docto. in. l. 1. ff. solu. ma. & quæ inconti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nenti fiunt, ineſſe videntur. l. lecta. ff. ſi cert. peta. cum ſimilibus. Et hæc ſententia confirmatur ex tex. in. l. in fraudem. §. teſtamentum. ff. de teſtament. mili. & inibi Bald. & alibi ſæpe traditur.

¶CETERVM nec Bart. & ſequatium ſententiæ predictæ officit aſſertio Decij in dicto capitul. in præſentia. columna. 31. qua (poſt Sali. & Roma. in dictis locis) tenet † ingreſſurum religionem minimé in hac ſpetie poſſe militi adęquari, vtpotè in religione nõdum extantem: ſiquidem Sali. & Roma. & Decij conſideratio ex eo diruatur, quia Bart. & illum ſequentes agunt de incõtinenti religionem ingreſſuris. qui ob id iam ingreſſi ſunt cẽſendi. ex. d. l. pe. ff. de teſtamẽ. mili. quam ad hoc notat laſo. in dicta authenti. ſiqua mulier. numero. 23. & Auguſti. Bero. in dicto. c. in præſentia. nu. 506. quam ſolutionem & ſi Deci. in dicto. c. in preſentia. col. 31. dicat diruere tex. in. d. §. illud. cùm ille tex. ingreſſurum monaſterium teſtari concedat ante religionis ingreſſũ at verò poſt ingreſſum illi prohibeat teſtamenti factionem, & ita inferri videbatur, non obtinere argumẽtum de proximé ingreſſuro ad iam ingreſſum. quam conſiderationẽ etiam facit Roma. in. d. conſi. 237. col. ſi. Tamen ſi melius hæc res penſitetur, faciliter reſpõdebitur huic dicto Roma. & Decij. nã eos in hac re quo ad teſtamenti factionem actiuã æquabiles eſſe minimé tractamus: ſed tantùm quo ad ſolennitatem teſtamentorum: ita quód ſi ſtatim religionem ingreſſurus teſtetur, illam ſolennitatem in eius teſtamento adhibere poſsit, quam poteſt iniungere ei? teſtamento religionem ingreſſus, quãdo illud conficere ſit permiſſum: nam & ingreſſus religionem inter filios teſtari poteſt: & non ſemper ei teſtari prohibetur. vt in dicta. authenti. ſi qua

687

mulier. & in. c. ſi qua mulier. 19. q. 3. & in ſimilibus. in quo caſu teſtari poterit abſq́ue iuris ciuilis ſolennitate. vt traditur in. d. authen. ſiqua mulier. & in. c. 2. de teſta. Etſi dixeris, tunc ingreſſo religionem aliquod priuilegium non concedi, ex quo inter filios vnicuiq́ue iure cõmuni licet teſtari abſq́ue ſolennitate. vt in. d. l. hac conſultiſsima. §. ex imperfecto. C. de teſta. Dici tamen poteſt tunc abſq́ue communi ſolennitate ex duplici capite teſtari poſſe. Tum quia, pater. Tũ etiam, quia religioſus, quod vltimum aduertendum etiam eſt: cùm & poſsit (vt hac noſtra lege diſponitur) ſanciri, parentem communi ſolennitate teſtaturum. Præterea & in alio caſu ingreſſus religionem teſtari poteſt & ſic abſq́ue ſolennitate communi † cùm reuocauerit teſtamentum ante ingreſſum conditum: quod facere poteſt ſi non fuerit ingreſſus religionem fratrum minorum. vt tenent Cin. & Bar. in. d. authenti. ſiqua mulier. quorũ ſententia an iure ſubſiſtat. abundè laſ. tractat in ead. authenti. ſiqua mulier. nu. 20. & ſequentib. & Auguſt. Bero. in. d. c. in præſentia. nu. 537. & ſequentib. & Deci. inibi char. pe. & in authen. ingreſſi. C. de ſac. ſãct. eccle. nu. 13. Demùm & de † licentia papę monachus teſtari poteſt. vt probatur in. l. ſi quando. in princip. C. de inoffi. teſta. & illic Bal. ſic tenet. & alij de quibus moderni mentes ſunt in. d. authẽ. ingreſſi. & in dicto capit. in preſentia. de probat.

688

¶RVRSVS nec Bar. ſententię & aliorũ preiuditium generare videtur † & ſi quis dicat, ex imperitia militũ minui ſolennitatem teſtamentorum editorũ ab ipſis militibus. l. quãquãm. C. de teſt. mili. & in. §. 1. inſti. eod. tit. & quód hęc ratio ceſſat in perſonis eccleſiaſticis, in quib? nõ preſumitur iuris ignorãtia. quod Deci. in dicto. c. in preſentia. columna. 31. expendit contra Bart. & eius

689

690

eius ſequaces. allegans ad hoc glo. in. l. repetita. C. de epiſco. & cleri. & alia ſimilia. nã hiſetiã reſpondebis. Tũquia hæc conſideratio Decij non obtinet generaliter, ſiquidem multi ſunt monaſterium ingreſſuri, qui habent imperitiam legum. Sed hæc ſolutio non videtur tuta, cùm iure potius ſubſtineatur militis imperitia, quàm ingredientis religionem. ex tex. in. l. 1. iuncta. l. conſtitutiones. C. de iur. & fact. igno. cum ſimilibus. Tum ideó, quia dicere poſſumus diſsimili ratione ingreſſuro religionẽ teſtari licere abſq́ue iuris cõmunis ſolẽtate, quàm militi, quia militi ex legũ imperitia cõceditur teſtari abſq́ue legũ ſolẽitate. vt in. d. l. quánquám. cum ſimilibus. at verò ingreſſuris monaſterium hoc permittitur † & tribuitur fauore religionis, & ex alijs cauſis deſuper congeſtis: non q́ue ex eo quód iuris ſint ignari, prout contingit in alijs multis perſonis habentibus facultatem teſtari ſine ſolennitatibus iuris. quam ſolutionem & admittit Auguſti. Bero. in dicto. capitul. in præſentia. numero. 509. & ita milites & ingreſſuri religionẽ quo ad modum teſtandi, non quo ad rationem adæquantur. Tũ & præter alios quia in hac re non eſt neceſſum religionem illico ingreſſuro, militi quo ad ſolẽnitatẽ teſtandi adæquare: ſed facultas conceditur iã ingreſſo religionẽ teſtãdi abſq́ue iuris ciuilis ſolennitate.

691

692

¶DENIQVE &ſi Deci. in. d. c. in preſentia. col. 31. ſtudioſe controuerſetur, tex. in dicto. §. illud. nõ fulcire ſentiam Bart. & ei ſtipulantium. Præterhoc tamẽ quód eius excogitationes ex prædictis abjiciantur † & verba dicti tex. ampliſsima quidem ſint. & ad actũ teſtandi inibi poſita. vt abundé edocet Auguſti. Bero. in dicto capitul. in præſentia. ſat eſſet, quód &ſi ille tex. dictã non ſuaderet ſententiam, aliæ rationes ſupra relatæ illam clarè tutantur.

¶Quibus huic rei ſit finis.

693

¶DECIMO ex ſuperioribus illud etiam ſequitur † huius legis & prædictæ conſtitutionis ordinamen. formam nec iuris communis ſolennitatem obſeruare non eſſe obnoxium horum regnorum incolam apud Turcas ſeu infideles teſtantem, dum illic eſſet ex cauſa legationis aut mercantiæ: ſed ſatis eſſe duobus teſtibus (&ſi non incolis) inibi teſtamentum faciat. vt expræſſè tenet Bald. in. l. ius ciuile. ff. de iuſti. & iur. & in. l. 2. C. quenadmo. teſtamen. appe. vbi loquitur in teſtamento cuiuſdam mercatoris Anchonitæ, condito apud terras Soldani. quod ex eo conſtat ſecundum Bald. ibi, quia ibidem ius gentium vigere præſumẽdũ eſt, vtpote equm & bonũ. Et in ead. l. 2. aliã aſsignat rationẽ, quia potius ius canonicum, quàm ciuile obſeruandum eſt: ſiquidem ius canonicum inhæreat iuri diuino, ſubquo omnes ſunt populi quam ſententiam ſequuntur Paul. Caſtren. & Corne. in dicta. l. 2. & idẽ Bal. in rub. ff. de rer. diui. columna. 4. & Roma. in dicta. l. ſi non ſpetiali. C. de teſtamen. & idem Paul. Caſtren. in. l. nutritoribus. columna. fi. C. commu. de ſucce. & Barb. in clem. cauſam. §. quod ſi forſam. numero. 39. de elect. & laſo. in. l. 1. in lectu. numero. 44. C. de ſum. trini. & in relect. numero. 88. & Cæpol. in tracta. de ſeruitutib. titulo de portu. columna. 1. Math. de Afflict. in tit. quæ ſint regal. §. portus. in fine. Marc. Anto. Babe. in. §. ſed hæc quidem. inſtitu. de teſtamen. numero. 30. Pet. Baben. in tracta. de conſuetu di. numer. 205. Mayne. in. l. quandui. ff. de regul. iur. numero. 54. Ioan. Lup. in repe. rub. de donat. int. vir. & vxo. columna. 3. Benuenu. Stracha. in tract. de mercatura. ti. de nauigatione mercatorum. nu. 26. & Anto. Gome. in præſentia. numer. 22. & Greg. Lu. in. d. l. 7. in ver. no ſeria valedero. ti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1.partit. 6.& vide ſupra numero. 673.
¶BART. tamen notabiliter contrarium tenet in.l.qui á latronibus. ff. de teſtamen.cùm inibi opinetur, legatum ſubditum Romano imperio teſtãtem apud hoſtes ipſius Romani imperij, non poſſe teſtari conſuetudinibus ſeu legib9 hoſtium,ſed iuris ciuilis forma:ſiquidem ex quo ſunt hoſtes Romani imperij,ipſi non poſſunt frui legib9 iuris ciuilis& ſic ad teſtamentum conficiendum,quod iuris ciuilis eſt.l.3.ff.de teſtamen.nec poſſunt conſuetudinem inducere.cui ſententiæ & Ang.cõſentit in.l.de die.in princip.ff.qui ſat. da. cog.& in dicta.l.qui á latronibus. §.itẽ qui legati.& in dicta.l.2.& Paul Caſtr. & Areti.in dicta.l.qui á latronibus. in princip.& notabiliter Fulg.in dicta.l. 2. C. quenadmo.teſtamen.appe.& inſigné Barba.ſibi non conſtans in rub. de teſtament.q.2.vbi argumenta contraria diruit multis modis.

¶QVAM Bart.ſententiam eſſe aduerſam prædictæ Baldi opinioni aduertit Paul.Caſtrenſis.in dicta.l.qui á latronibus.& ita dicit,tenentes opinionem Baldi eſſe contra Bart. ſententiã in dicta.l.qui á latronibus.At ipſe Bal. in dicta.l.2. C. quẽadmo.teſtamen.appe.expreſſe conciliat ſuam & Bart.ſententiam.nam quidem intelligit dictũ Bart.cùm teſtamentum cõditur apud hoſtes Romani imperij,ideſt rebelles: quorum conſuetudinibus ideo fieri teſtamentum non poſſe profitetur.authẽti.nauigia.C.de furt.ex quo palám conſtituit diſcrimen † inter hoſtes & rebelles imperij,& Soldanum ſeu Barbaros,quorum in terris teſtamentum conficitur.vt etiam conſiderat Areti.in.d. l.qui á latronibus. Quin & tempore quo teſtamentum ipſum confectum eſt Bald.firmare videtur, Soldanum non eſſe hoſtem ſeu rebellem Romani imperij. vt ſingulariter ponit Iaſo in dicta.l.ius ciuile,prope finem.ff.de iuſti. & iur. Qui enim caſus abſimiles nõ ſunt † vt potè qui Soldanus ille prædicto tempore fuerit hoſtis & rebellis Romani imperij & infidelis.vt conſtat ex Chronicis.& ſatis idem liquet ex eodem Bald.in dicta.rub.ff.de rer.diui. columna.4.Proindè & † hoſtis dicitur Romanorum & Chriſtianorum, ex eo quód erat infidelis.vt conſtat ex tex.in l.fi. C.de capti.& illic Bald.columna 1.& Bart.etiam in.l.1.C.de pagan. cuius meminit Iaſo.in.l. ex hoc iure. columna.3.ff.de iuſti.& iur.vbi multa ſingularia in propoſito congerit.& eſt bonus tex.in.l.9 titulo.25.parti.7.Et ita & non ab re. Paul. Caſtrenſ. in dicta.l. nutritoribus.& in dicta.l.qui á latronibus.& in dicta.l.2.interpretatur Bart. & Bald.eadem ſpetie & in eodem caſu,ideſt,quód loquantur, cùm teſtamẽtum conficitur apud infideles aut Barbaros.& Roman.palám in dicta.l.ſi nõ ſpetiáli.C.de teſtament.Barbari enim prædicti & Africi & Sarraceni ac Turcæ vi poſsident Gretiam & alia multa, quæ fuerunt Chriſtianorum † & ideó poſſe bello á Chriſtianis laceſsiri, & eiſdem regionibus ſpoliari. exiſtimat Bart.in dicta.l.1.C.de pagan. & Iaſo. & modern.alios citantes in dicta.l. ex hoc iure.numero.25.& alibi ſæpe traditur.& ſanctus Thoma.& inibi Cayetan.2.2.q.10.arti.8.& nouiſsimè dominus frater Dominic.de Soto in ſuo aureo tracta.de iuſtitia & iure.libro.5.q.3. qui & in.4.q.libro. 4. eodem libro ex hoc dicit † Turcarum & Sarracenorũ regna quæ priús fuerunt Chriſtianorum ad imperatorem pertinere. ex tex.in capitulo.in apibus.7.q.1.& ideó non ſine cauſa Areti.in dicta.l. qui á latronibus.reprobat Bald.in..l.2.cùm in hac re conſtituat diſcrimen inter hoſtes & Barbaros & Sarracenos. ex tex.

tex.in.l.poſtliminij. §. in pace. ff.de capti. & poſtlimi.reuer.Barba. tamen in dicta rub.de teſtamen. q.2.fortaſsis ex prædictis aliter explicuit ſententiã Baldi in dicta.l.2.
¶VERVM Iudo.Roma.in dicta.l. ſi non ſpetiali.C.de teſtamen. indiſcriminatim tenet,in prædicto caſu † teſtamentum confici poſſe apud hoſtes aut rebelles imperij,ſecundũ ſtatuta & conſuetudines ipſorum hoſtium aut rebellium.adquod põderat tex.in.l.poſtliminium. in princip.cum glo.ibi.ff.de capti.& poſtlimi.reuer.qui & negat,teſtamentum á iure ciuili origem duxiſſe vt tenuit Bart in.l.interdum.ff.de condi. indebi.& huic ſententiæ cõtra Bar. & ſequaces tenuit etiam Ioan Imol. in dicta.l.qui á latronibus.ex eo quia hoſtes populi Romani liberi ſunt,habent quo dominia rerum.ex.l.1.& in.l. hoſtes.ff.de capti.& poſtlimi.reuer. & ita conſequens eſſe videtur, leges ſtatuta vé aut conſuetudines poſſe conficere. quod tenet etiam Iaſo.in.l.1. in lectu. numero.44.& in relect.numero.88. C. de ſum.trini.dicens eſſe contra Bar.cõmunem catheruam docto. ¶Et ita cõſtat Bart.ſententiam dubiam eſſe.
¶BALDI etiam ſententia † in.d. l.2.& in.d.l.ius ciuile.ambigua etiã videtur, Tum quia,dicta eius prior ratioá Barb. in dicta rub.de teſtamen.q.2. ex eo pungitur,quia iure gentium duos teſtes in teſtamentis ſufficere,in nullale ge nec authoritate exprimitur. quod quidem parum lædit Baldi rationem, ſiquidem communis ſit aſſertio † duobus teſtibus de iure gentium teſtamentum fieri poſſe.vt teſtantur Paul. Caſtren.& docto.in dicta.l.hac conſultiſsima. §.ex imperfecto. C.de teſtament. & in dicta.l.qui á latronibus.& in dicta l.2. C. quenadmo.teſtamen.ap. Bart. & alij in.l.1.columna. antepenulti.C. de ſac.ſanct.eccle.& Barb.in dicta cle. cauſam. §.quod ſi forſam.numero.39. & in ead.rub.de teſta.q.1.cum ſimilib9 & idem cõſtat ex Vterono.c.17.& in.c. licet vniuerſis.de teſtib.& in.c.relatũ. in.1.infine.& in.c.cùm eſſes.de teſta.& ex tex.in.l.vbi numerus.ff.de teſtib.
¶CETERVM tamẽ & præter alios dicta. Baldi prior ratio debilis videtur, quia nihil eſſe videtur quód nos præſumere conſtringat † ius gentium vt potè æquum & bonum obſeruari apud infideles,qui Mahometicam ſectam ſeu idola debacchati & vt beſtiæ colũt ac venerantur.nec adhoc videtur applicãdus tex.in dicta.l.omnes populi. ff. de iuſti.& iur.ex tex.in capitul.ſi gens Anglorum.56.diſtin. & in capitul. ſemel malus.de reg.iur.libro.6.
¶PRETEREA & ſecundam Baldi rationem qua dictam ſententiam defendit, etiam á Barba.excluditur in dicta rub.de teſtamen. q.2. inquit enim Bald.ideó eius ſententiam ſequẽdam quia ius canonicum iuri diuino adhæret,& quód omnes populi ſunt ſub lege diuina.quod Barba.ex eo coarguit, quia multi ſunt,qui ſub iure canonico nõ degũt.Et etiã, quia ſi ius canonicũ in hac ſpetie obſeruandũ eſt,nõ duo teſtes (vt Bald.cẽſet) ſufficiẽt,niſi teſtamentum efficiatur ad cauſas pias.vt in dicto capitu.cùm eſſes.cum ſimilibus. Deniqúe & præter Barba.dictæ Baldi ſecundæ rationi obſiſtit,quia niſi interris ab eccleſia poſſeſsis priús ius ciuile quám canonicum obſeruandum eſt. vt tráditur in capitulo.1. de no.ope. nuncia. cum ſimilibus quorum ſupra memores fuimus in.l.1 numero.593.
¶ET ita prædicta Bald. ſententia his periclitatur. Quin & idem Bald. expreſſé contrarium tenet (& ſi ab alijs referri non conſueuit) in conſili. 265.quidam nomine Marcellinus. libro.4. & in conſil. ſequenti. citans Iacob.de Aren. & Old.& in foro iudicia

Universidad de Deusto
Biblioteca

si testamentum in hoc casu euerti existimat.

¶SVPEREST nunc nostrum iuditium in hoc dubio proderę, quod vt prædicta edocent, doctores non edormiti multum controuersantur.

703 ¶VERVM ipse censeo † quód si apud Barbaros & Turcas & infideles atqúe apud hostes Romani imperij, qui iura ciuilia nō obseruāt, testamētū cōficiatur ab horū regnorūseu imperij ciuibus, ibidē existētib⁹ ex causa legationis, aut mercantiæ, seu ex alia simili, qúod satis sit eorum consuetudinibus, aut cōstitutionibus, iure gentium aut canonico, seu alijs iuribus similibus concordibus, vel diuino iuri aut naturali rationi non aduersantibus, ipsum testamentum conficere etsi prætermittatur solennitas iuris nostri regij aut ciuilis. vt constat ex Bald. in. d. l. 2. C. quę admo. testamē. appe. & in dicta. l. ius ciuile. & ex sequatibus. quorum sententia magis communis videtur. ad quam & videre licet Greg. Lup. in dicta. l. 7. in verb. noseria. titulo. 1. parti. 6. Et probabilior videtur, quare tenenda est. Tum, nę testamenta diruantur, & testātium voluntas euanescat. dicta. l. 1. C. de sac. sanct. eccle. & in. l. vel negare. ff. quenadmod. testam. appe. cum alijs de quibus Ioan. Neuiza. in cōsil. 26. post quām. numero. 7. cum sequentib. Tum item, quia aut vera est eorum sententia, qui tenent † imperatorem totius
704 gentis esse dominum. vt explicuerunt magis communiter docto. in dicta. l. 1. C. de sum. trini. quam dicit inibi communem Iaso. plures alios eandem tenētes referens in lectu. columna. 2. & in relect. numero. 9. & 10. & docto. in capitul. per venerabilem. qui fil. sint legi. glō. & docto. in capitu. Adrianus. 63. distin. & latissimē Micha. Vlcu. in tracta. de regimine mundi. 3. q. principali. 2. partis. in quo loco constanter dicit ex pluribus iuribus & doctrinis, imperatorem habere potestatem temporalem super omnes fideles & infideles, & illas constitutiones omnes constringere, ad quod allegari cōsueunt tex. in. l. de præcatio. ff. ad. l. Rodi. de iact. & tex. vbi Bart. in. l. 1. §. fi. ff. de rei vendica. & tex in. l. 1. C. de condu. & procura. præd. fis. lib. 11. & in. l. bene Azenone. C. de quad. præscript. & alibi sæpe traditur. & tunc ab re esset, leges imperatorias (quibus consuetudines cuiuscunqúe populi comprobantur, dum modo sint iustæ, & naturali rationi non aduersentur) non extendere ad consuetudines infidelium factas circa testamenta edēda, quæ non sunt in iquæ, sed similes iuri canonico aut gentium. ex. l. 3. & in. l. fi C. de legib. & faciunt quę notāt In nouel. & docto. in capitul. quod super. de uoto & Micha. Vlcu. de regimine mundi. 2. q. 2. partis.

¶NEC tunc refragatur dicere, imperatoris hostes amisisse ea quæ iuris ciuilis sunt † & ita non licere illis condere statuta aut consuetudines in testamētis conficiendis. vt dicunt Bar. & sequaces. quia nullam legem inueni⁹, quę nos ad hoc astringat: immó & contrarium satis probabilius videtur. vt censent Ioan. Imol. & Roma. in dictis locis & eis stipulantes. & Micha. Vlcu. de regimi. mun. 3. q. 2. partis. numero. 50. & recté probatur in dicta. l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. & inibi Paul. Castren. & in dicta. l. postliminiū. in princip. vbi glo. Cui tex. non obstat solutio. † Corne. in dicta. l. 2. qui voluit. dictā. l. postliminium. & glo. intelligi de generali cōsuetudine, ex qua oritur ius gentiū: cùm nos loquamur etiam de consuetudine iuri gentium etiam consentienti. Vel dic, quód prædicta eius solutio diruitur ex secundo ac posteriori intellectu glosę in dicta. l. postliminium. quæ & palām euellitur ex dicta. l. hostes. ff.
de

de capti. Præterea non videtur probabilis intellectus à Barba. in dicta. rub. de testamen. q. 2. excogitatus ad dictā. l. postliminium. vt tantum lex illa obtineat in iure postliminij, quia lex illa non se tantum restringit ad ius postliminij, nec ille tex. disponit, hostes populi Romani non posse conficere alias cōsuetudines aut statuta postliminiū non cospicientia. Verum nec verba dictæ l. postliminium patiuntur posteriorē solutionem Barbatiii. Quin & Areti. in dicta. l. qui à latronibus. citat etiam complura alia iura, quibus constat, nō esse prohibitum prædictis hostibus statuta seu consuetudines conficere.

707 ¶PRETEREA & si diceremus † prædictorum consuetudines seu statuta irrita esse, non quidem ea quibus substinentur testamenta Christianorum: nam etsi illis vt hostibus populi Romani & Christianorum esset prohibitum conficere statuta aut consuetudines: cur hoc erat intelligendum in damnū Christianorum & ciuium Romani imperij, cùm sit instituta in fauore Romanorum ciuium ac Christianorum, in eorum incommodum prosilirent. aduersus. l. quod fauore. C. de legib. quod & satis confirmatur ex text. in. l. actione. §. item si societatem. ff. pro sot. cum simulibus de quibus notabiliter meminit Feli. in. c. dilectus filius. in. 2. colu. 2. &. 4. de rescript. & faciunt tradita per Bald. in. l. apud hostes. C. de suis & legi. hæredib. & alibi sæpe.

708 ¶CETERVM & non immeritó dicere possumus † quód si imperator prędictas consuetudines hostium aut statuta non ignoret, quin & si earum esset inscius, eas comprobare videretur, fauore suorum subditorum, extantium apud eos ex causa legationis aut mercantiæ seu ex simili causa: vt eorum subditi fideles facilius testari possint. argum. l. si quis ex signatorib⁹. ff. quenadmo. testa-
appe. Et quia vero simile est, ipsum imperatorem confirmare consuetudines iustas & constituta suis vasallis commodosa: quorum vtilitatem quærere & recta sequi ius quidem præsumit. vt in. l. ex facto. ff. de vulg. & pup. cū alijs similibus quorū supra meminimus in proœmio harum legum. Tauri. & ita in simili casu tenet Iacob. de Are. in sua quæstio. incipien. secundum cōsuetudinem ciuitatis. & Alberi. illi assentiens in suo tracta. statutorum. 1. parte. q. 46. colum. 3. & satis constat in. l. quid ergo. §. 1. ff. de his qui not. infa. & in. l. cùm in plures. §. locator. ff. loca.

¶EX quibus omnia argumenta & excogitationes Barba. in dicta rūb. de testamen. q. 2. & aliorum moder. facilè tolluntur.

¶PROINDE & hæc parum cōtrariæ sententiæ suffragari comperiunt & si ex iure ciuili testamenti factionem oriri haud diffiteremur (quod plerique euertunt dē quibus recentiores notant in. l. interdum. ff. de condi. indebi & in rub. ff. de acqui. hæred. & in rub. de testamen. extra.) si quidem hoc non efficit, quód Christiani minimè faciāt eorum testamenta prædictis consuetudinibus infidelium, aut eorum statutis æquis & rationi non aduersis.

¶EX his etiam fit, nihil incontrariū vrgere † quod Areti. scribit in dicta. l. 709
qui à latronibus. quód & si apud hostes imperij consuetudines & iura in esse posint, quód tamen subditi Romano imperio participes non sunt illorum constitutionum & consuetudinum: & quód illis vti non possunt, prout nec hostes Romanorum leges cæsareas recepere. ex dicta. l. postliminium. §. transfugę. quę mihi nihil probat. Præter hęc & statutis aut consuetudinibus vtilibus Christianis eos frui posse iura iam dicta & rationes explicuerunt.

¶ETSI hæc locum habent in exter-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis & alienigenis Romano imperio subditis, apud infideles testãtes, optimè obtinebunt, in eis qui horum regnorũ fuerint natulares, apud eos testamenta conficientibus: siquidem reges nostri regias leges non fecerint, quibus denegauerint, hostibus Romani imperij ius consuetudines inducendi, aut statuta conficiendi: & leges eorum clarum est quòd compræhendunt externas gentes.

710 ¶RVRSVS si eorum sententia probabilior esset, qui tenuerunt † Romanum imperatorem non esse dominum totius mundi. quam aliqui sequuntur: quorum memores sunt moder. in dicta l.1. C. de sum. trini. & latissimè Ioan. Igne. in sua quæstio. an rex Frãtiæ recog. impera. in supe. numero. 8. & multis sequentib. & nouissimè dominus Soto in suo lib. de iusti. & iur. q. 4. lib. 4. & pro hac sententia solet allegari tex. in l. mercatores. C. de commer. & merc. & pro hac sententia accedat tex. in l. 3. titulo 1. partit. 2. cuius sunt verba, ibi, *mayormente de aquellos que estan en frontera delos Barbaros, E delos otros reyes, E reynos, sobre que el emperador no es señor ni ha señorio.* per quem tex. efficitur clara dicta sententia contra opinionẽ Bart. & sequaces.

711 ¶SED quando ciuis horum regnorum † seu subditus Romano imperio, apud Barbaros & infideles existens cõdiderit testamentum duobus tantúmtestibus, absque solennitate huius legis & dictæ constitutionis ordi. seu iuris ciuilis: nec apparuerit prædictam solennitatem ipsius testamenti inibi obseruari, eorum quę consuetudine seu statutis ipsum testamentum comprobari: iuris enim rigore ipsum testamentum existimarem minimè valere: cùm tũc constet, ipsum testamentum confectũ sine solennitate iuris communis nec ipsorum infidelium: & in hac spetie nõ obtineat iuris præsumptio. ex his quæ supra explicuim⁹. cõsuetudo quę prædicta cùm facti sit, probari debeat ab eam allegante. l.1. C. quæ sit long. consue. cum similibus quæ supra citauim⁹ in l.1. & si Bald. sententia in dicta l. 2. & in dicta l. ius ciuile. & aliorum sequatium sit in contrarium. quorum opinio tanquàm communis fortassis præualebit. cui tamen idem Bald. aduersatur in dicto consi. 265. libro. 4.

712 ¶CETERVM si sequaris † opinionem Bar. in dicta l. qui à latronib⁹. non tamen eam intelligas, de illis qui consueuerunt obseruare iura Romana, sunt quę in solo Romano: quia aliàs sequeretur, quòd si in locis Florentinorũ seu Venetorum, Lombardorum vé, aut similibus ciuis Romanus (dum Florentini ipsi, aut Veneti, seu Lonbardi sunt hostes imperatoris, ei quę obedire nolunt) testamentum confecerit secundum Venetas, aut Florentinas, siue Lõbardas constitutiones consuetudines quę, & non iure communi: quòd ipsum testamentum nullum esset. sed tantùm dictam opinionem Bart. & sequatium interprætari oportet, cùm testamentũ conficitur apud infideles, seu Barbaros & alios qui non sunt soli Romani, nec leges imperatorias obseruant. vt liquet ex Bart. & docto. in dictis locis. & ex Bart. in dicta l.1. C. de sum. trini, colu. 2. & illic Sali. colnmna. 2. & Iaso. in relect. numero. 8. & expræssè ita Bart. intellegit Barba. in dicta rub. de testam. q. 2. post Pual. Castren. in dicta l. qui à latronibus. & melius in dicta l. 2. C. quenadmo. testamen. appe. Et idem dicas eadem ratione, cùm ciuis Romanus apud regna Hispaniæ aut Franciæ (quorum reges superiorem non recognoscunt) fuerit testatus consuetudinibus aut legibus ipsorum regnorum. vt etiam tenet Barba. in dicta rub. de testamen. q. 2. aliàs quidem multa testamenta

713 † irrita essent: siquidem multi sunt † reges qui non habent imperatorem in superiorem. vt traditur in capitulo. per venerabilẽ. qui fil. sint legi. & per laso. & moder. in dicta l.1. C. de sum. trini. in lect. numero. 10. & alibi sæpe traditur.

714 ¶QVID autem si testamentum fiat in portu † maris Soldani, aut Turcarũ ciuitatis finitimo, an videatur confectũ in terris Soldani, & Turcarum. videre licet Bald. in dicta rub. ff. de rer. diui. columna. 4. & Cæpol. in tracta. seruit. titulo de portu. & Barba. in dicta rub. de testament. q. 2. & in dicta clem. ne Romani. §. eo tamen. numero. 37. de elect. & in dicta clem. causam. §. quod si forsàm. numero. 39. eodem titulo. & Math. de Afflict. in dicto tit. quæ sint reg. §. portus. columna. fi. & laso. in dicta l. ius ciuile. columna. fi. ff. de iusti. & iu. & in dicta l.1. C. de sũ. tri. in lect. numero. 43. & in relect. numero. 88.

715 ¶DENIQVE illud non est prætermittendum, quòd ea quę supra dicta sunt, tunc (vt diximus) obtineant, cùm apud infideles & hostes Romani populi testator fuerit ex causa. legationis seu simili † non autem si captiuitate inibi detineatur: quia tũc testari illic non poterit. vt in. §. si. institu. quib. nõ est permi. face. testamẽ. & in. l. eius qui apud hostes. ff. de testamen. cum similibus. ad quod videre licet Ioa. And. in addit. ad Specul. tit de instru. edit. §. cõpendiosè. column. 3. verb. casus. & Areti. in dicta l. qui à latronibus. columna. 2. Verùm & de hoc Hispani habemus pulchram sanctionem septipartitarũ in. l. 6. tit. 29. partit. 2. vbi expræsse disponitur, captiuos testamentum facere non posse, nisi in duobus casibus: priori si hostium consensu ante testes liberè testarentur: secundò si cõsanguineis committant administrationem suorum bonorum pro eorũ redemptione.

716 ¶PREDICTAM tamen legẽ parti. prohibentem captiuos testari † intelligo, cùm testator fuerit apud infideles: non verò si captus extaret apud Christianos hostes. Tum ex supra citatis. Tum quia † iura captiuitatis inter Christianos hodiè non obseruantur vt tenet Bart. in dicta l. hostes. ff. de capti. & postli. reuers. & moder. in dicta. l. eius qui apud hostes. & idem tenẽt multi alij quos refert & sequitur Guiller. Benedict. in dicto capitul. Rainuntius. in verb. & vxorem nomi. Adale. numero. 823. & sequentib. quod satis constat ex dicta l.1. titulo. 29. parti. 2. cuius sunt verba, *mas captiuos son llamados por derecho, aquellos que caben en prision de homes de otra ley.* ex qua lege explicanda enim est prædicta l. 6. eiusdem tituli. l. non est nouum. cum alijs. ff. de legib. & si Specula. cuius meminit Areti. in dicta l. qui à latronibus. dicat, decisum aliàs fuisse, imperatorem Federicum à Bononiensibus captum, ideó testari minimè potuisse.

717 718 ¶VNDECIMO ex eadem radice procedere videtur † solennitates nostræ legis & dictæ legis ordinamen. & alias solennitates iuris ciuilis dominis temporalibus habentibus merum & mixtum imperium & omnimodam iurisditionem populi, in eorum testamẽtis omittere licere. vt in propriis terminis tenet Bal. in. l. sancimus. in princip. columna. fi. C. de donat. vbi & refert hoc idem tenuisse Francisc. de Pisis. & plures alios. qui tenent, valere testamẽtum conditum à quodam de Vrsinis in eius castro, in quo habebat merũ & mixtum imperium & omnimodam iurisdictionem: & si factum fuerit absque cõmuni solennitate. quod etiam tenet Alexan. in. l. omnium. C. de testamen. & inibi Iaso. columna. fi. & in. l. ex imperfecto. C. eodem titulo. & Bald. in

dicta

Universidad de Deusto
Biblioteca

d.l.ſancimus.refert & ſequitur. Corn. in conſi.200.videtur prima facie.co.2. lib.1.& Boeri.in deciſio.228.num.7.& Guiller.Benec.in dicto capitu.Rainũ tius.in verb.teſtamentum. in.1. nu.20. char.mihi.176.colu. 4. Quæ ſententia
719 confirmatur † quia teſtamenta domi norum in eorum terris vt lex ſunt obſeruanda.prout cenſet Bald.in.l.præcibus.colu.9.in.13.oppo.C.de impube. & al.ſubſti.& Alex.in.l.centurio.colũna.5.verſi.tertió iuxta expoſitionẽ. & illic Iaſ.nu.8.ff.de vulg.& pup. Præte-
720 rea † domini temporales in ſuis terris ea omnia facere poſſuntquę imperator poteſt in toto orbe.vt tenet Paul.Caſt. in conſi.34.ſuper primo dubio. colum. 1.& 2.lib.2.& priús hoc tenuit Bald.in l.receptitia.columna.2. C.de conſtit. pecu.& in.l.1.columna.10.verſi.& ſic nota. C.qui admi.& in. l. ea lege.7.q. C.de condi.ob cau.& Iaſo.in. §.ſed iſte.column.5.inſti.de act.vbi refert plures alios.idem etiam conſuluit Roma. in conſi.59.ad diſcuciendum.col.3.vbi citat Bald.in.d.l.ſancimus.& idem tenet Barba.in conſi.57.clementiſsimũ. col.5.verſi.cúm ergo dominus.lib.4.& Alber.Bru.in conſi.3.excellentiſsimꝰ col.2.verſi.& præmitto.& Carol.Rui. in conſi.130.de duobus.numer.22.lib.5 & Lauren.Silua.in conſi.63.cúm domini.numero.24.& Baldi etiam meminit dominus Greg.Lup.in.l.5. in verb. el rey tanſolamente . titulo.1 .partita.6.

721 ¶SED certé hæc vera ſunt † in teſtamentis dominorum ſuperiorem nõ recognoſcentibus: at verò in dominis in ſuis oppidis extantibus cæſarem noſtrum ſuperiorem habentibus, ea non obtinere, nemini dubium eſſe poteſt: ſed eos eſſe obnoxios, in eorum teſtamentis adhibere ſolennitates huius legis & dictæ ſanctionis ordinamen.extimare dicendum eſt: &ſi in eorum locis habeant merum & mixtum imperium. Tum etiam, quia hi non habẽt omnimodam iuriſditionem,ex quo noſtrum cæſarem in ſuperiorẽ recognoſcunt,ſuppremam iuriſditionem habẽtem.l.5.poſt eius medium.titulo.15.partit.2.& in.l.2.titulo.9.lib.5. ordinamẽ. rega. Tum,ex harum legum procemio quo præcipitur,dominis & illuſtribus horum regnorum,has leges cuſtodire. Tum itẽ,quia inferiores ſubertere non poſſunt leges atqúe conſtitutiones ſuperiorum,nec iuri communi aduerſari capitu.cúm inferior.de maio.& obidien. & in.l.forma. C.de offi.præf.præt. oricum alijs de quibus meminit Soci. in conſi.283.circa primam.numero.4.lib. 2.& nos etiam ſupra in procemio.numero.171.& ſequentib.& plenius in.l.1.ſupra.numero.343.cum ſequentibus.
Tum quia,nulli licet ſolennitates legum in eius teſtamento omittere.l.nemo poteſt.ff.de leg.1.l.ſi quando. C.de inoffi.teſtamen.& in.l.5.titulo.1.parti. 6.& in.l.32.in princip.titulo.9.parti.6. Tum etiam,quia hi domini non poſſũt leges condere nec publicare.vt in.l.12. titulo.1.partit.2.cum alijs.

¶NEC dominis horum regnorum applicari poteſt ſententia † .Bald.in 722
dicta.l.ſancimus.ſed tantúm illis qui ſuperiorem non habent .& ſat conſtat ex his quæ notabiliter Soci.iuni.ſcribit in conſil.138.præſens caſus.columna.1.libro.1.vbi loquitur in noſtris terminis.

¶PRETEREA & Bald. in dicta. 723
l.præcibus.& in alijs ſimilibus locis † loquitur, in dominis ſuperiorem non recognoſcentibus.vt perpendit Alex. in.d.l. centurio. colu. 5 & ibi Lancel. colu.9.& Ioan.Fran.de Rip.nu.20. vbi abundé loquitur.poſt Iaſo.in. d. §.ſediſte.de act.col.5.& videre licet Barba. in.c.paſtoralis.de offi.deleg. & dominum Didac.Couarru.in.c.37.pratica.

qq.columna.4.nec vllo iure diſpoſitũ reperitur, dominos temporales ſuperiorem habentes,in eorum terris loco principis haberi.vt dicit Corne.in dicto conſil.200.lib.1.

¶QVID plura,& prædicta ſentẽtia Baldi in dicta.l.ſancimus. in ſuo caſu mihi ambigua eſt: & eo prę cipuúm,
724 quia.l.ſancimus. C.de teſtamen. qua ſuam ſuadet ſententiam † &.l.omniũ C.eodem titulo.& illi ſimiles loquuntur,cúm teſtamentum apud acta conficitur: & non quando coram ſolo iudice extra iuditium efficitur. quod edocet diſpoſitio dictæ. l. omnium. & dictæ.l.ſancimus.ibi,*Velinter acta*. & expræſſè ita tenent Sali.& alij in dicta.l. omnium.quorum inibi Corne.memor eſt.ex hoc dicens,prædictam Baldi ſententiam iuri aduerſam eſſe. & Sali. & docto.eam reprobare.vt etiam in præ-
725 ſenti tenet Didac.Caſtel.in ver.la ley in.9.limita. ¶Præterea dicta † .l.omnium.non obtinet, cúm teſtamentum fit coram principe ſuperiorem recognoſcente.vt ex ea ſat liquet.& expræſſè ita tenet Corne.in dicto conſil. 200. columna.3.&.4.libro.1.& Soci.iuni. in dicto conſil.138.column.1.&.2.lib.1. & domi.Greg.Lup.(etſi breuiter loquatur)in.l.5.in verb.el rey.in fine.titulo
726 1.patti.6.

¶SVBINDE † & dicta.l.omniũ. non tutatur dictam opinionem Bald. ſiquidem ille tex.& ſimiles loquuntur cúm iudex aſsiſtit teſtamento alterius apud eius acta: non verò cúm iudex ip
727 ſe eſt qui teſtatur. ¶Cui cõſiderationi non obſtat † tex. in. l.ſi conſul. ff. de adopt.quia tunc obtinet,quando actus de ſui natura eſt conficiendus in iuditio,quod noſtro caſui abſimile eſt.
¶Vel dic,dictam.l.ſi conſul. ad hanc rem non pertinere,quia ſolennitas teſtamentorum ideó conſtituta eſt, vt falſitas euitetur.l.ſi. C.de fid.comiſ.l.

iubemus. C.de teſtamen. quod in hac ſpetie multi ex doct.in dicta.l. omniũ. expendunt.Immó & alibi idem Bald. dixit,quód hi domini temporales(quos nobiles vocat)poſſunt ſua teſtamenta condere coram ſuis concellarijs.vt ipſe dicit in.l.Lutius.columna.1.verſic. & nota.ff.de teſtamen.mil.

¶PRETEREA & cõtra Bal. & eius aſſeclas mihi videtur tex.in.l.1. ff.de bono.poſſe.ex teſtamen.mili. ibi, *ſiue præſes quidem ſit prouintiæ, ſiue legatus,ſiue quis alius qui iure militari teſtari non poteſt.*

¶DENIQVE & ſine dubio dicendum eſt, dominos cæſarem noſtrũ ſuperiorem habentes minimé in ſuis teſtamentis prætermittere poſſe ſolennitatem huius ſanctionis & dictæ.l.ordinamen.vt & tenet Didac.Caſtel.hic in verb.la ley.9.fallen.alia videnda citans.& ita inſignẽ tenet Franciſc. de Rip.in dicta.l.centurio.numero.20.& hæc eſt res notiſsima, non verò ambigui iuris.

¶EX quibus & duodecimó illud con-
fluit † huius legis ſolennitatem nec 728
dictæ.l.ordinamen. cæſarem noſtrum aliosvé horum regnorum ſereniſsimos reges in eorum teſtamentis obſeruari non teneri,vt poté qui omnimodam iuriſditionem habentes. Item & eorum teſtamenta valere,etſi harum legum ſolennitate careant: &ſi in eis ex præſſè non abrogentur.quod etiam fulcitur ex tex.in.l.3.ff.de teſtamẽ.in qua ſat conſtat,quód princeps qui ſine harum legum ſolennitate teſtari poſſet (Tum ex prædictis. Tum, ex.l. princeps.ff.de legib.& in.l. digna vox. C. eodem titulo) abſqúe ipſa ſolennitate teſtamentum conficiens, plenitudine poteſtatis vtiuideatur. & huic legi & dictæ ſanctioni ordinamen.tacitè derogare.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rogare: ne eius inualidetur testamentum. Quæ ratio & confirmatur † quia
729 etsi princeps actum facere plenitudine potestatis non censeatur, hoc tamen temperari solet, præter quàm si aliàs actus corrueret. vt tenet Paul. Castren. in dicta. l. ex imperfecto. C. de testam. & Alex. in. l. quánquàm. C. de testam. mili. & Deci. in. l. si donatione. numero. 13. C. de colla. & Alcia. in tracta. præsumptio. regul. 3 præsumptione. 34. & alibi sæpe habetur.

¶PRETEREA hęc pars suadetur ex dictâ. l. omnium. C. de testament. quia si vt inibi sancitur, quód sufficit præsentia principis, vt testamentum alterius valeat, etiam si conditum sit absqúe solennitate communi (quod etiam probat tex. in dicta. l. 5. in fine. titulo. 1. partit. 6) multó magis valere debet ipsius principis testamentum sine ipsa solennitate. authenti. multó magis. C. de sac. sanct. eccle. Præter hoc, quód & dictæ. l. omnium. ratio adhunc pertinet casum.

¶VERVM & hoc ex eo compertũ videtur, quia si milites intestando priuilegiati sunt. vt disponitur in iuribus supra citatis numer. 625. quantó ergo magis princeps militum caput priuilegiatus erit. ex tex. in capitul. cùm non liceat. de præscript. Et quia † ipse princeps miles etiam est. vt in. l. 1. ff. de mili. testamen. ibi, *commilitonibus*. quam ad
730 hoc docto. ibi notãt. & Frãcisc. de Rip. in dicta. l. centurio. numero. 20. & Ioa. Lup. in repeti. rubr. de donat. int. vi. & vxo. §. 37. columna. 3. char. mihi. 20. ver
731 si, ex quo infertur. Etsi incontrarium † videatur tex. in. l. 11. titulo. 21. parti. 2. in verbis, *maguer caualleros no fuessen*. Sed videtur posse dici, predicta verba dictę. l. principes milites esse edocere: siquidem in eis dicitur, *no fuessen*. quasi verè milites sunt. quod & ipsa lex indicare censetur, dum subsequenter in ea stabilitur, reges non esse corona decorandos, quovsqúe milites fiant. Sed quidè verba dictæ legis prædictum intellectũ non patiuntur, ipsius legis initio pensitato iunctis dictis verbis. *mager caualleros no fuessen*. Quinimmó eadè lege lucidè disponitur, regem militem non esse iudicandum, nisi miles efficiatur: et si inibi caueatur, illum esse militiæ caput.

¶PREDICTA sententia euidens videtur, vltra iam dicta. ex tex. in. l. quidam consulebat. ff. de re iudi. cum similibus de quibus moder. meminerunt in capitul. cùm dilecta. de rescript.

¶DENIQVE & expræsse † huic sententiæ palàm accedit glo. in. d. l. ex imperfecto. C. de testa. in verb. lex imperij. & inibi Paul. Cast. Alex. & Ias. & idẽ tenet idem Paul. Cast. in. l. si quis imperatorem. & illic Corne. C. qui testa. fa. po. & Ioan. Fran. de Rip. in. d. l. centurio. nu. 20. & Boeri. in dicta decisio. 228. an testamentum. nume. 7. & Didac. Castel. hic in verb. la ley. in. 7. limita. qui-
733 dicit † idem in papa & imperatore, & in quolibet superiorem non recognoscente: vt eorum valeat testamentum: etsi careat solennitate iuris communis. cui sententiæ & ipse adstipulor. etsi Bart. (vt Paul. Cast refert in dicta. l. si quis imperatorem.) contrarium tenere videatur. & Fulgo. etiam in dicta. l. ex imperfecto. quę quidem. l. si quis imperatorem. contrariam non suadet sententiam: & si aliqui contrarium dicant siquidem vt ex ea euidenter constat, nõ loquatur in testamento condito á rege vel imperatore.

¶NEC huic nostre sententiæ refragatur ratio excogitata á Fulg. in. d. locis. scilicet quód vt valeãt donationes regiæ seu principũ vxori factæ, spetialiter lege prouisum est. vt in. l. pe. C. de don. int. vir. & vxo. & quód idem in simili sancitur. in. l. fi-

cimus. §. exceptis. C. de donat. quas leges facere superuacaneum esset, si actus á principe gestus obineret absqúe legum solennitate: quarè consequens esse videtur, non esse dicendum, principẽ conficientem actum absqúe iuris solennitate, ex hoc roborem ei præstare voluisse. Nãquidem hęc cõsideratio Fulgo. faciliter euertitur, nam præter hoc, quód. dicta. l. pe. & dicta. l. sancimus non disponant, in alijs cãsibus actum á principe confectum, absqúe communi solennitate viribus carere: & in eis principem potestatis plenitudine necessaria vti non esse censendum: non tamen dici potest, leges illas superfluas esse, & si assertio nostra obineat: aliàs enim eadem ratione complures leges superuacaneæ redderẽtur: minimè enim superfluit lex, etsi actum aliàs iuris argumẽtis definitum expræsse dirimat seu explicet. l. & ideó. ff. de legib. cum alijs de quibus meminit Feli. in procemio. tex pacificus, prope finẽ. Proindè cùm dictæ leges principum fauore sint confectæ, non potest ex eis deduci argumẽtum contra eos. l. quod fauore. C. de legib. Demùm & illis legibus constat, in actibus principum non exigi comunẽ solennitatem. & illud non quidem ibi dem iure spetiali disponitur: sed ob id quód princeps actum inualidum concedere, existimandum non est: sed absoluta potestate validare voluisse. quę ratio & nostrum casum etiã cõprehendit

¶CONSTAT igitur, regũ nostrorum testamentum non habens solennitatem huius legis & dictæ constitutionis ordinamenti iure optimo valere. ¶Quid autem erit in testamento filij primogeniti regis. non quidem reperio illi hoc priuilegium concesum. ¶In reginæ autem testamento aliud videtur. ex tex. in. l. princeps. ff. de legi. & ex his quę Bal. consuluit cuius meminit Boeri. in dicta. decisio. 228. nume. 3. Sed super his

accuratius excogitemus: siquidem regina legibus non est soluta. vt inquit tex. in dicta. l. princeps. Et quia ipsa non habet potestatem legis condendæ vt constat ex. d. l. princeps. & in. l. 1. ff. de legib. notat gl. in. l. si Augustæ. & ibi docto. ff. de leg. 2. & in similibus. & ita nec facultatem vtendi plenitudine potestatis eam habere, dicẽdum est. Et sic denique palàm tenet Paul. Cast. in. d. l. siquis imperatorem. vbi ait, reginam in hacre priuilegium nõ habere. post Bar. inibi. & notabiler Roma. etiam ibi in notabilibus tex. & Sali. in. l. cùm hæredes. C. eodem tit.

¶TREDECIMO quoqúe ex prædictis sequitur † testamentum ad testã 734
tis supplicationem apud principem factum, seu apud acta iudicis, valere absqúe huius legis & dictæ constitutionis ordinamenti solennitatibus: quia speciali iure ante has leges ita fãcitũ erat. vt cõstat ex. d. l. omniũ. C. de testa. & in. l. sancimus. C. eod. tit. & in. l. 5. prope finem. tit. 1. part. 6. etsi hæc lex parti, loquatur in testamento coram principe condito: & non cùm fit coram iudice. Et dispositio. d. l. omniũ. & similium † 735
non tantùm obtinet in testamento nuncupatiuo, sed etiam locum habet in testamento in scriptis. vt claré constat ex eadem lege. & ita ibi tenẽt Odofre. & alij docto. Immó & ibi Cor. dicit † 736
illius legis cõstitutionem locũ habere in testamentis cæcorũ. Ex quo & quarta pars principalis huius legis tẽperatur.

¶PROINDE & ad intellectũ materiæ illud non est prætermittendum, quód quibusdam videtur † quód cùm 737
testamentum efficitur ante principem nullus testis exigitur. vt expræsse tenẽt Pet. & Cin. Oldra. & Iacob. Butri. in. d. l. omnium. vbi Iacob. Butri. dicit, hanc esse communem sententiam. cui sententiæ & Bald. inibi adhæret. & Fulgo. colu. 2. & Sali. & Corne. & Iaso.

post

Universidad de Deusto
Biblioteca

post Paul. Castren. & Alex. qui colum. 2. hanc dicit esse magis communem sẽtentiam. & idem ibi tenet Alber. & Sali. in dicta. l. hac consultissima. in princip. columna. 2. C. de testamen. & Guiller. Bened. in dicto capitul. Rainũtius in verb. testamentum. in. 1, nu. 17. & Didac. Castel. in hac lege. in verb. la ley. in. 6. fallen. & Boeri. in. d. decisio. 228.

738 nu. 3. ita tamen † quód si negetur præsentia principis, seu principi testamentum fuerit insinuatum, duobus constet testibus. vt hi docto. tenent. ex. d. l. omnium. debet enim vt (ipsi tenẽt) constare de oblatione præcum testibus, aut alia legitima probatione.

739 ¶ A TVERO multi sunt † qui negãt testamentum coram principe confici posse absque testibus. quorũ sunt Azo. & H. quos gl. in. d. l. omnũ. citat & illos sequitur illic Odofred. Verũm glo. in dicta. l. omnũ. saltem in hoc casu duos exigi testes opinatur. & clarius eadem gl. in dicta. l. hac consultissima. in princip. in verb. rogatis. C. de testamen. & etiam Ang. in. d. l. omnium. & hanc dicit esse resolutionem magis communẽ Soci. iuni. in dicto consi. 138. præsens casus. columna. 2. lib. 1. Etsi communior sit sententia contraria. vt ex prædictis constat. & adde videndum dominum Didac. Couarru. in rub. de testamen. 2. parte. numero. 2.

740 ¶ PRETEREA & cũm † testamentum apud acta iudicis conficitur, magna controuersia est inter doct. quibus testibus fieri debeat: siquidem aliqui tenent, tres testes in hoc casu testamento esse adiungendos. ex dicta. l. sancimus. C. de testamẽ. quibus se subscribit Sali in dicta. l. omnium. (& si Hipol. in rub. C. de probat. numero. 84. dicat, Salicetũ duobus testibus in hoc casu testamentum confici posse, fuisse opinatum) quam sententiam probat Sali. ex dicta. l. sancimus, quæ quidem eius sententiæ obsistit, cũm eius verba in hunc sunt modum, *hoc vel per testes idoneos, non minus tribus, vel inter acta manifestauerit.* & ita apud acta facto testamento tres testes non videtur exigere. vt docet prædicta dictio, *vel*, inibi collocata. ff. de condi. institu. l. si hæredi plures. ¶ Atveró alij voluerunt, septem testes in hoc casu esse necessarios, inter quos sunt Nichol. de Mat. & Ang. in dicta. l. omnium. quorum sententiæ lucidé aduersatur dicta. l. omnium.

741 ¶ VERVM aliqui dicunt † in hac re duos requiri testes. vt ait Bart. in dicta. l. omnium. & illic Bald. columna. 2. & melius in. l. pacta nouissima. C. de pact. in princip. & inibi Alex. & idem Alex. in dicta. l. omnium. columna. 2. post Albe. ibi. & Bald. etiam in dicta. l. sancimus. columna. 1. C. de testamen. (quem & vide in tub. C. de fid. instru. columna. 2.) eandem sententiam tenet Guiller. Bened. in dicto capitul. Rainuntius. in verb. testamentum. in. 1. numero. 19. & singulariter Hipol. in rub. C. de probat. numero. 84.

742 ¶ NEC desunt qui dicant † nullum testem in hac spetie esse necessarium. vt Richar. Ma. quẽ Cin. sequi videtur in dicta. l. omnium. & ibidem Fulgo. & Paul. Cast. & Iaso. & notanter Corne. illic. Areti. & Feli. in cap. quoniam cõtra. nu. 12. de probat. & idem Areti. in. c. post tesionem. colum. 3. de probat. & Didac. Caste. in præsentia. verb. la ley. 8. limita. etsi aliquibus rationibus inibi hanc sententiam impetat. quam sententiam tenet etiã Boeri. in. d. decisio. 228. nu. 3. vbi & ait, quód si testamentum cõficiatur coram episcopo eius qúe officiali (vt dicit esse de consuetudine Nauarræ. secundum Bonifa. in clem. sæpe. §. si tamen. de verb. signi.) quód absqúe testibus valeuit, sed quidem vt supra numero. 4. & 5. recensuimus, hodiè quidem Nauarræ aliter testamenta con

ficiuntur. Item & contra Boeri. facit, quia cúm episcopus eius qúe officialis inter laicos iudex competens non sit, ex iuribus notissimis. videtur dicta. l. omnium. in hoc casu non procedere. extraditis per docto. in dicta. l. omnium. & est text. in. l. consulta. C. de testamẽ. & in. l. testamenta omnia. C. eod. tit. & in. l. repetita. C. de episcop. & cleri. cũ alijs de quibus meminit Abb. in. c. fi. de fid. instru. Deniqúe & Bonifa. ex eo dicit, Nauarræ consuetũ esse, episcopũ eius qúe officialem testamentis adesse, vt fraudes euitentur: non tamẽ vt apud eius acta testamentum fiat. Ex quibus Didac. Castel. in præsenti iuxta hoc in verb. la ley. columna. 11. scripta quidem eluscent, & dubium inibi ab eo controuersum dirimitur.

743 ¶ IVXTA dictas opiniones hodié habemus optimam. l. septipartitarũ † ex qua aliquæ ex eis subciduntur: nam quidem in ea expræsse disponitur (quæ est. l. 5. in fine. tit. 1. parti. 6.) in testamento coram principe confecto nullum exigi testem. prout magis communiter docto. tenuerunt. vt explicuimus.

744 ¶ SVBINDE & eadem lege parti. satis constat † in hac re præsentiam principis non sufficere: sed præter eius præsentiam, esse necessariam principis requisitionem à testatore factam. quia prędicta lex hæc subijcit verba, *otro si dezimos, que si alguand hombre honrrado pidiesse merced al Rey, que estuuiesse delante quando el hiziesse testamento, si gelo otorgasse que se acertasse y quando lo hiziesse, que tal testamento vale.* & idem constat ex dicta. l. omnium. cúm sæpius mentionẽ faciat de supplicatione principi oblata. & ait inibi. Corne. colum. fin. aduertit. & ita ibi, absqúe ipsa supplicatione ipsum testamentum dirui, & si coram principe confectum sit. cuius meminit Soci. in dicto consilio. 138. columna. fin. lib. 1. Etsi Sali. & alij inibi contrarium teneant. Videtur etiam dicta. l. exigere † quód honore polleat, qui principem supplicauerit, vt eius adsit testamento. vt ex verbis eius constat, ibi, *algund hombre honrrado.* Sed quidem ipse censeo, hoc non esse necessarium. ex dicta. l. omnium. generaliter loquẽti, quæ non videtur mutata ex dicta. l. parti. ex d. l. sancimus. C. de testam. cum materia. Et quia dicta verba, *hombre honrrado*, ex eo debent censeri posita in. d. l. parti. quia non est verosimile, quód honore non constituti principem requirent, quód eorum testamentis sit præsens. Præterea & ratio. d. l. parti. &. d. l. omnium. (cuius supra memores fuimꝰ) & casum hunc compræhendit: igitur & dictarum legum sanctiones ad illũ sunt trahendę. l. illud. ff. ad. l. Aquil. cum similibus.

745 ¶ PRETEREA &. d. l. parti. expræsse disponit † quid cõtinere debeat supplicatio principi porrecta: quia in hac re inter docto. controuersum erat. Nam eorum quidam vt Cin. & Fulgo. colum. 1. & 2. Alex. & Iaso. col. 1. in eadem. l. omnium. voluerunt, integrum testamentum ipsi supplicationi esse immiscendũ. quod probare videtur tex. in. d. l. omniũ. in verbis, *quod insertum.* At glo. 2. in. d. l. omnium. contrarium tenet, & sat esse, principem supplicare, vt testamento interfit: etsi in supplicatione testamentũ ipsum non inseratur. cuius glos. sententiam comprobat dicta. lex. parti.

747 ¶ EXIGITVR tamen † quód post dictam supplicationem testamentum conficiatur palám coram ipso principe inscriptis vẽ. vt constat ex. d. l. omnium. & ex. d. l. part. Quidquid voluerit Alex. in dicta. l. omnium. columna. 1. Censeo tamen, sat esse, coram principe eo modo effici, quo coram testibus fieri necessum est, absqúe eo quód alia interueniant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶IMMO & Alex. voluit in. d. l. omnium. quód exprimendum sit in supplicatione, quód testamentũ ipsum ex hoc firmitaté habeat. quod & voluit palàm inibi Fulgo. prædicta enim. l. parti. tantùm disposuit, expostulandum esse in supplicatione, principem esse præsentem tempore confectionis testamenti.

748 ¶DEINDE & iuxta dictas opiniones quibus agitur † an testamentũ apud acta confectum sine testibus valeat, nec ne: & si in hoc dicta. l. parti. non loquatur. illam quidem probabiliorem sententiam esse definio, qua asseritur, nullum exigi testem. Tum, ex tex. in. l. in donationibus. C. de donat. Tum, ex d. l. omnium. C. de testam. quæ lex quo ad solennitatem æquare videtur testamentum apud acta, vel coram principe confectum: & ita in vtroque idem erit ius. l. fin. C. de indict. vidui. tollen. cum similibus. Tum & iterum, ex eadem. l. omnium. hoc percipitur, quia cùm illa lex loquatur de testamento apud acta confecto, de testibus nullum verbum immiscetur: immó eius verba hanc rem lucidè edocent, ibi, *sicut igitur securius erit, qui actis cuiuscunque iudicis, aut municipum, aut auribus prinatorum mentis suæ postremum publicauit iuditium.* quibus verbis sancitur, æquabile esse, apud acta iudicis testamentum confici, vel coram sufficienti numero testium. ¶Demùm & hæc fulcitur sententia. ex regula text. in dicto capitul. quoniam contra. de probat. vbi
749 habetur † quód testes non exiguntur in actis iuditij. & illic abundè notant docto. & in dicta. l. in donationibus. & alibi sæpe. ¶Cui rationi non refragatur consideratio Alex. in dicta. l. omnium. qua prædictam regulam tem-
750 perat † nisi in actis sui natura in iuditio non explicandis, vt sunt testamenta, quæ in iuditijs fieri non consueuerũt. Et præcipuùm quia in testamentis maior exigitur solennitas, propter graue præiudicium quod euenire potest. vt in dicta. l. fin. C. de fid. comi. cum alijs. Nam huic pensitationi Alex. (quæ etiam fuit Baldi in dicta. l. omnium. columna. 2.) ex dicta. l. omnium. satisfit. & ex dicta. l. sancimus. C. de testamen. prout expressè respondet Areti. in dicto capitul. quoniã cõtra. nanque in dictis iuribus in hac spetie sat constituitur, ex præsentia iudicis falsitatem euelli. vt firmat Iaso. in dicta. l. omnium. columna. fin. & satis hoc suadetur ex text. in. l. 1. C. de præd. curia. lib. 10. & ibi Ioan. de Plat. & alibi sæpe. Et hoc etiam
751 instruitur † quia præsentia iudicis plerunque solennitatem supplet. l. bonorum. C. qui admi. cum alijs. Et hoc etiã suadetur ex tex. in. l. cùm ostẽdimus. §. fi. ff. de fideiuso.

752 ¶NEC etiam huic sententię obsistit † text. in dicta. l. sancimus. quam contra eam aliqui expendunt: nam & si text. ille æquabile esse dijudicet, coram tribus testibus, vel apud acta iudicis voluntatem priori testamento cõtrariam publicare, non quidem æquabilitas illa fit, quia in vtroque casu testes in testamento scribi sit necessum: sed ob id quidem, quia parem vim habe, tillam voluntatem absque testibus apud iudicis acta prodere, vel eam coram tribus testibus publicare. & ita ipsam. l. inibi Cin. explicat. & multi alij ex docto. & idem Cin. in dicta. l. omnium. & ibidẽ Alex. columna. 2. & Iaso. columna. fin. Quid quid Sali. dicat in dicta. l. omniũ. columna. 2.

¶QVIBVS quo ad prædictum consequens satis sit, illud non prætereundo, quód hucusque ipse non viderim, testamentũ cõditũ absque testibus in præsentia principis, seu apud acta iudicum cõfectum

fectum, etsi casus euenire possit, in quo prædicta iura obseruãda quidẽ sunt ex. l. Arriani. C. de hæreti. cum similibus.

753 ¶DECIMO QVARTO ex supradictis infertur † testamẽtũ nũcupatiuũ corã quatuor tabellionibus conditũ, nõ esse necessum habere solẽnitaté huius. l. & d. sanctionis ordina. nec requiri testes ciues ipsi testaméto immiscere: si quidem hic casus spetialis videatur. ex glo. in authẽ. de hęred. & Fal. §. hinc nobis. colla. 1. in verb. tabullarij. quę dicit, quód si tres tabelliones inuẽtariũ scripserint, nullo teste adhibito, quód hoc satis erit, vt illi fides sit adhibẽda: quia magis creditur tribus tabullarijs idẽ deponentibus, quàm tribus testib9. & d. glo. sic Bal. intelligit ei adhærens in authẽ. sed cùm testator. C. ad. l. Fal. col. pe. cuius etiã meminit Barb. in. c. cùm esses. de testa. col. 2. & in proprijs terminis nostrã legẽ ita intelligit dominus Greg. Lup. in. l. 1. in verb. ante siete testigos. titul. 1. part. 6. & hoc modo videtur hanc legẽ tẽperãdã.
754 ¶Verùm ipse quidẽ in cõtraria sum sententia, & constanter tenerem † quód licet coram quatuor tabellionibus testamentum nuncupatiuum fiat, tres testes ciues & oppidanos testaméto nuncupatiuo esse adhibẽdos. Tũ quia, huius & dicte ordi. sanctionis forma est, quód tres testes ciues cũ tabellione testaméto nũcupatiuo scribantur. Tũ etiã, quia clarissimum est, quód tabelliones numero testiũ non computantur. vt traditur in. l. Domitius Labeo. ff. de testa. & abundè docto. in. d. l. hac consultissima. C. qui testa. fa. po. cum similibus supra citatis. Tum item, quia non ex eo quód quis sit tabellio (in actibus in quibus ciuis requiritur) pro ciue reputandus est. vt constat ex tex. in proposito notab. in. l. 2. tit.
755 19. par. 3. cui rei & accedat tex. in. l. 8. tit. 2. lib. 7. ordi. & in. l. 23. eod. titul. ¶Nec nos † contorquet glo. in. d. §. hinc nobis. Vel quia illa glo. loquitur de consuetudine. vt ait Paul. Castren. in. d. authenti. sed cùm testator. & si in illa glos. nullum verbum de consuetudine scribatur. Vel quia, glos. illa non quidem dicit, præsentiam trium tabellionum supplere qualitates trium testium requisitas in. d. §. hinc nobis. sed quód si ipsi tres tabelliones polleant qualitatibus expræsis in dicto. §. hinc nobis. quód multó magis valebit ipsum inuentariũ, & si nullus adhibeatur testis, vt potè qũe abundans cautela non noceat. & ita illam glo. interprætatur Alex. in. l. fin. in princip. columna. 3. versic. vnum circa. C. de iur. delibe. post Iacob. de Belo. illic ab eo citatum. Deniqùe dici potest, secundum Alex. in dicto loco & recté, quód si esset intelligenda vt illam explicant Bald. & Paul. Castren. in. d. authenti. sed cùm testator. iure optimo aduersaretur, quia vt explicuimus, tabellio in numero testium nõ computatur. Vel quia vt dicit Alex. in. d. loco. nulli bi reperitur, quód alij duo tabelliones habeãtur loco quinque testiũ requisitorum. in. d. §. hinc nobis. ¶Quod etiam confirmatur, quia etsi quis quinque tabellionibus non ciuibus ante iudicem deponẽtibus probare nititur testamentum nuncupatiuum confectum absque tabellione: quód ipsum testamentum illis probari non potest: cùm dicti tabelliones non habeant qualitatem ciuium ex supra dictis. Nec tunc nocent verba, *buenas testimonias*, quæ dicuntur collocata in dicta. l. ordinamen. ex his quæ infra numero. 1004. cum sequentibus deducemus. Quæ omnia adnotanda quidemsunt.

756 ¶DECIMOQVINTO ex prædictis illud consequens sit † quód si in priori testamento solenni septem testibus confecto, & iuris antiqui formam habente, extraneus sit hæres instituus

Universidad de Deusto
Biblioteca

tutus: atveró in secundo testamento condito coram quinque testibus etiam non ciuibus, & absque tabellione, venientes ab intestato sint hæredes instituti, quód secundum testamentum præualebit: siquidem in hoc dispositum erat speciali iure ante hanc legem & cõstitutionem ordinamen. vt in. d. l. hac consultissima. §. fin. C. de testa. & in. l. 22. tit. 1. parti. 6. quod expræsse admittit Greg. Lup. in ead. l. 22. in verb. cinco testigos. Et quia hac lege nec dicta sanctione ordina. dictus. §. fi. &. d. l. 22. non abrogantur: sed iuris esse videtur, illis legibus hanc & dictam ordina. cõstitutiones esse temperãdas & ad iura antiquiora trahendas. l. seruũ. C. de noxal. cum alijs. ¶Sed ipse contrarium quidem tenerem † & hac lege correctas esse dispositiones dictę. l. hac consultissima. §. fi. &. d. l. 22. & prius testamẽtum solenniter conditum fauore extranei minimé dirui secundo testamento confecto fauore venientium ab intestato, non edito forma huius legis & dictæ sanctionis ordinamen. ita qúe si dictum secundum testamentum factum fauore venientium ab intestato, non est conditum coram tabellione, qui reperiri poterat: sed ante quinque testes non ciues factum sit, quód tunc non reuocabitur testamentum prius factum fauore extranei. Tum quia, hæc lex nullum discrimen constituit, quo ad testium numerum, nec eorum qualitatem, inter testamentum nuncupatiuum conditum fauore extraneorum vel filiorum: sed vtrunque æquabiliter disponit. & sic secundum testamentum confectum fauore venientium ab intestato citra huius legis solennitatem, expendendum non est prætermissis constitutionib9 dicti. §. fi. & dictæ. l. 22. quæ iura etiam loquuntur deuenientibus ab intestato si non sint filij: & ita dispositio huius nostræ legis compræhendit

757

casum fortiorem. Tum quia, & in casu. d. §. fi. illi quinque testes necessum est, habere qualitates iure requisitas in testibus aliorum testamentorum. Vndé & sequitur, opus esse, quód tales testes fuerint rogati. vt notabiliter consulunt Roma. in consi. 306. proposita. co. 2. quia etsi numerus testium in dicto casu sit diminutus, non tamen eorum qualitas: & cùm ipse tex. sit contra regulas iuris cõmunis, extendere eum nõ licet. l. quod veró. ff. de legibus. cum alijs. Et licet laso. in dicto. §. fin. numero. 2. dicat sententiam Roma. non probari in dicto. §. fin. anceps qúe in hac re sit: quia in casu tex. in. §. ex imperfecto. dictę. l. hac consultissima. testes rogari non exigitur. etsi postremó ex eo refellat hanc rationem, quia absimilis est text. in. d. §. fi. textui in. d. §. ex imperfecto. quod ad hanc speciem verum ipse existimo: quia ob id in casu. d. §. ex imperfecto. nõ exigitur rogitus testium: quia in illo tex. tantùm consideratur solennitas iuris gentium. vt supra latissimé diximus. nu. 169 cum sequẽtib. Verum in casu † tex. in. d. §. fi. non perpenditur solennitas iuris gentiũ, sed maior, cùm quinque testium numer9 requiratur. ex quo sequitur, quód ratio quæ obtinet in dicto. §. ex imperfecto. cessat in hoc casu & ideó Romani sententiã amplector: quæ etsi nõ probetur in. d. §. fi. cõstat tamen alijs iuribus, exigentibus testes testamentotum rogari. quibus interprætãdus est tex. in. d. §. fi. quare Guiller. Bened. in. d. c. Rainuntius. de testa. in verb. testamentum. in. 1. numero. 76. char. mihi. 187. non iuste prædictam sententiam Romani alienis comminttit iuditijs.

¶Ex quibus & suboritur, hanc sanctiõnem eandem exigentem solennitatem in testamento confecto inter filios, quam in testamento inter extraneos cõdito † locum habere, etsi prius testamentũ multa cõtineat fauore extraneorum

rum. at secundum testamentum prorsus sit confectum ad commodum filiorum: cùm generaliter & in omni casu hæc lex instituta sit, eius qúe verba in hac re restrictionem non paciãtur.

760 ¶DECIMO SEXTO EXIT ex his quæ dicta sunt † laicum testari posse ad pias causas absque solennitate huius legis & dictæ sanctionis ordinamen. coram duobus testibus non ciuibus. vt in capitul. relatum. in. 1. de testamen. & illic docto. & in capitul. cùm esses. eod. titul. tradunt docto. in. l. 1. C. de sac. sanct. eccle. Specul. in titu. de instrumen. edit. §. 1. compendiosé. columna. 6. versi. item per ius canonicum. Roma. in authenti. similiter. C. ad. l. Falc. in. 34. speciali vltimarum voluntatum. Alex. in consi. 105. viso ac diligẽter. col. 4. lib. 4. cũ alijs de quibus meminit Boeri. in decisio. 93. an ex testamento. & in consuetudinibus. Bituricen. tit. de costumes concernans les testames. §. 1. col. 3. & Chassene. in consuetudinibus. Burgun. rub. 7. des succe. §. 4. nume. 2. Carol. Rui. in consilio. 71. quánuis. numero. 24. lib. 3. Mayne. in. l. quandiú. ff. de regul. iur. numero. 30. post Guid. pap. q. 543. vltimarum. & Soci. in consi. 5. in primo. columna. fi. lib. 3. & Cisuen. in præsentia. nume. 5. & Didac. Caste. in verb. la ley. columna. 2. ¶Verùm & aliquitenent † iure ciuili duobus tantùm testibus laicum testari posse ad pias causas. 761
ex tex. in. l. si pater. §. quædam. ff. de fid. comi. liber. vt constat ex Guiller. Bene dict. in. d. c. Rainũtius. in verb. testamentum. in. 1. numero. 57. Sed quidem ille text. contrarium sine dubio probat hisce verbis, *præsentibus honestioribus, vel bonis viris complaribus*. quæ verba ad plures quàm ad duos pertinent. vt inibi glo. explicat in verb. compluribus. censens ex dictis verbis, quinque testes requiri. cuius glo. sententiam inibi tenet Rayne. & ob id communis sententia legistarum est † de iure ipso ciuili ante duos testes etiam ad pias causas laicum non posse testari. & ita glos. & docto. tenent in dicta. l. 1. C. de sac. sanct. eccle. ubi Iaso. in. 1. lectu. columna. 4. asserit hanc esse communem resolutionem. & in relect. numero. 22. multos docto. ad hoc citat. & huius rei est tex. in. l. generali. C. de sac. sanct. eccle. Etsi iure canonico (vt dictum est) notissimum sit, in hoc casu coram duobus testibus testamentum confici posse: & communis doctorum assertio sit in. d. c. cùm esses. etiã in terris imperij hoc esse obseruandum vt dicit Iaso. in. d. l. 1. C. de sac. sanct. eccle. in lectu. col. 4. & Fortu. Garsi. in tracta. de vltimo fine. illatione. 17. colu. 7. & dominus Didac. Couarru. in. d. c. relatum. in. 1. nume. 1. quod quidé probabile est, siquidem iuris notissimi sit, testamenta ad pias causas legibus laicorum non astringi: sed iuri canonico. c. ecclesia sanctę Mariæ. de cõstitu. notat Bart. in. d. l. 1. co. 14. C. de sac. sanct. eccle. & Bald. in. l. cõsulta diualia. in fine. C. de testa. & in. l. generali. col. fi. C. de sac. sanct. eccle. Alex. in addit. ad Bart. in. l. illud. C. eod. tit. cum alijs de quibus meminit Deci. in consi. 504. in casu. co. 1. & in. d. c. ecclesia sanctę Mariç. col. pe. & illic Feli. nu. 88. & Anani. in cõsi. 28. viso & ponderato. co. 4. Corne. in cõs. 278. cõsuluit. co. 2. lib. 1. Iaso. in authẽ. nouissima. nu. 20. C. de inoffi. testa. & alibi sæpe traditur. Quod etiã ratione munitur † quia relicta ad pias causas cõspiciũt spiritualia. c. fi. de reb. eccle. nõ alie. notat Bart. in. d. l. 1. C. de sac. sanct. eccle. co. pe. & Alex. in addi. ad eundem Bart. in. d. l. illud. & idem Alex. in consi. 209. statutis. col. 2. lib. 2. & in his quę spiritualia sunt, iura canonica legibus quidem præualẽt. l. priuilegia. cũ ibi notatis. C. de sac. sanc. eccle. & in. c. fi. de prescrip. & in. c. licet mulieres. de iu. iuran. cum 763

Universidad de Deusto
Biblioteca

similibus quorum memor est Alex. in d.consi.209.columna.1.ea enim quę spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege.c. licet.de regul. capitulo. duæ sunt. 19. quæst.2.

¶EX quibus sequitur, parum obstare
764 † quód hac lege sit cautum, in testamẽto nuncupatiuo inter filios condito cõmunem solennitatem adhiberi: vt ex indé suboriatur, non esse adhibendam solennitatem duorum testium, sed communem testamento ad pias causas: quia præter hoc, quód hac lege non sit expræssum, & hæc lex correctoria sit (vt supra explicuimus. nume. 154. & sequẽtib.) & ob id ad alium casum non sit extendenda. d. authenti. quas actiones. C. de sac. sanct. eccle. cum alijs. legum cõstitutiones (vt diximus) testamenta ad pias causas non compræhendunt. Præterea & quia, non semper causa filiorũ adæquatur piæ causæ: sed hæc habent vt excedentia & excessa. vt multi voluerunt. & traditur in authenti. si qua mulier. & ibi docto. C. de sac. sanct. eccle. & in. d. l. 1. C. eod. titu. & per moder. in l. pactum quod dotali. C. de pact. cum alijs de quibus videre licet And. Tiraq. in repeti. l. si vnquàm. C. de reuo. dona. in verb. libertis. nu. 73. quod fusius. nu. 249. cum sequentib. dissertabimus.

¶QVE omnia multum substẽtat sententia (quam olim in facti contingentia constanter sum sequutus) qua censui,
765 † fidem facere testamentum conditum à laico ad pias causas ante tabellionem appostolicum. Et illi non refragantur iura regia, quib⁹ dispositum est, notarium appostolicum non posse conficere scripturas laicorum. Tum quia, ipsæ leges regiæ non sunt applicãdæ ad testamenta facta ad pias causas: nec illis sed iure canico hæc res dijudicanda est secundum quod hæc testamenta fieri possunt coram notario appostolico. vt traditur in. c. sicut. ne cleri. vel mona. & in similibus citatis à Thom. Gram. in consi. 116. in causa nobilis. co. 2. Tũ quia, etsi dictis legibus regijs prohibitum sit, notario appostolico conficere testamẽta aut scripturas laicorum, id quidem est, cùm ipsæ scripturæ continent causam profanam, non verò si ecclesiasticam siue spiritualem conspiciant (vt in præsentia contingere asseruimus) quod palàm ipsæ leges regię enunciant. maximé tex. in. l. 8. & sih. tit. 18. lib. 2. ordina. & in pragma. Compluti edita anno. 1503. Tum & quia † in proprijs ter
766 minis est singularis determinatio Math. de Afflict. in constitu. Neapol. lib. 1. rub. 79. nu. 23. char. mihi. 161. vbi dicit, laicum posse conficere testamentũ ad pias causas (maximé in regno Neapolitano) ante notarium appostolicum. ex pluribus mihi ad hoc congestis. Qui etsi ibi existimet, agentem coram iudice seculari ex ipso testamento nihil consequi posse, ex eius tamen mente clarissimé constat, id non esse referendum ad testamentum ad pias causas: ex eo quia opinatur, agentem corã iudice seculari nõ esse admittendum, præter quàm si septem testes in iuditio examinati de testãtis voluntate vniformiter deponerent: quod in testamento ad pias causas non esse necessum, sed duos tãtùm testes sufficere ipse Mathe. de Afflict. non quidẽ ignorabat. quam etiam mentem edocẽt quæ ille doctor congerit in exordio ipsius dubij. ¶Et denique in dicta causa quæ nobis in facto euenit, etsi prius vt anceps remissa, ita fuit regia nostra cãcellaria deffinitum: & valere fidem qúe facere testamentum à laico coram notario appostolico ad pias causas conditum.

¶SED quid erit, si testamẽtũ ad pias causas fiat corã tabellione appostolico clerico presbitero. videtur fidẽ non facere. ex tex. in capitul. sicut. ne cle. vel mona. & expræsse sic tenuerũt Capra. in consi.

in consi. 57. punctus. columna. fi. & Deci. in consi. 612. conclusionem. numero. 4. & sequentib. Tum ex. d. c. sicut. Tum quia, priuilegium piæ causæ nõ supplet defectum scribentis. vt tenet Bald. in l. in fraudem. §. si quis. ff. de mili. testamen. ¶Sed quidem ipse contrarium censerem, maximé antequàm ipsi præsbitero ab eius superiore publicè fuerit interdictum officium tabellionat⁹: quia etsi clericus non debeat exercere officium tabellionatus, si tamen fecerit instrumenta ante prædictam officij interdictionem, valent quidem. vt traditur in dicto capitul. sicut. & ibi Inno. Abb. antiq. & Panormita. columna. 4. & ibi etiam communiter alij docto. & Specul. in titul. de instrumen. edi. §. restat videre. columna. 10. Bart. in. l. vniuersos. C. de decurio. lib. 10. Hostien. in sua summa. titul. ne cle. vel mona. colu. 2. & idé tenent plures alij docto. quos refert & sequitur Iaso. in. l. 1. §. hui⁹ studij nu. 8. ff. de iusti. & iur. & in. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. nu. 15. post Roma. in singula. 347. tu scis. & Barba. in consi. 57. capio primam. colu. fi. lib. 1. & nouissimé hanc dicit communem opinionem domin⁹ Couarru. in. c. 19. pratica. quæstio. nu. 8. versꝰ. quód si sacerdos. Quin & Ioan. And. in. d. c. sicut. indiscriminatim tenet, valere tale instrumẽtũ, siue præcedat dictũ interdictũ, siue nõ. quod an sit verum. videre licet ibi Ancha. Abb. & alios. & in. c. 1. eod. tit. Et an in pijs causis & spiritualibus semper præsbiter possit instrumentum cõficere. videre expedit glo. Abb. & docto. in. d. c. sicut. & Specul. in. d. titul. de instrumen. edit. §. restat. columna. 10. & adde videndum Pet. de Vnzo. in sua pratica artis notariatus. col. 6. Et an possit talis præsbiter tabellio legatũ scribere suę ecclesiæ, & an tunc probet eius instrumẽtũ. videre poteris Anto. in. c. cùm inter vos. de re iud. & Matha-
767 thasila. in notabil. 88. nota singulare. Roma. in singulari. 347. & Iaso. in dicto §. huius studij. numero. 8. & præter alia quæ Iaso. citat videndus est Barba. in dicto consilio. 57. columna. final. lib. 1.

¶SED IVXTA PREDICTA obiter dubitandum est † vtrum si laicus in testamento quo ecclesiam seu piam causam instituit, legata laico reliquerit, quo ad ipsa legata valeat: & si careat solennitate huius legis & dictæ constitutionis ordinamen. sed tantùm conditum sit coram duobus testibus. ¶Et videtur, quód valeat ex sequentibus. ¶Primó ex text. in authenti. quod sine. C. de testamen. & in corpore vnde sumitur. quibus conseruantur legata relicta extraneis in testamento minus solenni. ¶Secundó hoc etiam suadetur, quia causa pia hæres instituta non potest allegare, ipsum testamentum esse nullum ex causa deficientis solennitatis: siquidem causa pia ius suum muniat illo testamento. ex text. in. d. l. ipse. C. ad. l. Corne. de fal. & in. l. ex qua persona. ff. de reg. iur. cum similibus inibi à Decio citatis. quibus & accedat tex. in. l. 1. & ibi notata per docto. C. de furtis. ¶Tertió quia † hæredis institutio est caput 768
ac fundamentum legatorum, & aliorum quæ in testamento continentur. §. ante hæredis. insti. de lega. l. pe. §. Calphurnius. ff. de his quæ testa. delen. l. fi. ff. de iur. codicil. cum alijs igitur consequens esse videtur, quód si hæredis institutio valet, similiter etiam legata in eodem testamento contenta: quia accessorium & si præciosius à suo regitur principali. ex tex. in. l. hęres me⁹. §. final. ff. deleg. 3. l. si in emptione. in princip. ff. de contrahæn. emptione.

¶Deindé & quartó hæc fulcitur sentẽtia, quia eadem res non debet diuerso

Universidad de Deusto
Biblioteca

iure censeri.l.eum qui ædes.ff.de vsuca. Vndè sequitur,minimé esse dicendum, idem testamentum quo ad institutionẽ hæredis vires habiturum, & non quo ad legata, quibus & accedat tex.in. §.non autem.insti. de hære. insti. cum similibus.quibus stabilitur,testamentum quo ad quid valere non posse, & quo ad alia
769 sic † testamentum enim indiuiduum est.vt probatur in.l.furiosum. C.qui testa. face. po. & illic notat Cin. idem & constat in.l.si is qui.ff.de testa.& ibi scribentes.& Deci.in.l.ius nostrum.in princip.ff.de reg.iur.vbi etiam probatur.

¶Quintó hæc sententia confirmatur, quia ecclesia hæres instituta,est cultrix iustitiæ & æquitatis.c.1. §. si diuersum. de alie.feu.sed iniquum videretur, si ecclesia testantis iuditium quo ad sui commodum reciperet, & quo ad alia in eo contenta abuceret. ¶Proindè & sextó hæc opinio munitur,quia relicta in minus solenni voluntate naturali obligatione debentur.vt est communis resolutio doctorum in. l. cúm quis. C. de iur. & fact.igno.cũ similibus de quibus moder.in.l.nemo potest.ff.de leg 1.& illic Iaso.in.1.lectu.nume.75. ¶Deniqúe &
770 septimó hanc sententiam † in proprijs terminis tenet Sali.in authenti. chassa & irrita.columna.3.q.9. C.de sac.sanc. eccle.& Anto.in.c.quod clericis.colu. 6.de for.compe.& ibi notabiliter Abb. columna.5.& Alex.in consi.41.viso thenore. lib.1.& in consi.105.viso ac diligẽter.columna.4. lib.4. & hanc dicit esse communem opinionem Iaso.in.d.l.hac consultissima. §.ex imperfecto.colu.3. vbi testatur,ab hac sententia non esse recedendum. eandem opinionem tenet Guiller.Bened. in repeti.cap. Rainuntius.de testa.in verb.testamentum.in.1. nume.69.post Soci.in consi.115.videbatur, nume.7. & Boeri.in decisio.93.an ex testamento.& Carol. Rui. in consil. 1.nume.12.lib. 2. & dominus Couarru. in.d.c.relatum.in.1,nume.2,& adde videndum Corne.in cons.278.consuluit. per totum.lib.1.& Deci. in consil. 504. in casu occurrenti.col.1.&.2.

¶VERVM in contrarium † com- 771
plures rationes urgent, si hanc rem accuratius pẽsitemus. ¶Quarum sit prior ex tex.in.d. §.ex imperfecto. quo ianctur,paternum testamentum non solenne dirui quo ad extraneam personam in eo immixtam. ¶Secunda sit ratio, quia 772
iure dispositum est † quód etsi filius familias ad pias causas testari possit,si tamen conficiat testamentum ad pias causas, in quo aliqua legata relinquat ad non pias causas,illa inualida sunt,& venientibus ab intestato debentur.vt probatur in.l.mulieri.ff.de condi. & demõstra.& ita tenent Bald.& Paul.Castren. in.l.sænium. C.qui testa.face po.& tenent alij quorum meminit Iaso.in.d. §. ex imperfecto.nume. 10.& Guiller. Benedict.in.d.c.Rainuntius.in verb. matrem insuper Cleram.nume.36. ¶Tertia ratio,quia si hæc sententia vera non esset, facilimé hæc lex fraudaretur: siquidem causa pia institueretur, & feré omnia bona legatis consumerentur:cui fraudi locus esse non debet. l. fraus. & in.l.contra legem.ff.de legib. ¶Quarta ratio,quia extante dicta lege ordina. institutio nõ videtur caput testamẽti, nec legata ab ea fomentum recipiunt:igitur & videtur,quód in hac re institutio piæ causæ non sit considerãda. ¶Demum & quintó hanc sententiam probabiliorem esse Iaso.censet in.d. §.ex imperfecto.col.3.etsi anceps in colu.4.aliorum iudicijs hui9 rei diffinitionẽ relinquat. cui sententiæ & inibi Curt.iuni. adhæret.nume.18.&.19.& idem Iaso.in.d.l.1. C.de sac.sanct.eccle.in lectu.col. 5.& si dubius.& in relect.nume. 30. vbi hoc etiam aliorum sententię remittit.quam opinionem prius tenuit Guid.pap.in.q. 543. vltimarum.circa finem.& Albert. Brun.

Brun. in tracta.de potentia & forma.in 1.fallen.etsi inibi fateatur contrariam esse communem sententiam.

¶SED ipse in hoc dubio priori & com 773
muni adhæreo sententiæ † & iure optimo existimo,testamentum in quo pia causa instituitur, tenere quo ad legata relicta an eo ad non pias causas:etsi non habeat solennitatem huius legis & prædictæ legis ordina.sed tantùm duos testes.ex iuribus & rationibus prius consideratis.

774 ¶NEC huic refragatur sententiæ † tex.in.d. §.ex imperfecto. Primó quia ille tex.ex eo obtinet, quia testamentũ caret iuris solennitate:at verò testamentum in quo pia causa instituitur duobus testibus adhibitis, habet iuris solennitatem.quæ quidem solutio à Sali. exponditur in authenti. ex causa. C. de libe. præte.vel exhære.præter alias solutiones mihi ab eo excogitatas.Cui solutioni(etsi Iaso.in. d. §. ex imperfecto.nume.10.contrarium teneat)non aduersatur sententia *Bart.* in. d. l.1. C. de sac. sanct.eccle.in relect.colu.penúl.versi. quartó quæro.nã etsi *Bart.*illic teneat, testamentum ad pias causas coram duobus testibus confectum, propriè non esse testamentum, attenta iurisconsulti diffinitione. de qua iurisconsultus meminit.in.l.1.ff.de testa.& *Bart.* quidem loquitur inspecto iure ciuili, non verò iure canonico. quod quippe in hac re præponitur: & illo sancitum est, testamentum ad pias causas duobus testibus munitum propriè testamentum esse. vt constat ex.d.c.relatum.in.1. & ex. d.c. cùm esses.& ibi *Barba.*col.3.hoc ità expræsse considerat. ¶Secundó & præter alios dici potest, quod in casu text.in.d. §.ex imperfecto.legata filijs applicantur: quare non est mirum,si fauore filiorum irritentur: at verò si causa pia hæres instituatur corã duobus testibus(qui est noster casus)nam tunc non adest fauor piæ causæ: quia illi (vt diximus) in hoc casu legata non acrescunt. etsi verior sit sententia Iaso. & sequatium vt idem Iaso.explicuit in.d. §. ex imperfecto.nume.10.& inibi Curt.iuni. nume. 20.& Guiller. Bene.in.d.c.Rainuntius. in verb.testamentum.in.1.num reo. 69.

¶Tertió & præter alios dici etiam po- 775
test † quód in casu.d. §.ex imperfecto. si pater non conficeret ipsum testamentum non solenne,bona legata abintestato ad filios pertinerent: ideó non mirãdum,si ipsa legata à patre extraneis relicta in testamento minus solenni vigore careant: & idem non sit,cùm pia causa hæres instituitur,quæ ab intestato nihil percepisset.quam considerationem satis suadet tex.in.l.1. C. de his qui sibi ascrib. in testa.& Sali.sententia in.d.l. 1. C.de sacro.sanct.eccle.columna.7.

¶Quartó videtur dicendum † vt cen- 776
set Couarru.in.d.c.relatum.in.1.nume. 2.quód tex.in.d. §.ex imperfecto.obtinet,vbi extraneus simul cũ liberis principaliter est hæres institutus. Vel quando extraneus in principali dispositione ipsis liberis est admixtus.vndè sequitur, vt illi videtur,quód si filij in minus solenni testamento simul cum extraneis sint hæredes instituti,extraneorum institutio nulla esset: in cæteris verò legatis in eodem testamento relictis dispositio valeret.Et ipse doctor Couarru. in. d.c.relatum.in.1.nume.2.tenet,dictum intellectum ad.d. §.ex imperfecto. constare ex.d.l.parti. Sed prædicta sententia ad.d. §.ex imperfecto.communi aduersatur sententiæ: siquidem communis opinio sit ex.d. §. ex imperfecto. viciari etiam legata extraneis personis relicta, & quo ad ea non posse valere imperfectum testamentum paternum. vt tenuerunt docto.in dictis locis.& abundè Curti.iuni.in.d. §.ex imperfecto.nume.18.post Iaso.ibi.colu.3. Et prædictę solutioni Didaci Couar.verba. genera

Universidad de Deusto
Biblioteca

lia tex. in. d. §. ex imperfecto. palám ad uersantur: etsi inficiari non posimus, subsistineri posse sententiam Couarru. ex d. l. 7. tit. 1. parti. 6. Tum ex ipsius. l. versi. Otro si diximos. Tum etiam, ex versi. y en el testamento que fuesse hecho.

¶DIRVITVR & secunda ratio cõ
777 traria † quia Bald. & Paul. Castrẽ. hac ratione citati, non quidem loquuntur, cúm pia causa seu ecclesia hæres instituitur, & laico fit legatum: sed quando laico & ecclesiæ fundus legatur: quod quidem dissimile est.

778 ¶TERTIA euellitur ratio † siquidem in hac spetie fraus excogitari non potest, nec aliquis dolus: cúm testanti seu legatarijs parum intersit, quód testamentum fiat coram legitimo numero, nec ne: & faciliter testamentum ipsum pleno numero testium confici posset, in oppidis quib⁹ testes inueniri possunt. Præterea hæc ratio ex alio etiam refellitur, quia generalis quidem nõ est, nec compræhendit casum, in quo pia causa hæres instituitur in parte maiorum bonorum. Dici etiam potest, quód si feré omnia bona defuncti legatis consumerentur, & ecclesia vel pia causa esset hęres instituta in re admodum modica, quód in hoc casu & communis sententia temperanda esset. ex notatis in. l. omnes. §. Lucius. ff. de his quæ in fraud. credi. cum materia. & ex tex. in. l. quotiens C. de hæredib. insti. & in. l. scio. ff. de in integ. rest. cum similibus.

779 ¶PROINDE quarta & posterior ratio nec etiam officit † quia etsi prædicta constitutione ordina. hæredis institutio non videatur esse caput testamenti quo ad hoc quód legata nõ pereant, hærede non instituto, seu eo instituto, non veró adeunte: quo ad alia tamen hæredis institutionem non esse caput, seu testamenti rem principalem, illic non stabilitur: & ob id quod inibi expræssum non est, non debet censeri mutatum. l. sancimus. C. de testa. l. præcipimus. C. de appel. Vndé fit, hodié extante. d. l. ordina. transire in hæredes actiones actiuas & passiuas. l. 1. C. vt act. ab hæred. et con. hære. incip. & legatarius post. d. l. ordina. est obnoxius ab hæredib⁹ & nõ propria authoritate legata percipere. l. non dubiũ. C. de lega. L. 1. C. quor. leg. Dici etiam potest, quód dicta. l. ordina. condita est fauore legatariorũ: ideó ad eorum damnum lex ipsa trahenda non est. l. quod fauore. C. de legib.

¶QVARE sat constat, contrariam sententiam Iaso. & ei adstipulátium parum vrgere. Tum quia, absque lege loquuntur. Tum etiam, quia communis assertio contraria est. Tum & quia, dicta communis opinio suadetur optimis rationibus & iuribus.

¶VERVM communem sententiam temporandam esse censeo † cúm pia causa coniunctim cum alio in testaméto nuncupatiuo hæres instituitur coram duobus testibus tantúm, & non fuit seruata solennitas huius legis: nam tunc quo ad coniunctum testamentũ ipsum dirui iam dicta palám edocent. ad quod etiã adde vidẽdum Alex. in consi. 209. statutis. co. 2. lib. 2. doct. in. l. 1. C. de sac. sanct. eccle. & Guiller. Bened. in repe. c. Rainuntius. de testa. in verb. matrem insuper Cleram. nu. 36. in fine.

¶ET iuxta superiora obiter illud nõ est prætereundum † quid erit in casu contrario, scilicet, cúm laicus in testamento laici hæres instituitur coram duobus testibus prætermissa solennitate huius legis & prædictæ constitutionis ordina. & in eodem testamento piæ causę legata sunt relicta: nunquid quo ad hæc legata pia testamentum ipsum valeat. Et videtur quód non valeat ex iam dictis. & in proprijs terminis sic tenet Sali. in. d. authenti. chassa & irrita. quia ex hoc testamento non potest adiri hæreditas: & ita

& ità legata non debentur. ff. de regul. iur. l. si nemo. & ff. si quis omni. cau. testa. l. 2. quam sententiam tenet Anto. in d. c. quod clericis. col. 6. & Iaso. in. d. l. 1. C. de sac. sanct. eccle. in lectu. nu. 24. & in relect. nu. 28. & in. d. §. ex imperfecto. nume. 10. Alex. prius in consi. 177. viso themate. columna. 2. lib. 2. & in cõsi. 209. statutis. col. 4. versi. posset & tertio. lib. 2. & Soci. in consi. 5. in primo. col. fi. lib. 3. & in. d. consil. 115. nu. 7. lib. 4. & in consi. 49. viso instrumento. columna. fi. eod. lib. Deci. in cons. 445. placet. colu. fi. Bertrand. in consi. 170. vidi casum. nu. 1. lib. 1. & palám Guiller. Bened. in. d. c. Rainuntius. in verb. testamentum. in. 1. nu. 7. Carol. Rui. in consi. 3. de pluribus. col. 1. & 2. lib. 2. cum limitatione de qua Sali. in. d. authenti. chassa. Boeri. in. d. decisio. 93. an ex testamento. nume. 6. vbi alios citat. ¶Quam sententiam temperat Soci. in. d. cõs. 49. lib. 4. nisi laicus institutus sit ad distribuendum bona ad pias causas. ex multis iuribus inibi per eum ad hoc citatis.

782 ¶CONTRARIAM tamen sentẽtiam † & indiscriminatim testamentũ valere quo ad legata ad pias causas. tenet Bart. in. l. si is qui. col. pe. ff. de testa. etsi loquatur, quando testamentum valet ex priuilegio fauore qúe spetiali filiorum. eandem sententiam tenet Ioa. de Anan. in consi. 28. visis & ponderatis col. 4. & Ioan. Anto. Rube. in cons. 72. viso & diligenter. columna. penul. nu. 5. quia hæc legata pia legum subtilitatibus non subiacent. vt dictum est. quam etiam opinionem tenet Albert. Brun. in tracta. de potentia formæ. fallen. 31. & dominus Didac. Couarru. in. d. c. relatum. in. 1. nu. 3. ad quod ibi citat Imol. in. d. c. quæ in ecclesiarum. columna. penul.

783 ¶SED quidem in hac spetie iure cõmuni (non regio pensitato) ex prædictis existimarem † probabiliorem esse sententiam Sali. Anto. & sequatium. quod & admittit Conarru. in. d. c. relatum. in 1. nume. 3. At verõ regio iure circunsepto aliud quidem teneo. Tum ex. l. 21. in fine. tit. 6. parti. 6. qua stabilitur, legata pia conseruari: etsi non valeat hæredis institutio. Tum ex prædicta. l. ordina. (hac nostra confirmata) qua non exigitur hæredis institutio, nec hæreditatis aditio ad conseruationem legatorum. quam sententiam sectari quidem vidi quendam regium senatorem non modicè peritum. Et hac etiam ratione, quia in casu dictæ legis ordina. actio ab intestato competit legatarijs pro legatis. quæ ratio an iure obtineat infra num. 877. & 889. abũdè describemus.

784 ¶EX prædictis constat † nostræ sentẽtiæ non refragari, si dicatur, prædictam legem ordina. in duobus casibus tãtúm loqui: & priori cúm testator nullum instituerit hæredem: secundó veró quando hæres institutus repudiauerit: at veró quód nihil inibi disponitur, quando hęres instituitur in testamento minus solẽni, de quo nunc controuersamur: quarẽ consequens esse videtur, ad hũc casum dictam legem non pertinere. ex. l. sancimus. C. de testa. Nam quidem hoc contrariæ sententiæ non alludit, quia etsi vt explicuimus, hoc quo ad alia probabile sit, non tamen quo ad hunc casum, qui etiam si in. d. l. ordina. videatur prætermitti, ex ipsa tamen lege palám constat, legata non pendere ex hæredis institutione. quod & constat, quia cúm illic dispositum sit, legata deberi, etsi in testamento hæres scriptus non sit: satis inibi idem & sancitum esse iudicãdum est, quando hæres in testamento inutiliter scribitur: cúm tũc habeatur ac si hæres non esset scriptus. ex. l. hi demum. ff. de bono. posse. secun. tab. cum similib⁹. ad quod etiam est tex. expræssus in. l. 21. in fine. tit. 1. parti. 6. ¶Quid autem erit, cúm laicus in testamento prius instituitur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur, ac postremó ecclesia substituitur. videre licet Deci. in. d. consi. 504 col. 1. & 2. vbi alios citat. & Soci. in consi. 78. in eandem. col. 1. lib. 1. ¶Et quid, quantũ ad prouisionem executoris testamenti. videre poteris Corne. in cons. 17. circa præsentem. col. 5. lib. 4.

785 ¶PRETEREA & iuxta prædicta illud in dubium venit † quid erit, si clericus á laico in testamento hæres instituitur, in quo non fuit seruata solẽnitas huius legis & dictæ constitutionis ordinasi in eo adhibita fuerit solẽnitas. d. c. cùm esses. de testa. an ipsum testamentum iure obtinere possit. Quod breui iure optimo non tenere existimandum est. siquidem testamentum laici conditum in terris imperij seu regni, necessum est habere solennitates regias. vt disponit hęc nostra lex & aliæ leges similes. & expræsse sic tenet Abb. in. d. c. quod clericis. col. 6. post Imol. ibi col. antepe. quia testator in hoc casu subest iuri ciuili. idem etiam tenet Imol. in. d. c. ecclesia sanctæ Mariæ, de constitu. columna. 7. & inibi Deci. col. penul. Alex. in addi. ad Bart. in. d. l. 1. C. de sum. trini. col. 9. in additio. incipien. exempla, & in similibus locis inibi citatis. ¶Etsi Abb. in d. c. relatum in. 1. post Bald. in. d. authenti. chassa. contrarium tenere videatur. cuius sententiæ meminit Feli. in. d. cap. ecclesia sanctæ Mariæ. nume. 83. de cõstitu. ¶Prior tamen sententia satis munitur. ex tex. in. l. 57. tit. 6. parti. 1. qua cauetur † clericum á laico hæredem institutum in eius testamento, ante iudicem laicum posse conueniri, vt ea solbat, ad quæ testator erat obnoxius. quod etiam tenent docto. antiqui quos refert Albe. in. l. hæres absens. ff. de iudi.

787 ¶SED intellectus dictæ legis parti. † ambiguus quidem videtur, liquidé multi eam interpręterentur, lite incepta contra testantem: vt lex illa concilietur iuri ciuili & canonico: quia iuris esse dicunt, quod lite contra testantem laicũ cepta, clericus ab ipso laico hæres institutus constringatur coram iudice secularj respondere, pro re debita ab eodem testatore: at secus sit, cùm lis non sit incepta contra defuntum. vt tenet Paul. Castren. post Ang. in. d. l. hæres absens. & Roma. in. l. si cõstãte. §. fi. ff. solu. matri. nu. 14. Imol. in. l. si eum hominem. ff. de fideiuso. Areti. in. c. quia. V. de iudi. col. fin. Barba. in consi. 1. col. 18. lib. 3. & Nichol. Mil. in eius repertorio. in verb. clericus. & hæc est communis sententia teste Robert. in suo speculo aureo. 5. parte. in princip. nume. 13. cui cõsentit Stepha. Aufre. in tracta. de potesta. secula. in regul. 2. nume. 7. & adde videndum Ioan. Lup. in rub. de donat. int. vir. & vxo. §. 39. col. 2. & Stepha. Aufre. in. d. loco ait, dictam sententiam æquiorem esse, eo quód lite contra defunctum lai cum incepta † sit continuanda per iudicem laicum contra clericum eius hæredem. quod etiam abundé tractat dominus Didac. Couarru. c. 8. pratica. quæstio. nume. 2. &. 3. vbi alios videndos citat. Et hæc opinio substentari videtur. Tum ex tex. in. l. si is qui Romæ. iuncta gl. ff. de iudi. & in. l. si quis postea. ff. eod. tit. & tex. in. c. proposuisti. de foro compe. & in. c. clericus nullus. 11. q. 1. & in. l. si cõstante. §. fi. ff. solu. matri. Tum quia defunctus erat obnoxius illud iuditium subire, quasi ex contractu obligatus. l. 3. §. idem scribit. ff. de pecul. & adhæredes defuncti obligatio transit. l. 1. C. vt act. ab hære. & con. hære. incipi. & in. l. 2. C. de hæredita. act. Tum etiam, quia ex persona successorum non debet alicui fieri conditio deterior, nec mutari obligationis conditio. l. 2. §. ex his. ff. de verb. obliga. Tum quia, instantia cepta cum defuncto transit in eius hæredes. d. l. si eum hominem. ff. de fideiuso. Tum & quia, istud ius est de præterito, quod iam deductum est ineſſe vt reus instantiæ

tię sit obligatus: & ob id persona priuilegiata respectu talis iuris priuilegio vti non potest. vt in. l. fiscus. ff. de iur fisci. Tum etiam, quia satis absurdum videtur, quód lis cepta contra laicum defunctum, iterum debeat moueri contra clericum hæredem corã alio iudice & ecclesiastico: & ita euitandum videtur l. nam absurdum. ff. de ope. lib. cũ aliis.

789 ¶ALIIS verò videtur † dictam. l. parti. indiscriminantim esse intelligendam, siue lis fuerit cepta contra defunctum, nec ne, clericum á laico hæredem institutum, super rebus ad hæreditatem pertinentibus posse conueniri apud iudicem laicum. quia lex illa generaliter loquitur, & verbis generalibus est instituta, quæ vtrũqúe casum cõprahendunt. & huius sententiæ palám fuit Ioan. Lup. in rub. de donat. int. vir. & vxo. §. 39. nume. 8. Quin & dominus Didac. Couarru. in. d. c. 8. pratica. quæstio. nume. 4. refert Roderic. Suar. fuisse in eadem sententia in repeti. l. post rem iudicatam. in. 11. extensione. ff. de re iudi. & refert etiam authorem peregrinæ in verb. clericos. Etsi nobis videatur Roderi. Suar. nec dictum authorem peregrinæ hoc non tenuisse: sed tãtùm dicunt, dispositum esse dicta. l. parti. clericum laici hæredem coram iudice laico posse conueniri. Præterea & dominus Couarru. in. d. c. 8. prati. qq. nume. 4. tenet, dictam sententiam (iuxta literam inibi ab eo explicatam) doctissimos viros (qui iussu regis Alfonsi. 10. interuenerunt constitutioni legum septempartitarum) fuisse sequutos: admonet tamẽ regios iudices ipse domi. Didac. Conar. quod in praxi exatissima diligẽtia seruentur, sit ne seruanda dicta lex parti. & an regia magestas vellit illam obseruari secundum prædictam interpretationẽ & literam: eo maximè, quia litera prius illic ab eo recensita, iustior ac verior sit, & contrariam in pratica nunquám re-

ceptam vidisse fateatur. Et prædictus intellectus dictæ. l. parti. irroborari potest opinione antiquorum, quam refert Alberi. in. d. l. hæres absens. ff. de iudi. qua ipsi definiunt, clericum laico succedẽtem ex contractibus ab ipso laico factis coram seculari iudice conueniendum. idem & probatur in. l. 4. cit. 2. lib. 5. ordina. vbi disponitur, quód clericus hæres laici tenetur publicare testamentum ipsius laici ante iudicem secularem.

¶ET cùm casus cõtingit † circa intellectum. d. l. parti. (vt auditu percepi) domini auditores regij in priori instãtia regiæ cancellarię accesserunt prædictę posteriori sententiæ: & in secunda instãtia ex iudicum discordia res ad alios iudices fuit remissa. Denique tamen priori sententię iudicũ maior pars adstipulati fuerunt, dictam legem partitæ vt magis antiquioribus iuribus responderet, lite contra defunctũ laicum incepta vtiqué intelligerunt, & aliter clericum eius hæredem coram iudice laico non esse conueniendum pronunciarunt. Quorum sententia præter iam dicta his rationibus videtur posse muniri. ¶Priori, quia leges parti. ad iura ciuilia & cõmunia esse trahendas, non videtur dubitandum: tanquám eductæ á viceribus iuris cõmunis. vt supra latè ostẽsum est in. l. 1. nu. 398. & seq. ¶Secũdó, quia nõ est nouum, legẽ nouam veteribus constitutionibus interpræteri. d. l. non est nouum. ff. de legib. cum similibus. correctio enim legum euitanda est. l. præcipimus. C. de appel. l. sanci mus. C. de testa. etiam verba subjicien do legi nouæ. ex glo. vulgata in. c. cupientes. §. quód si peruiginti. de elect. lib. 6. & alibi sæpe traditur. ¶Tertió quia verba dictæ. l. parti. hanc sententiam manifestè probant, ibi, *y otro alguno demanda contra aquel lego*, considerandum hic est, quód hæc verba edocent, instantiam prius cõtra defunctum esse

790

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse inceptam: siquidem hæc lex mentionem facit petionis factæ aduersus defunctũ: & ita hæc lex loquitur, cùm cõtra testatorem in eius vita fuit incepta: quia eo mortuo contra eum petitio fieri non consueuit, sed aduersus eius hæredem. vt cõstat in. l. in summa. §. fi. ff. de re iudi. ¶ Proindè & illud verbum, *demanda*, etiam ad tempus præteritum trahi potest, & ita ad petitionem contra defunctum in eius vita confectam: prout & contingit in eadem lege, dum in ea hæc verba ponũtur, *el clerigo hereda*, quæ intelligũtur de clerico qui iam fuit hæres institutus: quandoquè enim tempus præsens ponitur pro præterito. l. cùm dos. iuncta glo. ff. de pact. dota. ¶ Nec his

791 † refragantur subsequentia verba dictæ legis, quæ in hunc sunt modum, *tenido es el clerigo de fazer derecho ante aquel juzgador seglar, do lo faria aquel de quien hereda el auer, si fuesse vivo.* quæ verba videtur docere contra defunctũ non esse ceptum iuditium. Nam quidè hæc verba quæ diximus nequàquàm euertunt: siquidem hisce verbis non dicitur, *tenido es el clerigo de responder a la demanda ante aquel juzgador.* sed dicitur, *tenido es el clerigo de fazer derecho.* quod quidem dissimile est: & hæc verba possunt extare, etsi contra defunctum eo què viuente petitio fuisset proposita. vt ex eis constat.

¶ VERVM animaduertere in hae

792 re oportet † quód & iure communi veteribus què iuribus verior illa assertio videtur & communior, qua habetur, clericum à laico institutum etiam pro rebus hæreditatem tangentibus, etsi instãtia contra testantem laicum fuerit incepta, nullo modo posse coram iudice seculari conueniri. vt tenet Anto. in. c. quia. V. de iudi. nume. 11. & illic Imol. columna. 2. & Abb. & Deci. colu. fin. & Barba. ante Deci. colu. 11. & palàm Cin. in. d. authenti. quas actiones. C. de sac. sanct. eccle. & illic Iaso. columna. pen. cùm se remittat ad docto. in. d. c. quia. V. & glos. Bart. & Albe. post Iacob. de Ra. in. d. l. hæres absens. ff. de iudi. quia hæres vtitur priuilegio à lege sibi indulto. l. 2. §. legatis. ff. de iud. & ad hoc etiã Abb. citat tex. in. c. 2. & 3. 11. q. 1. quod & admittit Iacob. de sanct. Georg. in. d. l. hæres absens. dicens sic esse deffinitum contra Paul. Cast. & eius assecl as, cùm causa contingeret. quibus etiam consentit Curt. iuni. in ead. l. hęres absens. post dominos de Rota. in decisio. 552. obligatus. columna. 2. in antiquis. & Bald. Sali. in. l. 11. C. si pend. appel. Guid. pap. in singulari. 79. si clericus. Fulgo. in cons. 106. in proposita. columna. 1. Boeri. in de cisio. 69. quæstione. nume. 35. quo in loco profitetur, hanc esse communiorem sententiam veriorem ac tutiorem. & inibi etiam dicit, in hac re esse animæ periculosum tenere contra ecclesiasticas personas: & illic etiam asserit, in dubijs opinionibus eam esse amplectendam, quæ clericis in hac spetie fauet. ex text. in. l. sunt personę. ff. de relig. & sumptib. fune. Et deniqúe ibi testatur, Frantię de facto contrarium seruari. quam opinionem & alij sequuntur, quos refert domi. Couar. in. d. c. 8. pratica. quæst. nu. 3.

¶ Et hęc opinio † iure non regio probabilior videtur. Quiquid dixerit Didac. Couar. in dicto loco. ex quo in hac spetie contra clericum aliquis tex. non reperitur: quarè adhærendum est regulis iuris, quibus sancitum est, clericum esse immunem á laicorum iurisditione. ex traditis in. l. omnis diffinitio. ff. de regu. iur. cum similibus citatis per Deci. columna. 2. in. l. 1. ff. eod. titu. & alibi fæpe traditur.

¶ NEC obstant iura in contrarium ci-

794 tata † siquidem expræsse hanc controuersiam non dirimant, de alijs què casibus agant. Et tex. in. d. l. si constante. §. fi. ff. solu. matri. multifariè quidem intel

ligitur

¶ In quibus & locis controuersum est, an vbi deest testamentorum numerus testium, fides testamenti suppleri possit iuramento partium. & idem notat in præsentia Ioan. Lup. numero. 29. & Mayne. in dicta. l. quandiú. numer. 36. ff. de regul. iuris.

¶ SED an testamentum confectum
832 minori nun. ro testiũ † quia alij inueniri non potuerunt, euertatur extante dicta lege ordinamen. si plerunque viuente testatore alij testes ciues inueniri potuerint: & testamentũ ipsum quinque testibus ciuibus iterum non confi ciatur. & breuiter negatiuam amplector responsionem. ex tex. in. d. l. fi. C. de testament. cum similibus ibi á Laso. citatis columna. 2. & ex tex. in authenti. vt factæ nouæ constitu. verb. & non accusandos. colla. 5. & Areti. in consil. fi. columna. 3. cum similibus quorum meminit Andr. Tiraquel. in rep. l. si vn quám. in verb. susceperit liberos. numero. 179. C. de reuo. donat. & nos supra. numero. 825. & satis hanc partem suadet tex. in dicta. l. ordinament. quæ clarè conspicit tempus conditi testamenti, & non tempus postea euẽniens.

¶ VERVM si scire cupis, an testator augere possit solennitates huius legis & prædictæ constitutionis ordinamen. negatiua pars iure constat. ex tex. in. l. Diuus. §. licet. & inibi docto. ff. de iur. codi. & abundè Laso. in relect. l. nemo potest. ff. de lega. 1. numero. 15. & docto. in. l. si mihi & tibi. §. in legatis. ff. eodem titulo. & diximus supra numero. 821.

¶ SEXTAM IGITVR conclusionem aggrediamur, qua habetur.

¶ TESTAMENTVM NVNcupatiuum solenne firmum quidem est quo ad legata, & omnia alia in eo expræssa: etsi in eo hæres institutus nõ sit: & tunc ille erit hæres, qui iure consuetudine vé hæres est.

¶ QVA conclusione & constitutione dictæ legis ordinamenti iura antiquiora abrogantur † quibus legata hę 833
rede non instituto nequaquám deberi stabilitur. quorum iurium est textus in l. i. in fine. ff. de vulg. & pup. substitu. & in. §. in primis. instit. de fideico. hæredita. & in. §. ante hæredis. insti. de lega. & in. l. proximè. ff. de his quæ in testamen. del. & vtrobique doctor. cum alijs quorum meminit Corne. in consi. 161, licet videatur. libro. 2. & adde videndum Ioan. Besse. in consuetudinib. Albernię. arti. 50. Corrigitur etiam dispositio textus in. l. 35. titulo. 9. partit. 6. quæ & in illis quatuor casibus

inibi

Universidad de Deusto
Biblioteca

inibi expræsis, citra hæredis additionẽ legata non deberi sancit. & videndus est tex.in.l.1. §. libertatibus. C.de cadu.tollen.& alia similia iura illic á gl. citata. Quod non ab re nouẽ dicta lege ordinamen.sancitum est † vtpoté
834 quód defunctus legata persolui voluerit: cuius voluntatem notissima iura iubent studiosè adimpleri.maximè text. in.l.1. C.de sac.sanct.eccles.& in.l. in conditionibus.ff.de condi. & demonstra.& in authẽ.de nupt. §.disponat testator.colla. 4.& hanc rationem confirmat optimus tex.in authenti.de hæredib. & Fal. §.si verò expræsim. colla.1.& expræsse hanc esse rationem dictæ legis regiæ.docet Rip.in.l.1.numero.45.ff.de leg.1. inquit enim ibi Rip. statuti sancientis legata deberi nõ adita hæreditate,seu absque hęrede scriptorationem esse,vt defuncti impleatur voluntas: iniquum enim videretur, cõtra defuncti voluntatem ob id legata non prestari,quód hęres in testamento non sit scriptus: vel ex eo,quód hæres hæreditatem non adierit: ita qúe in hoc sicut & in alijs defuncti voluntas est.quæ prædominare debet ex dictis iuribus. Quo fit,testantem mandare posse † ne legata fideicomissa qúe hæ-
835 reditate non adita præstentur: & tunc dicta lex ordinamen. locum non habebit.vt in spetie sat constat in.l.si patroni. §.fi.ff.ad Trebel.cum alijs quorum meminit Iaso.in.l.nemo potest.in.2. lectu.numero.39.ff.de lega.1.& domi.Didac.Couarru.in capitul.Rainaldus.de testamen. §.3. numero.9. ¶Verùm & dictæ legis regiæ ratio esse potest, quia capitula quibus legata continentur, seperata sunt á capitulo in quo fit hęredis institutio: quarè consequens videtur,ex hæredis institutione non facta legata non diruenda.l.1. §.penulti. ff.de verb.obliga. l.Cornelia.ff.de iur. patro.

¶EX QVIBVS sequitur,in hisce regnis institutionem non ita esse testamenti caput,prout veteribus iuribꝰ fuit constitutũ. vt in dicto. §.ante hæredis. institu. de legat. cum similibus proximè citatis.& in summa. titulo.3. part.6. iuxta quod videre licet Greg. Lup.in.l.1.titulo.1.partit. 6. & in dicta summa.titulo.3.eadem partit.

¶EXQVA REGIA lege &. 6.conclusione constat,non tantùm legata sed alia in testamento contenta firma esse: etsi nullus sit heres scriptus 836
† & ita valida erunt fideicomissa vniuersalia,& particularia,substitutiones qúe & vincula,& tutelarum executorum qúe constitutiones & similia.vt cõstat ex traditis in dicta.l.1.ff.de vulg.& pup.cum similibus de quibus Iaso. in authenti.ex causa. C.de libe.præte.vel exhereda. columna.8.& 9.meminit.& Guillerm.Benedict.in dicto capitulo. Rainuntius.in verb.mortuo ita qúe testatore.in.1.numero.339. post Bart.in.l. alio.ff.de alim.& ciba.lega.

¶SANE & ex dicta regia constitutione & ex prædicta sexta conclusione notari potest, quód regio iure eadem
837 exigitur solennitas in testamento † cùm in eo aliquis non est scriptus hæres, quæ necessaria est, quando hæres aliquis in eo scribitur: & quód testamentum,legata,fideicomissa qúe tantùm continens eandem solennitatem habere necessum est, sicut cùm in eo aliquis hæres instituitur: & si iure communi cõtrarium dispositum erat: si quidem ad legata conficienda quinqúe testes exigebantur: at verò ad hæredis institutionem septem requirebantur.vt traditur in.l.fi. C.de codicil.& notat Paul. Castren.& cæteri post glo. in.l.hæredes palàm. §.siquid post.ff.de testamen. & idem Paul. Castrensis. in.l.

l.qui testamento.in princip.columna. 1.ff.eodem titulo.& Mayne.in dicta.l. quandiú.ff.de regul.iur.nume.70.cum similibus. ¶Vndè fit,extante dicta.l. ordinamen.siue prius testamẽtum mu
838 tetur † quo ad institutionem,siue quo ad legata,in vtroqúe casu eandem exigi solẽnitatem:nec posse legata citra formam dictæ legis in testamento,aut codicillo,aut in altera vltima voluntate reuocari:etsi de iure communi legata relicta in testamento coram septem testibus confecto,adimi possint in codicillis coram quinqúe testibusfactis.vt traditur in dicta.l.hæredes palàm. §. siquid post.ff.de testamen.& inibi glo.& communiter docto.maximè Paul.Castren.columna.2.ex tex.in. §.1. institu. de adimen. lega. cui sentẽtiæ & accedat tex.in.l.militis codicillis. §. veteranus.ff.de testamen.& in.l.ex parte. ff.de adimen.lega.

¶ET prædicta constitutio regis Al
839 fonsi sinedubio obtinet † etsi legata adeó ingentia sint,quód testantis totũ assumant patrimonium.licet Montal. in eius indice.in verb.testamentum.dicat,in hoc casu esse nullum quo ad legata.ex doctrina Bart.in.l.demonstratio. §.quod autem,ff.de cõdi. & demõstra.qui hanc rem non attingit. & quidem dicta sententia Montal. obsistit verbis generalibus dictæ legis ordinamen.

¶CETERVM & prædicta lex ordi
840 namen.locum etiam habet † in testamento confecto á comissario:ipsum qúe testamentum valet iure regio, & si in eo nullus hæres sit institutus.& si huius rei sit ambiguus Ioan.Lup.in.l.31.infra.numero.63.vtpoté quód dicta sanctio sit contra ius commune: & ob id minimè extendenda. Quod & præterea videtur muniri,quia dicta regia lex de testamento proprio,non de testante pro alio loqui videtur,vt eius hec verba indicant,*su testamento*. ¶Sed ipse censeo dictã.l.ordinamen. etiam hunc casum compræhendere: quia prædicta lex ordinamen. indiscriminatim in omniqúe testamento loquitur,siue á testatore confecto siue ab alio pro eo: & in vtroqúe casu proprium sit testatoris testamentum,non verò comissarij. vt constat in regul.qui per alium facit.de regul.iur.& expræsse in.l. vnũ ex familia. in princip. ff. de leg.2.&in. l.34.& in.l.35.infra.&constat idem etiã ex his qụe docto.notant.in.l.nullí.& in l.id quod pauperibus. C.de episcop.& cle.& melius idem probatur ex.l.31. harum legum.in verbis,*dã poder a otros que los hagen por ellos*.quibꝰ & accedat text.in.l.6.titulo.5.libro.3.fori.ll.& ex his quidem satisfit dictis verbis,*su testamento*,positis in dicta.l. ordinamenti. Quę & suadentur,quia comitens & comissarius vna eadem qúe persona reputantur.vt traditur in.l.hæreditatis. C. de impube.& al.substi.& ibi Bald. columna.2. Quæ sententia elusćet ex.l. 39.harum.ll.quæ & disponit,in mandato comissario præstito eandem interuẽturam solennitatem,quæ & in testamẽto comitentis necessaria est. Suadentur etiam omnia prædicta ex sententia Bald.in rep.l.2.ff.de lega.2.8. column. vbi tenuit,eandem exigi solennitatem in electione á comissario facienda,quæ & in testamento requiritur.

¶VERVM & ex prædicta lege regia suboriri videtur † quód rei publi- 841
cæ inter est legata conseruari, sicut & hæredis institutionem: etsi quo ad legata aliud videatur cautum iure communi.in.l.penu. §.1. C.de necessa.ser. hære.insti.&.in.l.si plures.ff.de condi. insti.cum alijs quorum Iaso.memor est in.l.venia.col.2. C.de in ius vocan.& in.l.quod Seruius.col.3.ff.de condi.ob cau.& Segur.in.l.cohæredi. §.cùm filiæ.ff.de vulg.& pup.char.20.columna

.1.adde

Universidad de Deusto
Biblioteca

1.adde tamen videndum Ioan. Lup. in. d.l.31.infra numero.63.

¶PRETEREA & ex dicta.6. conclusione suboritur, quód etsi iure ciuili probabilius sit † primum testamentum solenne non reuocari, etsi testator corã septem testibus dixerit, ipsum primum testamentum non valere: ea ratione, quód vltimum testamentum nõ habuerit heredis institutionem: & quia non reperitur hæres, cuius aditione testamentum hoc muniatur. ad quod est tex. optimꝰ in. §. ex eo. insti. quib. mod. testamen. infir. & in. l. sancimus. C. de testamen. cum similibus vtrobiqúe à nouioribus citatis. & ita palám Bart. tenet in. l. si iure. columna. 2. ff. de leg. 3. & expræsse Alex. & alij in dicta. l. 1ã cimus. quo in loco Alex. dicit hanc esse communem opinionem. qui & in cõsil. 104. paucis. columna. 1. lib. 2. alios citat. cui sententiæ consentit etiam Bal. in. l. 1. C. de sac. sanct. eccle. columna. penul. in relecti. (etsi aliquibus videatur vt in præsentia Anto. Gome. numero. 102. Baldum in dicta. l. sancimꝰ. prædictis aduersari. qui enim vt aduertit Alex. in. d. l. sancimus. col. fi. superiori sententiæ non contradicit) eandem cõmunem sententiam tenet Paul. Castr. in. l. hæreditas. col. fi. C. de his quib. vt indig. & Imol. in. c. cúm esses. de testa. col. antepe. Iaso. in consi. 141. circa primum. col. 1. lib. 4. & Guiller. Bened. in. d. c. Rainuntius. de testa. in verbo. testamentum. in. 2. nu. 8. eandem etiam dicit esse communem sententiam Mayner. in. d. l. quandiú. ff. de regu. iur. num. 109. & hic Anton. Gome. alios citans num. 102. Quod Alexand. in. d. l. sancimus. interprætatur, quo ad hæredis institutionem, non verò quo ad legata. citans ad hoc Bart. in. d. l. si iure. in princip. & si Imol. in. l. si ita scriptum. §. regula. ff. de liber. & posthu. cõtrarium etiã teneat quo ad heredis institutionem. ad quod & videndus est Mayner. in. d. regul. quandiú. numer. 110. ¶ Hodiè tamen ex. d. l. ordinam. sola simplici prioris testamenti reuocatione præcedens testamentum subuerteretur, etiam quo ad hæredis institutionem factã in priori testamento: cúm in secundo testamẽto institutio hæredis seu aditio hæredis non requiratur: & ita ratio qua prædicta iuris ciuilis sentẽtia vera instrucbatur, nunc iam non obtinet. & ita expreſſè in preſentia tenet Anton. Gom. hic nume. 102. quod lucidè prædicta lex ordinamen. deffiniuit, cúm in ea dispo
842 natur, obseruanda esse omnia in testamento scripta, & si in eo non sit hæredis institutio: igitur & alterius testamẽti reuocatio inibi collocata subsistere debet, & si hæredis deficiat institutio: & eo maximè quód dicta reuocatio testamenti censetur confecta ad commodum venientium ab intestato, seu illorum qui succederent, si testamentum conditum non esset: quibus dicta lex ordinamen. hærede non instituto fauore nittitur, vt eadem lex manifestè probat. quæ etsi videatur loqui in voluntate dispositiua, & non in reuocatoria, satis hunc casum compræhendit. quia reuocato anteriori testamento, testatorvi detur instituere hæredes venientes ab intestato, & illos qui non facto testamẽto succedere consueuerint, & eis eiꝰ bona relinquisse. vt tenet Imol. in dicta. l. si ita scriptum. §. regula. columna. fi. cuius sententia palám hodiè iure regio obtinet ex dispositione dictæ legis ordinamen. quæ sententia & suaderi potest ex tex. in. l. conficiuntur. §. 1. ff. de iur. codici. & in. l. si duo. & illic Bald. ff. de acqui. hæredita. cum similibus de quibus moder. memores sunt in. l. hæredes mei. §. cúm ita. ff. ad Trebelia. & in. l. præcibus. C. de impube. & al. substit.

¶SVBINDE ET EX dicta. l. ordinamen.

dinamen. & prædicta. 6. conclusione dijudicat dom. Greg. Lup. in. l. 11. titul. 1. parti. 6. quód cúm hodiè ex. d. l. ordinamen. etsi testamentum vicietur, legata
843 debeantur, quód indiscriminatim † legatarij possunt esse testes ex sententia Ioan. And. & Abb. in. c. insuper. de testib. Sed parumper expecta, nam qúe animaduertendum quidem est, quód dispositio prædictæ legis ordinamen. non sancit, testamento prorsus subuerso legata deberi: quia si illius legis solennitas testamento non adhiberetur: & ob id testamentum ipsum euerteretur, lex illa palám constituit, legata etiam tunc ab hæredibus ab intestato esse præstanda: ideó dicta verba domini Greg. Lup. non intelligas, cúm testamentum ex eo nullum est, quia non solenne: sed dicere voluit, quód cúm testamentum ex eo diruitur, quia nullus hæres in eo est scriptus, seu quia inibi institutus hæres hæreditatem non adierit, in vtróqúe enim casu legatarius est consequuturus legatum: siue legatarius testetur Titium heredem fuisse scriptum in testamento, seu quód institutus hæres hæreditatem adierit, vtrobiqúe enim illiꝰ non interest: lucidè tamen ex dictis verbis domini Greg. Lup. percipitur, quód cúm heres in testamento non scribitur, seu scriptus hæreditatem non adit, testamentum ipsum viciatur. Quod an obtineat extante prædicta lege ordinamen. infra nu. 868. abundè dicemus.

¶CETERVM tamen iuxta prædicta complura enim expendi possunt.
844 Primum quód si dubitari contingat † an legatarius possit scribi testis in testamento nuncupatiuo coram tabellione publico confecto: quód in promptu est affirmatiua responsio, & vnanimis doctorum consensus. ex tex. in. l. dictanctibus. C. de testamen. & in. l. qui testamẽto. in princip. ff. eod. titu. & in. §. legatarijs. institu. eod. titul. quibus concordat tex. in. l. 11. titul. 1. parti. 6. tabellionis enim authoritas omnem excludit suspictionem vt expreſſé tenent Bald. Sali. Paul. Castren. & Corne. in. d. l. dictantibus. C. de testamen. & Imol. Paul. Castren. in. d. l. qui testamento. in princip. columna. 2. quo in loco Areti. dicit hanc esse communem doctorum resolutionem. cui & Abb. adstipulatur in. d. cap. insuper. columna. 6. & ibi Feli. nu. 11. Lanfran. in tracta. de depositione testium. §. 94. & Mayne. qui plures alios refert in. d. l. quandiú. nu. 72. ff. de regu. iur. & Nicol. Bellon. in consil. 14. in casu proposito. nu. 6. & Soci. iuni. in consi. 89. magna. nu. 12. lib. 1. Quidquid dicat Barba. in consi. 57. colu. 12. lib. 1. ¶ Vndè fieri videtur, quód si authoritas tabellionis ex aliqua causa consideranda nõ sit, vt quia tabellio non possit aliqua ratione offitium exercere: vel si sibi tabellio aliquid scripserit in testamento. contra ea quæ disponuntur in toto titul. C. de his qui sibi ascrib. quód tunc legatarius † testis nequaquám esse pos 845
sit. vt consuluit Barba. in. d. consi. 57. columna. 12. Ipse tamen probabilius esse censeo, hanc rem esse deffiniendam, ex his quæ infra deducemus. in casu quo testamentum non conficitur coram tabellione.

¶QVID AVTEM si testamẽtum scriptura priuata conficitur, & publicetur iuxta. l. publicati. C. de testa. an tunc † legatarius testis esse possit. vi 846
dere licet scribentes in dictis locis. & plenius Mayne. in. dicta. l. quandiú. numero. 73. ff. de reg. iur.

¶PROINDE & ex superioribus illud deducitur, quód cúm testamentum conficitur inscriptis coram tabellione † quód tunc testis esse potest 847
legatarius illius testamenti. vt tenent Bald. Sali. & Corn. in. d. l. dictãtibus. & Imol. in. d. l. qui testamẽto. col. 3. & illic

Universidad de Deusto
Biblioteca

Areti.co.1. dicit hanc esse communem opinionem. & eandem sententiam tenet Ioan.Fab.in.d. §.legatarijs.insti.de testa.& Sali.in.l.omnibus. C. de testib. & Mayn.alios citans in.d.l.quãdiũ.nu. 73.Feli.in.d.c.insuper.nu.11.Nicol. Bellon.in.d.consi.14.nu.7. & Soci.in.d.cõsi.89.columna.2.lib.1.

848 ¶QVE omnia locum habent † etsi omnes testes legatarij sint.vt est notabilis tex.in.l.si quis ita. ff. de reb. dub. & ibi Soci.colu.1.& Ioan.Fab.in.d. §.legatarijs.& Iaso.in.d.l.dictantibus.columna.1.&.2.

¶VERVM si testamentum habeat vim exassertionibus testium in iuditio productorum,& de voluntate testantis deponere sit necessum:quia testamentũ non sit confectum scriptura publica tabellionis † tunc si contẽditur inter hæredem & alium, non verò cùm ipso legatario super eius legato(si legatarius in omnem euentum est consequuturus legatum) ipse legatarius testis esse poterit vt tenent Ioan. And. & Abb. in.d. c.insuper.& idem Ioan.And.in Specul. tit. de teste. §.1.col.9.in addi.incipien. omnibus.& Corne.in.d.l.dictantibus.co.2. Lanfran.in.d.tracta.de deposi.testium. nume.94.Soci.iuni.in.d.consi.89.co.2. lib.1.& dominus Greg.Lup.in.d.l.11.tit. 1.parti.6.& id supra explicuimus. Etsi Barba.in.d.consilio.57.colum.10.hanc interprætetur sententiam,cùm tantùm agitur de probanda solẽnitate, & non de testantis voluntate. Ipse tamen existimo Ioan. And.& eius sequaces loquutos etiam fuisse,quando tractatur de voluntate probanda. Et eorum rationes in hac spetie obtinent,quia si in omnem euentum legatarius habiturus sit legatum, nulla suspitionis causa in legatario inest. Et quia cùm voluntatis quæstio non est, sed solennitatis legatarius testis esse potest.vt expræsse tenuerunt glos.Imol. & multi alij in dicta.l. qui testamento.& Areti.columna.1.vbi testatur hanc esse communem sententiam.cui & consentit Corne. in dicta.l. dictantibus.co.pe.Profectò tamen magis cõmunis opinio videtur † quòd etsi 850
legatarius in omnẽ euẽtũ legatũ non sit consequuturus,si de ipsius legatarij causa principaliter non agatur,sed sit inter hęredẽ & aliũ quæstio,quòd legatarius testis esse potest:etsi tractetur in iuditio de probãda testãtis voluntate. ex tex.in d. §.legatarijs.& in.d.l.dictãtibus.& in d.l.qui testaméto.in princip.& satis probatur in.d.l.11.tit.1.parti.6.& quia nõ cõsiderandum est,quod in cõsequẽtia agitur,sed quod principaliter fit.l.rogasti. ff.si cert.peta.& huiꝰ opinionis sunt glo. in.l.nullus. ff. de testib. & in.d.l.si quis ita.ff.de reb.dub.Bar.Imol. Paul. Cast. in.d.l.qui testaméto.in princip.& Are. co.2.qui dicit hanc esse cõmunẽ opinionẽ.eandẽ opinionem tenent Paul.Cast. & alij in.d.l.dictãtibus.quo in loco Rapha.Alex.& Iaso.dicunt hanc esse cõmunem resolutionem.& Soci.in. d.l.si quia ita.col.2.cui sententiæ & adhæret Spec.in tit.de teste. §.1.co.10.& Bal.in l.si municipes.ff.quod cuiusqùe vni.nomi.& Mayne.in.d.l.quandiũ.nu.76. Et ita consideratio domini Greg.Lup.quo ad.d.l.ordina.ex dicta cõmuni opinione non videtur necessaria.

¶AT VERÒ si principaliter agatur 851
de causa legatarij † legatarius testis esse nõ poterit.ex.d.l.omnibus,& ibi glo.& Specul.in.d.tit.de teste. §.1.col.10.& in tit.de instru.edit. §.postremò.co.fi. Abbe.in tracta.de testib.in rub. quãdo testes repelãtur causa affectionis.nu.28.& Bart.in.d.l.qui testamento.co.2. Bal.in dicta.l.si municipes.& Ang. in.d.l.dictantibus.colu.2. Lanfranc.in.d.tracta. de depos.testi.nume.94.Rolãdi.Passa. in tracta.flos testamentorum.nũcupato rub.

rub.34.columna.2.& Feli.in dicto cap. insuper.& Soci.in dicta.l.si quis ita.columna.2.& sat hoc constat in dicta.l.11. titul.1.parti.6.adde etiam vidẽdum Corne. in dicta.l. dictantibus.col.2. & fi. & Mayne.in dicta.l.quandiũ.qui & nu. 76.controuersatur, quid erit de eo qui prætendit legatũ sibi in codicillis fuisse relictum. ¶Barba. tamen in dicto consi.57.col.12. lib.1. intelligit dictam conclusionem, & si scriptura publica testamentum fuerit confectũ.post Abb. in dicto cap.insuper.columna.6. Quibus ipse tunc consentirem, cùm in hac spetie in iuditio agitur de probanda voluntate testantis:at secus si de sola solennitate loquamur. Et an legatarius in testamento ante publicum tabellionem confecto testis scribi poterit, decide ex his quæ supra congessimus. & ita etiam expræsse tenet Paul.Castren. in dicta.l. qui testamento.in princip.

¶RVRSVS & illud in materia(præter dictum dominũ Greg. Lup.) non est pretereundũ, quòd hodiè extantibꝰ nostra lege & dicta cõstitutione ordi.indiscriminatim dicẽdũ videtur, legatariũ te 852
stẽ † esse nõ posse:siquidẽ sufficiãt quinque testes ciues in testaméto nũcupatiuo:quin & sufficiũt tres testes, eo modo quo disponit dicta lex ordi. nãque ex eo legatarius testis esse potest, quia alij sex testes illi associantur, ex testiũ qùe ipsa multitudine.vt expræsse aduertũt Iaso. & moder.in.d.l.dictãtibꝰ.& in terminis ita etiã cõstat ex Bart.in.d.l.omnibꝰ.in noua lectu. C.de testib.ob id dicens inibi,quòd si statuto seu iure duo testes testaméto sufficiũt † quòd tũc legatarius te 853
stis esse nõ potest.& Bart.refert & sequitur Iaso in.d.l.dictãtibꝰ.col.2.cui & sententiæ expræsse etiam cõsentit Ioã.Fab. in.d. §.legatarijs.col.1.& Florian.in.d. l.nullus.co.1.& Ioan.de Mõte Spere. in d.l.dictãtibus.Alex.in cõs.177.visothemate.col.pe.lib.2.& Barba.in.d.consi. 57.co.12.lib.1.Soci.in.d.l.si quis ita. co. 3.vbi ait,hoc ipse consuluisse cum alijs multis doctoribus.quam sententiã prædicti docto.ea præcipuùm ratione suadent,quia multitudo testium in hac re minimè confluit, seu quia propter tenuem numerũ testium facilius falsitas præsumitur.l.fin. C.de fid.comi. Qua in re animaduertendum quidem est, quòd etsi Bart. Ioan. Fab. & Floria. & Ioan.de Mon.Sper.in dictis locis loquãtur,cùm duo tantùm testes ad testamentum statuto aut iure exiguntur,quòd tamen Alex.& Barba. in dictis consilijs idem dicunt esse,cùm tres testes interuenerint.Quin & Soci.in.d.l.si quis ita. col.3.loquitur, cùm satis est,quinque testes in testamento adhiberi:& ita ad casum dictę.l.hac consultissima. §.fi. C. de testa.prædictã extendit sententiã: & obid opinatur,legatarũ in codicillis nullo in casu posse esse testẽ.ad quod præter eum videre licet Ang.in dicta. l. dictantibus.columna.2. ¶Sed quidem prædicta sententia dictorum doctorum non videtur probabilis. Tum quia, nullam adinuenimus iuris sanctionem quæ disponat, testimonium legatarij ex eo esse admittendum, quia alijs multis adiungitur testibus. Tum etiam, quia huius rei rationem iura expræsse assignant,& illam esse edocent,quia non iuris sucessores sed rei & sine onere sunt.vt indicat tex.in.d. §.legatarijs.& inibi glos. quę ratio & ad hunc casum pertinere videtur. Quin & ratio quę in.d.l.11.titu.1.parti.6.in hunc modum scribitur,*por q̃ no tañe la cõtẽda de tal cosa a ellos*,huic spetie applicatur, cùm ad eos principaliter negotium (vt dictum est) non tangit, sed tantùm in consequẽtiam. Tum quia,prædicta assertio palàm aduersari videtur communi resolutioni,& dictæ sentẽtiæ doctorũ,qua recipitur generaliter testimoniũ legatarij, cùm de eiꝰ legato cõtrouersia nõ est. Tũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex tex.in dicta.l. dictátib us. quæ loquitur in qualibet vltima voluntate,vt eius verba in exordio expræsim edocent: & ita & in codicillo & in donatione causa mortis(tex.ille probare videtur) legatarium posse testem esse.Etsi prædictis omisis laso.in.d.l.dictantibus.col.2. videatur dubitare de dicta sententia Bart.in.d.l.omnibus.

854 ¶DENIQVE tamen ipse in hac re hoc eligerem iuditium † quód si testamẽtũ fiat corá publicotabellione,& vis ipsius testamenti non pendeat á dictis testium,quód legatarius in tali testamẽto potest adhiberi testis, etsi testium numerus ab statuto aut á iure sit diminutus quia vt explicuimus,tabellionis authoritas tollit omnem suspictionem. At veró si ex dictis testium vigor testamenti suboriatur,si legatarius in omnem euentum sit percepturus suum legatum,de eius qúe legato principalis quæstio non sit,idem etiam dijudicarem.ex sententia Ioan.And.& docto.in dicto capitul. insuper.& ex his quæ supra abundé congessimus. Verúm si in omni casu legatũ non sit consequuturus, dubia quidem res est in hac spetie prædicta sententia Bart.& sequatium.quia in hoc casu maiori numero contestium non cõfouetur.

855 ¶Nec his refragari videtur † tex. in.d. l.dictantibus,quę & per tractat de qualibet vltima voluntate:si quidem vt Soci.respondit in.d.l.si quis ita.tex,ille procedit,cúm legatarius producitur in testem ad probandam solennitatem testamenti: non veró si producatur in testé ad probandam voluntatem testantis. quod manifesté edocent hæc verba illius tex.*& testibus etiam ad efficiendam voluntatem adhibitis*.non veró ille tex.dicit ad probandam voluntatem. ¶Dici & potest & vltra Soci.quod hæc verba, *vel aliam vltimam voluntatem*, immista in.d.l.dictantibus,non referuntur ad testes testaméti,sed ad dictatores. vt constat ex initio ipsius met legis.& inibi Ange.sic palám illum tex.intelligere videtur. ¶Sed certé durum videtur, legatarij testimonium in casu prædictæ legis ordinamẽ. in dicta spetie.abijcere.cúm Bart. Ioan.Fab.Floria.& Ioan. de Monte Spere.loquantur,cúm duo tantúm testes sufficiunt ad efficiendum testamentum:non veró si tres séu quinqúe inesse necessum est. vt disponitur in dicta.l. ordinamẽ.Etsi Alex.& Barba.consulẽdo.& Soci.in.d.l.si quis ita. loquantur, cúm inest maior numerus testium, etsi non aliqua lege nec ratione necessarius. Præterea & prædicta lex ordinamentantúm vult tres aut quinqúe testes in testamentis adhiberi † sed iuribus antiquioribus superaddens, eos etiam ciues esse requirit.quod quidem in hac re considerandum est. Nihilominus tamen ipse autumo,quód si legatarius ciuis cum alijs quatuor testibus ciuibus concurrat,testis esse potest. Tum quia non concurrit minor numerus testium, quám requisitus. Tum etiam,quia præter ius antiquius,omnes sunt testes ciues, habent qúe citra ius commune prædictam qualitatem. At veró si tres testes tantúm etsi ciues adsint, fortasis & nó ab re propter penuriam testium,subterretur dictum legatarij. Quæ omnia menti affigite.

856

857 ¶CETERVM ex dicta sexta cõclusione & ex dicta.l.ordina.infertur,regio iure ordinamenti non obtinere † text. in.l.1. §.si ex fundo.ff.de hered.institu. & in.l.quotiens. §.si duo.& in.l. ex facto.in princip.ff.eod.titul.quibus dispositum est,hæredem in re certa institutum,nullum alium cohæredem habentem, totam hræditatem habiturum. nec etiam procedere.l.parti.eis consimilem in.l. 4. titulo. 3. parti. 6. siquidem prædictorum iuriũ illa sit ratio,ne testator decedat partim testatꝰ,ex parte qúe

quê intestatꝰ. quàm rationem expresse assignat text. in. §. non autem. institu. de hæred.institu.& hanc esse dictorum iurium rationem tenent glos. & docto. in.l.quotiens. C.de hæredib.institu. & Ioan.de Imol. in dicto. §.si ex fundo.columna.1.& in dicto. §. si duo. & Carol. Ruin. in consilio. 54. proponitur quód vxor.columna.2.lib.2. quæ ratio dicta lege ordinamen.sublata quidem videtur: ex quo illa lex ordinamen.clarè in

858 sinuat & permittit † testantem pro parte testatum, & pro parte intestatum decedere posse: siquidem lex illa ordinamen. palám disponat (etiam nullo hærede instituto) legata ex testamento legatarijs, & hæreditatem ab intestato successuro deberi. vt & in simili idem & permittitur in authenti.ex causa. C.de libe.præte.vel exhære.quæ lex in eius casu concedit, testatorem ex parte decedere testatum, & partim intestatum.vt inibi glos.notat & Soci.in regul. 400. testatus. numero. 7. ¶Sed his non obstantibus certé existimo, dicta iura prædicta lege ordinamen. non esse abrogata. Tum quia,casus dictæ. l. ordinamen. disimilis est á prædictis iuribus: ex quo in ea de hac spetie non agatur, nec lex illa concedit quem ex parte intestatum decedere posse: nisi quando nullus hæres instituitur: seu institutus repudiat, eo modo quo explicuimus. ad quæ videre licet text.in.l.si quis cúm nullum.ff. de iur.codi. cum alijs qúe Curt.iuni.citat in.d. authenti. ex causa.nume.63. Verúm nec in eadé regia lege disponitur,hæredé in re certa institutum,nullo alio cohærede relicto,á ceteris rebus hæreditatis excludi: & ob id non est dicẽdum,regulá text.in l.ius nostrum.ff.de reg.iur.in hoccasu esse correctam,nec leges ei consimiles.ex

859 iuribus notissimis quæ excludunt legum correctionem. Tum item, quia communis est doctorum resolutio † quód & si miles decedere posit pro parte intestatus.vt in dicta. l. ius nostrum. & in.d. §.non autem.insti.de hæred.insti.cũ similibus quorum meminit Deci. in.d.l.ius nostrum.colu.2.si tamen ipse miles aliquem instituat nullo relicto cohęrede,in totum ille hęres erit.vt docet palám tex.in.l.cogi. §. sed & si miles.ff. ad Trebel.& tex.in.l.quánquám. C.de testa.mili. & in.l.si certarũ. in princip. ff.eod.tit & ita tenet glo.in.l.1. C.de testa.mili.vbi Alex.columna.penul.testatur hanc esse communem opinionem. & laso.columna.4.& Deci.etiam inibi. & est ad idem glo.in.l.si miles.vnum.ff. de mili.testa.& in.d. §.nõ autem. insti. de hæred. insti.glo.etiam in.d. §.sed et si miles.Etsi multi alij contrarium existiment, maximé glos. in dicto. §. si ex fundo.& illic Imol.& idem Imol.in dicto. §. si miles. Fulgo. Roma. Alex.& Dec.in dicta.l.1. C.de testa.mil.ex tex. in.d.l.si miles vnum.cuiꝰ legis verbum, *creditur*, interprætantur communi sententiæ adhærentes, scilicet, á iure si hoc testatorem voluisse probetur. quæ solutio est glos. Old. Alberi. & docto. illic.& in.d.l.1. C. de testa. mil. (præter hoc, quód & eandem legem alijs modis intelligi posse laso. in dicta. l. 1. studiosé dijudicat) in casu enim prædictæ.l. si miles vnum. testator tantúm facit hæredem in fundo, volens ne aliud consequatur cæterarum rerum hæreditatis. vt sic ipsa lex trahatur ad dictá.l.si certarum.& ad dictã. l. quánquám. cuius legis quámquán. dispositio intelligi non potest † de vncijs pin 860
guis quorum tribus tota comprehænditur hæreditas. vt extimant tenentes cõtra dictam communem opinionem: quia eorum intellectus palám & sine dubio obsistit verbis dictę legis. maximé hisce verbis, *nec de residuis portionibꝰ quicquã significauerũt*.Nec dicereobe rit,quód dicta,verba. *nec de residuis*,sũe

Universidad de Deusto
Biblioteca

imperatoris qui inibi ea conscribit, iuris communis diuisionem considerans. Nam quidem etsi prædicta verba sint imperatoris, non ea ipse proferret, si testator de pinguis vncijs tractaret: quare consequens est, illic testantem de minutis vncijs tantùm fuisse loquutum, & nihilominus iure est censendum, inter institutos totam diuisisse hæreditatem: cui accedere testatorem præsumendum est. l. si duo. ff. de acqui. hæredita.
861 cum alijs. ¶Quod & suadetur † quia ius acrescendi suboritur ex tacita testatoris voluntate, confluit quę ex iuditio testantis. l. si in testamento. ff. de vulg. & pup. l. si Titio & Meuio. §. Iulianus. ff. de leg. 2. cum alijs de quibus abundè meminit Deci. in dicta. l. n. C. de testamen. mili. numero. 4. qui & ibi in columna. 8. dicit, quòd etsi ius acrescendi á lege sit, tamen munitur ex testatoris facto & ex ipsius testamento: & quòd multo magis ius acrescendi enascitur ex militis quàm pagani testantis iuditio. ¶Displicet & nobis solutio quam doctores contrariæ assentientes sententiæ assignant dictæ. l. & si certarum. in princip. quòd illic institutio fuit facta de pluribus, quæ sapiunt diuersitatem: vt quia vnum hæredem instituit in prædijs vrbanis: at alium in rusticis: alium quę in certis rebus. Nam quidem ille tex. minimè suam dispositionem fulcit ex dicta rerum diuersitate: nec exempla expręssa in eadem lege constitutionem ipsam stringũt. l. regula. §. licet. ff. de iur. & fact. ignoran.

¶NEC superioribus dicere refragatur (vt dicunt Deci. in. d. l. 1. C. de testa. mil. post Imol. in. d. §. si ex fundo. colu. 12.) quòd etsi dictæ communis sententię il-
862 la sit ratio † quia in dubio miles communi iure testari videtur. l. in testamento. in. 1. C. de testamen. mili. quòd in hac spetie de casu dubio non agimus, quia instituto aliquo in vna re satis videatur exclusus ab alijs rebus. l. cùm prætor. ff. de iudic. Nam quidem hæc solutio manifestè diruitur ex dicta. l. quànquàm. & dicta. l. si certarum. in princip. cùm hisce iuribus constet, in parte institutum ab alijs exclusum non videri.

¶SI AVTEM scire cupis, an hæc 863
nostra sententia locum habeat † cùm testator prohibuerit ne institutus in re certa plus habeat. videre licet Bart. in d. l. si duo. & inibi Imol. & docto. in. d. §. si ex fundo. Alex. in dicta. l. quotiens. C. de hæred. insti. & in locis inibi ab eo citatis. & á domino Greg. Lup. in dicta. l. 14. titul. 3. parti. 6.

¶CVM HVCVSQVE CALA 864
mus accessisset † nostra serenissima regina Ioanna anno. 1555. Aprilis verò die duodecimo oppido Tordesillas vulgo dicto (quod Anto. Nebrissensis in eius chronica. c. 4. lib. 5. nuncupat Turdessellas & Luc. Mari. Sicul. in eius historia. lib. 21. nominat Turrem Sellanã) (etsi non rectè, cùm nostro Hispano sermone antiquis literis & chronicis appellatur Oterdesillas) post aurorã parum per obijt: cùm ætatis suæ quintum & septuagessimum annum attingeret, hisce filijs relictis, Cęsare nostro Carolo quinto Hispaniarum & innumerabiliũ prouintiarum rege glorioßissimo. Ferdinando Romanorum ac Vngariæ rege. Leonora quæ primùm Lusitanorum quidẽ regi nupsit, ac deindè Francisco Gallorum regi. Elisabeth Dignamar regina. Chatherina nunc Ioannis Portugaliæ regis vxore. Et ab eadem regina Ioanna multi alij vlterioris tamen gradus regia dignitate potẽtatibus quę maximis præfulgentes proueniunt. pro cuius animadiebus complurib9 omnes populi Hispaniarum sacrificijs orationib9 quę assiduis Deum optimũ maximum vigilantißimè exoratunt.

¶Quibus

¶QVIBVS OMISSIS, ex dicta sexta cõclusione dicta quę regia loge cõ
865 stat, quòd & si verbum, *lego*, adiectum † vniuersitati bonorum nullo hærede instituto, hæredis inducat institutionem, quia si hoc non fieret, testamentum non valeret. vt videtur probari in capitul. Rainaldus. de testamen. & ibi glo. & tenent alij quos referunt moder. in. l. centurio. ff. de vulg. & pup. & in. l. 1. ff. de leg. 1. & dominus Didac. Couarru. in dicto capitu. Rainaldus. §. 1. nu. 5. cùm tamen prędicta lege ordinamen. in testamento non est necessaria hæredis institutio. si hodiè in testamento nihil continetur, quòd præcisse hæredis efficiat institutionem, verbum, *lego*, etiam additum vniuersitati bonorum, nõ operabitur institutionem hæredis. vt expræsse notat dominus Couarru. in dicto cap. Rainaldus. §. 1. nume. 6. Vndè hodiè nulla nos cogit necessitas opinionum conflictum, iuxta hanc rem á modernioribus recensitam in dictis locis differere.

¶CONSEQVITVR subindè ex dicta sexta conclusione, hodiè in nullo testamento nuncupatiuo scripto hæ-
866 rede † ad vim legatorum testamento valido permanente, non esse necessariam clausulam codicillarem: si quidem prædicta lege regia debeantur ipsa legata, nullo hærede instituto, seu illo non adeunte: etsi iure anteriori vt tũc legata deberentur ab venientibus ab intestato, exigebatur clausula codicillaris. vt traditur in. l. fi. C. de codicil. & notat glo. in dicto capitul. Rainaldus. cũ alijs quorum inibi meminit Couarru. §. 3. numero. 8. & moder. in. d. l. eam quam. C. de fid. comi. quod & abundè infra. nume. 868. & sequentib9 describemus. Et hoc fulcitur, quia & si nullus sit hæres institutus in testamento, valet testamentum vt sæpius docent verba dictæ legis regiæ igitur nulla clausula codicillaris erit necessaria: siquidem cùm testamentũ iure obtinet † non est necessum, clausu- 867
lam codicillarem in testamento ponere. vt traditur in. l. 1. vbi Bart. ff. de iur. codicil. cum similibus notatis á Corne. in consi. 54. duo. colu. 2. lib. 1. & sat constat ex. l. Sthicus qui meus. ff. de leg. 1.

¶EX QVIBVS etiam fit, hodiè regio iure † cùm hęres in testamento non 868
scribitur, vel scriptus hæreditatem non adierit, non esse necessum legata repetere ab venientibus ab intestato, vt ipsa legata debeantur: & si iure communi exigebatur prędicta repetitio. vt traditur in. l. ex testamento. C. de fid. comi. & tenent gl. & docto. in. l. si iure. C. de testamen. manu. cum alijs quorum meminit Iaso. in dicta. l. eam quam. colum na. 2.

¶PRETEREA & ex dicta lege regia sexta quę cõclusione percipitur † 869
quòd licet si hæres in vita testatis decedat, qui nõ hebet substitutũ vulgarem adeuntem, vel cohæredem cui hæreditas acrescat, legata non debeantur ab hæredibus ab intestato non repetita. vt in. l. 1. §. his ita. & in. §. pro secundo. C. de cadu tollen. & traditur in. l. fin. C. de codicil. & inibi Fulgo. columna. 2. & Bald. in consilio. 167. thema propoßitur. lib. 2. Iaso. in. l. licet imperator. numero. 56. ff. de leg. 1. citans notata in l. 3. §. fi. ff. de libe. & pusthu. & sat probatur in. l. quidam referunt. ff. de iur. codi. Cuius contrarium sectatur Montalu. in. l. fin. titul. 8. parti. 6. indiscriminatim tenens, ab venientibus ab intestato in hac spetie legata esse exoluenda. ex iuribus illic ab eo citatis: quæ in istis terminis non loquuntur. prout nec text. in. l. Lutius. §. filiam. ff. de leg. 2. á Mõtalu. in. d. loco citatus: si quid in eo á venientib9 ab intestato legata ob id relicta cẽsetur, quia clausula codicillaris

Universidad de Deusto
Biblioteca

in illo casu testamento scripta ex eo cē
setur, quód deficientibus venientibus
ex testamento ipsa legata relicta fuerūt.
vt explicāt ibidem Paul. Cast. & docto.
in.d.l.eam quam. Hodiè tamē ex dicta
lege regia his prætermissis legata debe-
buntur generaliter, etsi hæres obierit
in vita testatoris: quia nulla hæredis in-
stitutio necessaria est: & ita parum re-
fert, hæres decedat in vita testatoris, nec
ne.

870 ¶EX QVO etiam sequitur † quód
etsi legata quæ pro non scripta ex eo ha
bentur, quia relicta fuerunt ab hærede
mortuo tempore testamenti, à substitu-
to repetita non censeantur, nec ab eo
exoluenda sint. vt in. d. l. quidam refe-
runt. in princip. cum alijs quæ Iaso. re-
fert. in. d. l. licet imperator. nume. 56.
Hodiè autem secus erit. ex dicta lege re
gia.

871 ¶EX his quidem & sit † quód etsi te-
stamentum subertatur, ex eo quód hæ-
res obierit viuente testatore. vt in. §. 1.
insti. quib. mod. testa. infir. & traditur in
l. nō putauit. §. 1. ff. de bono. posse. cōt.
tab. cum alijs de quibus meminit Card.
Pariſi. in consi. 62. Titius duos. colūna.
2. lib. 2. & in consi. 26. ex tenore. nu. 46.
eod. lib. adde etiam videndum Alex. in
consi. 17. ponderatis. columna. 5. lib. 3. &
Soci. in consi. 140. considerato testamē-
to. columna. 4. &. 5. lib. 1. & Deci. in con
si. 242. in causa. columna. 1. in quibus lo-
cis etiam dicti docto. controuersantur
(post Bald. in consi. memorato à Decio
in prædicto loco) abundē, an clausula
codicillaris aliquid operetur, hærede
decente in vita testatoris. & idem latis-
simè differit Cardi. Pariſi. in cōsi. 60. pri
ma fatie. columna. 3. & sequentib9. lib.
2. & in consil. 61. licet aliàs. colum. 4. &
5. eod. lib. quem & de materia videre li-
cet in consi. 64. prima fatie. eod. lib. 2. &
in consil. 18. sto quód. columna. 1. lib. 3.
Nunc tamen ex prędicta lege ordinam.
hæc dissertare necesse non est, quia ex
prædicta lege tale testamentum est fir-
mū, & in eo contenta sunt obseruanda,
etsi in eo nullus hæres sit institutus, nul-
lus qúe hæres ex ipso testamento sit.

¶PROINDE & ex eodem fluit fon 872
te † ad legatorum conseruationem (nu
llo hærede instituto, & eadem ratione
hærede instituto hæreditatem nolēte)
nullam aditionem venientium ab inte 873
stato esse necessariā: quia ipsa legata †
non ab intestato, sed ex testamento ipso
debentur. vt supra explicuimus. & hoc
ostendunt manifestè verba dictæ legis
ordina. ibi, *Vala el testamento en las man-
das y en las otras cosas*. & supra etiam in
eadem lege, ibi, *y sea valedero el testamen
to, que en tal manera fuere ordenado en las
mandas, y en las otras cosas*. etsi contra-
rium teneat (& venientium ab intestato
in casu dictæ legis regiæ aditionem exi
gi) Ioā. Pariſi. antiquus doctor in eadem
lege ordina. & domi. Didac. Couarru.
in. d. c. Rainaldus. §. 3. numero. 8. & nu.
11. prope finem. & Ferdi. Talabe. hic nu
me. 94. & palàm. nume. 87. Cui senten-
tiæ adstipulari vidi quendam regium se
natorem (virum quidem ingeniosum) &
ipsorum opinioni accedat glos. in. l. qui
filio. §. 1. ff. de hæred. insti. cum in simili
ibi exigat aditionem venientium ab in-
testato. cui glo. scribentes accesserunt
in. d. §. 1. & in. d. l. eam quam. C. de fid.
comi. & in. d. authenti. ex causa. C. de
libe. præte. & illic Iaso. colu. 5. & Alex.
in. d. l. 2. columna. 1. ff. deleg. 1. cum simi
libus quorum meminit Couarru. in. d.
c. Rainaldus. §. 3. nume. 8. & Mayne. in
l. si nemo. ff. de reg. iur. & Ferdi. Talabe.
in præsentia. nu. 83. & probatur in. l. 2.
ff. de fid. comi. liber. ¶Proindé & eidē sē
tentiæ suffragatur sententia Bald. in. d.
l. eam quam. colu. 3. vbi ait, quód vt lega
ta pia non adita hæreditate conseruen-
tur † hæreditas ab intestato adeūda est. 874
siquidem cùm hæreditas ex testamento
abijci

abijcitur, omne ius proueniens ex testa
mento diruitur: etsi hæreditas ab intesta
to nō adeatur, omne ius ab intestato sub
oriens dirumpitur, quippe cùm hæres
deficiat, nec adest persona quæ obliget-
tur: & quia cùm actiua non inuenitur,
persona actiua inesse non potest. ff. de iu
di. l. in tribus. addit etiam Bald. aliam
rationem, quia ita reum sicut actorē fun
dari necessum est. C. de alie. iud. mutā.
cau. fact. l. 2. ex quo fieri dicit, hæredita-
tem iacentē ad legata non astringi: quia
testantis iure & non hæredis fungitur, te
stator qúe ex proprijs non obligetur le
gatis. ¶Sanè & prædictæ opinioni con-
ducit, quia si hanc sumamus interpræta
tionem, minus læduntur ius commune
& leges partitæ, quibus stabilitur, ad le-
gata necessariam esse hæreditatis aditio
nem: quam ob rem hunc intellectum es
se recipiendum edocent text. in. l. 2. C.
de noxal. & similia iura. Præterea hæc 875
cōfirmatur opinio † quia prædicta lex
ordina. constituit, nullo hærede relicto
illū esse hæredē, ad quē aliàs iure cōsue
tudine qúe hæreditas non facto testamē
to pertinet. & ita ipsa lex tunc facit hæ
redem succedentem ab intestato: igitur
& eius aditionem clarè exigit. Deniqúe
& instruitur prædicta sententia, quia et-
si dictam legem regiam prædicto modo
interprætemur, sat quidē lex ipsa ope-
ratur, ac si ex ea enascatur, venientes ab
intestato ad legata soluenda esse onera
tos, etiam si codicillaris clausula præter
mittatur, contra iura anteriora quæ su-
pra numero. 866. citauimus.

¶VERVM prædictis non obstantibus, 876
ipse libenter alterius sum opinionis, & meo videri censerem † etiam in
casu prædictæ legis ordina. vt legata de-
beantur, nullam hęredum ab intestato
aditionem esse necessariam. Tum quia 877
vt diximus † in hac spetie legata non
debentur ab intestato, sed ex testamēto.
vt dictę legis verba edocent. Etsi con-
trarium teneant Ioan. Pariſi. in. d. l. ordi
na. & domi. Didac. Couarru. in. d. c. Rai
naldus. §. 3. num. 8. & Ferdi. Talabe. hic
nume. 87. & adde videndum Montalu.
in. l. 7. tit. 8. parti. 6. Tum item, quia vt su
pra ostensum fuit, dictę legis ordina. ea
est ratio, vt testantis impleatur voluntas
quæ enim ad nostrum casum expectat,
& contrariam non patitur sententiam.
Tum etiam † quia in dicta lege ordina. 878
nihil exprimitur de aditione venientiū
ab intestato: quod factum videtur, quia
ipsa aditio nessaria non erat, quæ si exi-
geretur, facilè quidem erat, de ea inibi
mentionem facere. vt in simili iura no-
tissima passim expendunt. & eo maximè
quód non erat res subticenda, vt res no
tatu digna: & ob id consultò illam fuis
se omissam, existimandum est. ex text.
in. l. item apud Labeonem. §. hoc inter
dictum. ff. de iniur. Tum quia, prædicta
lex ordina. nominatim patefacit, omne
illud quod necessarium est ad conser-
uationem legatorum: scilicet, quód te-
stamentum conficiatur solennitatibus
inibi expræssis. vt hęc verba dictę legis
ordinamen. non obscurè docent, *y sea
valedero el testamento, que en tal manera
fuere ordenado en las mandas*. igitur alia
exigi dicendum non est, ad ipsorum le-
gatorum validatem. l. fiverō. §. de viro.
ff. sol. ma. cū alijs. Tū & quia † dicta lex 879
ordina. non requirit vllam hæredis insti
tutionē, nec minus exigit hæredis scrip
ti aditionem: sed illis prætermissis dis-
ponit, legata esse soluenda: & ita lex il-
la perspicuè concinit, nullius hęredis fa
ctum ad vim legatorum esse considerā
dum: quarē non est dicendum, legem il
lam considerasse aditionem hæredis ab
intestato. Tum quia, illa lex generali-
ter legata deberi disponit, igitur inter-
prętanda est, etiam citra aditionem ve-
nientium ab intestato. l. de prætio. ff. de
publicia. cum suis vulgatis. Tum etiam
† quia & legata pia debentur optimo 880

Universidad de Deusto
Biblioteca

iure etiam hæreditate non adita. vt est doctorum communis sententia. in. l. 1. C. de sac. sanct. eccle. cum similib⁹ de quibus meminit Didac. Couarru. in. d. c. Rainaldus. §. 3. numero. 11. tamen in hoc casu ad ipsa legata pia conseruanda, non exigitur aditio venientium ab intestato. authore Bal. in. d. l. qui filio. §. 1. ff. de hæred. insti. quem sequitur domi. Grego. Lup. in l. 37. tit. 9. parti. 6. An verò pro ipsis pijs legatis competat officium iudicis. videre licet docto. in. d. l. qui filio. §. 1. & Alex. in. d. l. 8. columna. 9. ff. de leg. 1. & ibi latè moder. Tũ quia,

881 † in prædicta lege ordina. testamentũ & alia quælibet vltima voluntas in materia adæquatur, sed ad robur donationis causa mortis aditio venientium ab intestato non est necessaria. vt tenet glos. in. l. filiæ. C. famil. hærciscun. & idem tenent alij quorum meminit Iaso. in. d. l. eam quam. C. de fid. comi. colum. nume. 10. Tum & ex sententia Sali. & Cor ne. in. d. authenti. ex causa. C. de libe. præteri. tenentium in casu dictæ authẽ ti. (in qua legata etiam conseruantur) aditionem hæredum venientium ab in

882 testato non requiri. Tum & denique † hanc sententiam in statuto consimili dictę legi regię palám tenent Socin. in. d. l. 11. colu. 5. ff. de lega. 1. & illic Vicenti.

883 colu. 28. & Ioan. Fran. de Rip. nume. 66. & in proprijs terminis dictæ legis ordina. loquitur idem tenens domi. Grego. Lup. in. d. l. 37. in verb. los frutos. titu. 9. parti. 6. & in proœmio tit. 3. ead. 6. parti. cùm ibidem admonuit esse videnda ea quæ ipse scripsit in. d. l. 37. & adde videndum eundem Greg. Lup. in. l. fi. in verb. nazca despues. tit. 12. parti. 6. & Ant. Gome. in suis resolutionibus. 1. tomo. c. 12. de legatis. nume. 11. per totum maximè. ibi in versi. hodiè tamen.

¶NEC dictæ nostræ sententię † obstat glo. in. d. l. qui filio. §. 1. siquidem ipsa glos. & eam sequẽtes loquuntur, quã do legata debẽtur ab intestato, & non ex testamento. Item ipsa glos. ex eo suam suadet opinionem, quòd legata ab venientibus ab intestato repetita censentur, quod in hoc casu locum nõ habet, nec repetitio ipsa ponderatis verbis dictæ legis ordina. necessaria est. vt supra latè deduximus. nume. 872. & sequentib.

884 ¶PRETEREA nec nos † ad contrarium subinuictat sententia Baldi. in d. l. eam quam. siquidem dicta lex ordina. prorsus stabiliat, hæreditate ex testamento ab intestato vè non adita legata esse persoluenda. quod legem facere posse, nemo ambigit. Cæterùm & quando non aditur hæreditas, persona tamè repræsentata inuenitur, ideſt, hæreditas iacens. ff. de fide iuſo. l. mortuo. cum similibus quorum meminit Iaso. in rub. ff. de acqui. hæredi. nu. 4. aduersus quã iuris remedia & actiones intentari possunt, contra eius quę curatorem. ex tex. in. l. 2. ff. de cura. bo. dan. & expręsse ſic tenent Socin. columna. pen. & Vincent. col. 29. & Francisc. de Rip. nume. 66. in d. l. ff. de leg. 1.

885 ¶PROINDE & tertia ratio facilitèr euellitur † quia dicta lege ordina. corriguntur iura cõmunia & leges septipartitarum, quibus dispositum fuerat, hæreditatis aditionem esse necessariam & per. d. l. ordina. conseruantur legata, sine aliqua aditione hæredum valido testamento remanente.

886 ¶RVRSVS & quarta ratio contrariæ opinionis ex eo refellitur † quia et si nullo hærede relicto, illum esse hæredem dicta. l. disponitur, qui iure aut consuetudine hæres esset, si testamentum non foret confectum: non tamen lex ipsa exigit aditionem succedentis ab intestato. Præterea in sequenti casu (scilicet) cùm scriptus hæres adire nollit, seu hæreditatem ab legauerit, in quo etiam casu lex illa disponit, legata esse præstanda, & tunc non subijcit dicta verba,

verba, *y entonces herede aquel que segun derecho o costumbre de la tierra a auia a heredar.*

887 ¶DEMVM & postrema ratio aduersæ opinionis † nostram non excludit sententiam. ex quo verba dictę legis ordina. clarè insinuent, hæredum ab intestato aditionem non esse necessariam & quia idem constat ex rationib⁹ supra citatis pro hac nostra sententia.

888 ¶VERVM etsi hæredum ab intestato aditio necessaria non sit † ipsi tamen ab intestato succedentes requirẽdi sunt antequàm prætor præcipiat legata exolui, an hæreditatem adire velint. vt in proprijs terminis tenet Greg. Lup. in. d. l. 37. titul. 6. parti. 6. in verb. los frutos, columna. 2. prope finem. ad quod ibi citat Alex. in consi. 137. in causa & lite. co. 3. lib. 2.

¶PROINDE & ex dicta lege ordina. deffinitur dubium controuersum à Ioan. Fab. & Ang. in. §. 1. institu. de eo cui libera. cau. bon. adijciun. in quo enim diuersum iudicarunt, dicit enim Ioan. Fab. quòd si testator suæ voluntatis executoribus destinatis (nullo instituto hærede) complura legata reliquerit quòd ipsi executores nullam habent potestatem exequendi: nisi succedẽtes ab intestato hæreditatem adierint. At verò Ang. contrarium tenet, ex eo quòd ipsi executores habeantur hæredum loco, saltem quo ad legata ad pias causas. l. si quis ad declinandam. & in. l. nulli. C. de episcop. & cleri. notat Bart. in. l. alio. ff. de ali. & cibaria, leg. siquidem generaliter dicta. l. ordina. decreuerit, legata esse persoluenda, etiam nullo hærede instituto.

¶VERVM & ex dicta lege ordina. illud enasci videtur, non esse hodiè necessum, titulo institutionis legitimam filio relinquere: etsi ante contrarium verius erat. ex tex. in authenti. vt cùm de appel. cog. §. aliud quoque. colla. 8. & magis communiter docto. in authenti. nouissima. C. de inoffi. testa. & abundè domi. Couarru. in. c. Rainuntius. §. 1. nume. 2. & 3. de testa. vbi refert plures idẽ tenentes. & Mantu. Bona. in tracta. de legitima filiorũ. char. mihi. 39 & Chassene. in consue. Burgun. des succe. rub. 7. §. 3. verb. Sanraye. & est tex. 6. par. tit. 8. l. 5. quæ lex hoc temperat, in versi. pero si el padre. & in proprijs terminis dictã legem ordina. ad hoc expẽdit Calatay. in. l. 6. harum legum Tauri. vbi tenet, quòd hodie nõ est necesse titulo institutionis filio legitimam relinquere: cùm ea dispositum sit, valere testamentum sine hæredis institutione. Quod & confirmat ipse Calatay. quia dicta lex ordina. loquitur in casu quo filij erant patris successores. Cui vltimæ rationi mihi ipse respondit. Quin & priori. Et denique ibi contrarium tenere videtur & dicta lege ordina. non esse iura communia correcta. ex notissimis iuribus quæ correctoria iura restringunt. & quia ad casus spetiales nõ extẽduntur. Quod maximè obtinere videtur, cùm habeamus dictam. l. parti. qua iudicandum est vt disponit. l. 1. huius codicis. cùm expræssam non reperiamus legem regiam posteriorem eam abrogantem. Et sat hanc sententiam lex nostra suadet cùm ea dituatur ratio, qua aliqui & iure communi pensitato tenuerunt, quòd nõ tenebatur pater filio relinquere legitimam titulo institutionis. nempè quia ex d. §. ex imperfecto. pater non erat obnoxius seruare rigoré iuris ciuilis: quod quidem (vt explicuimus) hac lege abrogatur. altius tamen circa hæc cogitabis.

889 ¶EX superioribus etiam deducitur, quòd cùm testamentum in casu dictę legis ordina. vires habeat quo ad legata, & alia in eo contenta † quòd etiam legata ipsa peti possunt actione ex testamento. vt in simili concludunt cõmuniter docto. in legatis quæ sunt soluenda.

ex. d.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex.d.authenti.ex causa. quam esse cõmunem resolutionem illic Iaso fatetur. columna. 13. cui multi alij consentiunt quos inibi moder.referunt.& Iaso. in.d. l.1.nume.101.ff.de leg.1.& Rip. nu. 41. & quód sit locus actioni ex testamento in casu dictæ.l. ordina. tenet Rip. in.d. l.1.nu.66.ff.de leg.1.& quód aduersꝰ curatorem hæreditatis iacẽtis in hoc casu intentabitur vtilis actio ex testamento. ex tex.in.d.l.2.ff.de cura.bo.dan.qui & tenet,quód si hæredes ab intestato in casu prædictæ legis ordina, hæreditatem adierint, quód cõtra eos actio personalis dabitur. l. apud Iulianum.in fine.ff. quib.ex cau.in posse.ea.quam ad hoc & Soci.notat in.d.l.1.ff.de leg.1.co. penul. Quin & ipsa testamenti actione agi pot se aduersus testamentarium executorẽ. traditur in. d. l. nulli. C. de episcop.& cle.& probatur in.l.cùm filio.in fine.ff. de leg.1. & inibi docto. cum similibꝰ de quibus meminit Iaso.eis adhęrens in. §. ex maleficijs.col.5.insti.de actionib.

¶NEC huic sententiæ oberit text.in §.hæres.insti.de obliga.quæ ex qua. de lict.nascũ.nec iura similia, quibus sancitur,actionẽ ex testamento ita demúm obtinere, si hæreditas adeatur. quia illud ob id est, quód testamentum citra aditionẽ hæredis nullum erat: at in nostro casu, vt supra dictum est,tunc testamentum non quidem diruitur. Vndẽ sequitur,actionem ex ipso testamẽto saltém vtilem esse dandam contra curatorem iacentis hæreditatis.Etsi verum sit tenuisse Bald.in.l.1. C.si quis omi.cau. testa.col.pe.& Alex.palám in.d. l. 1. ff. de leg.1.colu.9. & expræsim illic Iaso. nume.109.& idem Iaso.in.l.1.colu.3. C. commu.de leg.& in.d.l.eam quam.col. 13.& Ioan.Parisi.in.d.l.ordi.& Guiller. Bened.in.d.c.Rainũtius.in verb.si absque liberis moreretur. in. 2. nume. 155. Ferdi.Talabe.in præsenti.num.89.post Dida.de Segur.in relect.l. vnum ex familia. §.sed si fundum.chart.6. colu.2. qui volunt,in casu dictæ legis regiæ seu similis statuti non actionem ex testamẽto,sed conditionem ex lege locum habere.& adde videndum Didac. Castel. in.l.21.harum legum Tauri.col. 4. post Ang.in.d.l.qui filio. §. 1. ff. de hæred. instit.

¶PRETEREA an offitium iudicis † competat pro legatis in casu dictę legis ordina.videre licet Bald.in.d. l.1. C.si quis omi.cau.testa.& Alex.in.d.l. 1.columna.9.ff.de leg.1.& docto.in locis supra citatis.& domi.Greg.Lup.in. d.l. 37.in glo.pe.tit.9.parti.6.& in.l.26.titu. 13.par.5.in verb.obligados. circa quod considerandum est,quód ipse dominus Greg.Lup. ex eo dicit in.d.l. 37. offitiũ iudicis dari,quia ipsa lex verba ad iudicem dirigit,ex quo in ea hæc verba subijciuntur,*cumplasse el testamento*, quia prædicta verba ad iudicem esse conscripta necessario firmari non potest: siquidem & ita intelligi possint,quód legata ipsa adimpleantur ab hærede ab intestato hęreditatem adeunte, seu à testamenti executore, aut à curatore iacẽtis hæreditatis. 890

¶SED obiter hic aliud dubium subtexitur † an in casu dictæ legis ordina. actio hypothecaria pro legatis locum habeat,sint qúe bona testantis pro legatis hypothecata.& videtur quód non.vt expræsse tenet Bald.in.d.l.1. columna. penul. C.si quis à paren.fuc. manu. Tum quia,vt ipse ait,statutum quo disponitur,hæreditate non adita legata esse præstanda, communi iuri resistit. Tum itẽ,quia hypotheca accedit obligationi personali,& ipsa actio hypothecaria habet aliquid personalitatis:siquidem ex consensu vel quasi enascatur.vt cõstat ex traditis per Ant. de Fano. de pignorib.in.1.membro.8.partis.num.51. igitur consequens est,quód citra personã quę ipsius obligationis est personalis proprium 891

proprium subiectum, hypothecaria in esse non posit:& ita non tantùm cùm statutum hæreditate nõ adita legata deberi disponit,sed etiam cùm & nullo hę rede instituto ea esse persoluenda constituit.& huic sententiæ Baldi consentit Alex.in.d.l.1.columna.9. ff. de leg. 1.& Iaso.in.d.l.1.colum.3. C.commu.de leg.& melius in.d.l.eam quam.colu.13. & Guiller.Bened.in.d.c.Raimuntius.in verb.si absque liberis.in.2.nume.155.

892 ¶Sed constanter ipse contrariam sententiam teneo † quam in proprijs terminis tenet Soci.in.d.l.1.col.pe.& Vincen.Peru.col.28.& Fran.à Rip. nu. 66. ff.de leg.1.& domi.Greg.Lup.in.d.l.26. in verb.obligados.tit.13 parti. 5. & Ant. Gome.in resolutionib.1.tomo. c.12. de de lega.nume. 11.versi.sed hypothecaria.& satis probatur in.d.l.26.& in. d. l. 1. in princip. C.commu.de leg.Cui rei hæc ratio accedit,nam dicta lex ordina. cõstituta est ad fauorem legatorum:ergo dicendum non est,ipsius legis remedia quæ pro legatis consequendis eorũ qúe ad commodum iure conceduntur, esse sublata.l.quod fauore. C.de legib. Præterea si dicta lege ordina.legata prę stari sancitur,& etiam ea quibus ipsa legata effectum consequuntur, dicta lege regia concedi existimandum est. l. 2.ff. de iurisdi.omni.iudi.cũ alijs. ¶Verúm & huic rei patrocinatur ratio generalis qua actio hypothecaria constituta est ad legata consequenda.quæ hisce verbis exprimitur in.d.l.1. §.si enim. C.cõmu.de legat. *si enim testator ideo legata vel fideicomissa dereliquit, vt omnimodo personæ ab eo honoratæ ea percipiant: apparet & eius voluntate etiam præfactas actiones contra res testatoris esse instituendas, vt omnibus modis satisfiat.* quæ quidẽ verba casum nostrum æquabiliter,& casum in quo personalis actio pro legatis locum habere non posit,compræhendunt. vt abundẽ aduertit Vincen. Peru si.in.d.l.1.colu.28.ff.de leg.1. vtrobiqúe enim testantis inest voluntas,ex qua hypothecaria suboritur actio:cuius voluntas in hac re sicut & in alijs prædominatur:& ob id quòd pro legatis hypothecanõ cõpetat,testator prædordinare potest vt tenent glos. & docto. in. l. 2. C.vt in posse.legato.in verb.remitti.& alij quos citat Ioan.à Rip.in.d.l.1.ff.de leg.1.nu. 68.post Soci.in consi.75.primo aspectu. nume.3.lib. 4.& opinionem dictæ glos. sequuntur magis communiter docto. secundum Ant.de Fano.in.d. eius tracta. de pignorib.4.membro.2.partis.nu.161. & eandem glo.sequitur etiam Ioan. Dilect.in suo tracta. de arte testandi. tit.6. de legatis,cautela.33.nume.1.

¶NEC Baldi prædictæ rationes † ad cõtrariam opinionem nos quidem sub inuitant,si rectè negotium hoc pensitemus. ¶Et prior eius ratio ex eo euertitur quia etsi communi iuri dicta lex regia aduersetur,& etiam iuribus septipartitarum, quibus sancitur, absque hæredis aditione legata esse soluẽda, tamẽ quód quando iure præter aditionem hæreditatis legata substituentur,hypothecaria locum non habeat pro ipsis legatis,nulla lege cauetur. Item quód hypothecaria in hoc casu obtineat,est extẽsio passiua,qúe admittitur in iuribus correctorijs.l.1. §.lex Falcidia.& ibi latè docto. ff.ad.l.Falci. ¶Præterea altera Baldi ratio ex eo cessat † quia hypothecaria inuenitur sine actione personali. vt constat in.l.2. C.de solu.pigno.& probatur in.l.ex sextante. §.latinus.ff. de excep.rei iudi. Et ob id idẽ Bald.in.l.cùm oportet. §.fin. C. de bon.qúe libe.sine dubio tenet, quandoqúe hypothecariã reperi citra personalem actionem existentem,seu nunquàm ortam inueniri. citans glo.in.l.si hæres pecuniam.ff.ad Trebel.& Baldi meminit Alex.in.l.fideiusor obligari.in princip.ff.de fideiusso.quibus & accedat glo.in.l. vsucapio. 893 894

C.de

Universidad de Deusto
Biblioteca

C.de pignorib.& sententia Paul. Castren.in.l.fi. C.hæredi.vel act.uendi.

¶Responderi etiã potest, quód etsi subiectum personalis obligationis in hac spetie consuescat esse hæres, qui hæreditatis aditione obligatur,tamen in hac re persona testantis erit subiectum hypothecariæ.ex.d.l.1.in princip. C. commu.de lega.quæ non quidem abest,etsi deficiat persona hæredis non adeuntis. Quo fit, quód & in præsentia subiectũ (ideſt persona quæ constringitur ad legata in casu dictę legis ordina.) semper enim inest.nam aut in casu dictæ legis ordina.venientes ab intestato hæreditanem adeunt,& ad legatorum præstationem sunt obnoxij, & tunc personę ad sunt,quæ personaliter obligantur:& sic prædicta Baldi ratio in hoc casu nõ præiudicat.vt tenent Vincenti.& alij in.d. l.1.columna 28.ff.de leg.1.& supra idẽ diximus.aut ab intestato venientes hæreditatem respuunt,in quo casu etsi vt supra deduxim9,citra omnem aditionem hæredis legata sunt exoluenda,& hypothecariæ locus erit,& eius subiectũ erit præsumptio voluntatis testatoris.ex supra dictis. Vndé etiam sequitur,quód
895 etsi concedamus † hypothecariam ad personalem esse accessoriam.ex.l.si legati.ff.de pignorib.id erit, cúm ex persona vnius & eiusdem enascitur:at secꝰ si ex diuersis.vt in hoc negotio, in quo hypothecaria suboritur ex voluntate præsumpta testatoris, personalis veró ex assensu hæredis. Nec dicere oberit quód etsi in prædicto casu subiectum actiuum adsit, non tamen passiuum subiectum,ideſt,persona aduersus quã hypothecaria exerceri possit.at si hæredes ab intestato succedentes hæreditatem non adierint,quippe cúm adsit persona repræsentata,ideſt,ipsa hæreditas iacens,contra quam & eius curatorem(vt supra ostensum fuit)iuris remedia intentari possunt.authore Soci.in.d.l.1.col. penul.& Vincen.Peru.inibi in.d. colu. 28.& Rip.in. d. nume. 66.ff.de leg.1.& domi.Greg.Lup.in.d.l.26.tit.13.par.5.

¶TEMPERANDA tamẽ atque ita intelligenda est prædicta nostra sententia † quód ipsa hypothecaria pro 896
cæteris testatoris bonis locum habeat: non tamen pro ipsis rebus legatis, quorum dominium ad legatarium transierit.ex tex.in.l.nec pign9.ff. de regu.iur. & notat glo.in.d.l.fi C. commu.de lega.in princip.cum similibus citatis per Iaso.in.d.l.1.nume.132.ff.de leg.1.

¶SED & illud inuestigare & præter alios oportet, iuxta prædictam sextam conclusionẽ huius legis,an dicta in hac conclusione & in prædicta lege ordina. 897
† etiam obtineant in testamento inscriptis,& per consequens,legata & fideicomissa immixta in testamento inscriptis soluenda sint:& si in eo hæredis institutio prætermittatur,seu hæres scriptus hæreditatem non adierit. Et videtur quód non: siquidem vt hæc nostra lex disponit,prædicta lex ordinamen. tantùm loquitur in testamento nuncupatiuo:igitur consequens est,contenta in.d. l.ordinam.non pertinere ad testamentum inscriptis. Prętera si rex Alfonsus conditor dictæ legis ordinam. idem voluisset in testamento inscriptis, facilíter expræsisset: quaré sequitur,expræssa in.d.l.ordinamen.non habere locum in testamento inscriptis.ex text.in cap. ad audientiam.de decim.& in cap.inter corporalia. §.sed nec.de transla.episc. l.vnica. §.sin autem ad defficientis. C. de cadu. tollen. Cui sententiæ etiam alludunt multa alia quę supra conscripsimus.numero.22.& sequentibus. Proindé & hæc fulcitur pars, quia vt sępius in precedentibus explicuimus,prædicta lex ordina.iura anteriora & septipartitarũ corrigit. Vndé fit, eã strictè esse intelligẽdã eo modo quo ipsa vetera iura minus

minus lædantur. C.de noxal.l.2.cum similibus. Sané & hæc sententia confirmatur,quia si aliter ipsam legem interpretaremur,absurdum quod ex ea sequi videtur (scilicet, quód nullo existente hærede pro legatis pecuniarijs etsi exiguis, faciliter prętiosæ res hæreditatis & fortasis nõ iusto prætio venderẽtur) ad testamentum inscriptis etiam trahæretur,cõtra notissima iura non tollerãtia absurditatem.¶Sed nihilominus cõtrarium meo iuditio censerem,& prædi
898 ctam † constitutionem ordinamen. etiam locum habere in testamento inscriptis.Tum,ex his quæ supra congessimus.nu.13.& sequentib.vsque ad nu. 22. &.34. Tum item, quia etsi lex nostra disponat,prædictam legem ordinamen. in testamento nuncupatiuo obtinere, id tantùm est quo ad solennitatem testamenti,non verò quo ad alia. vt huius legis verba palàm insinuant.maximè ibi, *mandamos que la solennidad de la ley del ordenamiento del señor Rey don Alonso, que dispone,quantos testigos son necessarios en el testamento.* Tum etiam,quia etsi hæc lex interprætetur dictam sanctionem ordinamen.in testamento nuncupatiuo, ipsa verò lex ordinamen. habet generalia verba,quæ vtrunque testamẽtũ cõprehendere videtur:multæ quę sunt rationes quæ indicant, dictam legem ordinamen. ante hanc nostram intelligi & in testamento inscriptis. quas supra nu. 13. & plerisque sequentib. adduximus.& forsàm prædictus rex Alfonsus illam sanxit,& ad testamentum inscriptis.etsi quę in hoc opinamur nu.34. huius legis tradidimus. Tum quia, satis incongruum esse censeretur, assertum quo opinaremur,legata relicta in testamento nuncupatiuo,in quo nullus effectus est hæres,firma esse: at nõ si in testamẽto inscriptis fiant.& sine dubio nulla huius rei discrimmis ratio excogitari potest. Tũ & quia, cõtrarius intellectus satis quidem durescceret, si legata contenta in testamento nuncupatiuo, in quo minor ineſt solennitas, validora essent, quám ea quæ scribuntur in testamento inscriptis confecto ampliori solennitate. Tum quia, vt supra sæpius asseruimus, dictæ legis ordinamen. ea sola ratio est(etsi non expręssa)quia non licet testantis voluntatem (quam diligenter iura obseruandam esse, constituunt) ex eo frustrari, quód in testamẽto aliquis hæres non sit institutus,vel ex eo, quód scriptus hæres hæreditatem adire nollit. Quæ quidem ratio quia vnica,cúm & in testamento inscriptis locum habeat, dispositionem dictæ legis ordinamen. ad nostrum casum etsi correctoriam esse trahẽdam efficit. ex traditis in authenti.quas actiones.C. de sac.sanct.eccle. & inibi Iaso. col.7. Ex quibus vtique rationes contrariæ lucidè euertuntur, & ob id in earum solutione consultó non demoramur.

¶POSTREMO ad intellectum prędictæ sextæ conclusionis,videre etiam licet quæ tradit Didac.Couarru.in dicto capit. Rainuntius. §.6. nume.4.de testa.

¶QVIBVS dicta sexta conclusio finem suscipit: & septimam aggrędimur conclusionem. quæ sequentem in modum est.

¶REPVDIATIO HEREDITATIS ab hærede scripto facta, testamentum inualidum minimè efficit, sed valet quo ad legata, & alia eidem testamento immixta.

¶QVE QVIDEM conclusio obsistit.l.ex testamento. C.de fid.comi.& l.si nemo. ff. de regul. iur. & alijs iuribus notissimis supra citatis. quæ corriguntur dicta lege ordinamõ. erant qũe dictæ leges antiquæ editæ compluribus

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus rationibus. quarum Roma. meminit in dicta authenti. similiter. C. ad. l. Falcid. in. 20. spetiali vltimarum voluntatum. & docto. in prædictis locis. Verùm & multos casus in quibus iure communi legata hæreditate non adita firma sunt. moder. tradiderunt in. d. l. eam quam. C. de fid. comi. & in. d. regul. si nemo. Et an statuto disponi possit, legata deberi citra aditionem hæreditatis. docto. tangunt in dictis locis. & in dicta l. 1. ff. de leg. 1. & Talabe. hic numero. 84. &. 85.

¶PREDICTAM tamẽ septimã cõclusionẽ interpretari oportet † etiã si
899 legata seu fideicomissa ad pias causas relicta nõ fuerint, & ea citra aditionẽ hęredis firma esse, existimãdũ est. ex. d. l. ordi. generaliter loquente. & expræssẽ sic tenet Ioan. Parisi. in. d. l. ordi. & domi. Didac. Couarru. in. c. Rainaldus. §. 3. nu. 11. de testa. Vndẽ fit, hodie cõtrouerti non esse necessum, an legata pia hereditate nõ adita debeantur, nec ne. Et superuacaneũ ad hęc regna esse scribentium laborem, studioſè inuestigantiũ, an legata ipsa pia sint soluẽda hereditate non adita. quod variè accuratè quę docto. differunt in. d. l. 1. C. de sac. sãct. eccle. & in locis inibi citatis à Iaso. in. 1. lectu. nu. 29. & in. 2. lect. nu. 34. & latissimè domi. Coua. in. d. c. Rainald⁹. §. 3. nu. 11. cũ sequentib. de testa. & docto. etiã in. c. relatũ. in. 1. eod. ti. & moder. in d. l. eã quã. C. de fid. comi. & alibi sæpe.

¶CETERVM & dictam legem ordi. & prędictã septimã conclusionẽ à perito & cõmuni pręceptore doctore sancti Isidori (quem subtilissimum nominat Ferdinã. de Loazes in rep. l. fili⁹. fa. §. dui. nu. 129. ff. de leg. 1.) explicari auditu
900 percepi, quando hæreditas † adiri poterat ab hærede instituto: at secus si ab eo adiri nequeat, vt quia testator in causa finali institutionis errauerit. ex notissimis iuribus, quibus disponitur, institutionem hæredis ex eo dirui, quòd testator in finali causa institutionis errauerit. inter quę est tex. in. l. nec professio. C. de testa. & in. l. si pater. C. de hęred. instit. & in. l. fi. vbi notatur. ff. eod. titu. & in. l. 21. tit. 1. part. 6. cũ alijs quorum memores sunt recentiores in. d. l. eam quã. C. de fid. comi. ¶Quam sententiã suadebat etiam ex hisce verbis dictę legis ordi. *y el heredero no quisiere heredar*. siquidem ille dicitur nolle, qui potest & velle. l. eius. ff. de reg. iur. cui rei optimè cõducit tex. in. l. nolle adire. ff. de acqui. hęred. vbi probatur, non videri nolle adire, qui adire non potest. ¶Proindè & suam muniebat sententiam, quia dicta. l. ordina. abrogat leges septipartitarum similia quę iura: quare consequens est, nõ esse trahendam ad alium casum quàm illum in quo liquitur. d. l. sancim⁹. C. de testa. l. præcipimus. C. de appel. cum similibus. ¶Et denique ipsam tutabatur opinionẽ, ex tex. in. d. l. 2. C. si quis omi. cau. testa. Cui rei minimè refragari prædict⁹ doctor dicebat, quòd dicta lex ordi. sanciat, etiã nullo hærede instituto legata deberi: quarè consequi videbatur, idem esse quando hæres fuit scriptus, sed inutiliter: quia nihil & inutile ęquabilia sunt. l. plagiarij. C. ad. l. Fa. de plag. & inibi glos. l. quotiens. ff. qui sat. da. cogan. adæquentur qúe actum nõ facere † seu illum informiter aut non le 901
gitimè conficere. l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excusa. tuto. l. 4. §. condẽnatum. ff. de re iudi. cum alijs quorum meminit Hipol. de Marsil. in. l. qui sine accusatoribus. nu. 16. & sequẽtib. ff. de quæstio. Et paria sunt non adire, vel inutiliter adire. l. si auus. vbi Iaso. C. de succedict. cum similibus illic ab eo congestis. Quia prędicti casus præcipuùm ratione abſimiles ei visi fuerũt, quia cùm nullus instituitur hæres, excogitandum est taſtãti animum testandi deesse. l. nõ codicillũ. C. de test. Verùm nõ sic, quãdo aliquem

aliquem hæredem instituerit, etsi errans in causa institutionis fuerit. vt constat ex dicta. l. non codicillum. & similibus. & in hac fuit opinione prædict⁹ doctor sancti Isidori quarè ei mirum non videbatur, si in hac re non debeantur legata ab hæredibus ab intestato: qui enim in dicto casu testari velit, ab intestato succedentes à hæreditate abigere voluit: & ob id ab intestato succedentes legata persoluere noluit constringere. l. ii veritas. C. de fid. comi ¶Ver-
902 ùm audacter contraria nobis placet sententia † & legata in prædicto casu deberi. Tum, ex verbis generalibus conscriptis in dicta. l. ordinamen. Tum quia, si eadem lege substinentur legata nullo hærede instituto, eadem quidè & causa cùm institutio hæredis corruerit, quia in causa finali error adsit, seu ex alia causa. Tum & quia, vt supra deduximus, si ratio dictæ legis est testãtis voluntas, eadem & voluntas in hac spetie confluit: siquidem verisimile sit testantem voluisse legata persolui, etsi institutio hæredis ex aliqua causa euertatur: & sic responsurum si ipse testator interrogaretur: quarè hanc voluntatem fuisse expræssam, censendum est l. Titius. §. Lucius. ff. de libe. & posthu. cum alijs de quibus inibi moder. memores fuere. & in. l. tale pactum. §. fi. vbi est bona glos. ff. de pact. & alibi sæpe traditur. Tum etiam, quia similia sunt, nullum esse scriptum hæredem, seu inutiliter. ex iuribus supra citatis. Nec refragabitur dicti domini solutio prædicta dictis iuribus excogitata. quia palàm aduersatur dictæ legi ordinamenti. quæ & sancit dictos casus similes esse. Tùm quia, ex quo in dicta lege regia constituitur, legata per solui, cùm hæreditatem hæres adire noluerit: idem & disponũ videtur, cùm hæres hæreditatem habere non potuerit. ex textu in. l. cùm proponas. C. de hæred. instit. cum similib⁹ inibi à modernioribus citatis. inquibus & locis stabilitur, substitutionem cõfectam cùm hæres hæreditatem noluerit, etiam obtinere, quando hæreditatem adire nõ potuerit. quod & in legatis locum habet. ex communi doctorum consensu. vt cõstat in. l. pater Seuerinam. in principi. ff. de condit. & demonstra. & in. l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de libe. & posthum. & in dicta. l. cùm proponas.

¶RATIONES CONTRARIAS facilitor euademus, si quidè etsi ex iuribus supra citatis, si testator erret in causa institutionis, ob id inefficax sit institutio, legata tamen dicta lege regia conseruantur, non verò euertuntur. vt palàm docet dicta lex ordinamenti. 903
¶Succiditur etiam & in spetie ratio † quæ percipitur ex dicta lege. eius est nolle. ex quo prædicta verba, *y el heredero no quisiere heredar*, non ob id constituta fuerunt, vt tantùm compræhendat habentem potentiam adeundi: sed ideò quidem, quòd etsi hæres hæreditatem respuerit, legata præstanda sint & ita legatorum fauore inibi conscripta sunt: igitur consequens erit, non esse considerãda contra legata. dicta lex. quod fauore. C. de legibus. Præ- 904
terea † ex quo quando hæreditas ex testamento adiri non potest (quod accidit, cùm nullus hæres instituitur) prædicta lex ordinament. disponit legata esse soluenda: igitur & dictæ legis sub sequentia verba, *y el heredero no quisiere*, interprætanda sunt, etiam quando hæres adire nequiuerit. ex. l. qui filiab⁹. cum ibi latè à recentioribus citatis. ff. de legat. 1. l. nam ad ea. ff. de condi. & demonstrat. cum similibus.

¶DICI & potest, quòd etsi eius sit nolle, cuius est velle, non tamẽ ex eo sequitur, legata quæ debẽtur cũ hæres

Universidad de Deusto
Biblioteca

adire nolluerit,ſubuerti, ſi adire nō potuerit.ex dicta.l.cùm proponas.cū aliis ſupra citatis. ¶Reſponderi etiam licet argumentum dictę.l.eius eſt nolle. & ſimilium iurium obtinere,quo ad eũdem actum,non tamen ad euerſionem alterius rei.vt hoc tractatur in hoc caſu(ideſt) legatorum. ¶Denique præcta contraria ratio refellitur, ſiquidem in præſentia non quidem ex parte dictę legis cuius ſũt..l.verba,*el heredero no quiſiere*, noſtrā munim⁹ ſententiam:ſed ex præcedentibus verbis dictæ legis, quibus ſtabilitur,legata deberi nullo hærede inſtituto:& ſicut inibi diſponitur nullo hærede inſtituto legata exolui: ſic & idem cẽſetur inibi diſpoſitum, cùm heres non vtiliter eſt inſtitut⁹.ex dicta. l.quotiens.ff.qui ſat.da.cog.& ſimilibus. ¶Nec aduerſæ ſententiæ ſuffragatur,quòd prædicta lex ordinament. ſit correctoria. Cùm noſter caſus ſpecialiter ſat eadem lege deſtinatur. Verùm & ex eadem ratione,à qua(quia vnica) etſi correctoria arguere licet. vt in ſimilibus ſupra in.l.1.numero.64.dixim⁹ ¶Diſſoluitur & alia ratio dicti doctoris qua dicebat,quòd cùm nullus inſtituitur hæres teſtandi animum abeſſe conſtat,at non verò cùm hæres etſi teſtantis errore inſtituitur. Nam quidẽ hæc ratio clariſsimè ſupprimitur ex dicta lege ordinamen.& ex his que ſupra recẽſuimus

¶EX quibus rationibus idem etiam
905 dicẽdum eſt † cùm hæres ſcriptus fuerit incapax hæreditatis,vt etiam in hoc caſu legata ſint ſoluenda : dicta quę lex ordinament.tunc etiam obtineat. vt expreſſè tenet Ioan.Pariſi.in eadem lege ordinamen. quia ſi hærede non adeunte,eo quę adire non coacto legata debentur,pari quoquę ratione idem erit, quando hæres non fuerit capax hæreditatis. quam ſententiam nititur probare ex tex.in capitulo. ſuper inordinatam. de præbend. cui rei optimè alludunt iura alia proximè citata.& tex.in.l.ſi. C. de inſtitut.& ſubſtitu. & alia iura quæ expreſsim ad hanc rem congerit domi.Greg. Lup. in. l. 14. in verb. defendido.titul.5.partit.6.quo & loco tractat, an communis ſententia qua habetur,quòd fideicomiſſum vniuerſale ab incapace inſtituto relictum hodiè ex dicta lege ordinamen. locum non habeat, vtpotè quòd ex eadem lege ordinamen. ratio dictę communis opinionis diruatur.

¶PROINDE & prædicta lex
906 ordinament.dicta qhe ſeptima concluſio obtinebit † etiam ſi teſtator concedat hæredi licentiã refutãdi hæreditatem: nam & tunc hæres etſi eam repudiauerit,valent legata & fideicomiſſa. Tum quia, prædicta lex ordinament. generaliter loquitur,ita vt & hunc caſum compræhendat. Tum etiam, quia in hoc caſu prædicta regia lex áfortiori obtinebit, quia etſi teſtator prædictam conceſſerit licentiam, nihilominus tamen præcepit legata ſolui: & ita legatorum ſolutio atqùe refutatio hæreditatis ſat ſuboritur ex teſtantis expreſſa voluntate. Tum item, quia ex prædicta facultate repudiandi hæreditatem,teſtantem legata ſibi hæreditatem adierit impugnare voluiſſe, non eſt exiſtimandum.l.3.ff. de teſtament. milit.etſi aliud iure communi fuerit. vt ſcribit Ioan. Lup.in.l.31.infra.numero 4.ad hoc iura notiſsima citans.

¶PRETEREA & hic aliud dubiũ
907 ſuſcitare oportet,nunquid † etſi hęres hæreditatem expreſſè recuſauerit, adire qùe nolluerit, executore teſtamenti á teſtatore relicto, locum habeat

(habeat prædicta lex ordinamen. legata qùe tunc ſint perſoluenda. Et videtur quòd non.ex verbis dictæ legis ordinamen.& ex eius veriori litera manu conſcripta.quæ in hũc eſt modum, *y ſi el teſtador no hizieſſe cabezalero, que cumplieſſe el teſtamento, y ſi hizicre heredero el teſtador, E el heredero no quiſiere la herencia, vala el teſtamento en las mandas y en las otras coſas.* ¶Sed breuiter contrarium cenſeo,ſiquidem prædicta verba dictæ legis ob id inibi non ſint poſita,quia neceſſarium ſit, ad hoc vt legata præſtari debeant, executorem teſtamenti á teſtatore non eſſe nominatum : ſed ob id quòd fortior caſus eſt, cùm executor á teſtatore prætermittitur: quarè ſi quando executor non conſtituitur, legata ſunt ſoluenda : igitur idem etiam erit,quando ipſe executor conſtitutus fuerit ad exequenda legata & teſtamentum. ¶Rurſus nulla ratio diſcriminis aſsignari poteſt,quarè legata firma ſint,quando executor teſtamẽto non immiſcetur: at ſecus quando ipſe executor teſtamẽto ſcribitur. ¶Nec nocent prædicta verba dictæ legis ordinamen.Quia (vt diximus) ea ſunt expreſſa ad fortiorem caſum. Dicí & poteſt, prædicta verba,*y ſi el teſtador no hiziere cabezalero*,communib⁹ codicibus nõ reperiri,ſed hæc,*y entonces herede a quel que ſegun derecho, o coſtumbre dela tierra auta a heredar, ſi el teſtador no ficieſſe teſtamento.* Et prædictis accedãt quę in noſtro propoſito notat Anto.Gome. in ſuis reſolutionib. 2. tomo. capitul. 12.de legatis. numero. 12.

¶SVBINDE ET prædicta ſep
908 tima concluſio dictæ qúe legis ordinamenti dipoſitio locum habebit † etſi fiſcus occupet bona teſtantis, ex eo quòd aliquis eius hæreditatem adire nollit: quòd etiam tunc percipient legatarij legata & fideicomiſſarij fideicomiſſa. Etſi iure communi receptior fuiſſet eorum ſententia,qua arbitrati fuerunt,nullis heredibus ex teſtantibus ex teſtamento & ab inteſtato † fiſcum ob
909 id bona recipientem ad legata non aſtringi.quæ ſatis probantur in.l.4.§.eadem.cum glo.ff.de fideicomi.liber.& in.l.quod diuo.ff.de manu. teſtament. & in.§.& ne huiuſmodi.apud Iuſti. de eo cui liberta.cau.bona adijciun.& tenet Ioan.Fab.in. §.1.inſtitu.eodem titulo.& Nicol.Mathe.in.l.1.§.penul.C de cadu.tollen.Imol.in.l.quidam teſtamento. §.quotiens.ff.de legatis.1.& Paulus Caſtren.in dicta. l. eam quam. columna.3. C.de fid.comiſ. & ibidem Iaſo.numero.13.alios vidẽdos citans. & Alex.in.l.recuſare. §.meminiſſe. columna.2.ff.ad Trebel.& idem Alex.& moder.in.l.ſi ſeruus plurium. §.ſiquis ante.ff.de legat.1.idem Alex.in.l.ſi marito.columna.1.ff.ſolu.matri.Corne.in conſil.324.cùm in puncto.columna. 4. lib.4.& eſt commune doctorum placitum.vt fatetur Ioan.Franciſc.á Rip.in l.ex facto. §.ex facto.numero.7. ff. ad Trebel.& Chaſſene.in conſuetu. Burgund.des ſucce.Baſt.rubr.8.columna.2 §.1. ¶Cui ſententiæ multi ex doctoribus aduerſantur,quorum memores ſũt docto.in dictis locis,complura iura citantes.& hanc ſententiam contrariam eſſe communem Sali.cenſet,ei adhærens in dicta.l.1. §.penulti. C.de cadu.tollen.in cuius confirmationem ſolet citari tex.in authentic. de hæredibus & Falcid. §. ſi quis autem.colla.1.&alia iura citat etiam Roma.eandem tenens ſententiam in dicta.l.ſi marito. numero.26.poſt Baldũ in dicta. l. eam quam. qui hanc ſectatur contrariam ſententiam. Super cuius ſententiæ veritate (cùm dictam legem regiam habeamus) demorari non,oportet: ſiqui

Universidad de Deusto
Biblioteca

dem ea sancitur, indiscriminatim lega
910 ta esse soluenda. ¶ Nec huic nostræ sen
tentiæ dicere oberit † quód in dicta le
ge ordinamen. tantùm constituitur, le-
gata esse soluenda, quando nullus hæ-
res fuerit institutus, seu quando scrip-
tus hæreditatem recusauerit: at non ve
ró cùm fiscus perceperit vt vacantia bo
na hæreditaria, nam dicendum est, &
hunc casum satis prædictam legem cõ
prahendere, ex quo generaliter dispo-
nit, legata deberi, etsi nullus sit hæres
scriptus, vel hæres institutus hæredita-
tem nollit: etsi ille bona occupet, qui
iure aut consuetudine hæres fuerit: quæ
& palàm fiscum conspicere docet tex.
in dicta. l. 1. §. penul. C. de cadu. tollẽ.
& in. l. 2. C. ad. l. iul. de ui publi. & gló.
in. l. 3. §. cùm ex causa. ff. de iur. fisci. si
quidem palàm constituant, fiscum qua
si hæredem bona in hoc casu vendica-
re, & notat Sali. in dicta. l. 1. §. penulti.
¶ Præterea dicta lex regia ex eo (vt sæ-
pius explicuimus) confecta fuit, ne vo-
luntas testantis frustretur, qui in suo te
stamẽto ipsa legata præcepit solui. quæ
ratio quidem militat, cùm fiscus habue
rit bona vt vacantia: igitur in hoc casu
lex ipsa locum habebit. ex. l. illud. ff. ad
l. Aquil. ¶ Proindè dicta lex ordina-
men. decreuit legata firma esse, in casu
quo legibus anterioribus haud dubiè le
gata euertebantur: scilicet, cùm nullus
hæres fuerit scriptus, vel institutus hæ-
res hæreditatem non adierit: cõsequen
sigitur erit, & in hoc casu idem esse,
in quo & multi etiam prioribus iuribus
pensitatis sunt arbitrati (vt asseruimus)
fiscũ ad legata teneri. ¶ Cæterùm cùm
lex illa disponat, nullo extante hærede
ex testamento siue ab intestato legata
exoluenda, etiam à curatore bonis da-
to (vt supra deduximus) idem & in fis-
co esse, dicendum erit sine dubio. ¶ Sa-
né & absurdum quidem esset, fiscum in
hac re à dictis legatis esse immunem, &
non hæres ab intestato, nec bonorum
curator: & vt absurditas euitetur, etiam
correctoriam legem extendere licet.
secundum glo. in clem. 1. de rescript. cũ
alijs quorum meminit Ioan. de Rip. in.
l. si constante. numer. 71. ff. solu. matri.
& moder. in dicta authenti. quas actio-
nes. C. de sac. sanct. eccle.

¶ CVM NOSTRA COMMENTA
911 ria ad hũc locũ accessisset † noster præ
ciosissimꝰ dominus Carolꝰ huiꝰ nominis
imperator quintus flandria profectus,
anno salutis Millesimo Quingentesi
mo Quinquagesimo sexto, mẽse Octo
bris, hoc insigne Pincianum oppidum
compluribus magnatibus in numerabi
libus qúe gentibus (etsi citra eius con-
sensum commitatus) fuit ingressus. illũ
enim assectabantur Pet. Ferdi. Velas-
cus Castellę meritissimus comes stabilis
Antonius Pigmentel Benauẽtanus Co
mes, Ludouicus Henrricus Hispani ma
ris Almirantus, Pet. Aluar. Osorius As
toricæ marchio & Trastamarę comes,
Franciscus Stuniga Miranditanus co-
mes, Claudius Quiño. comes de Luna, &
multi alij qui ciusdẽ expectationi occu
rrerũt, non ab re sed cõsultò prætermis
si. Et cùm Cæsar ipse regiã aulã introi-
uit, nostrũ glorioſũ Carolũ Hispaniarũ
principẽ eius nepotẽ, placido ac bene
uolo animo fuit alloquutus, & eius filiã
Lusitaniæ præclarissimã principẽ ardẽ
ti ac feruido amore fuit amplexus. Sub
sequenti verò die serenissimę Galliæ &
Vngariæ reginæ Cæsaris sorores, ingen
ti illustrium ac nobilitũ clarissimorum
qúe ciuium caterua Valleoletum ad-
uenere. ¶ Deindè Cæsar ipse quindeci
mo peracto die ad monasterium de Iu-
ste (vulgo dictum) apud Placentinam
ciuitatem iter pergit, quod ad eius vi-
tam religiosse peragendam elegerat.
† hisce & alijs suis regnis potentatib⁹ 913
qúe omnibus iam pridem inuictissimo re-

regi nostro Philippo soluté ac liberé ces
sis. Quam ob rem Cæsaris (vt fertur) ani
mus indies exultat. O res annotatu dig
na, menti suffigenda, futuris & præsen
tibus eius admiranda, stupendũ pla
citum, præclarissimũ opus, mirum qui
dem factũ, exemplũ non conterẽdum,
cõmemorandũ facinus, nam simile cus
negotiũ nẽpe inauditum, ditissimũ dõ
nũ, amplissimũ munus, liberalitas emi
nentissima, magnanimitas immortalis
actus insolitus, inquo diuitiæ contẽnun
tur, potentia despicitur, imperiũ aspernatur, mundi gloria abijcitur, dominã
di voluntas paruipenditur, regia abdi-
catur libertas, cupiditas deprimitur,
principatus contunditur, voluptas pro
pellitur, delitiæ euertuntur, gentiũ cõ
uictꝰ refugitur, solitudo diligitur. O fe
lix exitus, siquidẽ dignissimo commo-
dissimo eruditissimo Christianissimo
pientissimo qúe successore delecto, Cæ
sar terrena despiciens, cælestia quærit,
sempiternam fælicitatem consequi ac
curatissimè nititur: quam illi iuxta eius
optatum post longeuam vitam é uarijs
morbis liberam Christus dominus &
Deus noster tribuat.

¶ QVIBVS prętermissis, & iuxta di
ctam septimam conclusionem & dictã
legem ordinamen. quæstio hęc se se of-
fert, an dicta lex ordina. prædicta qúe
septima conclusio obtineat † etiam
quo ad legata seu prælegata hæredi re-
pudianti seu non adęunti relicta, illi
qúe sint exoluenda. Et videtur quódnõ
ex regula tex. in. c. ex eo. de reg. iur. lib.
6. cum similibus. ¶ Sed nobis in hac re
rectior cõtraria sententia videtur: quia
ab hærede scripto quo ad prędicta le-
gata nõ impugnatur testantis iuditium
etsi hæreditas ab eo aspernetur. Vndè
fit, ipsa legata minimè euerti, sed hære
di instituto esse persoluenda. ex notabi
li tex. in. l. filio parter. ff. de legat. & 913
quæ ibi notant Bart. & communiter do
cto. & idem probat tex. in. l. & quidem.
& in. l. qui filiabus. §. fi. ff. de leg. 1. & in
l. cùm responso. C. de lega. & his acce-
dat etiam tex. in. l. ata tamen. §. si per-
ceptis. ff. ad Trebel. Cæterùm & testa-
tor existimandum est voluisse, eius te-
stamentum intelligi secundum dispo-
sitionem dictæ legis ordinamẽ. l. si duo.
ff. acqui. hæred. cum alijs de qúibus me
mores sunt doc. to. in. l. hæredes mei. §.
cùm ita. ff. ad Trebel. & in. l. præcibus.
C. de impube. & al. & alibi sæpe tradi-
tur. igitur asseuerari non potest, hære-
dem hæreditatem repudiantem tracta
re de impugnatione iuditi testantis, eo
quód legata expostulat: siquidem lex
ipsa disponat, hæreditate non adita le-
gata ex testamento peti posse, testamẽ
tum qúe ipsum valere. Huic sententiæ
conducit, quià prædicta lex ordinamẽ.
generaliter loquitur, igitur ex vulgatis
iuribus dicendum est, hunc etiam ca-
sum comprahendisse. quam sententiã
optimè substentat tex. in. l. 21. harum
legum Taurinarum. & tex. in. l. 2. titul.
9. part. 6.

¶ VERVM hanc sententiam & secta-
mur † & si vnus tantùm hæres sit scrip 914
tus, qui legata petat omissa hæreditate
siquidem nec tunc testantis iuditium
quo ad legata propugnet, & dictæ legis
ordinam. verba generalia hanc & con
siderent speciem. ¶ Nec túc dicere obe
rit, quód legata ipsa diruuntur, cùm à
se ipso legari non potuit. l. planè. §. si
duobus. ff. de leg. 1. cum alijs. quia hæc
iura ea præcipuum ratione mouentur,
quia debitor & creditor sui ipsius inue
niri non possunt, & á se ipso hæres non
possit legata vendicare. l. legatum est
deliberatio. §. 1. ff. de leg. 1. & illic doct.
& notabiliter Ang. in cõsi. 295. pũctus
testator. columna. 1. quæ ratio in hoc ca
su locum habere non potest, quia si

Universidad de Deusto
Biblioteca

hereditas ab hærede abijcitur,á se ipso legatam non habet,nec sui ipsius creditor est.sed testamento firmo manente ab hæredibus ab intestato,seu abillis qui consuetudine hæredes fuerint, legata soluantur.& prædictis hæreditatē propelentibus, á curatore hæreditatis iacentis hæres non adiens legata consequitur.iuxta ea quæ supra proximè edocuimus.& hæc solutio satis percipitur ex Ange. in dicto consil. 295. columna.fi.

¶TEMPERANDA tamen superiora sunt † nisi constet testantem nolluisse hæredi legata solui, nisi hæredi 915
tatem adierit.l.si. §.fi.ff.de dol.mal.& met.except.& in.l.sed si nō alias.ff. de leg.1.et in similibus de quib⁹ meminit Iacobi.in dicta.l.cùm responso. C.de lega.numero.2.

¶DEMVM ne diutius iuxta dictā rem demoremur.adde videndum text. in.l.Titia. §.Lutius.ff.de leg.2. & illic glo.& tex.in.l.miles. §. fi.ff.eodem titulo.&.l.ex facto. §.ita igitur. ff. dehæred.instī.&.l.si ita legatū.ff.famil.hærciſ.&.l.patroni. §.quid ergo.ff.ad Trebel.& vtrobiqúe doctor.& Ioan. Lup in.l.21.harum legum.numero.14.

¶SED hoc loco congruum est in- 916
quirere † an legatarius seu fideicomissarius confestim mortuo testatore possint petere legatū siue fideicomissum, hærede non expectato adeat hæreditatem,nec ne. Et videtur quód statim possint petere: ex quo prædicta lex ordinamen.non exigit hæredis aditionem.

¶Sed contrarium censendum est,& saltem ipsa legata petenda non sunt, infra tempus quo inuentarium conficiēdum est.ex text.in.l.si. §. donec .C.de iur.delibe.& in.l.7.tit.6.parti.6.& traditur in.l.si tibi homo. §. cùm seruus. ff.de leg.1.cum alijs de quibus meminit Guiller.Bened.in repeti. dicti capitul.Rainuntius.in verb. mortuo itaque testatore.in.2.numer.410. & Aug. Bero.in capitul.potuit.de loca. numero.37.& sequentibus.quæ quidem iura prædicta regia sanctione non sunt correcta: & ob id ex notissimis iuribus,etiā nunc sunt obseruanda. datur enim hæredi prædictum benefitium,vt deliberare possit,adeat,vel non hæreditatem vt docet tex.in dicto. §.donec. & illic Odofred,expendit.quē tex.inibi Paul. Castren. Alex. & moderni aliquibus modis videndis temperant. non enim hæres esse potest in mora,cùm est intra tempus deliberandi.l.ait prætor. ff. de iur.de libe.cum alijs de quibus meminit Augusti.Bero.in capitu.de quarta. de præscript.numero.12.& adde videnda quæ in materia notat dominus Gre. Lup.in.l. 6.in glos.fasta vn año. titulo. 10.partit.6.

¶AN verò iudex ad postulationem 917
legatariorū seu creditorum † præfixere possit hæredi tempus in quo adeat, seu hæreditatem recuset. videre licet tex.in.l.si curatoris. C. de iur. delibe. & illic scribentes.Bar.& alios in.l.quá diù .ff.de acqui.hæredi.& in.l.gerit.columna. 4.ff.eodem titul.& in.l.fi. §.sin autem.C.de iur. delibe.& illic Ialo.columna.fi.& tex.& ibi docto.in.l.si quis instituatur.ff.de hæred.instituen.& docto.in rub. C. de succe. edict. traditur in. l. 1. & ibi Bart, ff. de iure.de libe.& abundè Guiller. Bened.in dicto capit. Rainuntius,de testamen.in ver. & vxo. nomi. Adala. numero.154.& moder. in. l. 2. C.qui admitti.

¶OBITER & aliud dubium insurgit, 918
non subticendum † an hodiè legatarius de manu hæredis suscipere debeat rem legatam: vel illam possit propria authoritate occupare. quod ex dicta lege videtur legatario permissum, siquidem ex ea constet, nullum hæredis factum legatorio esse necessarium.

¶Nihilominus tamen contrarium censeo. Tum quia, iura quę disponunt, legatorio non licere propria authoritate rem legatam assumere (quorum iurium est tex.in.l. non est dubium. C.de legat.cum similibus) dicta lege regia correcta non sunt: igitur consequens est,asseri non posse,esse abrogata.l.sancimus. C.de testamen. cum similibus. Tum & quia, quando dominium ipso iure quæritur,de manu hęredis legatū percipiendum est: nec ipsius dominij trāslatio operari non potest, vt propria autoritate legatum summi possit.vtprobatur in.l.1.in princip.& in. §.redigun tur.ff.quor.lega.cum alijs citatis á Iaſ. in.l.talis scriptura.columna.fi.ff.de legat.1. Tum & denique, & in proprijs terminis quód extante statuto,quo stabilitur, legata etiam hæreditate non adita deberi,legatarius non possit rem legatam propria authoritate occupare.consuluit Ludoui.Gozadi.in consil. 91.prima facie.columna.2.quo in loco citat Paul.Castrens. in quodam consilio sic respondisse.

¶VERVM quando dicta lex. non est dubium. obtineat, videre oportet moder.in dicta.l.non dubium.& Guiller.Benedi.in dicto capitul. Rainuntius.in verb.si absque liberis moreretur.in.2.numero.146. cum sequentib. & Anto.Gome.in suis resolutionibus. in.1. tomo. capitul.12.de legat.numero.10.& Ioan.Dilect. in dicto suo tracta. de arte testandi.titul.6. de legatis. cautela.12.numero. 1. cum sequentib. & adde videndum eundem Anto. Gome. in.l. 45. harum legum. numero. 132.

¶QVIBVS & in locis inuenies,testatorem posse concedere licentiam legatario occupandi rem legatam propria authoritate. & idem notatur in.l. Titia cùm testamento. §. Lutius. ff. de leg.2.cum alijs de quibus meminit laso.in.l.nemo potest.in.1.lectu. numero.34.& in relect.numero.46.& sequē tibus. Quod etiam intellige ex traditis per And.Tiraquel.in suo tracta.de iure constituti.2.parte.amplia. 23. numero.5.& Ioan.Dilect.in dicto titulo. de legatis.cautela.12.numero.4.& Anto.Gome.in dicta.l.45. harum legum. numero.133.

¶SANE & ex dicta lege ordinamē. septima qúe conclusione, complura quidem suboriuntur.

¶ET primò,quód etsi doctorum com- 919
mune sit placitum † quód licet donatio causa mortis citra aditionem hæredis morte donantis confirmetur. vt ait glo.in.l.post legatum.ff.de his quib. vt indig. & docto.in.l.circa.ff. ad.l. Fal. cum alijs de quibus meminit Francisc. de Rip.in dicta.l.2.numero.18.ff.de lega.1.& domi. Didac. Couarru. in rub. de testamen. 3.parte.nume. 22. Verùm si fiat ipsa donatio causa mortis in testa
mentō † tunc ad eius confirmationē 920
requiritur hęredis aditio.vt tenet Imol. in.l.fi.columna.fi.ff.de dona.cau.mor. & Francisc.de Rip.in dicta.l.2.ff.de lega.1.numero.18.Tamen hodiè ex dicta lege regia ordinamen.hoc non obtinebit: sed donatio causa mortis testamento confecta plenum consequitur robur etsi hæreditas non adeatur.vt expressè tenet domi.Didac.Couarru.in dicta.3. parte.rub.de testamen.numer.22.& satis hoc constat ex dicta lege regia: cui⁹ exordium loquitur & in donatione causa mortis.vt supra numero.814.& sequē tibus fuit ostensum.

¶SECVNDO ex eadem fonte prædicta qúe lege ordina. illud etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

921 exireuidetur † tex.in.l.3.ff.de leg.1.locum iure regio non habere,& hodiè si legatum sic fiat,si Titius hæres erit, Seyo decem præstet:seu si hæreditatem adierit,Gayo viginti det, conditionalé esse:& ob id mortuo legatorio ante euétum dictæ conditionis,ipsum legatum nõ posse transmitti.ex tex.in.l.1. §.sin autem sub conditione. C.de cadu. tollen.Licet ante contrarium cautũ erat in dicta.l.3.ff.de leg.1. Et ea præcipuũ ratione,vt inibi tenuerunt docto. quia scilicet,in casu dictę. l.3.inerat tacitè conditio speciatim expositа, si quidé legata non sunt persoluenda,nisi adsit caput testamenti,hæreditas quę adeatur.quod hodiè dicta lege regia mutatur,& ex ea ideó constare videtur, præ dictam conditionem si hęres hæreditatem adierit,seu si hęres erit,nõ esse eo modo expræssam,qui tacitè necessè in est. Quæ opinio fulcitur ex Cuma.sententia in.d.l.3.qua palàm tenet, quód cùm lege ad legata conseruanda nõ exigitur aditio hæreditatis (vt in legatis ad pias causas) quód legata ipsa conditionalia erunt,si efficiantur prædictis verbis expræsis in dicta.l.3.Ex quo Cuma. ipse idé voluisse videtur, cùm lege aut statuto legata hæreditate non adita firma fuerint.vt expræsse deducit Vincé. columna.11.ex verbis Cuma.in dicta.l 3.etsi eiusdem sentẽtiæ sit dubius. quã sententiam Cumani sequitur Francis. de Rip.in dicta.l.3.numero.28.& sequẽtib.qui expræsse dictam.l.3.temperat, cùm statuto disponitur, legata deberi hęreditate non adita.& satis est de mẽte Roma.in.l.si in testamento.in princip.ff.si qũis omi.cau.testamen.qui hisce verbis loquitur,*per istam legem videtur dicendum, quod cùm sint aliqua legata, quæ valent, etiam si hæreditas non adeatur ex testamento. Vt notatur in.l.eam quã. C.de fideicomi.quod si testator illa fecit sub conditione, si adeatur hæreditas, non conseruãtur per hoc edictum.* hactenus Roma.vbi supra.

¶SED prædictum assertum scrupulo non quidem caret † quia etsi legata in casu regiæ legis hæreditate non adita substinentur,id ex legis dispositione est,nón tamen ex testantis voluntate,nec prout testator voluit. quod esse in hoc negotio considerandum constat ex Bart.in dicta.l.3.ex hoc dicenti, ipsam.l.3.locum habere in casu tituli si quis omi.cau testamen. Ita qúe si á Titio hærede scripto decem Ioanni legétur,si Titius hęres erit,seu hęreditatem adierit,& Titius ab intestato hæreditatem recipiat omissa causa testamenti, prædicta conditio si adierit,dictum legatum (etsi hæreditate ex testamento non adita debetur) nequáquàm conditionale efficitur: quia non debetur vt testator voluit,sed ex legis dispositione:quæ aduertenda non videtur, vt dici posit in dicta conditione fuisse expræssum,quod tacitè necesse non inerat.& eandem Bart. sententiam tenẽt Floria.in dicta.l.3.columna.1.& Alex. & Iaso.numero.24. & Vincenti.Peru. columna.9.qui & ait,idem voluisse Alex.in addi.ad Bart.in dicta authenti. ex causa. C.de libe.prætę.vel ex hærea contra Bald.in eadem authent.ex causa.qui voluit,in casu dictæ authenti.ex causa. legatum esse conditionale,si sub dicta conficiatur conditione, si hæres adierit. cui aduersantur Alex.in dicta l.3.columna.2.& Vincen.in dicta colũna.9.adde etiam illic videndum Soci. columna.4.& moder.in dicta authenti.ex causa. Quæ & suadẽtur ex Roma. in dicta.l.si in testamento. in princip. ff.si quis omi.cau.testamen.hisce verbis loquens,*per hoc edictum conseruãtur legata, quæ habent dependentiam ab aditione hæreditatis ex dispositione legis, non facto testatoris.*& eidem sententiæ satis alludit tex.in.l.quæconditione. §.fi.ff. de

de condi.insti. Ex quo sequitur, vt Bar. & ęiꝰ assecle dicunt in dicta.l.3.ff.de lega.1. clausula condicillari apposita, cùm tunc legata ab intestato,prout testator voluit sunt persoluenda,non habere locum dispositio tex.in dicta. l.3. Vndé si tunc testator legata relinquat sub conditione, si hæres hæreditatem adierit,erunt legata conditionalia. & huic sententiæ adhæret commune placitum doctorum. vt testatur Soci.in dicta.l.3.columna.3.

¶VERVM prędicta quæ aduersus priorem sententiam congessimus,facilimé euertere videntur iura notissima
913 quæ disponunt † testatorem voluisse adstipulari iurium sanctionibus, esse existimandũ. de quibus est text.in.l.si. duo.ff.de acqui.hæredi.& notant scribentes. in.d.l.hæredes mei. §.cùm itaff.ad Trebel.quæ in proposito spetialiter expendit Francisc.de Rip.in dicta. l.3.numero.30. illis quę inibi censet, quód etsi legata in hoc casu legis auxilio valeant,etiam ex testantis volũtate lege seu statuto concordi substentantur: vtpotè quód testator ipsi legi se cõformare videatur. ex dictis iuribus. vt in proprijs terminis aduertit Soci.in statuto quo legata non adita debeantur. in dicta.l.1.ff.de legat.1.columna.pe.

914 ¶SED hoc Ripæ votum & argumẽtum ex eo tollendum videtur † quia quód testator iuri communi adhærere censeatur,non prorsus verum est, nec certum,cùm plerunqúe excogitãdum sit,testatorem á iuris sanctionibus recedere voluisse.vt cõstat in.l.ex facto. §. si quis rogatus.ff.ad Trebel.& in.l. 40. in fine harum legum.cum alijs quorũ meminit Corne.in consil.197.circa primum.columna.penulti.lib.1.ex hoc dijudicans, ex facili dicendum, censeri posse testatorem iuris constitutionibus fuisse contrarium. Et Iaso.in dicta.l.1. Prædictum Rip.argumentum sic dissoluit,quód etsi testator id quod leges disponunt velle sit existimandum,hoc tamen directè seu dispositiuè expræssim vè non est.in qua spetie Bart.& docto. eum sequẽtes in dicta.l.3.supra citati loquuntur: sed quód illud coniecturale est. ¶Sed hanc Iaso.considerationem impetere quidem videntur iura notissima,quibus stabilitur † quo ad legata 925
non minus operari expræssam, quàm coniecturatam testantis voluntatem. quorum est text.in.l.cùm proponebatur.ff.de leg.2.& similes. Et iura quæ disponunt,tacitum & expræssum æquabilia esse. quorũ est tex.in.l.cumquid. ff.si cert.peta.& multa alia similia. Et iura quæ constituũt,satis esse expræssum quod ex cõiecturis sumitur.vt habetur in dicta.l.licet imperator.ff.de lega.1. cum alijs inibi á Iaso.citatis. columna. 1. ¶Verùm Iaso.prædicta sentẽtia his non obsistentibus,muniri quidem & potest, quia etsi tacitum & expræssum adæquentur,sæpe tamen contrarium accidit,& plꝰ operatur expræssum quàm tacitum.l.expræssa.ff.de regu.iur. l. nõ nunquàm.ff.de condi.& demonstra. Præterea & † quod ex coniecturis per 926
quàm ſi hoc fiat verbis expecificis.ex dicto. §.ſi verõ expræſsim.Et ob id conſuluit cõſtãter Oldra. in cõſ.248.preſupoſito.co.2. adeo expræſsiſsimis verbis Falcidiæ & Trebellianicę prohibitionẽ eſſe cõficiẽdã † quód etſi hęc verba, *pleno iure*, immiſceãtur teſtamẽtis, & ſolutioni legatorũ ſeu reſtitutioni fideicomiſſorũ,non erit prohibita Falcidia aut Trebellianica.cui & conſentit Roma. in.d.cõſi.239.vbi teſtatur hanc eſſe cõmunẽ opinionẽ. & in conſi. 75. quæſtio. col.1.& Bened.Capr.in conſ.36. circa. co.1.& in cõſi.83.punctus.col.2.ad quod adde videndũ Paul.Caſt.in conſi. 28.in cauſa.col.3. lib.2.& Gui.pap.in cõſi.122. Ioannes.nu.5.& in quæſt.537.dixi. & Feli.in.c.auditis.nu.7.de reſcrip.& Rip.in d.l.centurio.nu.143.

¶PREDICTIS tamẽ nõ obſtãtibus,cõtraria ſentẽtia probabilior eſt † &quód 973
ſi teſtator præceperit tota legata ſeu fideicomiſſa perſoluere,Falcidiã aut Trebellianicã prohibuiſſe videtur.ex text. in.l.1.§.ſed & quotiens.ff.ad Trebel.& inibi Rip.expræſſe hanc opinionem tenẽt per illum tex.idem & probatur.in.l. ſi. C.ad.l.Falc. ¶Item & idem conſtat in.l.qui tota m.ff.ad Trebel.ſiquidẽ mihi diſponitur,totam hæreditatẽ reſtituere rogatum,quartam non retinentem, fidum obſequium defuncti præſtitiſſe:& ita teſtatoris volũtati paruiſſe. Nec dicere oberit, in eodem text. hoc non

Universidad de Deusto
Biblioteca

constare,ex eo quòd ille tex.constituat Trebellianicam hæredem posse percipere. Quia id ex eo ibidem disponitur, quód iure illo testator Trebellianicam prohibere minimè poterat.vt tenẽt docto.expræsim maximè nouiores in.d.l. nemo potest.& in.d.l.cẽturio. & Alex. in consi.5.col.fi.lib.3.& in cõsi.201. perspectis.lib.6. ¶Præterea & eadẽ sententia constat,ex tex.in authenti.vt spõsa.largi. §.si quando.in fine.colla. 9.& in authenti.sed in ea. C.ad.l.Falcid.& in.d.l.9.titu.11.parti.6.quibus sancitur

976 † ex sola alienationis prohibitione,Falcidiam censeri á testatore prohibitam: & ita expræssam & nominatam eius prohibitionem non exigi,sed sufficit compræhẽndi generalibus verbis seu coniecturis. Quæ iura etiam obtinẽt in Trebellianica:etsi in Falcidia loquãtur,cõpertum est.vt abundè ex pluribus consuluit Card.Paul.Pari.in consi.9.olim. col.2.lib.2. ¶Rursús & hæc sententia suadetur

977 † ex tex.in.l.2.tit.11.parti. 6.ibi,*que primeramente deuen pagar todas las deudas*.in qua lege cõstat,cessare Falcidiam,cúm in totum aliquid est præstandum. ¶Proindè & in proprijs terminis,ex dictis verbis,*totis legatis*,seu,*totis bonis*,Falcidiam Trebellianicam vè esse prohibitam,& expecificam earum prohibitionem non exigi. tenent Paul. Castren.& multi alij.in dicta authenti. sed cúm testator.& latissimè docto.in.d. l.centurio.Cuma.etiam in consi.134. viso puncto.Alex.in consi.201.perspectis. col.2.&.3.lib.6.& in.d.cõsi.5.col.3.lib. 3.& Philip.Fran.in.c.si pater. de testa. lib.6.char.12.nume.6.Guid.pap. in cõ si.133.Antonius.columna.fin. Soci.(sibi non constans)in consi.127.quoniam.columna.& nume.13.lib.3.Guiller.Bene. in.d.c.Rainuntius.de testam. in verb.si absqúe liberis.in.2.nume.15.Ioã. Crot. in.d.l.nemo potest. columna.12. Curt. iunio.in consil.11.habita.columna.4. & in consi.16.videtur.col.penul. qui ibidem dicit,hanc esse communem opinionem. eandem etiam sententiam tenet Soci.iuni.in consi.113. visis. numero. 53. lib.1.Grat.in consi.134.viso puncto.numero.48.lib.1.Aym.Craue. in cõsi.174. nobilis.colum.2.& Carol.Ruin.in consi.159.quánuis.columna.2.lib.3.& in cõ si.115.casus iste.nume.25.eod.lib.3. & in consi.173.proponitur.columna.penul. lib.2.& in.d.consilio.37.nume.15.lib.1. Nicol.Bellon.in consilio. 64.proponitur in facto.nume.2. vbi etiam ait,hanc esse communem resolutionem.eandem etiam tenet And. Tiraquel. de legib. Cõnubialib.expræs.num.101. & in rep. l.si vnquám. C.de reuo. dona. in verb. totum.nume.1.vbi alios citat. & Card. Paul.Pari.in dicto consil.21.requisitus. nu.35.lib.3.qui & hanc dicit esse communem opinionem.& constanter tenet ibi 978
† non exigi expræssam prohibitionem Falcidiæ aut Trebellianicæ. vbi & refert hanc dixisse communem opinionẽ Corset. in tracta. de potestate regia. char.24.& sequentibus.& eandẽ sententiam tenet Marc.Ant.Baberi.in.l.cúm filio.chart.12. columna. 2. ff.de leg.1.& latè idem tenet Card.Paul. Pari. in.d. consi.52.nume.11.lib.3.quam sententiá dicit esse communem Boeri.in decisio. 44.quo ad secundum.num.33. cui & adstipulatur domi.Greg.Lup.in.d. l.6.in verb. señaladamente. columna.1.&.2. titu.11.parti.6.& adde videndum Deci. in.d.l.præcibus. C.de impub.& al. columna.12.& Soci.iunio.in.d.consil. 133. nume.7.lib.1.& Ioan.Dilect.Gualden. in suo tracta.de arte testandi.titul.5.de substitutionibus.cautela.31.nume.3.vbi & refert plures docto.dicentes hanc esse communem opinionem. & inibi dicit multa singularia in hoc proposito.

¶NEC contrariæ sententiæ suffragatur † tex.in.d.authenti.de hæredib. & 979
Falcid. §.si verò expræsim.Nec tex.in d.l.

d.l.6.tit.11.parti.6.in verbis,*si el testador les defendiesse señaladamente, que la*
980 *non sacassen*. Tum quia † prædicta verba,*si vero expræssim*, enunciatiuè ponũtur in.d.authenti.de hæred.& Fal. Vndè fit,idem esse,etsi tacitè vrgẽtibus qúe coniecturis fiat prohibitio Falcidiæ & Trebellianicę.ex tex.in.l.cúm quæstio. C.de legat. Tum & quia,sat expræssum dicitur, quod verbis generalibus enunciatur.l.prætor ait.cum alijs inibi á modernioribus citatis.ff.de no.ope.nũcia.& á Curt.antiq.in consi. 9.Ticinen si.co.3.Deci.in consilio.389.visa longa. post Alex.& Areti.videndos ad hãc spetiem in.l.1.ff.de vulg.& pup.& Alex.no tabiliter in.d.consi.201.nume.10.lib.6. Quidquid velit Iaso.in.d.l.prætor ait. Verúm & signanter factum dicitur,nominatim qúe,id quod expræsis non fit verbis,si ex coniecturis constat, testantẽ sic voluisse. l.nominatim.ff. de libe. & posthu.l.quotiens. §.si quis nomen. ff.de hæred.instit.

981 ¶NEC deniqúe oberit † tex. in.d.l. nam quod. §. fin. cum.l.sequenti.ff.ad Trebel.& similes,quia illo iure non licebat testatoribus,etiam verbis expræsissimis prohibere Falcidiã aut Trebellianicam.

¶VERVM durissimum tenere quidem est,facere discrimen in hac spetie
982 † an testator iubeat tota legata vel omnia solui:& huiusmodi subtilitas vt plurimum testantibus tabellionibus qúe ignota est. Vndè ipse censeo, probabilius esse Falcidiam prohiberi, siue testator disponat tota legata,siue omnia legata solui:& idem erit quo ad Trebellianicam,cúm totam aut omnem hæreditatem restituere hæres sit rogatus. vt expræsse tenet Ang.(sibi non constans.)in d.l.centurio.columna.3.motus ex text. in.l.decem.iuncta glo.ff.de fid.comi.liber.post Bart.eleganter in ead.l.centurio.columna.7.& Bald.in. l. præcibus. colum.14. C.de impube.& al.& Paul. Castren.(sibi etiam contrarius.)in cõsi. 247.quia dicta.in antiquis. & Fulgo. in consi.30.factum.columna.fi.Rip. in. d. l.centurio.nume.131.Curt.iuni.in.d.cõ si.16.columna.penul.vbi dicit,hanc esse communem resolutionẽm. & Grat. in consi.134.viso puncto.nume.48.lib.1. qui loquitur, cúm omnia bona restitui præcipitur.& hanc sententiã tenet etiã Greg.Lup.in.d.l.6.tit.11.parti.6. & adde videndum Areti.in consi.12.in causa.columna.fi.& Corne. in consil.207. lib.2.¶Dominus tamen Grego.Lup.in d.l.6.tit.11.parti.6.testatur,non reperisse hanc rem expræsse deffinitã: etsi docto.inibi ab eo citati dicãt,satis esse Falcidiæ aut Trebellianicæ prohibitionẽ etsi non expræsis verbis fieri.quod etiã tenet Guiller.Bened.in.d.c. Rainuntius.in uerb.si absqúe liberis.in.2.nu.15. post Soci.(sibi contrarium)in consi.127. quoniám.columna.8.nume.13.lib.3.

¶Et quód casus prædicti absimiles non nó sint † sed siue testator loquatur hisce verbis,*tota legata*,aut,*omnia legata*, 983
Falcidiæ prohibitio subsistat,idem qúe iuris sit.suadetur ex tex.in.l.Iulianus.ff. de leg.3.qui manifestè prædictam diferentiam diruit:satis qúe inibi adæquatur, legatum confectum per verbum, *omne*,vel per dictionem,*totum*.Et idem fulcitur ex tex.in.l.omnia. & ibi Deci. ff.si cert. peta. & in. l. si á procuratore. C.manda. ¶Proindè quód dicti casus non rectè dissimilentur † complura iu 984
ra suadent,quæ describunt verbum, *totum*,pro verbo,*omne*.vt constat in. l. iubemus.& ibi glo.vers.si tota.C.de testa. quæ & citat tex.in.l.si debitori.ff. de fideiusso.est etiam ad idem tex.& ibi glo. in verb.totos.in.l.maximum vitium. C. de libe.præte.vel exhæreda.idem & habetur in. §.1.& illic glos. in verb. totorum. instit. de socie. & alibi sæpe traditur. ¶Et dissimilitudo quç consueuit

Universidad de Deusto
Biblioteca

assignari inter verbum, *totum*, &, *omne*, ad rem nostram minimè pertinet: nec efficit prędictos casus dissimiles quo ad rem propositam: siquidem illa sit, quód dictio, *omnis*, plurium sit distributiua: at verò verbum, *totum*, particularium. vt ait glo. in. §. restituta. insti. de fid. comi. hæredi. & illic Ang. & docto. cum similibus quorum meminit Iaso. in. l. si vn⁹. §. pactus. nume. 13. ff. de pact. & traditur in. l. mosch his, ff. de iur. fisci. ad quod & videre licet And. Tiraquel. in repeti. d. l. si vnquàm. in verb. totum. C. de reuo. donat. nu. 7. Rursùs nec nostro vulgari sermone verba possumus prodire, quibus fiat discrimen inter omne & totum: siquidem semper dicto verbo, *totum*, vtimur, vt cõpertissimum est: in oque prædicto verbo *omne*, quarè superuacaneum videtur, quo ad hæc regna tractare, an quo ad hanc spetiem verbum, *omne*, &, *totum*, sint dissimilia.

¶ Nec huic sententiæ faciunt præiuditium iura notissima † quibus probatur, indefinitam vniuersali æquipollere: siquidem non adæquetur vniuersali de proprietate sermonis, sed potiùs ex interprætatione: & ita valdè differt, iubere persolui tota, legata qúe omnia, vel legata solui cauere. vt probatur in. l. si seruitus. in princip. ff. de serui. vrba. prędio. notant docto. in. l. si pluribus. ff. de leg. 2. cum similibus. & ita expræsse tenent Alex. in. d. consil. 201. lib. 6. & domi. Greg. Lup. in. d. l. 6. tit. 11. parti. 6.

¶ SOLENT etiam interdum testantes † exprætan suis testamentis sic hæredẽ instituere, *solutis adimpletis quę legatis in residuis bonis Sempronium hæredem instituo*, prætermisso dicto verbo, *totis*, quarè opere prætium erit, differere an illis verbis Falcidia sit prohibita. Quod videtur, siquidem ob id dicta verba posita videntur, quód Falcidiæ locus non sit: quia ex quo testator voluit legata solui atqúe adimpleri, lucidè voluisse videtur, in residuis bonis Semproniũ hæredem esse, & legatorum partẽ Sempronių non habiturum † vt potè quód legata adimpleta non censeantur, si eorũ partẽ hæres percipiat. ex. l. pe. C. de his quib. vt indig. quod & expræssè munitur ex tex. in. l. 4. titul. 11. parti. 6. in his verbis, *no deue el heredero retener ninguna cosa para si, por razon de Falcidia, antes deuen ser dadas cumplidamente, assi como el testador las mando.* & sic legata adimpleta is tex. tũc censet, cùm ex eis Falcidia non percipitur. Et his accedat text. in. d. l. 6. tit. 11. parti. 6. ibi, *pagando el heredero cumplidamente algunas cosas de las mandas que hubiere hecho el testador, no sacando ende la Falcidia*, & ibi etiam, *entonces todas las otras mandas deuen pagar cumplidamente.* Quod & confirmatur † quia ex quo in residuis bonis fit in dicta spetie hæredis institutio, testator voluisse videtur, ne hæres habeat partem legatorum. ex his quæ habẽtur in. l. 2. & inibi Paul. Cast. C. de hæredib. insti. & facit quod notatur in. l. si ex pluribus. in princip. verbo. reliquum. ff. de solut. & alibi sæpe.

¶ SED prædicta sententia nulla probabilitate sustineri potest, nec dici potest, ex dictis verbis † testatorem Falcidiam prohibuisse. Nam quidem dicta verba quibus adimpletis legatis in residuis bonis testator hæredem esse Sẽpronium præcipit, Falcidiã tollere voluisse, opinari non valemus: cùm sic quando Falcidia debetur, fateremur testantes legata adimpleri noluisse, quod dicẽdum non est. quã rem suadet & text. in authenti. de hæred. & Falcid. §. si verò nullus. colla. 1. in verbis, *quia complent quæ testamento continentur*, quæ verba in eodem authenti. sæpius immiscẽtur. & in ipso authenti. Falcidia non prohibetur: nisi quando testator illam inhibuerit. vt disponitur in. d. §. si verò expræsim. quibus & conducit text. in

d. c. Rainaldus. versi. dilectus. de testa. quam & sententiam defendit text. in. l. si ita quis hæres institutus fuerit excepto fundo. ff. de hæred. insti. quem inibi Bald. ad hoc notat, quód si testator post multa legata & fideicomissa ab eo confecta, aliquem hæredem vniuersalem instituit, præterquàm in legatis & fideicomissis, quód nihilominus hæres ex ipsis legatis Falcidiam percipiet. cui sententiæ illic Ang. & Imol. adstipulãtur. & Alex. alios videndos citans in. d. l. nã quod. §. non omnis. columna. fin. ff. ad Trebel. vbi etiam ad hoc citat Bart. in l. si certarũ. in prin cip. ff. de testa. mili. dicẽtẽ, quód si testator post facta legata in omnibus alijs suis bonis Sẽpronio hæred ẽinstituat hæres vniuersalis erit. & videndus. est Paul. Castren. in. l. cogi. §. indè quæritur. columna. 2. ff. ad Trebel. His & accedat sententia Oldra. in consi. 158. factum columna. i. & 2. vbi consuluit † quód si post legata confecta, testor in ceteris bonis aliquem hęredẽ vniuersalẽ instituat, quód ipse hęres quartam de ipsis legatis percipiet. quem refert & sequitur Alex. in. d. §. non omnis. columna. fi. ¶ Huic sententię alludit tex. in authenti. cõtra rogatos. C. ad Trebel. in quo tex. disponitur, quód grauatus restituere quidquid ex hęreditate supererit, saltẽ quartã partẽ reseruare tenetur. & ita prędicta verba quib⁹ hæres institutus est in residuis bonis, seu illis quæ supererint, quartam minimè auferunt. ¶ Proindè & hanc sententiam in proprijs terminis nostris † tenet domi. Greg. Lup. (prædictis omnibus prætermissis) in. d. l. 6. tit. 11. parti. 6. & exprẽssẽ ibi tenet, quód si testator ei⁹ testamẽto solutis legatis adimpleto qúe testamento, in residuis bonis Titium hæredem instituit, ex his verbis nõ esse prohibitam Falcidiam. ex text. & ibi Paul. Cast. in. d. l. Marcellus. §. idem Pomponius. ff. ad Trebel. qui text. ipse censeo hanc rem non probare. Tum quia, de iure antiquo (de quo ille tex. tractat) Trebellianica prohiberi non poterat.

Tum etiam, quia dissimiles sunt nostri termini á casu illius tex. non enim in spetie facti illius textus, in testamento fuit cautum, solutis legatis adimpleto qúe testamento in residuis bonis Titium hæredem institutum: sed tantùm dictum fuit deductis legatis Titio hæreditatem restituendam. quæ verba non fuerunt prolata ad integra & omnia legata adimplenda seu præstanda. vt ipse tex. palàm edocet. & ad hoc inibi illum tex. expendunt Iaso. & docto. Denique hæc sentẽtia confirmatur ex text. in. d. §. si verò expræsim. & dicta. l. 6. titul. 11. parti. 6. in dictis verbis, *señaladamente*, quibus verbis non quidem in hac spetie satisfit. vt ad promptum manifestissimè constat.

¶ EX QVIBVS omnibus enodantur cõtraria supra excogitata. Et palàm iure optimo constat † quód cùm vt sæpe accidit, testator solutis & adimpletis legatis in bonis residuis aliquem hæredem fecerit, quód Falcidiæ locus erit: etsi in hoc casu nunquàm viderim Falcidiam peti. quod fortasis ex eo esse potest, quia apud hæredem remanet ex ipsius testãtis dispositione quarta pars bonorum testantis: in quo casu (vt supra explicuimus) Falcidia cessat: & similiter Trebellianica locum non habebit: si apud hæredem fuerit quarta pars bonorum defuncti cum fideicomissis & legatis, & testatores possint minuere drodãtem, absque eo quód hæres percipiat Trebellianicam aut Falcidiã. d. l. 1. post princip. ff. ad. l. Fal. & in princip. insti. eod. tit. & in. d. l. 1. tit. 11. parti. 6. Et satis erit, et simille hæredes habeant vnam quartam, communiter inter eos diuidẽdam, vt Falcidiæ aut Trebellianicæ locus non sit. §. 1. insti. ad. l. Falcid. & ibi Areti. columna. 2. Quod tamen idem

Ang.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ang.temperat.in. §.& cúm quæsitum. eod.tit.ex tex.inibi.& traditur in.l.singulis.ff.ad.l.Falcid.cum similibus.

993 ¶DEMVM si hæres non habeat † quartam partem bonorum defuncti, in testamento qúe non sit cautum, omnia legata seu tota exoluẽda, seu similia verba in eo dicantur, quibus Falcidia Trebellianica prohibetur, nunquid Falcidiam Trebellianicam vé hæres hodié petere posit. Et ipse quidem existimo cum illas cõsequuturum, nec ei nõobesse vsum legum permitentium Falcidiã & Trebellianicam; ex quo lex contrario vsu mutetur, non tamen ex non vsu abrogatur. ex iuribus quæ congessimus in procemio harum legum. nume. 301. ipse enim leges in viridi sunt obseruantia. l. Arriani. C. de hæretic. Quæ omnia menti affigite, quia ab alijs non sunt controuersa.

¶EX PREDICTA qúe septima conclusione huius legis illud exijt, quód etsi ad efficatiam pupillaris substitutionis necessum sit, hæreditatem adiri exprimis tabullis seu ex patris testamẽto. l. 2. versi. adeo. ff. de vulg. & pup. substi. quòd tamen hodié ex prædicta lege ordinamen. sit secus. vt expræssé tenet domi. Greg. Lup. in. l. 5. in verb. de aquella edad. tit. 5. parti. 6.

¶EX QVIBVS omnibus absoluitur septima conclusio dictæ legis regiæ Et octauam exordimur, cuius hæc sunt verba.

¶PORTIO HEREDIS SEV legatarij rogati restituere hæreditatem seu legatum repudiantis, debetur eorũ substitutis seu fideicomissarijs.

¶IN QVA conclusione non modicé demorari quidẽ possemus, sed vt nostre legis propriam materiam commentemur, omittere non ab re decreuimus, tantúm in hac conclusione illud inue-

994 stigantes, Nunquid † hæres hæreditatẽ adire nollens, hodié extante dicta lege ordinamen. compelli possit à fideicomissario vniuersali ad adeundam hæreditatem. Et videtur quód non: etsi anterioris iure illum ad hoc astringi posse, stabilitum erat. l. quia poterat. l. cogi. in princip. ff. ad Trebel. & in. l. non iustam. C. eod. tit. & in. l. fi. tit. 11. parti. 6. apud finẽ. quorũ iuriũ ratio ea erat, ne hæres moriatur ante aditã hereditatẽ: & ex eo quód hæreditatẽnõ adierit, fideicomissũ diruatur. vt docet tex. in. l. ille à quo. in princip. ff. ad Trebel. & Paul. Cast. in. d. l. cogi. §. si ego hæres. columna. 2. & in l. apud Iulianum. §. Antistia. ff. eod. tit. Quæ ratio cúm palàm refellatur ex predicta lege ordinamen. consequens esse videtur, textum in. d. l. cogi. et similes hodie locum non habere. l. adigere. §. quánuis. ff. de iur. patro. quam sententiã suadent verba dictæ legis ordinamen. de quibus supra memores fuimus, quæ in hunc sunt modum, *y si el heredero no quisiere heredar.* & quæ in eadem lege inferius describuntur, ibi, *y el heredero o legatario no quisiere aceptar.* ex quibus colligitur, hæredem adire nollentẽ ad hoc non esse compellendum. Cui sententiæ etiam alludit, quia fideicomissarijs ipsa aditio siue coactio non quidem est vtilis. ex quo dicta lege ordina. fideicomissa aditione firma manent, hæredi autem ipsa aditio seu coactio adeundi nocet. ex tex. in. l. ita tamen. §. qui suspectã. & in. l. nam quod. §. qui compulsus. ff. ad Trebel. igitur in hoc casu cogendus hæres non videtur. ex regul. text. in l. 1. §. denique. ff. de aq. plub. arcen. cum alijs quorum Bart. & docto. meminere in. l. quòminus. ff. de fluminib. ¶Pro indé hanc sententiam expræssé tenet Joan. Parisi. in dicta lege ordinamen. & illam tutatur ex. d. l. fi. tit. 11. parti. 6.

995 ¶VERVM contraria sentẽtia † probabilior videtur. Tum, vt euitetur correctio

rectio dictarum legum. ex iuribus vulgatis. expediat qúe iuribus iura concilia re. vt etiam manifesta iura disponunt. Tum quia, prædicta lex ordina. aduersatur iuri communi. vt sæpius dictum est: & ob id amplianda non est. l. præcipimꝰ. C. de appel. l. sancimus. C. de testam. l. si verò. §. de viro. ff. solu. matri. Tum quia, lex quæ generalis est, non est trahænda ad casus spetiales. vt in authen. offeratur. C. de litis contesta. iuncta. l. 1. C. eod. tit. cum alijs quæ supra nume. 47. & nume. 138. congessimus. Tum, ex tex. ad hanc rem expendendo. in dicta. l. cogi. §. talis. ff. ad Trebel. vbi disponitur, quód etsi aditione vnius hæredis testamentum sit confirmatum, nihilominus cohæres constringitur ad hæreditatem adeundam, etsi illic nullũ inebat periculum, quód fideicomissa legata qúe ex hæreditate non adita subuerterentur: quia omnium hæredum aditio necessaria nõ est, sed ex heredibus vnũ hereditatem adire sat est. d. l. apud Iulianum. §. 1. & illic Roma. nume. 6. ff. ad Trebel. est etiam tex. in. l. si nemo. in. 1. ff. de testa. tute. Alex. in. l. si res. §. seruus. columna. 2. ff. ad Trebel. Et ita in. d. §. talis. est tex. quód etsi ad efficatiam fideicomissorum & legatorum aditio hęredis non exigatur, quód tamen ad adeũdam hereditatem heres compelli poteſt. 996 Tum & denique † huic sententię consentit Ioan. Lup. (etiam dicta lege ordina. extante) in. l. 31. harum legũ num. 7. etsi tandem aliorum iuditijs huius rei deffinitionẽ dimittat. Et ibi Ioa. Lup. tractat, an hodiè tenere liceat, esse in potestate fideicomissarij, hęredẽ adire compellere, vel non: & quód in vtro qúe casu fideicomissum ipsé consequatur, & refert ita tenere Bald. in. l. fi. C. de sac. sanct. eccle. & ipse Ioã. Lup. abũde disoluit rationes contrarias supra cõgestas.

¶SED quam sententiam inter prędictas eligemus, breui huius rei cardo (vt non ab re censemus) consistit in intellectu tex. in. d. §. talis. qui quidem priori sententię refragari ex eo non videtur † quia etsi inibi cohęrede adeunte ad 997 vim fideicomissi aditio alterius cohęredis non sit necessaria, saltém ex illis aliquis adire necessum erat. quod hodié ex dicta lege ordina. mutatum est, & nulla eorum exigitur aditio. Sed hęc excogitatio parumper nos impellit, quia etsi in casu dicti. §. talis. alteriꝰ exigatur aditio, iam quidem quando de alterius coactione tractabatur, alter adierat: & ita ad vigorem fideicomissi non erat necessaria aditio cohæredis. quam ob rem aliter videtur dicendum, quód in. d. §. talis. fideicomissarij aliud inibat interesse quam compellere hæredem ad adeundum: siquidem Alex. in. d. l. apud Iulianum. in princip. columna. 2. ff. ad Trebel. in hac spetie sic iura cõuenit, quód tunc cohæres cohærendus sit adire, quando alius non adierit, adire qúe nollit, ne fideicomissum diruatur: at verò quód si cohæres adierat, alter adire cõpellendus non sit, si nõ appareat de alio commodo fideicomissarij. ad quod dicit esse tex. in l. sed cúm ab hærede. ff. ad Trebel. & sic ait esse interprætandum tex. in. d. l. apud Iulianum. §. quod Antistia. Sed quidem dicta l. sed cúm ab hærede. tunc intelligitur, quando ante conditionem euenientem fideicomissi etsic contra testantis voluntatem, hæres adire compellitur, & magis communis opinio doctorum in hac re est, quód etsi alter hæres adierit, etsic fideicomissum non subiaceat periculo ex non aditione hæredis, nihilominus tamen hæres ad adeũdam hæreditatem coerceri potest, cúm de testatis sit voluntate, seu saltem si illi non aduersetur: scilicet, quia fideicomissum vniuersale purum sit ad diẽ qúe certum. Verúm si coactio ipsa resistit voluntati testatoris, vt quia fideicomissum

Universidad de Deusto
Biblioteca

missum conditionale fit,& ante conditionis euentum hæredis compulsio expostuletur, iure optimo ipse hæres ad adeundum vrgeri non potest. vt magis communiter docto. concludunt in prædictis locis. præcipuúm glo. in. d. l. apud Iulianum. §. Antistia. & inibi Bart. & Ang. in fine. & idem Ang. post Albe. in d. l. cogi. §. cúm quidam. & ibi etiam Paul. Castren. (quem text. legit in. §. si quis hæres.) & idem Paul. Castren. in. d. §. si ego. columna. 2. in quo loco constáter tenet, obtinere prædictum remediú coactionis, etiá vbi nõ imminet periculum fideicomissi: dummodo hoc vtens remedio prorsus non obsistat voluntati testatoris. & adde videndũ Imol. & alios docto. in. d. §. cúm quidam. post Rayne. ¶Ex qua communi sententia (etsi hæc versatilis sit, iuditium qúe contorqueat, & alium non ita assiduis fluctibus negotiorũ penè submersum exigeret) placet mihi prædicta sentẽtia Ioã. Lup. & extante dicta lege ordinamen. hæredem à fideicomissario cõpelli posse adire. ex tex. in. d. §. talis. & ex dicta cõmuni sentẽtia. Et hãc veritatẽ suadet etiã tex. in. d. l. apud Iulianũ. §. idẽ Iulian⁹. ff. ad Trebel. & tex. & quę inibi notãt Bar. Ang. Alex. & docto. post glos. in. d. l. ita tamen. §. si pater. ff. eod. tit. in quo tex. glo. & docto. tenuerunt, suum hæreditati immiscери compelli posse. & est commune doctorum platicũ vt inibi Alex. columna. penul. insinuat. cui sententiæ consentit etiam Ang. in tracta. de suitate. constitutus in. 7. volumi. tracta. diuerso. docto. q. 9. in. 2. effectu. col. 1. & Iaso. in. l. 1. nu. 88. ff. de leg. 1. Guiller. Bened. in. d. c. Rainũtius. in verb. si absqúe liberis. in. 2. nu. 81. & 95. de testa.

¶Ita qúe constat, quód etsi in casu dicti. §. si pater. existentia sui hæredis citra immistionem confirmet vniuersale fideicomissum, filius tamen constringitur, se se hæreditati immiscere. Vndè minimè mirum est, si opinentur, quód etsi hæredis aditio ex dicta lege ordinamen. non exigatur, ad conseruandum fideicomissum vniuersale: ad hæreditatẽ tamen adeundam hæres compelli possit. Quæ opinio munitur, quia ratio quarè ambo hæredes (vt dirimitur in dictis iuribus) adire constringuntur, ea est, vt testatoris menti pareatur: fortasis enim fideicomissarij magis interest, ab vtroqúe quàm ab vno ex hæredibus fideicomissum percipere. vt probatur in. l. recusare. §. Titius. ff. ad Trebel. & in. d. l. nõ iustam. C. eod. titul. & expræssè sic tenet Bart. in. d. l. apud Iulianum. §. 1. propè finẽ. ff. eod. etiam tit. ¶Confirmatur & prædicta sententia † quia etsi hæres coactus adeat, nullum ei dispendium subsequitur. vt singulariter tenet Ange. in. d. l. cogi. §. si ego. ad finem. & Guiller. Bene. in. d. c. Rainũtius. in. d. verb. si absqúe liberis. in. 2. nu. 84. & sequentib. de testa. cum alijs. quia actiones actiuæ & passiuæ in fideicomissarium vniuersalem transeunt. l. 1. in princip. ff. ad Trebel. l. qui quadraginta. & illic docto. ff. eod. tit. cum similibus inibi citatis à Iaso. nu. 6. Quod vltimum etsi inibi temperet † nisi legata nominatim ab hærede relicta fuerint. l. post emancipationem. in princip. ff. de leg. 3. & docto. in. l. 1. §. sed si quadraginta. ff. ad Trebel. & inibi Iaso. nu. 5. & Rip. etiam in ead. l. 1. §. fin. hoc tamen non obtinet, si hæres coactus adierit, quia tunc nec à legatarijs conueniri poterit, licet legata nominatim ab hærede fuerint relicta. ex. l. Marcellus. in princip. ff. ad Trebel. & expræssè sic notat Rip. in dicto. §. fin. numero. 4. Quin etsi probabilior sit communis doctorum sententia, qua cẽsent, ante restitutionem fideicomissi vniuersalis hæredem à legatarijs conueniri posse. vt notant glos. & scribentes in d. §. fin. videtur tex. in. d. l. ita tamẽ. §. qui ex Trebelliano. ff. ad Trebel. cõtra glo.

glo. in. d. l. Marcellus. in quo loco Iaso. num. 11. testatur hoc esse commune doctorum votum. & idem Iaso. in. d. §. fi. quem commẽtatur in. d. §. sed quadringenta. hoc tamẽ nullo modo obtinet, si hæres coactus adierit: quia tunc iuditiũ inuictus susc ipere non cogitur. l. si postulãte. ff. ad Trebel. & sat hoc cõstat arguendo à casu spetiali ex. l. cúm hæreditas ex Trebelliano. ff. eod. tit. & adde videndũ Roma. in. d. §. sed si quadraginta. quod & elucet, quia hęres adire non est cõpellẽdus: nisi omne dãnũ quod timuerit, sibi à fideicomissario sarciatur, seu à prętore remittatur. vt disponit tex. in. d. l. apud Iulianũ. in princip. & probat tex. in. l. sed sciendum. ff. eod. tit.

¶EX QVIBVS & præter solutiones contrarijs rationibus assignatas à Ioan. Lup. in dicto loco, ipsæ etiam palàm ex 1000
cluduntur † siquidem vt in dictis iuribus constat, hæres à fideicomissario adire cogendus est: etsi eius aditio necessaria non sit ad robur ipsius fideicomissi. & ob id ex dicta lege ordina. dispositionem prędictarum legum (constituentiũ heredem posse coerceri ad adeundum) esse sublatam firmari nõ quidem potest Et dictæ rationes contrariæ non obscurè aduersantur dicto. §. talis. & dicto. §. pater.

1001 ¶CETERVM & prædicta † verba dictę legis regiæ, *sino quisiere heredar*. & dicta verba, *si el tal heredero o legatario no quisiere acetar*. non ex eo appolita censentur, quód hæres ad adeundum compelli non posit: sed ob id, quód si hæres adire nolluerit, fideicomissario eum ad adeundum non coercente, legata & fideicomissa sint præstanda. Et ita cùm non agitur de compulsione hæredis dicta verba loquuntur: de qua si tractaretur, leges antiqúe obseruandę essent, quia non correctę sunt. & ita intelligenda est prędicta lex regia secundum dictam sententiam Ioan. Lup. Qúe & suadẽtur, quia prędicta verba, *sino quisiere heredar*. & dicta etiam verba, *si el tal heredero o legatario no quisiere acetar*. non quidem prohibent prædictam coactionem hæredis. nam etsi testator mandare posit, & compellere hæredem aut fideicomissarium ad adeũdum. vt. in. l. si patroni. §. fi. & in. l. facta. §. si sub conditione. ff. ad Trebel. & notat glo. in. l. debitor. vbi Ang. columna. 6. ff. eod. tit. & Alex. in. l. quia poterat. columna. 1. & in. d. l. ita tamen. §. si pater. columna. 2. ff. eod. etiam tit. & Guiller. Bened. in dicto cap. Rainũtius. in verb. mortuo itaqúe testatore. in. 2. nume. 95. post Iaso. in repe. l. nemo potest. nume. 34. & 40. ff. de leg. 1. non tamen testator ex his verbis, *instituo te si volueris esse hæres*, cauere videtur, quód hæres adire nõ cogatur. vt dicit glos. in. d. l. debitor. & illic Ang. Imol. & Alex. columna. 6. & idem Alex. in dicta. l. quia poterat. columna. 1. sic nec ex dictis verbis, *no quisiere*, non est censendum, prædictam legem regiam prohibuisse hæredis coactionem.

¶DENIQVE tamen iuxta prædicta illud scire necesse est † quód ad petitionem legatarij seu fideicomissarij 1002
particularis hæres iure non est compellendus adire hæreditatem. l. nam quod. §. non omnis. ff. ad Trebel. l. si quis omissa. ff. si quis omi. cau. testa. cum alijs quæ inibi congerit glos. & Alex. in dicto. §. si pater. dictæ. l. ita tamen. ff. ad Trebel. columna. 1. & alibi sæpe traditur. ¶Item si scire cupis, quomodo hræes cogendus sit adire ad petitionem fideicomissarij vniuersalis. in dictis iuribus videre licet & ibi docto. & abundè Guiller. Benedict. in dicto capitul. Rainuntius. de testamen. in verb. si absqúe liberis. in. 2. numero. 79. & sequentibus.

¶Postre-

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶POSTREMO ex dicta octaua cõclusione dictæ legis regiæ infertur, quód controuersari iam non sit necesse
1003 † an legatarius rogatus legatum, aut eius aliquam partem alteri restituere, legatum recusare possit. vt expræsse admonet dominus Didac. Couarru. in dicto capitul. Rainaldus. §. 3. numero. 12. complura in materia videnda congerens.

¶ET hactenus sufficiat de prædicta octaua conclusione.

¶SANE ET SVBSEQVITVR postrema conclusio huius primæ partis, qua habetur.

¶VALERE TESTAMENtum bonis testimonijs confectum.

¶IVXTA quam illud inuestigandum est
1004 † an dictę legis ordinamen. prędicta vltima verba (quibus præfacta conclusio probatur) sint dictę legis regiæ. Et constanter eius non esse adsero,& negatiuum responsum est in prõptu: si quidem veris codicibus manu conscriptis non reperiantur: sunt qúe palám legis. 1. titul. 5. lib. 3. fori legum. etsi in ea non omnia ipsa verba inueniãtur. Nec mirandum, si Montalu. immiscuerit verba dictę legis fori. ex his quæ continentur in procœmio dictarum legum ordinamen. Quam obrem dominum licentiatum Arrieta á consilijs regis (expertus quidem vir & potissimæ litaraturę) in codice legum regiarum ab eo edito ex regis præcepto, prædicta verba dictæ legis non immiscere, eius ore percepi. Et Ioan. Parisi. in eadem lege dicta verba utpotè quæ dictę legis aliena & non ab re comentari omittit. Quam ob rem prauè iudices faciunt, prædicta verba expendere ad negotiorum definitionem. cùm enim fori sint, eorum vsus probandus est. vt supra in. l. 1. latissimè ostensum fuit. ¶Sed si dicta verba essent prædictæ regiæ legis ordinamen. quæstionis est, ingerit qúe se confestim dubium sæpius controuersum, quid prædictis verbis stabilitur.

¶QVIDAM enim & perperám sanciri excogitant † ad solennitatem testamenti nuncupatiui testes ciues minimè exigi: sed sat esse quinqúe testibus et si non ciuibus et sine tabellione testamentum ipsum conficere. quodquidem est Alfonsum regem illam legem edẽtem varium fuisse, & primis verbis ipsius constitutionis cõtrarium insinuare. cõtra tex. & illic tradita in. l. non ad ea. ff. de cõdi. & demonstra. & tex. & ibi Bal. in fine, in. l. si duo. C. per quas person. Quæ sententia & ex his quæ supra. nu. 533. congessimus conteritur. 1005

¶ALIQVI tamen inter quos † domi. Pet. Auenda. (doctor quidẽ egregiæ notæ, in iure non modicè consultus) in cius insigni tracta. de exequend. mãdatis regum quæ Hispanis rectoribus ciuitatum dantur. c. 10. censet, ob id dicta verba in dicta lege ordinamen. fuisse immixta, quia sunt multi casus, quibus testamentum duobus testibus tantúm cõditum valet, scilicet, ad pias causas, & inter filios, seu á milite confectum. Qui intellectus & præter eum suaderi potest, quia bona testimonia illa dicuntur qúe iuribus bona esse comperitur. sed iuribus notissimis (quorũ supra nu. 760. cum sequentib. memoratis fuimus) dispõnitur, testamenta ad pias causas vel inter filios á milite vẽ duobus tãtúm testibꝰ cõfecta, firma esse, & bonis testimonijs cõdita esse. Quod & munitur ex tex. in l. Lutiꝰ Titiꝰ. in princip. ff. de mil. testa. cuiꝰ hæc sũt verba, *ita tamẽ vt hoc ita subsequutum esse legitimis probationibus ostendatur.* qui tex. in hac materia testamentorũ, illas legitimas esse probationes docet. quę duobꝰ tãtúm testibus muniũtur, & ibi 1006

& ibi ponit exemplum in testamẽto militis. Verúm hic intellectus non conuenit dictæ legi regiæ ordinamen. si quidem prædicta regia sãctio nouam & generalem efficit sanctionem, & ita casus speciales non comprehendere, existimandum videtur ex tex. in. l. quod ueró, & in. l. ius singulare. ff. de legibus. l. cùm antiquitas. C. de testamen. cum similibus supra numero. 47. & 118. citatis. Et quia cùm dicta verba generalia sint omnes concernere casus, iudicandum est. l. de prætio. ff. de publicia. cum alijs.

1007 ¶PRETEREA & prædicta † verba, *buenas testimonias*, aliter intelligi posse videtur, non scilicet respectu numeri testium, ne super hoc dicamus, in eadem lege binum laborem fuisse.

¶Sed ideo ipsa verba inibi conscripta fuisse censemus, quia testes testamento rum non esse debent infames, nec serui, nec mulieres, nec furiosi, nec alij multi, quorum testimonia in hac re bona esse difficeri necesse est. ex tex. in. l. qui testamento. §. quæcunqúe. cum sequentib. ff. de testamen. & in. l. 9. titulo 1. partit. 6. & alibi sæpe. Et prædicta lex ordinamen. in præcedentibus eius verbis constituit, testamentum confectum testibus inibi enarratis validum esse: at nunc verò si ipsa verba dictæ legis fuerint, ipsa lex in dictis verbis edocet quód testes ipsi boni & credibiles sint, & non praui. Sed hunc subuertit intellectum, quód in dictis verbis non videtur tractari de sola testium qualitate, sed de tota solennitate testaméti, in eis qúe adiecta videtur alia propria clausula & á præcedtibus separata, subijciens diuersam solennitatem testandi, dissimilem á præcedenti, qua sancitur, testamentum bonis testimonijs confectũ firmũ esse. Nisi dixeris, quód vt cesset varietas, cuius supra meminimus, ipsa verba non interprætemur de integra solennitate testamenti: sed de illa quæ ante cõuncta esse debet solennitati enarratæ in prædicta lege, & quód prædicta verba sint præcedentibus colligata & contigua: ita quód in dictis verbis cõstituatur, quód non tãtum testamentũ nuncupatiuum conficiendum sit testibus ciuibus & numero in eadem lege explicito, sed & testibus quorum testimonium sit credibile, alias qúe á iure non improbatum. Quem intellectum defendit prædictum verbum, *otrosi*, in eadem lege ordinamen. politum, quod vulgari sermone est idem quód *Præterea*. quod & præcedentia cõtinuare cõsueuit. vt in. §. præterea. instit. quib. nõ est permis. face. testamen. notat Alberi. in eius dictionario. in verb. præterea. prout etiam explicari solet verbum *Itẽ* ut in. Item apud Labeonem. in princ. ff. de iniur. cùm alijs quæ Bart. ad hoc citat in. l. 1. in princip. ff. de publica. & vectiga. & doct. in. l. in repetẽdis. ff. de leg. 3. tex. vbi Felin. in capitul. pastoralis. §. item cùm totum. de offic. de lega.

¶ALIIS autem videtur † prædicta verba, *con buenas testimonias*, ex hoc dictæ legi collocata, quia etsi testamentum ante tabellionem non fiat, si tamẽ publicetur receptis testibus iuxta formam dictæ. l. publicati. C. de testamẽ. & similium. idem exinde (etsi non ante) faciet. 1008

¶PROINDE & Montalu. in dictã. l. 1. titulo. 5. libro. 3. fori leg. prędicta posteriora verba quæ reperiuntur indicta lege regia codicibus communibus, ex eo dicta esse palám edocere videtur quia necesse est, quód bonis testimonijs testamentum conficiatur, scilicet testibus qui viderint, & audiuerint testatorem testari.

¶QVID multa, & alij existimant

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex eo prędicta verba esse collocata in dicta.l.ordinamen.quia testamentum nuncupatiuum septem (etsi non oppidanis) testibus iuris qúe communis solennitatibus conditum,& hodiè etiam valeuit,tanquàm bonis testimonijs confectum.vt & nos supra deffiniuimus.

¶PRETEREA & ipse quidem vidi quendam non modicè iure peritũ prædictis verbis alium assignasse intellectum † vt scilicet,eius initium vsqúe ad dicta verba,*y mandamos otrosi*, intelligatur de testamento nuncupatiuo in scriptura redacto:at verò prædicta vltima verba dictę legis ordinamenti.loquantur de testamento nuncupatiuo ante testes & sine scriptura condito. Qui intellectus suadetur,quia testamẽtum nuncupatiuum scriptura & sine ea fieri potest.vt in dicta.l.hac consultissima.§.per nuncupationem.C.de testamen.& ibi communiter docto.& est etiam textus in.§.fi.institu.eodem titulo.& in.l.1.titulo.1.partit.6.ibi,*por palabra o por escrito*.& in.l.7.eodem titulo.& adde videndum text. in. l. 102. aliás.l.103.in cipien.*testamento*.titul.18. partit.3 ¶Et hic intellectus cõfirmatur ex prioribus verbis dictæ legis ordinamen.quæ in hunc sunt modum,*si alguno ordenare su testamento,o postrimera voluntad con escriuano.* ¶Sed tunc oberunt subsequentia verba communibus codicibus conscripta,ibi,*y si fuere tal lugar que no se pudiere auer escriuano*. & hæc verba legibus manu conscriptis reperta,*y si lo fiziere sin escriuano publico*. Sed his respondendum videtur, etiam sine tabellione plerunqúe fieri testamentum nuncupatiuum scriptura vt constat in dicto.§.per nuncupationem.& in.dicta.l.1.&.2.titulo.1.partit.6. ¶Et prædictus intellectus muniri etiam videtur ex textu.in dicta.l.1.titulo.5.libr.3.fori.ll.qúe in eius principio loquitur de testamento scriptura confecto,vt eiusdem legis hæc verba indicant,ibi,*por escrito*.at verò in verbis subsequentibus eadem lex non tractat de testamento scriptura confecto,ibi,*o por buenas testimonias*.& ita ęquabiliter videturdictam legem ordinament.(partim subortam ex dicta lege fori regij) prædicto modo esse interprætandam. ¶Cæterùm & ipsa verba,*buenas testimonias*,lucidè insinuant esse intelligenda de testamento coram testibus tantùm confecto.

¶PREDICTO intellectui etiam alludere videtur sententia Sali.in.l.inter omnes.C.famil.hærcisc.& in authentic.quod sine.C.de testamen.qui voluit,magnum esse discrimen inter testamentum nuncupatiuum in scriptura redactum,vel ante testes tantùm cõfectum.vt in priori casu obtineat text. in dicta.l.hac consultissima.§.ex imperfecto.C.de testamen.at non in secundo eius casu. ¶Constat igitur,principium dictæ legis ordinament.secundum prædictum intellectum edocere, testamentum scriptura confectum tabellione interueniente,saltem tribus testibus ciuibus esse edendum:sed sine tabellione confectum quinqúe oppidanis testibus esse efficiendum,si inuenir. possint.aliás verò tribus tantùm testibus ciuibus confici potest.At verò si fiat citra scripturam,sat erit,bonis testimonijs ipsum condere. ¶Sed quæ erunt † tunc bona testimonia,ipse quidem ex eadem lege reor,sat esse,in hoc casu testamentum condere coram quinqúe testibus ciuibus,si inueniri possint:aliás verò corã tribus testibus ciuib9:siquidé & quando testamẽtum fit sine tabellione,hanc sufficere solennitatem lex ipsa decreuerit: & quia siue testamentum nuncupatiuum scriptura consciatur,vel non,iura quo ad solennitatem nullum discrimen constituunt. vt

vt constat in dicta.l.hac consultissima. §.per nuncupationem.& inibi glos.& docto.& in dictis iuribus,præcipuùm in dicta.l.1.&.2.titulo.1.partit.6.& hoc quidem(vt existimo)praxis recepit.Etsi ille qui prædictum intellectum assignabat dictæ legi regiæ,praué quidem censebat,testamentum sine scriptura & tabellione confectum septem testibus esse conficiendum.

¶DENIQVE & quæ sint † legitimæ & bonæ probationes.adde videndum textũ in.l.cùm de indebito.ff. de proba.in eius principio.& illic glos.& doctor.& Alex.in consilio.119. titulus. columna.3.libro.2.& in consilio.135. circa primam.columna.3.lib.6.& Barba.in consi.8.sapienter doctissimus.columna.7.libro.2.

¶ET his finiuntur commentaria prædictæ legis.1.titulo.2.ordinament. lib.5.In quibus etsi fuerint immodicus ipsius sanctionis affluens assidua qúe materia occasionem dederunt. Quę vobis lectores amantissimi accuratius limanda comittimus.

¶EX QVIBVS & quoqúe huius nostræ legis prima absoluitur pars, & ad secundam accedamus: vt ad nostram Taurinarum legem velut longo postliminio reddeamus, & illius relectionem diutius non prolatemus.

¶SANE & ex eadem secunda parte huius legis sequentia suboriuntur diuerticula siue conclusiones.

¶PRIOR sit conclusio,testamento in scriptis septem testes inscribendi sunt.

¶SECVNDA conclusio,præter septem testes in testamento in scriptis tabellionem adesse necessum est.

¶TERTIA conclusio,testamento in scriptis confecto testator testes qúe subscribendi sunt.

¶QVARTA conclusio,prædictæ subscriptiones testatoris & testium supra testamentum collocandæ sunt.

¶QVINTA conclusio,cùm testator testes vè subscribere nesciuerint seu non potuerint,qui ex eis huius rei peritiam habuerit,pro alijs subscribere exigitur.

¶SEXTA conclusio,testamento in scriptis octo subscriptiones necessariç sunt.

¶SEPTIMA conclusio,præter testatoris & testium subscriptiones,tabellionis signum testamẽto in scriptis immiscendum est.

¶ET antequàm alia scribamus illud differendum est † an in scriptis testari oporteat. Quod multi existimare vidẽtur,inter quos est Ioan.Fab.in.§.possunt.columna.3.insti.de testamen.qui dicit,cautius esse in scriptis testari. quẽ refert Boer.in decisio.14.dominus loãnes.numero 17.& Didac.Castel.in præsentia.in verb.in scriptis. Tum,ne illi qui ex testamento emolumentum sperabant,si aliquid eis nõ relinquitur, ad odium excitentur. Tum,ne hæredes testamento instituti,siue lagatarij testatoris appetant mortem, vt citius hæreditatem legata qúe occupent: vel ne à testatore testamentum immutetur. Tum & præter eos,ne filij,consanguinei vè,aut similes cognoscentes testamento scripta,testatorem importunis præcibus vexent,vt suam diruat voluntatem.quæ omnia considerare videtur textus in dicta.l.hac consultissima.in princip.C.de testament. ¶Verùm Alberic.in suo dictionario.in verb. testamentum, existimat, non esse tutum modum testandi in scriptis: siquidem compluribus solennitatibus efficiendum est: quibus prætermissis ipsum subuertitur testamentum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod etiam palàm tenet Bart. in.l.2.in princip.ff.quenadmodum. testament. appe.& singulariter laso.in consil.67. columna.1.libro.3.ex his quæ ibidè congerunt. Et ob id docto.passim profitètur,securiorem communiorem qúe formam nuncupatim testandi (non tot solennitatibus oneratam) fuisse quæsitã. quibus &consentit Guill. Bened.in dcto capitul. Rainuntius.in verb. testamentum.in.1.numero.10. post. Corne. in dicta.l.hac consultissima.in princ. columna.1. C.de testamen. ¶Quid multa,& dominus doctor Franciscus de Spinosa (verendæ quidem authoritatis expertus qúe,& ingeniosus vir) dicere consueuit, lege esse sanciendum, nullũ in scriptis testari posse,vtpotè quód indies testamenta in scriptis condita euertantur ex imperitia tabellionum. Et ipse quidem multa testamenta in scriptis composita esse inualida,dijudicari vidi: & hoc ex tabellionum insciti a,quæ mundum sæpissimè lædit vt singulis constat diebus. vt Bald. admonere fuit solitus,cuius meminit Rip. in. l. centurio. numero.83.ff.de vulg.& pup. substi. post laso.in consilio.97.in præsẽti testamento.columna.1.lib.4. & Bal. etiam refert plura in proposito cumulando Ioan.de Neuiza.in consilio.28. optaui.numero.11.& sequentib.

¶SED HIC parumper expecta, nam præcedens ratio vrgere omninó
1013 non videtur † quia etsi testamentum nuncupatiuum non tot solennitatibus conficiendum sit,sicut testamentum in scriptis: tamen prædicta lex ordinam & sanctio nostra modicas solennitates exigunt in testamento nuncupatiuo: præter quas & aliæ sunt necessariæ, quæ ex infra dicendis eluscebunt. & quotidiè ob earum prætermissionẽ,ex tabellionum ignorantia contingentem,testamenta etiam cõtumelari plerunqúe obenit.

¶PROINDE tamen quód ex alijs optimum sit in scriptis non testari, ex eo constare videtur, quia in testamento nuncupatiuo testantis explicatur voluntas: & ob id,potiùs hæredes & legatarij vtpotè memores benefitij ad testatoris beneuolentiam quàm ad eius mortem obtandam allicientur: coniunctí qúe siue amici ad seruitia testatori impendenda, vt testamentum immutet commobebuntur. Præterea cùm opus fuerit, eorum quæ in testamento nuncupatiuo continentur,facilius probatio fieri poterit: quàm in testamento in scriptis contenta. Cæterùm vt compertum est,difficilius in testamento nuncupatiuo fallitas fieri potest, quàm in testamento in scriptis. vt in. l. hac consultissima. C.qui testamen.face.po.& in dicta. l. hac consultissima. C.de testamen. & non tantùm tempore quo testamentum in scriptis conficitur,sed etiam post conditum testamentum. Præterea si testator praue seu inutiliter fuerit testatus, amicis alijs qúe notescet: & ob id ad mutandum testamentum,illud qúe in rectum ordinem dirigendum,testator duci quidem poterit: quod in testamento in scriptis vtpotè ignoto non quidem eueniet.

¶SED ILLAM in hac re eligo
1014 sententiam † quód testamentum in scriptis, & testamentum nuncupatiuum, vt excedentia & excessa se sehebent.vt superiora lucidè edocent. Præterea & quód cautius est,testamentum in scriptis ex prioribus conficere ratiõib9,præcipuùm si aliqua subsit causa, vt plerunqúe euenit. quod & constat ex. l. fi.titulo.2. partit.6. cùm enim testamentum fit voluntate nuncupata,coniunti seu amici testatoris quibus nihil relinquitur, quæruli lamentarij qúe erunt, & testatori infecti, illi qúe deseruire non depudẽt Verùm & sæpe testamento nuncupatiuo composito, benefitio contempto, hæredes legatarij vè mortis testatoris sunt cupidi. Quin & frequenter euenit,quód testator qui suum nuncupatiuum testamentum rectè iustè qúe confecerit,cùm eius comperta fuit voluntas,aliorum suggestione effrenata qúe molestia,testamentum ipsum in peius redigit. Demùm & testamentum prothocollo apud tabellionem non remanente testatori traditur,& alio testamẽto non confecto scisis cordullis mutatur.l.nostram. C. de testamentis. cum alijs infra numero.1122.& sequentib.citandis. quod testamento nuncupatiuo non quidem accidit.

1015 ¶TVTIVS tamen esse censeo,& non ita periculosum † nuncupatim testari. Tum, ex eo quód falsitas ex facili in testamento in scriptis (vt explicuimus) comitti potest. Tum quia, solennitas testamenti in scriptis amplior est. Tum ex alijs, quæ ex iam dictis percipiuntur. Et secundum hæc dictam sententiam Ioan.Fab.prædictæ opinioni Alberici conciliare licet.

¶QVIBVS sic prolocutis,iuxta dictam primam conclusionem huius secundæ partis illud perpendendum est, quód hac lege quo ad numerum testiũ scribendum testamento in scriptis,anteriora iura (quibus septem testes necessarij erant) minimè sunt correcta.quorum est dicta. l. hac consultissima. in princip.C.de testamen.& alia complura.& in.l.1.titulo.1.partit.6. Quo fit,& multa in hoc loco conscribi posse,quæ suis priuatis locis spetiatim iuxta hanc legem controuersari consuescunt. Quin & hic adiungi possunt multæ limitationes supra congestæ,quibus edocemus, minori septem tẽstium numero testamenta confici posse, illis tamẽ cõsultó prætermissis. sequens dubium tantùm ab alijs omissum euocabimus iuxta hanc primam conclusionem.

¶NVM scilicet, dicti septem testes qui hac lege testamento in scriptis sunt adhibendi † incolæ ciues qúe oppidi 1016
quo testamentum conficitur esse sit necesse. Inquo breui ciues non exigi cẽseo. Tum quia, hæc lex non requirit testes oppidanos,quod faciliter si voluisset expræstisset. ex textu in.l.1. §. sin autem ad deficientis.C.de cadu.tol.capitul.ad audientiam. de decim. cum alijs. Tum etiam,quia vbi sanctio hæc eos esse ciues voluit,explicuit: igitur in testibus testamẽto in scriptis coscribẽdis in quib9 hocnõ est cautũ,ciues exigi non est dicendum. dicto capitul.ad audientiam. cum alijs. Tum & quia, hæc interpretatio minus lædit ius commune: ergo amplectenda.l.2. C.de noxalib.& maximè quia hæc lex (vt asseruimus) in alijs multis correctoria est. Vndè fit, in hoc casu in quo spetialiter non fit correctio iurium antiquorum, illam non esse inducendam.ex.l. præcipimus.C.de appel.cum materia. Et ita sine dubio tenẽdum est: etsi viderim quendam aduocatum arbitrari & praué, testes oppidanos in testamento in scriptis esse etiam necessarios.

¶SVCCEDIT nunc dictæ secundæ partis huius legis secunda conclusio. qua constat.

¶TESTAMENTO IN scriptis præter septem testes,tabellionis præsentiam esse necessariam.

¶QVE conclusio in testamento in scriptis tantùm loquitur.vt ex hac le-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ge conſtat. Et quia † teſtamento nuncupatiuo tabellionis præſentia non exigitur, vt in dicta. l. hac conſultiſsima. § per nuncupationem. & in dicta. l. hac conſultiſsima. C. qui teſtamenta fa. po. & in. l. in teſtamentis. C. de teſtament. & in. l. 1. titulo. 1. partit. 6. Etſi ante tabellionem fieri etiam conſueſcat. vt traditur in dicto. §. per nuncupationem. & illic gloſ. & ſcribentes. & alibi ſæpe & habetur. 3. parti. titulo. 18. l. 114. in cipien. *Valer*. ¶ In teſtamento autem cæci quod nuncupatim conficitur, an neceſſe ſit tabellionem interuenire. infra numero. 1300. & ſequentib. diſcutiemus.

1018 ¶ SED priùs quidem illud iuxta hãc ſecundam concluſionem dictæ ſecundæ partis cunctari oportet † an prædicta concluſio in hac lege probetur, & quòd ita tabellionis præſentia ſit neceſſaria, quòd eo non interueniente teſtamentum in ſcriptis diruatur. Et videtur quòd non: ſiquidem hæc ſanctio poſtremo loco hæc ſubijciat verba, *los quales dichos teſtamentos y codicilos ſino tuuieren la dicha ſolennidad de teſtigos, mãdamos que no hagan fe.* quæ verba Dida. Caſtel. in præſentia in verb. teſtamento cerrado. columna. 2. ad hoc ſpetialiter expendit, & illis cenſet, quòd hæc lex, teſtamentum in ſcriptis ex eo quòd ſine tabellione cõficitur, minimè ſubuertit: ſed tantùm cùm non habuerit numerum teſtium. & à contrario ſenſu hoc dicit percipi ex dictis verbis. Cuius ſententia nobis quidem diſplicet: & teſtamentum in ſcriptis coram tabellione non confectum firmum nõ eſſe, palàm hanc legem ſancire exiſtimamus, vt eius verba ſine dubio docẽt maximè hęc, *mandamos que interuengan alomenos ſiete teſtigos con vn eſcriuano.* & ibi, *que ſean con lo firmas, y mas el ſigno del eſcriuano.* quia dictum verbum *mandamos*, neceſsitatem induxit, ita vt ex eis quæ huic immiſcentur legi, nihil prætermitti poſsit. l. eleganter. ff. manda. capitul. cùm dilecta. de reſcript. cum alijs vtrobiquè per modernos citatis. Quod & ſuadet dictum verbum *alomenos*, quod latinè † eſt, *ſaltem*, & cum neceſsitate minuit. ff. de act. empt l. ſterilis. §. cùm peruenditorem. in fine. & in clem. cauſam. in princip. & ini bi doct. de elect. capitul. per veſtras. de donat. int. vir. & vxo. notat Bart. in. l. 1. columna. 3. ff. de iur. codicil. Quin & prædictum verbum ſat prohibet actum in contrarium geſtum, & formam huius legis (qua præſentia tabellionis exigitur) eſſe ſubſtantialem edocet. l. non dubium. C. de legib. traditur in. l. 1. ff. de libe. & poſthu. cum ſimilibus ibi traditis à recentioribus, & à Feli. in dicto c. cùm dilecta. col. 8. ver ſi. ſeptimũ ſignum. Quæ etiam confirmat dictũ verbũ, *con*, quòd latinè † eſt, *cum*, quod cõditionẽ importat. l. qui promiſit. ff. de condi. indebi. Bart. in. l. Julianus. ff. de condi. & demonſtra. cum alijs quæ docto. congerunt in rub. ff. eodem titulo. Et verbum conditionale in lege poſitum † inſinuat legis eſſe formam ſubſtancialem. vt ait Bald. in authentic. matri & auiæ. C. quand. mul. offi. tute. fun. columna. 2. cum ſimilibus quorum meminit Iaſo. in. l. 2. §. priùs. numer. 11. ff. de vulg. & pup. ſubſti. & Feli. in dicto capitul. cùm dilecta. columna. 6.

1019 1020 1021

1022 ¶ Proindè & in dubio † omnis forma à lege tradita præſumitur ſubſtancialis. vt notat Baldus in. l. comparationes C. de fid. inſtrument. columna. 2. in. 3. oppoſſi. & Alex. in conſilio. 50. in cauſa & lite. columna. 2. libro. 5. & Iaſo. in dicto. §. priùs. columna 2. & abũdè And. Tiraquelus. in tractat. de vtroquè retract. titulo. de retractu lignagier. §. 36. gloſ. 2. numero. 29.

¶ QVO fit, quòd cùm præſentia tabellionis ſit de forma ſubſtanciali, ab ea

ea minimè recedipoteſt. ff. de tranſact. l. cùm hij. §. ſi prætor. ff. ad municip. l cõſtitutionib⁹ &. C. de teſta. l. ſi vnus. ſiquidem forma dat eſſe rei. ff. ad exhiben. l. Iulianus. §. ſi quis. & ita conſtat, quòd teſtamẽtũ in ſcriptis abſquè tabellione conditum hac diruitur lege.

1023 ¶ Cui rei minimè refragantur † prædicta verba, *los quales dichos teſtamentos E codicilos ſino tubieren la dicha ſolennidad de teſtigos, mandamos que no haga fe.* Tũ quia (cũ vt firmauimus) tabellionis præſentia de forma ſit ſubſtanciali, nõ quidẽ ab hoc ex prædictis verbis vltimo loco conſcriptis receſſum videtur: ne in continenti præcedentium ineat correctio. l. nõ ad ea. ff. de cõdi. & demõſtra. Tum etiã, quia prædicta verba huic legi ob id immixta fuerunt: quia hæc lex principaliter tractat de ſolennitate teſtiũ, non autè vt alia in hac lege expreſſa ſeruanda non ſint. quæ ſolutio munitur ex traditis in. l. rogaſti. ff. ſi cert. peta. & in. l. cùm quæritur. ff. de ſta. homi. & in. l. 1. ff. de autho. præſtan. Tũ & præterea, quia prædicta verba, *ſolennidad de teſtigos*, ſupplenda quidem ſunt, cum tabellionis præſentia, quippe cùm quędam legis pars ex altera interprætãda ſit. l. qui filiabus. ff. de leg. 1. cũ alijs quorum Deci. meminit in. l. ſi quis iniquũ. §. hæc pæna. nu. 2. ff. quod quiſquè iur. Et eo magis quòd dictæ teſtium ſolennitati præſentia teſtiũ coniungitur. vt conſtat ex dictis verbis, *alomenos ſiete teſtigos con vn eſcriuano.* namquè † dictũ verbũ, *cum*, conjunctiuum eſt. l. ſi. apud finem. C. de impube. & al. ſubſti. & de ſui natura coniungit, aumentatiuè què accipitur. l. ſi quis in quilinos. §. 1. verſicu. ſi ita legatum. ff. de legat. 1. & ibi doctо. l. ſi cui. in princip. in. 2. ff. eodem titulo. & ad veritatem cõiunctiuæ vtraquè pars vera eſſe debet. ff. de condi. inſtitu. l. ſi hæredi plures. ff. de hered. inſtit. l. Lutius. igitur benè ſequitur, quòd cùm hæc lex coniunctim ſubijciat prædicta, verba, *ſiete teſtigos con vn eſcriuano.* quòd inferiora verba ſupra reſumpta, *ſi no tuuiere la dicha ſolennidad de teſtigos.* & coniunctim cum tabellione intelligenda ſunt, & quòd ſine tabellionis præſentia ipſa non oppletur ſolennitas. Proindè & dicta verba, *con vn eſcriuano*, accedunt quidem dictis verbis *ſiete teſtigos*, igitur non mirandum, ſi dicta verba, *ſolennidad de teſtigos*, etiam cõ prehãndant dictam præſentiam tabellionis. ex tex. in. l. ex parte. §. duos. ff. fa. hærciſc. & in. l. ſeruitutes. §. ſi domo. ff. de ſerui. vrba. præd. & in. l. 2. ff. de iuriſdi. omni. iudi. cum alijs à Bald. citatis in. l. quãuis. column. 1. C. de fid. comi. Tum item † quia cùm dicta verba, *la dicha ſolennidad de teſtigos*, ſint relatiua præcedentium, ſuperiora enim in eis relata cenſentur cum omnibus ſuis adiunctis & qualitatibus. l. à filio. §. teſtator. ff. de ali. & cibа. lega. l. 1. §. cùm plures. & illic Bart. ff. ſi famo. furt. feci. dica. & in. l. 1. in princip. ff. de recepta. cum alijs quorum Deci. memor eſt in conſil. 539. inclita. numero. 9. & in conſil. 449. viſis duobus. columna. 1. & idem etiam probatur in. l. Cayus. ff. de manumi. Tum etiam, quia ſi dicta verba, *la dicha ſolennidad de teſtigos*, ſolum reſpicerent numerum teſtium & qualitatem tantùm, & non vt explicuimus intelligenda eſſent, exindè fieret, teſtatoris & teſtium ſubſcriptiones (de quibus in hac lege agitur) de forma non eſſe ſubſtantiali. contra iura notiſsima, quibus de forma ſubſtantiali eſſe conſtat. Tum & quia, dictis verbis, *la dicha ſolennidad de teſtigos*, dicta verba, *con vn eſcriuano*, aptè ſeu commodè adijci ex eo non poterant † quòd ipſa verba, *la dicha ſolennidad de teſtigos*, non tantùm ad teſtamentum in ſcriptis referuntur, ſed etiam ad teſtamentum nuncupatiuum

1024 1026

Universidad de Deusto
Biblioteca

& codicillum,in quibus non exigitur tabellionis prę ſentia.vt ſupra diximus ¶ Verùm & argumentum à contrario ſenſu quo(vt aſſeruimus) vtitur Didac. Caſtel. aduerſæ non ſuffragatur ſententiæ: ſi quidem prædictis verbis huius legis obſiſtat,igitur dictum argumentum iure non procedit.ex traditis in.l.apud antiquos.&illic doct.C.de furt.cũ alijs citatis à nouioribus in.l. quæcunque.ff de offi.eius cui eſt manda.iuriſdi. maximé Purpu.numero.679.& facit bonus tex.in.l.conuenticulam. C.de epiſco. & cleri.& in.l.2. C.de condit.infert.

¶ SED iuxta hanc ſecundam concluſionem ſecundæ partis illud eſt etiam inueſtigandum † num ante hanc legé neceſſe erat, tabellionem ineſſe teſta 1027
mento in ſcriptis. Et negatiua reſpon ſio in promptu eſt. vt optimè diſponitur in dicta.l.hac conſultiſsima.in princip.& inſtitu.eodem titulo.in princip. & in.l.1. &.2.titulo.1.partit.6.& expreſſe ſic cõſtat ex Bar.in.l.2. in princip.ff quenadmo.teſtamen.infirmen.& illic alij docto.& in dicta.l.publicati. colu. 1.& docto.in capit.ſi.de fid.inſtru.cum alijs.& palàm in noſtris terminis ſic tenet Didac. Couarru.in capitul.cùm eſſes.de teſtamen.columna.2. ¶ Etſi domi.Ioan.Lup. in præſentia numero.2. & palàm Didac.Caſtel.in verb. teſtamento cerrado.in princip. teneãt, etiã ante hanc legem teſtamentum in ſcriptis eſſe conficiendum coram tabellione.ex dicto.§.per nuncupationem. & in dicta.l.1.titulo.1.partit.6.quibus iuribus hoc quidem non conſtat,quim potiùs cõtrarium traditur in dicto.§. per nuncupationem. Præter eos tamen dicta eorum ſententia probari videtur in l.103.in cipien. *Teſtamento*. titulo.18. partit.3.Sed nec hæc lex parti. adcontrariam ſententiã nos ſubinuitat: ſiquidem in ea minimè ſtabilitur, tabellionem eſſe neceſſarium .Immó ſanctio ipſa ſe refert ad dictã. l.1.&.2.titulo.1. partit.6.quibus hoc non ſancitur. Denique & contenta in dicta.l.103.de forma ſubſtantiali eſſe non videtur. vt ſatis percipitur ex.l.111.exordiente,*las formas*.eodem titulo.18.partit.3.

¶ VERVM hic ſtatim ſe ingerit dubitatio adnotatu digna † nunquid ho 1028
die teſtamentum in ſcriptis non conditum coram tabellione:ſed confectum ſeptem tamen teſtibus,& alia ſolennite huius legis interueniente: & ſimiliter fuerit publicatum iuxta dictã.l.publicati. C.de teſtamen.valeat fidẽ quę faciat. Quod enim ex hac lege non videtur,ex eo in quàm quiã lex noſtra (vt explicuimus) ad vim teſtamenti in ſcriptis exigit tabellionem eius quę ſig nũ ſine eis confectũ teſtamentũ ſu bue[illegible]. Proindè & hoc confirmatur quia maior ſolennitas videtur,cùm tabellio adeſt in teſtamenti confectione quàm illa quæ ineſt in caſu dictæ.l. publicati.& ſimilibus.ex quo in priori caſu teſtator coram tabellione & teſtib9 illud eſſe ſuum teſtamentum aſſeuerauerit : at in ſecundo non. Præterea hæc ſuadetur pars, quia ſi contrarium teneremus, hęc lex parum aut nihil operaretur,contra iura notiſsima . cùm tantùm id diſponeret,quod iuris communis eſſet.tabellio quę non eſſet neceſſarius : niſi in caſu quo iure communi exigeretur,ſcilicet,cùm publicatio non fieret : & ita verba prædicta huius legis fruſtratoria eſſent, quod non eſt dicendum . §. nihilo. C. de nouo. C.compo.& in procemio Gregor. Denique & hanc partem veriorem eſſe dicit.Cyfuent.in præſentia.columna.1. & ſequen.& teſtamentũ in ſcriptis abſque tabellione compoſitum,etſi ſolenniter publicatum hac lege dirui.& idẽ tenet Anto.Gome.in præſentia.numerõ.39.

¶ NIHILOMINVS tamen contrarium

029 trarium probabilius nobis videtur † cùm anterioribus iuribus ſit cautum, teſtamentum in ſcriptis conditum ſine tabellione, & iuxta iuris formam publicatum,fidem facere : at ſecus ſi eius nõ fiat publicatio. vt conſtat ex dicta.l.publicati. & illic docto. C.de teſtamẽ.& in.l.3.titulo.2.partit.6.& notat glo.receptiſsima in.l.2.in princip.ff.quenad. teſtamen.appe.cui inibi Bart.& docto. conſentiunt.Innoc.& alij in capitu.ſi. de fid.inſtru docto.etiam in.l.1.&.2.C. quenadmod.teſtamen.ap.& Paul.Caſtren.in dicta.l.hac conſultiſsima. §. per nuncupationem.columna.2. C.de teſtamen.Soci.in regul.399.verb. teſtator.cum alijs quorum meminit Iaſo.in dicta.l.publicati.columna.2.& abundè hic Didac.Caſtel.in verb.nuncupatiuo.columna.4.& adde videndum texũ in. l.4.titulo.2.lib.5.ordinamẽ.quarè conſequens eſt, hanc legem ſecundum prædicta iura & doctrinas eſſe explicandam : & tunc teſtamẽtũ in ſcriptis ſine tabellione, alijs tamen ſolennitatibus confectum dirui,cùm plublicatum non fuerit:at ſecus ſi fuerit formiter publicatum.nam iura notiſsima voluerunt,iura iuribus eſſe conciliãda,& legum correctionem euitandam. ¶ Sanè & hæc ſuadetur ſententia,quia probationis genus eſt ampliandum. l.1.ff. de teſtib.l.quoniam.C.de hæreti.l.1.titulo.16.partit.3. ¶ Nec reſpõderi poteſt,quòd hæc lex probationem ad teſtium numerum reſtringitur. vt ex ſu 1030
perioribus conſtat. ¶ Cæterùm & hanc ſententiam † in præſentia tenet Ioan.Lup.numero.52.& ſat idem Ioan. Lup.numero.14.& optimè numero.23. & huic ſententiæ adſtipulatur Didac. Caſtel.hic.in verb.teſtamẽto cerrado. columna.2.quam etiam ſententiam tenet domi.Grego.Lup.in.l.3.in verb.deuen.titulo.2.partit.6.& in. l. 4. eodem titulo & part.in verb.eſcripto,& expreſsius idem Greg.Lup.in.l.1.verb.otroſi decimos.titulo.1. partit. 6. ſiquidem (vt dictum eſt) iura iuribus ſint concilianda. Et quia hæc lex tantùm tollit dubiũ illud,quod oriebatur ex dicta.l.ordinamen.ſcilicet,an illa lex minuat numerum teſtium à iure communi & ſeptipartitarum ſanctionibus inteſtamento in ſcriptis requiſitum : nõ autem tollit dictam.l.publicati. & ſimiles. Etſi inficiari quidem non poſsimus,non tantùm legem ipſam loquutam de numero teſtium, ſed etiam de tabellionis præſentia.

¶ NEC dictæ noſtræ ſententiæ ſuffragantur contrariæ rationes. ¶ Et prior ex eo euellitur † quia etſi hæc lex 1031
exigat tabellionem ad teſtamentum in ſcriptis, ſit quę de forma ſubſtantiali, cùm publicatum non fuerit ex ſupradictis intelligendum eſt. ¶ Dici etiam poteſt,hanc legem eſſe interprætandã quo ad hoc quòd teſtamentum ſit ſcriptura publica. Verùm vt ſit priuata, publicari quę poſsit,tabellionis nõ eſt neceſſaria præſentia. præter hoc quòd & ipſa publicatio coram tabellione fiat. ¶ SECVNDA ratio facilè refellitur † quia & iure communi tanti vigo 1032
ris erit prædicta publicatio teſtamenti, in qua ipſe teſtator expræſsim non nunciabat coram tabellione & teſtibus ſuũ eſſe teſtamentum,quanti teſtamentum quod conficiebãtur coram tabellione & teſtibus, teſtatore aſſerente illud eſſe ſuum teſtamentum . quod hac lege non eſt ſublatum.Subinde etſi teſtator cùm corã tabellione teſtatur, inſinuet coram tabellione ſuum eſſe teſtamentũ,tabellio tamẽ ſepiſsimè intro ſcripta quidem ignorat.vt conſtat in dicta.l hac conſultiſsima.in princip. C. de teſtamen.& docet Imol.in.l.tabullarum. columna.1.ff.quenadmod. teſtament. appe.

¶ DEMVM & poſtrema abijcitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

1033 ratio † quia & sat hæc lex operatur, & si nostra recipiatur sententia, cùm hac lege prædictum dirimatur dubiũ, quod (vt explicuimus) ex dicta lege ordinam. enascebatur. nempé & hæc lex cõplura etiam decernit, quæ iurib⁹ antiquioribus constituta erant: nam & septem exigit testes, & eorum subscriptiones. Quo fit, minimé esse dicendum, hanc legem disposuisse tantùm noua, ne superfluat.

1034 ¶ITA QVE sat cõstat † etiam hodiè obtinere materiam dictæ.l.publicati, et similium: & testamẽtum in scriptis conditum absque tabellione, publicatum tamen, fidem facere. Quod intelligendum est, si testamentum ipsum præter tabellionis præsentiam, alias habeat solennitates. vt traditur in dicta.l. publicati. & inibi Paul. Castren. colũna. 1. & idem Paul. Castrens. in dicta. l. hæredes palàm. in princip. ff. de testamen. & in dicta.l.hac consultissima. § per nuncupationem. columna. 2. C. eodem titulo.

¶EX his quæ supra scripsimus intelli
1035 ges † nullam exigi testamenti publicationem, siue sit in scriptis factum, seu nuncupatiuè, cùm tabellio testamento fuerit præsens. vt tenet glo. in dicta.l.2. ff. quenadmod. testam. ap. & illic Bart. & docto. & in dicta.l.publicati. gl. etiã in.l.2. C. quenadmod. testamen. ap. in verb. publicum. & illic Ang. & scribẽ. & in.l.fi. C. de fid. comi. docto. quoque in.l.omnium. & in.l.iubemus. C. dẽ testamen. & in.l.2. C. de bono. posse. secun. tab. & inibi Iaso. colũn. 2. & Ang. in.l.1. in lectu. Floren. C. eodem titul. Deci. in.l. eius qui. numero 3. ff. si cert. peta. Abb. & moder. in dicto capit. fi. de fid. instru. columna. fi. & scribentes in præsentia. tex. & illic Montalu. in.l.13. titulo. 5. lib. 3. for. leg. & abundè Iaso. in dicto consil. 67. columna. 1. lib. 1. & Soci. in regul. 399. & notabiliter domi. Greg. Lup. in.l.3. in verb. deuen les mostran. titulo. 2. partit. 6. vbi ait illam glo. esse notabilem & communiter approbatam, postlas. in .d.l. publicati. columna. 1. numero. 4. eandem glo. dicit hic singularem Ant. Gome. numero. 37. & idem diximus supra numero. 668. in medio. fol. 256. columna. 4.

¶DENIQVE si scire cupis formã 1036
† publicationis testamenti. in dictis locis inuenies. & in dicta.l.3. titulo. 2. partit. 6. & in alijs legibus eiusdem tituli. & in dicta.l.4. titulo. 2. lib. 5. ordinamẽ. & in dicta.l.1. & .2. ff. quenadmod. testamẽ ap. & in.l.1. & in.l.2. C. eodem titulo. & notat Specul. in titulo de instrumedit. § ostenso. columna. antepe. & Ioa. And. in Specul. eodem titulo. §. restat. colu. 7. moder. in dicto capitul. cùm esses. de testamen. & notabiliter Fulg. in consil. 56. quæritur. columna. 2. Gund. pap. in consil. 28. consilium. numero. 2. Curtiiuni. in.l.2. numero. 95. C. de eden. postlaso. in dicto consil. 67. columna. 2. & sequen. lib. 1. & in.l.lecta. numero. 2. ff. si cert. peta. & Boeri. in decisio. 37. quia supra. numero. 9. Thomas Grama. in decisio. 62. in causa. columna. 1. Ludou. Gozadi. in consi. 3. columna. 2. Cardi. Paulus Parisi. in consi. 46. primum. columna. 1. lib. 3. Nicol. Bellon. in consil. 14. in casu proposito. columna. fi. & domi. Didac. Couarru. in capitul. 8. prática. quæstio. columna. 1. & alibi sæpe traditur.

¶SED iuxta dictam secundam con-
clusionem secundæ partis huius legis 1037
dubitatur etiam † anſi in testamẽto in scriptis tabellio non adfuerit, quia reperiri non potuit, an hodiè sat sit, tabellionis loco octauum adhibere testem. quod videtur. ex dicta.l.hac consultissima. §. at cùm humana. C. qui testam. face. po. cui legi consimilis est tex. in.l. 14. titul. 1. part. 6. quibus sancitur, quòd etsi in testamento cæci inesse debeat tabellio, si tamen ipse tabellio præsens non

non sit testamento ipsius cæci, quia reperiri non potest, quód satis erat tabellionis loco octauum testem testamento adiungere. quem tex. inibi Roma. ad hoc expendit, quód tabellionis loco alia persona fide probata adhiberi potest. & quód eius scriptura probabit, sicut si esset tabellionis. Præterea & expræsse hanc tenet sententiam Ioã. Lup. in præsenti. numero. 55. vbi notanter concludit, quód etsi hac lege testamentum in scriptis coram tabellione fit conficiendum, quód tamen si tabellio reperiri non potest, octaua persona à iudice comprobata eius loco adhiberi poterit: & quód eius scriptura fidem faciet, acsi in ea tabellio interuenisset ad quod citat tex. in capitul. quoniam contra. de probat. & in.l.si quis ex corpore. C. de murilegu. lib. 11. & Roma. in dicta.l.hac consultissima. quo in loco censet Roma. personam ipsam esse approbandam iudicis interlocutoria. ex dicto capitul. quoniam contra. & in dicta.l.si quis ex corpore.

1038 ¶SED ipse quidem in contraria sum
sententia † & constanter teneo, testamentum in scriptis confectum etiã ab octauo teste seu alia persona approbata citra solennem publicationem, fidem non facere. quia vt satis supra fuit dictũ est de forma substantiali, tabellionem adesse testamento in scriptis, aliás què fidem non facit. Proindè ille octauus testis seu persona tabellionis loco alijs testibus admixta, persona publica non est: & ob id eius scriptura publica non est censenda, nec fidem facit. vt constat in iuribus notissimis. Sanè & hanc veritatem huius legis verba insinuant, ibi *alomenos siete testigos con vn escriuano.* quibus clarè probatur, quód etsi plures quàm septem testes testamento inscriptis scribantur, quód tamen coram tabellione testamentum ipsum conficiendum est, vt fidem faciat. Quæ sententia etiam suadetur † quia etiam in ca- 1039
su dicti. §. at cùm humana. si adiungitur octauus testis loco tabellionis (qui inueniri non potest) testamentum ab eo confectum (nisi solenniter publicetur) fidem non facit. vt tenent expræsse Nicol. Ma. Bald. colum. fi. Sali. Fulg. Corne. Alex. columna penulti. & cæteri doct. in eadem.l.hac consultissima. Et ita Corne. interprætatur prædictam sententiam Roma. qua Ioã. Lup. in præsenti suum defendit assertum. Et tex. in dicto. §. at cùm humana. de probatione testibus, non autem scriptura faciendа Fulgo. & docto. inibi intelligunt. Præterea & quod disponitur in dicto. §. at cùm humana. stabilitur illud in illo casu speciali: vndè ad nostrum nõ est trahendum. ff. de legib. l. quod verò. ita què clarissimè constat tex. in dicto. §. at cùm humana. ad nostrum negotium non pertinere.

¶QVIN nec tex. in dicto capitulo.
quoniam contra. nos ad contrariam du- 1040
cit sententiam † siquidem vt prædicta edocent, loquitur in dissimili casu. Quin & tex. ipse decreuit non tantùm vnum, sed duos viros tabellionis loco scripturæ immiscẽdos. Quid multa, & tex. ipse satis probat, duos viros vni notario non adæquari, ex quo illic in subsidium deficiẽte què tabellione alij duo viri associantur. vt expræsse inibi scribunt Areti. & Deci. columna. 5. numero. 8.

¶SIMILITER & constat alterius esse negotij. tex. in dicta.l.si quis ex corpore. C. de murileg. Quin & ipse tex. contrarium probat. vt eius hæc verba explicant, *nec facile in locum proprium freti ex triumphali absolutione substituantur*

¶EX his deniquè suboritur, quód aut
non est tenenda prædicta sẽtẽtia Ioã. Lup. aut publicatione interueniẽte intelligenda. Etsi hic postremus intellectus

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctus sat eius obsistat verbis: siquidem dicat, scripturam octaui testis seu personæ subrogatę fidem facere, ac si tabellionis esset. vt etiam explicuit Roma. in prædicto loco.

1041 ¶LIBET & hic quærere † quis tabellio prę̃sens esse debeat testamento in scriptis. Et primó illud dicim⁹, quód numerarius esse necessé est: si oppidum tabelliones numerarios habeat. ex tex. in l. 4. titulo. 18. lib. 2. ordinamen. & in l. 101. gabellarum codicis. de quibus tabellionibus numerarijs etiam loquitur text. in l. 9. titulo. 16. lib. 2. ordinamen. & in l. 1. titu. 4. toro leg. lib. 1. & in pragma. Barchi. edita anno. 1503. & adde videndum Mathe. de Afflict. in constit. Neapoli. rub. 77. numero. 11. lib. 1. & domi. Grego. Lup. in l. 2. titulo. 19. parti. 3. Quo fit, testamentum in scriptis siue nuncupatiuum coram tabellione non numerario conditum subuerti. vt dispositum dicta lex ordinament. Etsi ipse contrarium & ex diametro aduersus dictam legem ordinamen. iudicatum viderim: & cõtractus scripturam fidem facere, quántuncunque compertum erat, coram numerario tabellione non confectam: ex eo quód veritas negociorum consideranda sit. ex l. 11. titulo. 1. libro. 3. ordinamen. Et videre licet Ioan. Lup hic numero. 40. & Didac. Castel. in ver. escriuano. & idem dicit Mathe. de Afflict. esse constitutum in Neapolita. ciuitate & in ciuitate Salerni. vt ipse firmat in constitu. Neapol. in dicta. rub. 77. lib. 1. numero. 4.

¶SED ILLVD non est prętermittendum † quódpalám dicta lex ordinamen. constituit, testamentum confici posse ante tabellionem oppidi omisso numerario. vt hæc eius verba indicant, *y en las aldeas villas y lugares donde ay escriuanos publicos del numero, o de cõsejo, mandamos, que estos solos puedã vsar del dicho officio de escriuania, y que puedan ante estos y qualquier dellos pasen los contratos de entre partes, y las obligaciones, y testamentos.* Nisi dicas, quód ille text. non loquitur quando in populo tabelliones numerarij & etiam oppidi inueniuntur: sed quando aut illic tabellicones numerarij tantúm fuerint, seu oppidi tabellio solus. itaque quód text. ille disponat, quód si in loco tantúm sit tabellio oppidi & non numerarij, quód ante eum non verò coram alijs testamenta conficiantur: & quód quando populus solum habeat tabelliones numerarios, ante eos testamenta sint conficienda. Verúm quód inibi nihil stabilitum est, quando tabelliones numerarij & populi etiam in loco sint.

¶NIHILOMINVS tamen † & si contrarium teneat palám domi. Pet. Auenda. in eius tracta. de exequendis mandatis regum. capitul. 10. numer. 10. dicendum videtur, quód prædicta lex ordinamen. ita quidem sit intelligenda vt non tãtúm coram tabellione numerario testamentum fieri possit, sed etiá coram populi notario, etsi non numerario: & etiam si populus vtrosqúe habeat: si quidem aut prędicta verba dictę legis, *o de consejo*, coniunctiua esse intelligamus. vt plerúqúe accidit. ff. de verbo signi. l. sæpe. & ita cùm populus habet tám opidi, quám numerarios tabelliones, & tunc ipse tex. disponit, ante eorũ quenlibet testamenta confici posse. vt insinuant prædicta verba ipsius legis, ibi, *o qualquier dellos*, non enim ipsa lex exigit, tabellionem esse numerarium & populi, vt ante eũ testamẽtum fiat. aut casum nostrũ in dicta lege omissum fatemur, vtpotè quód in dicta lege nihil stabilitum sit, quando in oppido non tantum tabellio oppidi, sed & alij numerarij inueniuntur: & tunc vt casum prætermissum constat esse decidendum legibus iuris communis. l. comodissimè. ff. de libe. & posthu. cum suis similibus. quibus notum est, testamentum coram tabellione etiam non numerario confici posse. & constat in. l. generali. C. de tabula. & in authentic. de tabellionib. per totum. colla. 4.

1044 ¶VERVM si tabellio oppidi † tãtum sit creatus ad gesta oppidi, & nõ ciuium, tunc non erit dubium, ante eum testamentũ confici non posse. ex. l. cùm prætor. ff. de iud. & in. l. maritus. C. de procura. cum suis vulgatis.

1045 ¶QVIS autem tabellio † oppidi dicatur, & alia ad intellectum dictę legis ordinamen. si scire cupis, videre licet domi. Pet. de Auenda. in dicto eius tracta. capitul. 10. numero. 10. & Ioa. Lup. in prælentia. numero. 40. Qui & post dictam sanctionem ordinamen. tractat, an testamentum ante tabellionem nó numerarium in curia regia confici possit. Item & ibidem dubitat, an extra regiam curiam si tabellio numerarius inueniri non possit, quilibet alius tabellio ad testamentum conficiendum rogati possit: & an tunc sit probandum alium non reperiri potuisse. & adde videndum Anz. in l. si vacantia. in. 2. oppo. C. de bon. vacan. lib. 10. & ea quæ supra scripsimus. numero. 640. & sequentibus.

1046 ¶DENIQVE & illud sciẽdum est † in regno etiam Frantiæ Ludoui. 2. disposuisse, quód tabellionum certus sit numerus. vt constat in rub. des notaires. cuius meminit Pet. Rebuf. in tracta. de lite. oblig. arti. 2. glo. 1. numero. 54.

1047 ¶RVRSVS & tabellio, ante quem hæc lex iubet testamentum in scriptis esse á laico conficiendum † regius esse debet, nonqúe apostolicus. vt in. l. 8. titulo 18. lib. 2. ordinamen. & in pragma. edita Compluti. anno. 1503. & in. l. 101. in codice gabellarum.

¶QVID autem sit iure communi. videre licet Abb. & docto. in capitul. si cut. ne cleri. vel mona. & in capitulo. cum. P. tabellio. de fid. instru. & ibi Feli. numero. 17. & Specul. in titul. de instru. edi. §. restat. Ioan. Fab. in. l. iciendum. C. de donat. Ioan. Lup. in præsenti. numero. 39. & 43. & in rub. de donat. int. vir. & vxo. char. 2. columna. 2. & docto. in capitul. peruenerabilem. qui fil. sint legiti. Luc. de Pen. in. l. fi. C. de loca. prædio. ciui. lib. 11. Mathe. de Afflict. in titulo, quæ sint regal. in verb. potestas. numero. 65. & in Neapol. constitu. in rub. de fide & autho. instru. numero. 22. & Iaso. in consil. 168. in causa & lite. columna. 7. lib. 4. Pet. Rebuf. in dicto tracta. de lite. obliga. arti. 2. glos. 1. numero. 43. & sequenti. Boeri. in decisio. 242. ad tertiam. numero. 1. modernos in dicto capitul. fi. de fid. instru. & Didac. Castel. hic in verb. escriuano. & adde videndum Bald. in tract. de tabellionibus. columna. 4. & notanter Didac. Couarru. in capitul. 19. pratica. quæstio. in columna. fi. versi. sed & de apostolicis.

¶VERVM an laicus † conficere posit testamentum (rege nostro consentiente) coram tabellione apostolico. videre licet Mathe. de Afflict. in dicto titulo. quæ sint regal. in dicto verb. potestas. numero. 60. post alios illic abocitatos. Ad hoc tamen non sufficiet dominorum consensus, regem nostrum superiorem habentium: cùm eis non liceat dicta iura regia mutare. l. 2. C. de offi. præfect. præto. ori. cum alijs quorum supra numero. 718. cum sequentib. memores fuimus. & constat in. l. fistulas. ff. de contrahæn. emp. & ex his quæ Bald. tradit in. l. 2. columna. 4. versicu. ego dico. C. de serui. & aq. 1048

¶CETERVM ET CORAM tabellione † imperiali testamentum hisce regnis effici non poterit, nec ante eum confectum fidem faciet. vt in. l. 2. tit. 1049

Universidad de Deusto
Biblioteca

2.titulo.3.lib.2.ordinamen.& in.l.15.ti. 18.lib.2.ordinamen.& Ioa.Lup.hic numero.39.& in rub.de donat.int.vir.& vxo.char.2.columna.2.& Mathe.de Afflict.in dicta rub.de fid.&autho.instru. numero.21.columna.3.q.10.& in dicto. tit.quæ sint regal.in dicto ver.potestas. numero.60.qui &alios videndos citat. & moder.in dicto capitul.cùm.P. tabellio.& in.l.1. C.de sum.trini.& doct.in l.1. C.de emancip.libe.& Dida.Castel hic in verb.escriuano.

1050 ¶SED quidem superiora † temperanda sunt.

¶ET primó nisi apostolicus imperialis qúe tabellio etiam fuerit regius tabellio (vt plerunqúe accidit) quia tunc rogari potest ad conficienda testamenta laicorum.vt probatur in.l.testamentum. C.de testament.& similibus Quod suadet etiam text⁹ in.l.1.ff.de offi.præsid.& in.l.si consul.ff.de adopt.& alijs illic á glo.citatis.& in proprijs terminis sic tenet Boeri.in dicta decisio. 242.in fine.

¶SECVNDO etiam supra dicta temperanda sunt † nisi testamentum in scriptis interris ecclesiæ conficiatur: quia tunc sine dubio est,quód á 1051
laico fieri potest coram tabellione apostolico. Vel si in terris imperij fiat, quia ante tabellionem imperialem effici poterit. vt constat in dicto capitulo.cúm.P.tabellio.de fid.instru.& ita expræsse doctor.tenent in dicto capitulo.fi.eodem titulo.& in dicta l.1.C.de sum.trini.& in similibus quæ in præsentia refert Ioan.Lup.numero. 43.& in dicta.rubric.de donat.int.vir. & vxorem.columna.4.versiculo.fateor.& Didacus Castel.hic in verb.escriuano.

¶TERTIO nisi in loco quo testamentum in scriptis á laico conditur 1052
† tantúm adsit notarius apostolicus, vel imperialis.ex sententia Ang.in dicta.l.si vacantia. C.de bon.vacan. lib. 10.cum alijs quorum nos supra numero 1042.& sequentib,memores fumus.& in proprijs terminis sic tenet in præsenti Ioan.Lup.numero.39. cuius sententia valdè confirmatur ex doctrina Bal. in capitulo bonæ.in.2.de postul. prælato.columna penultima.versicul.scias. vbi tenet,spiritualem iudicem posse in loco cognoscere de temporali iurisdictione,si in eo laicus judex non reperiatur.cui laico consentit.in dicta.l.testamenta omnia.columna.2. C.de testament.& probatur in.l.vt perfectius. C. de annal.excep. Et constare videtur in.l.fi.titulo.29.partit.3.in verbis,*o assí te del obispo,no pudiendo auer juez*.& prædictam sententiam suadet textus,in dicta.l.1.titulo.*delos testamentos*.libro.5. ordinamen.& in dicta.l.fi.C.eodem titulo. ¶Sed contrariam sententiam in præsenti amplectitur Didacus Castel.in verb.escriuano.cui constanter assentio.ex dictis legibus regijs,generaliter prohibentibus,apostolicum imperialem qúe tabellionem ne conficiant testamenta seu contractus. & sat idem probatur in.l.8.titulo.18.l.2.ordinamenti. Proindè & testatoris culpæ imputari debet,cúm regium non inueniebat tabellionē,cúm testari volebat in scriptis: si quidem nuncupatiuum testamentum condere poterat,ad quod tabellionis præsentia non erat necessaria.vt supra num.33.& nu.819.versi.ex hac quinta.deduximus. Ex quibus fit, dictam sententiam Ang.in dicta.l.si vacantia. huic nostræ non refragari sententiæ,& ad hanc rem non pertinere. quod etiá constat ex his quæ supra tradidimus. Verúm & dicta lex partitæ tractat,cúm agitur de interrumpēda præscriptione.

¶QVARTO etiam regula supra deducta temperari potest † cúm laic⁹ 1053
corā apostolico tabellione ad pias causas testatur.vt supra numero.765. dijudi

dicauimus.Et de testamento clerici ante notarium apostolicum confecto videre licet Capizi.in decisi.201.in causa Caiacensi.

1054 ¶QVINTO etiam tempera † nisi quàntum adhoc quód testamentum in scriptis á laico confectum ante apostolicum notarium seu imperialem,prout & ante personam priuatam confectum publicari solenniter possit. & publicatum fidem faciat.ex notatis in dicta.l. publicati.cum alijs quæ supra numer. 1029.& sequentib.congessimus. & expræsse sic tenet Mathe.de Afflict.in cōstitu.Neapol.in rub.de fid.& autho.instru.numero.24.& Boeri.in dicta decisio.242.columna antepe.& Ioan. Lup. hic numero.42.& Didac.Castel.etiam in præsenti.in verb.escriuano.apud finem.dicentes hanc esse generalem cōsuetudinem horum regnorum: & testamēta laicorum tám notarium apostolicum quám imperialem conficere consueuisse: & testamenta ipsa exindè publicari,& in iudicijs probare.cum alijs de quibus Abiles in capitul. correctorum.capitul.35.numero.3.cum sequentib.char.mihi.224.columna.2.

1055 ¶SEXTA & postrema limitatio est † nisi testamentum in scriptis coram tabellione apostolico á laico cōditum, anteiudicem ecclesiasticum producatur:quia ab eo fides tali testamento adhibenda est (etsi á iudice seculari sit secus)vt expræsse tenet Math.de Afflict. in dicta rub.de fid.& autho.instru. numero.23.quem sequitur Boeri.in dicta decisio.242.columna.antepe.& Thom. Grama.in consi.116.in causa nobilis.columna.1.& 2.& sat constat ex Ioā. And. in capitul.sicut.ne cleri.vel mona.

¶HABES igitur ex his, an tabellio qui hac lege adesse debet testamento in scriptis,possit esse apostolicus vel imperialis.

¶PROFECTO & tabellio qui ex hac lege testamento in scriptis accedere est necessum † laicus, & non cleri- 1056
cus esse debet.vt in dicta.l.15.titul.18. lib.2.ordinamen.& in.l.12.titu.8.ordinamen.lib.1.& in.l.2.titulo.19.partit. 3.& probatur in.l.17.in dicto titulo.8.libro.1.ordinamen.& in.l.10.titulo.2.ordinamen.lib.7. Quid autem esset de iure communi.videre expedit tex.in dicto capitul.sicut.ne cleri.vel mona.& illic Abb.& docto.& in dicto capitul. fi.de fid.instru.& moder.in capitul. de cernimus.de iudi.& illic Deci. columna.8.& docto.in.l. vniuersos. maximè Bart. C.de decurio.lib.10.& in. l. seruus.ff.de testamen.& in.l.1. §.huius studij.ff.de iusti.& iur.& ibi latè Iaso. numero.8.& 9.& in.l.patre furioso.numero.15.ff.de his qui sunt sui vel al. iur. & in dicto consil.168.columna.7.libro.4. post Barba.in consi.57.capio.columna fi.lib.1.& Pet.Rebuf.in Gallica.constitu.in tracta.de liter.obliga.arti.2.glo.1. numero.42.pagi.87.Capra.in dicto cōsil.57.punctus.columna.fi. & Deci. in consi.612.conclusionem.colum.2.quibus locis Capra & Deci.palàm consuluerunt,testamentum coram tabellione præsbitero conditum etiam ad pias causas non probaré.iuxta quod videnda sunt quæ supra conscripsimus numero.776.& notata per domi. Didac. Couarru.in capitu.16.pratica.quæstio. numero.8.

¶SVBINDE & hic consultó inuestigandum est † an testamentū in scrip- 1057
tis coram tabellione á baronibus seu a dominis suis locis creato confici possit. quod non habeo ambiguum,si regi nostro sint subditi,ab eo qúe habeant † 1058
facultatem tabelliones creandi.vt cōstat in dicta.l.3.titulo.19.partit.3.& foro.leg.titulo.8.lib.1.l.1.& in.l.2.& in. l. 9.titu.18.ordinamen.lib.2.& in dicta.l. 7.titulo.1.lib.7.ordinamen.& in authē ti.de tabellionib.§ si verò prēter. colla.4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lla.4.& in.l.actuarios. C.de numer. & actua.li.12.& multi ex doct.in dicto capitul.cũm.P.tabellio.de fid. instru. & And.de Isern.in constitu.Neapol.rub. de iudi.anna.columna.2.lib.1. & adde videndum Bald.in singula.in verb. notarius. Et sat erit,vel quód dominis ex præsim sit ad hoc concessa potestas: aut quód generaliter omnia regalia sibi concedantur.ex traditis in.l. si quid earum. §.interemptum.ff.de leg.3. cũ similibus.& ita interminis nostris tenet Mathe.de Afflict.in dicto titulo.de iudi.annal.numero.7.

¶AT VERO regio iure non satis erit,in testamento ipso tabellionem interuenire ab eo creatum,cui à regibus nostris licentia tabelliones constituendi minimé est concessa: etsi in oppido creantis testamentum sit confectum. vt liquet in dicta.l.3.titulo.19.partit.3. & sat constat in dicta.l.12.titulo.1.partit.2.& notat domi.Grego.Lup.in eadẽ l.3.titulo.19.in verb. iuzgadores. Et idem iure communi esse tenent Innoc. & docto.in dicto capitul.cũm.P. tabellio.& And.de Isern.in titulo. de prohibi.feu.alie.per Federi.in ver. scriba. columna.fi.& in dictis cõstitutio. Neapol.rub.de iudi.annal. colum.2.& hãc esse communem opinionem testatur Mathe.de Afflict.in dicto titulo.de prohi.feu.alie.per Federic.in.13.notab. numero.52.alios videndos citans.& videre etiam licet Paulũ Castrens. in.l.superuacuam. C.de tempo.in integ. restitu.

1059 Etsi eodem iure communi multi contrarium teneant † & quenlibet dominum seu baronem eius in territorio & sua iurisditione tabelliones constituere posse.inter quos sunt Hostien.& Ioãnes And. Imol.in dicto capitul. cũm.P tabellio.quo in loco Imol.columna.4. asserit,hoc esse doctorum commune placitum.cui sententiæ & illic adstipula-

1060 tur Henrric. Boi.dicens † comites & prælatos iurisditionem habentes,in eorum territorijs indiscriminatim notarios creare posse.quod etiam tenet Hostien.in sua summa.de fid.instrum. columna.2.& in summa.ne cleri.vel mona.columna.2.& Specul.in titulo.de instrum.edit. §.restat.columna.8.& illic Ioan.And.in addit.incipiẽ.igitur.Bar. in.l.nec ei. §.corum.columna.fi.ff.de adoptio.& in.l.1.ff.de off. proconsul.& lega.Old.in consi.75.quis posit.Iacob. Rebuf.in.l.2.colum.2.C.de primice. lib.12.& in dicta.l.generali. C.de tabu la.columna.1.post Abb.in consil. 104. factum.lib.2.vbi ait,hanc esse communem opinionem.quem sequitur Purpu. in.l.quæ cunque numer.388.ff. de offi. eius.& Boeri.in dicta decisio.242.numero.2.& Feli.in dicto capitul.cũm.P. tabellio.numero.14.& Francisc.Mar. in decisi.489.numero.2.cum sequent. post Paulũ Castren.in consil.34.super primo.numero.1.versicul. si verò non reperiat.lib.2.& adde videndum Couarru.in capitul.19.prati.quæst.numero. 9.versicul.authoritas. Et satis hæc sententia patet in dicta.l.generali.& in.l. 1.in princip.ff.de offi.præfect.vrb.& in authen.de defenso.ciuita. §.ex prouintiali.calla.3.& in.l.duos. C.de suscepto.præpo.& Archad.lib.10. & ibidem Iacob. Rebuf.& hanc sententiam hisce regnis obseruari testatur Montalu. in dicta.l.1.in verb.è no por otras.titulo.8 lib.1.fori leg.vbi etiam ait,hoc constare in dicta.l.3.titulo.19.partit.3.etsi textus ille(vt non ab re censemus) hoc tãtúm ad acta iuditialia,habentibus potestatem iudices creandi concedat. Cui sententiæ etiam iure communi pensitato ipsi ex prædictis consentio † etsi 1061 ipsi tabelliones extra dominorum territoria instrumenta inter nõ subditos edere non possint.vt traditur in dicta.l.1.ff de offi.procon.& illic Bar.& in.l.apud proconsulem.ff.de manu.vindict.Imol in.

in dicto capitul. cũm.P.tabellio. colũna.4. & alij quorum ibi meminit Feli. numero.18.& Roch.de Cur.de consuetudi.numero.774.& Purpura.in dicta.l. quæcunque.numero.388.& adde videndam practicam notariatus editam à Pet. de Vuzo.numero9.27.Sed an inter subditos extra dominorum territoria tabellionesab eis creati instrumenta conficere possint.videre licet docto.in dictis locis & moder.in dicta.l.11. C. de sum.trini. & in dicto capitul.sicut.ne cleri.vel mona.& in dicto capitul.cũm. P. tabellio. & Boeri.vbi alios refert in dicta decisio. 242.numero.2.& adde videndum iuxta prædicta domi.Pet.de Auendà.de exequen. manda. reg. capitul. 10. & adde prædictis Aym.Craue.de antiquita. tẽpo.3.parte.numero.244.

¶APPARET igitur in prædicto negotio, esse discrimen inter ius commune & regium.Quidquid dixerit Montalu. in prædicto loco.

1062 ¶PATENTVR tamen tenẽtes præ dictam sententiã † quód tabellio à dominis creatus instrumenta cõficere nõ posset,quód si specialis consuetudo præsset dominis facultatem creandi tabelliones,obseruanda est. vt probatur in.l. super creandis. C.de iur.fisci.lib.10.& & in dicta.l.actuarios.& in.c.cũm dilectus.de fid.instru.& in.l.8.&.9.&.10.titul.1.lib.7.ordinamen.& in.d.l.12.tit.1. parti.2.& tenet Innoc.in dicto capitul. cũm.P.tabellio.& illic Feli.num.14.& Specul.de instru.edi. §.restat. columna.7. Bald. in rub. de fid.instru.colu.3. Egid. Bella. in decisio.21.Iacob.de sancto Georg.in tracta. feudo. char.1. post Alex.in consilio.96.in causa & lite.columna.fin. lib.1. & domi.Greg.Lup.in dicta.l.3.titul.19.parti.3.& alibi sæpe.

1063 ¶SED an tunc exigatur † immemorialis consuetudo,dubitari oportet. Et videtur quód non,sed sufficere consuetudinem quadraginta annorum.ex text. in.l.10.tit.1.ordin.lib.7.& in.c. fi.de cõsuetu.& in.l.23.tit.2.lib.7.ordina. Contrariam tamen opinionem tenet domi. Grego.Lup.in dicto loco ex text.quem ad hoc adducit in dicta.l. 8.titul. 1.lib. 7.ordinamen.in verbis, *o por costumbre antigua que el derecho iguala a priuilegio.* & ita immemorialis videtur requiri. ex text.in capitul.super quibusdam. §.præterea.de verb.signi.& ex.l.hoc iure. §. ductus aque.ff.de aq.quo.& sti.cum alijs de quibus Francis. Balb. in tracta.præscript. 2.parte.3.partis principal.quæst. 6.memor est.Et quia cũm hoc soli principi sit reseruatum in signum spetialis priuilegij,minori tempore quam immemorato quæri non potest. ex traditis in.d. §. præterea. & singulariter Abb. in dicto capitul.fi.de consue.columna. 7.Quod & suadetur, quia prædicta lex regia loquitur de antiqua consuetudine,quæ(vt plerique arbitrantur) immemorialis est,seu quadraginta annorum cum titulo.vt probatur in capit.1.de præscript. lib. 6. & tenet Ioan. Monach. & Archid.in. c.generali. de elect. lib. 6. Imol.in clem.quia contingit.col.pe.de relig.domib. Rursus & præter domi. Greg. Lup.quòd immemorata consuetudo ad hanc rem sit necessaria, constare videtur ex Abb.in.c.cũm nobis. columna.3. de præscrip.quo in loco ait,ius creãdi tabelliones nisi tempore immemoriali præscribi non posse.ad quod etiam Bart.in.l.fi publicanus.ff.de publi. & vectiga.quod & fusius tradit Fran. Balb. alios citans in dicto tracta. præscript. 2. parte. 5. partis principal. columna. 2. cui sententiæ consentit etiã Bald. in tracta. de tabellione.colum. 3.& Mathe.de Afflict.in titu.de iudi.annal.in cõsti.Neapol.lib.1.nu.7. Et dicit Greg. Lup. vbi supra,cõtrariæ sententiæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

non ſuffragari † tex.in dicta.l.10.titul. 1064
1.lib.7.ordinamen.quia ait, prædictam l.10.eſſe explicandam quo ad poſſeſsionem: at verò dictam.l.8.quoad proprietatem. Qui intellectus diminutorius eſt: ſiquidem dicta.l.10. de poſſeſsione non agat. Qum de proprietate loqui videtur. vt eius hæc inſinuant verba, *por eſpacio de quarenta años que les ſean guardados*. quæ verba proprietatem denotant, ex traditis in.l. de quibus. ff. de legib. & ex Bald. in capit. cum eccleſia. co.2. de elect. verſi. quæro nũquid ille. ¶ Verum & aliud placitum dom. Greg. Lup. & nobis quo quę diſplicet, cum exiſtimat † dicta lege.10. ex.d.l.8. corrigi. 1065
quia dicta lex.8. a rege Hẽrrico quarto poſteriori loco edita eſt: ſiquidem iuribus notiſsimis correctionem eſſe euitãdam, it notum. Nempè & qui contrariũ tenere voluerit, & in hoc caſu quadragenariam ſufficere conſuetudinem prædictæ legi. 8. reſpondere poterit † 1066
quòd cùm prædicta lex.10. ad hãc rem quadraginta annorum conſuetudinem ſatis eſſe diſponat, nullo modo argumentum à contrario ſenſu ex dicta. l.8. aſſumendum eſt ad contrariam ſententiam. ex iuribus quę ſupra nu.103. cõgeſſimus. Quo fit, quòd etſi prædicta.l.8. ſanciat, conſuetudinem antiquam iure præuilegio adæquatam eſſe obſeruandam: quòd non obid excludit quadragenariam cõſuetudinẽ. de qua loquitur dicta.l.10. vt ipſę concilientur leges: & vna ad aliam trahatur. ff. de legib. l. non eſt nouum. Et licet ex quo dicta lex.8. de antiqua agit conſuetudine, videtur de immemoriali intelligenda. ¶ Cõtrarium Abb. tenet in.d.c.fi. de conſue. columna. 8. dicens, conſuetudinem antiquam dici, quæ decem annis eſt introducta. ex traditis in.d.l. de quibus. ff. de legib. quo I etiam probatur in d.l.12.titu. 2.parti 2. ibi, *ſegun la antigua coſtumbre que vſaron de luengo tiempo*. quia longũ tempus decem annorũ eſt. vt per totũ. C. de long. tempo. præſcriptio. & alibi ſæpe. an verò hoc iure obtineat: videre expedit Fpelip. Frã. & moder. in d.c. generali. & Roch. Curt. de conſuetudine. nume.356. & Pet. Rabe. de conſuetudine. nume.98. ¶ Nec dici poteſt, prædictam.l.10. loqui in conſuetudine introducta fauore populi, & non baronum, de quibus noſter eſt ſermo: liquidem nulla ratio diſcriminis in hoc caſu excogitari poteſt. Et hæc ſententia de iure regio probabilior videtur: etſi aliorum iudicijs rem definiendam committimus.

¶ DEMVM tamen de iure communi (non regio) eorum ſe quiamur ſententiam, qui tenent † ad regem tantùm in 1067
ſignũ ſpecialis priuilegij pertinere ius creandi tabelliones (quos ſupra recenſuimus) tunc compertiſsima res eſt, conſuetudinem talẽ non poſſe induci, niſi à tempore immemoriali. ex tex. in dicto capit. ſuper quibuſdam. §. præterea. de verb. ſigni. & Abb. in.d.c.fin. columna. 7. de conſue. cum ſimilibus. in qua ſpetie loquuntur Mathe. de Afflict. & Gregor. Lup. in dictis locis. poſt Abb. in dicto capitul. ſuper quibuſdam. columna. 2. verſi. ex quo infero. qui ita tenet. Verùm ſi aliam opinionem veriorem dijudicemus, & hoc non eſſe principi reſeruatũ in ſignum ſpecialis priuilegij (multi tenuerunt in prædictis locis) fat videtur ſufficere conſuetudinem quadraginta annorum.

¶ ALIVD dubium non ſubticẽdum inſurgit † nunquid ſi in teſtamento in 1068
iuditio producto tabellio dicat, ſe eſſe creatum à domino loci, in quo teſtamẽtum conficitur, parte non excipiente, nec allegante dominum non habuiſſe poteſtatem creandi notarios teſtamentum ipſum ſit firmum, eidem qúe ſit extandum: etſi aliter iudici

iudici non conſtet dominum legitimè illum creaſſe, habuiſſe qúe poteſtatem à rege ſibi conceſſam illum creandi. quod quidem breui videtur. Tum, ex text. in.l. procurator. & quæ illic Fulgo. notat. C. de eden. cuius memores ſunt moder. in authenti. ſi quis in aliquo. C. eod. titul. & ex his quæ in ſimili docto. notant in dicto capitul. fin. de fid. inſtrumen. & in capitul. quoniam contra. de proba. Tum quia, etſi multa iure cõceduntur, petente parte intelligenda ſunt. vt traditur in. l. vniuerſa. & inibi gloſ. C. de præcib. impera. offe. & quæ ibi laté laſo. cõgerit. & docto. in.l. præſcriptione. C. ſi cont. ius vel vtil. publi. cum ſimilibus de quibus Aym. Craue. qui ſingulariter loquitur in noſtro propoſito in tracta. de antiquita. tempo. 1. parte. numero. 161. cum ſequentibus.

Tum etiam, quia in dubio teſtamentum eſſe ſolenne, iure præſumitur. l. ſi poſt diuiſionem. C. de iur. & fact. ignoc. cum alijs illic à laſo. citatis in. 1. notabil. & Bald. in ſingularib. ſuis in verb. teſtamentum. & alibi ſæpe traditur.

Tum, ex l. 214. alias. 115. incipien. *aduerſa*. titul. 18. parti. 3. quæ diſponit, quòd quando contra tabellionis perſonam ſeu coram quo inſtrumentũ confectũ eſt, nõ opponitur, & illum non fuiſſe tabellionem nõ eſt allegitũ, nõ eſſe neceſſe probari fuiſſe tabellionem cum alijs infra. nu. 1072. citandis. Tum, ex ſententia Eguid. de Bella. in deciſio. 540. ſi pars. 1069
vbi aut † quòd ſi pars non opponit contra inſtrumentum tabellionis imperialis, illi ſtandũ eſt, & quòd index eius notariatum inueſtigare non habet neceſſe. cui? meminit Boerialli accedens in d. deciſio. 241. co. fi. citáns tex. in.l. cùm præcibus. C. de probat. ¶ Verùm quando teſtamentum in ſcriptis fuerit confectum † à tabellione à domino in ſuis lo- 1070
cis conſtituto, ſi tamen ex actis ſeu aliàs notum eſſet, dominum ſeu baronem nullam habuiſſe poteſtatem tabellionem conſtituendi: tunc cenſerem, etiam parte non opponente, teſtamentum ſubuerti. ex text. in.l. priuatorum. C. de iuriſdi. omni. iud. & per totum. C. ſi à nõ compe. iudi. & ex his quæ Ang. notat in l. cùm prætor. §. non autem. col. 2. ff. de iudi. vbi tenet, quòd cùm aliquis prorſus ad officium eſt inhabilis, actus ab eo geſtus nullus eſt: nec partis exceptio ad hoc eſt neceſſaria. & ſatis probatur in. l. ſeruus. C. de iudi. & illic Iacob. Butri. Ang. & Iaſo. & etiam Abb. in. c. ſciſcitatus. de reſcript. & inibi Deci. colum. 4. & alij inibi à Feli. citati numero. 4. columna. 3. & latè Deci. in. c. decernimus. columna. 9. de iudi. vbi palàm Deci. tenet, inſtrumentum ab eo cõfectum, qui ipſo iure inſtrumenta conficere prohibetur, parte etiam non opponente, fidẽ non facere.

¶ CETERVM & cùm teſtamentũ in ſcriptis conſtet † confectum à tabel- 1071
lione apoſtolico ſeu imperiali, licet pars contra ipſum non exceperit, euertetur. Tum ex proximè citatis. Tum ex legibus regijs ſupra memoratis: quibus aufertur fides ipſo iure teſtamento & ſcripturis confectis à notario imperiali ſeu apoſtolico, & illis quidem tollitur poteſtas inſtrumenti edendi. Tum item, quia nõ ita faciliter excogitari poteſt, papam aut imperatorem in hiſce regnis facultatem habuiſſe tabelliones creandi: ſicut barones & alios dominos temporales horum regnorum. Et ità denique arbitrari licet, quid quid in dictis locis tenuerint Eguid. de Bellame. & Boeri.

¶ SED SI contra inſtrumentum nihil opponatur † & in eo dicatur ante 1072
tabellionem regium fuiſſe confectum, an tũc neceſſe ſit, tabellionem in eo nominatum regium fuiſſe tabellionem probare. ex prędictis decides. & abũde.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aym.Craue.in consil.150.in causa.columna.2. vbi multa in proposito citat. quem etiam videre oportet in.d. consi. 72.col.2.& Boeri.in.d.decisio.242. columnā.fi.

1073 ¶SANE si scire cupis † quis tabellionē esse probare teneatur,cùm allegetur tabellionem non fuisse,illum corā quo testamentum in scriptis confectum est. & dicendum est,illum ad hoc obnoxiū, qui ipso nititur testamento.vtin.d.l.114. aliàs.115.tit.18.par.3.& inibi Greg.Lup. post Specul.in ti.de instru.edi. §.restat. versi.& scias.& in versi.illud autem. & Bald.in authenti.sed nouo iure.colu.2. C.si cert.peta.& docto.in.c.1.de fid.instru.Cin.in.l.comparationes. C.eod.ti. Alex.in consil.156.viso puncto.colu.2. lib.2.& in consilio.198.viso processu.colu.1.lib.7.Soci.in consi.33. prosequendo.columna.2.&.3.lib.1.vbi alios referēdo loquitur in testamento.& Aym.Craue.in consi.72.dubitatur.col.2.& in tracta.de antiquita.tempo.3.parte. numer. 18.& in consi.122.de anno.num.16.Boeri.in decisio.36.sed hic fuit.numero.10. Roderi.Suarez in repeti.l. post rem iudicatam.in.2.parte ipsius legis. columna.18.char.mihi.143.& adde videndum Ferrarien.in sua pratica.in tit.de forma opponendi contra instrumentum.versi. non fuit nec est publicus.& Iaso.in.l. Barbarius.ff.de offi.procon. numero. 57.post Ang.in loco inibi ab eo memorato.& vide latè domi.Didac.Couarru. in capitul.19.pratica.quæstio.numero.9.

¶QVID autem si pars contra quam adducitur testamentum in scriptis seu nuncupatiuum † allegauerit testamētum non esse publicum nec authenticum:& minimè dixerit,tabellionē non fuisse tabellionem, an tunc qui munitur testamento astringatur probare tabellionem fuisse.ad quod vidēdū est domi.Greg.Lup.in.d.l.115.titul.18.parti.3. 1074

Praxis tamen videtur,quòd si tātùm opponatur,testamentum seu instrumentū non esse publicum & authenticū,quòd tunc tabellionem fuisse probari non sit necessum.quod palàm insinuant verba dictæ.l.115. Etsi contrarium constet ex Specul.in titul.de instru.edit. §.restat.& Alex.in consi.198.viso processu. columna.1.lib.7.& ex Iaso.in.d.l. Barbarius.nu.57.post Ang.in authen.de hæredib.& Faleid. §.hinc nobis. colla.1. in quibus locis dicunt Ang.& Iaso.quòd si instrumentum esse publicum pars cōtra quam producitur inficietur,quòdsat ex hoc excipitur,à tabellione non esse confectum.& adde videndū Aym.Craue.in.d.consi.72.col.2. ¶Cùm verò tabellio sit notus,seu si res parui fuerit præiuditij,iudicis qúe motu confluat, tunc etsi non esse tabellionem sit allegatum,illum tabellionem esse probari nō exigi.voluit Roderi.Suar.in dicta.l.post rem iudicatam.in.2.parte.colu.19.post Bald.in.d.authenti.sed nouo iure.quod praxim recepisse non video. Etsi Greg.Lup.in.d.l.115.in verb.auerigue. existimet,prædictam Roderi.Suarez sententiam fortasis veriorem esse.quæ quidem obsistit verbis generalibus dictæ.l.115. in qua materia & Azo.in sua summa.in authenti.de instru.caut.& fid.colla.1. voluit,quòd esse tabellionem probari necessum non est,si ipse notus sit.& Albe.in dicta.l.cùm præcibus.columna.1.probabilius hoc esse dijudicat,licet contrarium in iuditio esse obseruatum recenseat.& adde vidēdum Aym. Craue.de antiqui.tempo.in.3.parte.numero.18.

¶PROINDE si scire appetis † an si testamentum aliud vè instrumentum fuerit antiquum,sit probandum,tabellionem fuisse,si oppositum fuerit allegatum. videre licet docto.in dictis locis. & in dicta authenti.quas actiones. C.de sac.sanct.eccle.& moder.in.l.sciendū. ff.de 1075

ff.de verb.obliga.Floria.in.l.cùm de in rem verso.col.2.ff.de vsur.Alex.in consi.150.in causa.nu.8.lib.6.& in cōs.101. super primo.nu.9.lib.7.& Alciat.in tracta.præsumpt.regul.3,præsūpt.13.Aym. Craue.in tracta.de antiquita.tempo.3. part.nu.18.& sequentib.& in consi.274. in hac causa.nu.14. vbi alios docto. refert in hac materia.& vide Guid.pap.in singula.445.versi.vtrū.& Soci.in consi. 187.in cōtrouersia.nu.10.lib.2.& notabiliter Deci.in cōsil.42.& pro facultate. co.2.versi.sed prædictis.& Ant.Rube.in consi.10.doleo.nu.9.& alibi sæpe.

1076 ¶VERVM quādo pars astringitur probare tabellionem fuisse † illum tabellionem necesse est probare, tēpore quo testamentum seu instrumentum fuit cōfectum.vt sat constat ex dicta.l.115.aliàs 114.& ex.l.matrem.cū sua materia. C. de proba.& docto.in.l. ex persona. C. eod.tit.& in nostris terminis vidēdus est Alex.qui alios citat in.d.consi. 198. columna.1.lib.7.

¶PRETEREA an ille qui produxit testamentum in scriptis seu publicū instrumentum,aduersus quod est allegatum,non esse confectum à tabellione 1077 † satis sit illum fuisse in quasi possessione tabellionis:seu probare famam de hoc esse.ad vtrunque videre licet moder.in dicta.l.Barbarius. maximè Iaso. numero.48.& sequentibus.qui alios videndos citat.& Alex.& moder.in.l.1. C.de testamen.tex.& docto.in dicta.l. actuarios.& tex.& docto.in.l.Herennius.ff.de decurio.& in capitul.consultationibus.de iur.patro.& Albe.in dicta. l.cùm præcibus. C.de probat.& Iaso.in l.qui in aliena.numero.60.ff.de acqui. hæredi.Balb.in tracta.præscript.i.parte septimę partis.in.27.casu.Abb.& Deci.numero.16.in dicto capitul.i.de fid. instru.& illic etiam Feli.numero.17.& sequentibus.post Barba.in rub.eiusdē tituli in relect.char.14.&.15.& Alex.in consi.80.examinato.columna.1.lib.2. Baberi.in.§.sed cùm aliquis.institu.de testa.And.Tiraquel.de legib.Cōnubia lib.*de son mary*.char.188.numero.142.in glo.6.& Carol.Ruin.in cōsi.15.viso themate.nume.6.&.24.lib.2.& Aym.Craue.de antiquita.tempo.1.parte.nume. 202.&.3.parte.nume.28.& sequentibus. quibus adde domi.Didac.Couarru.in capitul.19.pratica.quæst.nume.9.

¶QVIBVS † adde singularem legem septipartita.in.d.l.115.aliàs.114.titu. 18.parti.3.quæ incipit,*aducen*.& illic domi.Grego.Lup. Sed aliorum iuditijs relinquo,an prædicta.l.115. sententia eorum comprobetur,qui voluerunt,sat esse,si in possessione tabellionatus probetur tabellionem esse,etsi verē nunquàm tabellio fuisset. prout tenuerunt Albe. Bart.& sequaces in.d.l.Barbarius.& Couarru.in.d.c.19.pratica.quæstio.nume. 9.in medio.Vel an sit intelligēda,quòd quasi possessio sufficiat seu fama publica ad huius speciei probationem, cùm contrarium non apparet. Item an satis sit,dictam quasi possessionem probare, etsi decēnio nō munitam. prout aliqui docto.voluerunt.quos moderni referūt in.d.l.Barbarius.& Baberi.in.d.§.sed cùm aliquis.& adde videndū domi.Grego.Lup.in.d.l.115.in verb.escriuano. Nunquàm tamen in hac re vidi,lōgam considerari quasi possessionem, nec de ea tractari.& vide quæ in proposito dicit Aym.Craue.de antiquita.tempo.1. parte.numero.202. 1078

¶QVID verò agendum sit † quando testamentū è lōginquis partibus trahitur,an tunc etiam si non sit allegatum, tabellionem non fuisse,qui illud confecit,sit de eius tabellionatu probandum:& an tunc satis sit,producere literas ipsius tabellionatus testimoniales,editas à regente ciuitatem.videre licet Abb.& alios in dicto capitul.i.de 1079

Universidad de Deusto
Biblioteca

fid. instru. & illic Deci. numero. 19.& Anani. in. c. quàm grui. de crimi. fal.& docto. inibi ab eo citatos. & latè Alcia. in tracta. præsumpt. regul. 3. præsumpt. 13. numer. 17. Boeri. in decisio. 154. aliud. numero. 4. Hipol. in. l. si quis columna. 22.& sequentib. ff. de quæstio. & Math. de Afflict. in decisione. 251. determinatum. columna. 1.

¶SVCEDIT igitur nunc tertia
1079 conclusio dictæ secundæ partis huius legis. qua habetur.

¶IN TESTAMENTO IN scriptis confecto testatoris & testiũ subscriptiones sunt necessariæ.

¶ET ILLVD primò quæri necessum est † Nunquid iuribus anteriorib⁹
1080 testatoris testiũ quę subscriptiones necessariæ erant. Et quidẽ si de *firmis*, vulgo dictis quęstionẽ subijciam⁹, ante Cõpluti pragmaticam illas non exigi, notũ habeo. At verò post ipsam Cõpluti sanctionem, *firmæ*, testatorũ necessarię sunt quod infra nu. 1085. cũ sequentibus abũ dè controuersabimur. Testium tamen subscriptiones (hoc est firmę vulgo nuncupatę) minimè ante, nec post dictã Cõpluti pragmaticam necessariæ erant, nec ante hanc legem.

¶TESTANTIS verò testium quę
1081 subscriptiones † quarum verba dicta. l. 1.& 2. tit. 1. parti. 6. congerunt (quæ constituunt, testatoris subscriptionem hisce verbis esse edẽdam, *yo fulano otorgo que hize este testamento, en la manera que es escrito en esta carta.* & testium subscriptiones huiusmodi esse aiũt, *yo testigo deste testamento, que lo hizo talome, nombrandolo seyendo yo delante*. quarum subscriptionum formam prolixius Specul. scribit in titul. de instru. edi. §. compendiosè. columna. 19. Gofred. & docto. in. l. penul. ff. de testamen. Ioan Fab, in. §. post
1082 sunt. insti. eod. titul. & Ioan. de Plat. in princip. insti. eod. titul. & Eguid. in consilio. 1. columna. 14. moder. in. l. si ita stipulatus fuero. §. Chrisogonus. ff. de verb. obliga. & illic Iaso. numero. 11.& Areti. in tracta. de testam. in verb. suum testamentum. Luc. de Pen. in. l. nulli. col. pe. C. de nume. & actua. lib. 12. Card. Paul. Parisi. in consi. 46. primum testamentum. numero. 5. lib. 3. Barthol. de Chassene. in consue. Burgun. *des succes.* §. 4. columna. penul.) ante hanc enim legem in testamẽto in scriptis iure exigebantur, ita quòd dictæ firmæ (sic vulgo nominatæ) quæ nunc fiunt, non quidem ante sufficiebant. vt constat in. d. l. 1.& 2. tit. 1. parti. 6.& in. d. l. hac consultissima. C. de testa. in princip.

¶VNDE sequitur, prædictas subscriptiones dictis iuribus anterioribus requisitas, dissimiles esse dictis firmis sic vulgo nominatis: succeserunt tamẽ hodiè ex hac lege ipsæ firmæ loco dictarum subscriptionum: & ob id, dicendum est, prædictas subscriptiones testatoris & testium dictis veteribus iuribus requisitas hodiè non esse necessarias. & hoc quidem iurè vtimur, & formæ prædictarum subscriptionum ab vsu iam diu receserunt.

¶QVIN & ipse censeo † etiam ante hanc legem & dictam Compluti sanctionem, ipsas firmas fuisse subrrogatas loco dictarum subscriptionum, de quibus dicta vetera iura loquuntur: & ob id, etsi multa testamenta plerisque annis ante hanc legem & dictã Compluti constitutionem composita viderim, illa enim erant confecta sine dictis subscriptionibus, & ex eo nulla esse, non vidi allegari.

¶QVARE autem dicta priora iura
1083 † prædictas subscriptiones exigunt, et lex hæc requirit subscriptiones testantis & testium: ratio quidem in promptu est, quia illis facilius falsitas abigitur

abigitur, vt de se notum est. & satis prædicta edocent iura. & notat Luc. de Pẽ. in. l. 2. C. de conue. fisci. debito. libro. 10.

1084 ¶VERVM an iure canonico † in testamento inscriptis exigantur subscriptiones. videre expedit docto. in dicto capitul. cùm esses. de testa. & Eguid. de Bella. in consi. 1. colu. 27.

¶SED occurit in præsentia quæstio notatu digna: quæ quidem me conuexa re consuevit, versatilis quæ est, & illam Pinciano nostro regio prætorio sæpius controuersam dominus Grego. Lup. dixit in dicta. l. 2. in verb. su nome. titul. 1. parti. 6. an sicut in testamento in scriptis subscriptio testantis (quam *firmam*, vulgus nuncupat) hac lege exigitur †
1085 sic etiam in testamento nuncupatiuo sit necessaria. Et videtur quòd non ex sequentibus. ¶Primò quia, cùm hæc lex confecta sit post dictam sactionem Compluti editam, & hæc lex in testamento nuncupatiuo non exigat subscriptionem testatoris: sed tantùm disponat, esse obseruandam in ipso testamento nuncupatiuo legem ordinamen. agẽtem de testamentis, in qua ipsa non requiritur subscriptio, sat sanctio nostra constituit, dictam subscriptionem non esse necessariam. Quod etiam suadetur, quia si in testamento nuncupatiuo prædicta subscriptio esset necessaria, expræsse hæc lex explicaret. sicut in testamento inscriptis spetialiter definit. vt in simili arguit tex. in dicta. l. 1. §. sin autem ad deficientis. C. de cadu. tollen. & alibi sæpe. cui rei & fauet text. in. l. si seruum. §. prætor. versic. non dixit prætor. ff. de acqui. hæredi. cum similibus. ¶Secundò hęc pars instruitur, ex dictione, *pero*, in hac lege scripta, cuius naturę est precedentibus in facto & in iure aduersari. vt supra numero. 28. descripsimus. igitur consequens est, in testamento nuncupatiuo dẽ quo ante prędictam dictionem hæc lex loquitur, non requiri testatoris subscriptionem: vt sub sequenti parti huius legis (quæ agit de testamento in scriptis) in facto & iure obsistat. ¶Proindè & tertiò in fauorem huius partis accedat tex. in dicta. l. hac consultissima. §. per nuncupationem. C. de testamẽ. vbi palàm constat † in testamento nũ
1086 cupatiuo non exigi testantis subscriptionem. & illic scribentes aduertunt. maximè Paul. Castren. & in. l. cùm antiquitas. C. de testamen. & idem Paul. Castren. & Sali. in. l. contractus. columna. 2. C. de fid. instrumen. & Corne. in dicta. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. columna. 2. in fine. docto. etiam in l. hæredes palàm. in princip. ff. eod. titu. & Alberi. palàm in eius dictionario. in verb. subscriptio. cum alijs de quibus moder. in dicto capitul. 1. de fid. instru. & satis eluscet ex dicta. l. 1.& 2. titul. 1. parti. 6.& ex. l. 10. incipien. *testamento*. titul. 18. parti. 3. Quin nec iure communi subscriptiones testium, nec eorũ signacula testamento nuncupatiuo sunt necessaria: sed sat est, testes à tabellione ipso scribi testamento. vt probatur in. l. in donationibus. C. de donat. & expræsse sic tenent Oldra. Alberi. Paul. Castren. in dicto. §. per nuncupationem. & Sali. in. l. 1. columna. 2. C. de testamen. & docto. in capitul. 1. de fid. instrum. & Eguid. de Bellame. in dicto consilio. 1. columna. 12. post Azo. in summa. C. de testamen. columna. 2. Specul. in titul. de instrumen. edi. §. cõpendiosè. columna. 17.& Corn. in. d. §. ex imperfecto. & cõstat in. l. iii. incipiẽ. *las formas*. titul. 18. parti. 3. in verbis, *y los nomes de los testigos alomenos que sean escritos y de sus manos, o de mano del escriuano publico*. & idem probatur in. l. 114. eod. titul. & parti. & ita

Universidad de Deusto
Biblioteca

interprætanda est.l. 54. eod.tit.& idem tenet ipse Paul.Castren.in.d.l. pe.ff. de testa.& inibi Imol. & idem Paul. Cast. in.d.l.hac consultissima. colum. 2. C. qui testa.face.po.& in.d. l. hæredes palam.in princip.columna.2. & singulariter Didac.Couar.in.c.20.pratica.quęs. nume.4.vbi ait,hoc probari etiam in.d. l.54.titul. 18. parti.3. Si igitur veteribus iuribus expræsse dispositum est, testantis subscriptionem testamento nuncupatiuo minimè necessariam esse:nō quidem pragmatica Compluti edita generaliter in scripturis loquens, trahænda est contra casum spetialiter dictis anterioribus iuribus tractatum.ex text.in.l. sed etsi per prætorem. §. deindè. ff. ex quib.cau.maio.& in.l.sanctio legum.ff. de pœnis.cum alijs.Nec ex dicta Compluti pragmatica nec ex haclege prędicta iura vetera esse mutata opinari licet. ex notissimis iuribus,disponentibus correctionem abijciendam, & iura iuribus concilianda. ¶Quam sententiam &
1087 quartó valdè subsitētare videtur † tex. in.d.Compluti pragmatica,ex quo tantúm in contractibus partium exigit subscriptionem:& in testamentis ipsa sanctio loqui non videtur.vt eius hæc indicant verba,*y lo que se otorga expecificando todas las condiciones, y clausulas, y renunciaicones, y submißiones que las dichas partes assientan.* quæ enim verba contractibus & non testamentis adiungi consuescunt: & cúm prædicta verba testamentis non conueniant,dicta pragmatica in eis non obtinere videtur.l.4.§.totiens.ff.de damno infect.cum suis vulgatis. Quæ ratio adiubatur,quia lex de cōtractibus agens,ad testamenta non videtur pertinere. ex. l. ex hoc edito. §.fed. hæredem. ff. de alie. iudi. mutan. caufact. l.verba contraxerunt. ff.de verb. sig.traditur in. l. testamentum, & illic Bald.columna.1. C.de testa.& Iaso.in l.quæ de legato. columna. penul. ff. de leg.1.& in.l.si idem. C.de codicil.Quæ ratio munitur,quia prædicta Compluti lex loquitur de scripturis & instrumentis:quippe cúm testamenta sint dissimilia instrumentis.vt aduertit Alberi. in eius dictionario.in verb. testamentum. ¶Quintó prædictę sententiæ alludit dicta Compluti sanctio, aliter pensitata: si quidem illa anteriora abrogantur iura † quæ non exigebant subscriptionē 1088
partium(hoc est,*firmam*,sic vulgo nominatam)vt in prædictis traditur iuribus. & adnotant docto.in.d c.1.de fid.instru. & domi.Didac.Couarru.c.20. pratica. quæstio.nu. 4. Etsi auditu perceperim, regium senatorem(& non modicè peritum)opinatum,& ante prædictam Compluti sanctionem (ex dicta. l. 54.titul. 18.parti.3.) in contractibus exigi partiū subscriptionem,*firmam*, vulgo nuncupatam.qui tex.ipse quidem censeo prædicti regij senatoris sententiam nō probare: quin potiùs contrarium : quia etsi pertractet de solennitate contractuum non tamen ait,subscriptionem prædictam esse necessariam.cui consideratio-
ni & sauent.l.56.& sequētes.&.l.iii.eod. titul.& parti.igitur consequens est, dictam legem regiam Compluti editam esse interprætandam,vt minus lędat ius commune.l.2. C.de noxal.&ita sat erit illam in contractibus intelligere.¶Sextó eadem instruitur opinio, quia cúm prædicta lex ordinamen.exigit tres seu quinqúe testes ciues,bonæ qúe opinionis ad testamenta nuncupatiua, non ita in eis testantis subscriptio(prout in contractibus) videtur necessaria:& ob id prędicta Cōpluti pragmatica in cōtractib9 tantúm obtinere videtur. ¶ Subindè & septimó huic rei patrocinari videtur & ipsa Compluti sanctio aliter excogitata, quia dicta cōpluti pragmatica nō annullat prothocolla nō cōtecta solēnitate ipsi9 sanctionis:vt hæc verba docent,*so pena que la escriptura que de otra manera se diere signada sea en sinjuna.* & ob id citra iam dicta saltēm prothocollum testamenti nuncupatiui cōfectum absque subscriptione testantis (et si ipsa lex ageret de testamento) ex eadirui non constat. ¶ Deniqúe & vidi viros expertos egregiæ qúe notæ & potissimæ literaturę,huic consentire sententiæ:et sic etiam esse pronunciatum auditu perce pi. Et tandem hanc partem nouissimè tenet domi. Pet. Auenda. in secunda parte tractatus de exequendis manda.reg.c.16. nume. 2,versic.septimus casus est.

1089 ¶VERVM IN contrariam sententiam primó vrget † tex.in dicta Cōpluti pragmatica, ex quo generaliter loquitur, & omnes scripturas à partibus esse subscribendas indiscriminatim sancit, & aliter editas constituit eas non esse firmas:& ita scriptura testamenti nuncupatiui illic compræhenditur.ex notissimis iuribus,sancientibus legem generaliter loquentem omnem compræhendere casum. nec ipsius legis generalia verba,dictam patiuntur restrictionem, vt tantúm locum habeāt in contractib9 non qúe in testamentis. Præterea cúm dicta Compluti lex in scripturis loqua-
1090 tur,etiam testamenta nuncupatiua cōpræhendit † quia scripturarum appellatione & ipsum appræhendi testamentum,ambigi non potest. ex text. in.l.sicut falsi. C.de falsis. ibi, *testamenti vel codicillorum scriptura.* & in.l.si falsos. & in.l.si quis decurio. C.eod.tit.& in. l.si á fratre. C. de testa. mil. & in. l. 2. §.si dubitetur. ff. quemadmo . testa . appe. & in.l.hac consultissima in princip. C. de testa.& in.l. ex ea scriptura. ff. eod. & alibi sæpe . & idem constat in. l.103. *testamento.*tit. 18.parti.3.& in.d.l. 54. *en toda carta.*eod.titul.& parti. ¶Quod
1091 etiam confirmatur † quia testamentū inter contractus anumeratur.l.eandē.in princip.& in. §. 1. ff.de duobus reis.ibi, *sed & cæteris contractibus veluti emptione, venditione, locatione, conductione, deposito, commodato, testamento.* & idē probatur in.d.l.testamentum. C. de testa. vbi latè Iaso.& idem Iaso.in.d.l.quæ de legato.nume. 2.ff. de leg.1.& Guiller.Bened.in.d.c.Rainūtius. de testa.in verb. testamentum.in. 3.columna.2.& est optima glo.in.c.1. §.sacramenta.in versi. item quæro an lex ista.in tit.de pac.iura.firman.cum alijs de quibus Deci. in consi.660.reuocatur. columna . penul. & Boeri.in decisio.260. nunquid mulier.columna.fi.& in decisio. 165. Gaillardus. ¶Hanc etiam partem suadēt notissima iura,quæ maiorem solennitatem in testamentis exigunt,quám in cōtractibus.vt constat in.d.l.hac consultissima.in princip. C.de testa.& in alijs multis suis similibus.& in.d.l.1.&.2.ti.1. parti.6.igitur cúm prædicta Compluti constitutio(vt nulli dubium est)in contractibus loquatur,&in testamento etiā nuncupatiuo obtinebit:nā cautius quidem in testamentis, quám in contractibus agēdum est:quippe cúm de maiori agatur periculo. c. vbi periculum . de elect.in.6.l.1. §.sedetsi quis.ff.de carbo. edict. ¶Item & hæc sententia cōstat † 1092
quia ratio dictę pragmaticæ Compluti ea enim est, quia partium subscriptione facilius falsitas succiditur:sed hęc ratio etiam in testamento nuncupatiuo locum habet.vt constat in.d.l.fin. C.de fid. comi. & in.l . hac consultissima.in princip.C.qui testa.face.po.& in.l.iubemus. C.de testa. consequens igitur est, & dictā pragmaticam esse trahendam ad testamentum nūcupatiuum. l.illud. ff.ad.l.Aquil.cum alijs. Quid multa etsi dictę sanctionis Cōpluti editę illa
esset ratio † quia ex partium subscrip 1093
tione earum elusset consensus & volun las,scripturarū qúe approbatio.ex text. in.l.si ego. §.dotis.ff.de iur.doti.& constati n.l. fin. & ibideni Bald. C.si cert.

Universidad de Deusto
Biblioteca

peta. & traditur in l. si ita. §. Chrisogonus. ff. de verb. obliga. cum alijs de quibus inibi Iaso. colum. 2. & Alex. in consi. 147. ponderatis. columna. 1. & 2. lib. 2. & Mathe. de Afflict. in. d. decisio. 119, columna. 2. & Deci. in consil. 246. in quadam. columna. 3. & patet in. l. 1. ff. de consti. princip. & in. c. si quis præsbiterorũ. de reb. eccle. non alie. & hanc etiam rationem in testamentis nuncupatiuis locum habere, clarissimum est. ¶Cæterũm & hæc sententia ex eo probabilior est, quia si fateremur, dictam Compluti pragmaticam in contractibus obtinere & in testamentis nuncupatiuis locum habere comperitur: siquidem de cõtractib⁹ ad vltimas volũtates arguere licet ff. de leg. 1. l. seruum filij. §. eũ qui. & ff. de nego. gest. l. successori. & l. 1. C. de lege. Fu. Can. tol. cum alijs de quibus Iaso. in. d. l. quæ de legato. num. 1. & sequẽtib. & alibi sæpe traditur. ¶Verũm
1094 & expræsse hęc constat sententia † ex his quę glos. & And. de Isern. notant in constitu. Neapol. tit. de fid. & autho. instru. quæ est rub. 79. lib. 1. (cuius Isern. authoritas ingens est, vt passim traditũ reperies. fuit tamen Neapoli occisus á quodam Gallo, ex eo inquâm quód cõtra eumquandam protulerat sententiã. vt refert Paris de Put. in suo tracta. sindicatus. in. c. de exce. consi. columna. fi. & Mathe. de Afflict. in eisdem cõstitu. Neapol. lib. 3. rub. 5. numero. 11. & Capizi. in decisio. 130. primum dubium. nume. 43.) cui sententię & accedit ipse Mathe. de Afflict. in eadem rub. 79. chart. 159. columna. 2. censent nanque ibidẽ, constitutionem Neapoli (quam illic ipsi interprætari student) partium subscriptionem in contractibus exigentem etiam in testamentis obtinere. & ea potissimum ratione, quia falsitatis periculum non quidem ita inest in contractibus, sicut in testamentis. quam sententiam iurribus & rationibus ibidem viden dis suadent. & Mathe. de Afflict. in dicto loco refert ita tenere Barthol. Cap. & glo. in constitu. diuæ memoriæ. cui & sententiæ expræsse adhæret Luc. de Pen. in. l. mediterraneæ. colum. 2. C. de anno. & tribu. lib. 10. & palàm idem Math. de Afflict. in eisdem constitu. Neapol. in rub. de iudi. annali. nume. 11. lib. 1. & in decisio. 166. fuit dubitatum. columna. fi. complura alia congerens. & Mathe. de Afflict. in dicta rub. 79. refert & sequitur Boeri. in. d. decisio. 165. Gaillardus. Si ergo constitutio de contractib⁹ expræsim agens, & in testamentis locũ habet, consequens erit, & fortius, prædictam Compluti constitutionem non de contractibus specialiter, sed de omnibus scripturis loquentem, ad testamẽtum etiam nuncupatiuum trahendam. Postremó & in nostris terminis † huic 1095
sententiæ adstipulatur domi. Greg. Lup. in. d. l. 2. versi. su nome. tit. 1. par. 6. & ibi constanter astruit, firmam seu subscriptionem testamentis nũcupatiuis esse necessariam. tantùm citãtem Luc. de Pen. in. d. l. mediterraneæ. & Mathe. de Afflict. in dicta decisio. 166. & idem nouissimé tenet domi. Didac. Couarru. (secũdum nouam impræsionem) in. c. cùm esses. columna. 2. de testa.

¶HACTENVS vtriusque rationes recensuimus † supereſt nostrum placi 1096
tum exerere, quod fortasis optimum esset obticere. Tum quia, hæc res ambigua est, quia varij varia sunt opinati; multi enim (vt explicuimus) voluerunt testatoris subscriptionem in testamento nuncupatiuo non exigi. alij verò ingenioſi viri & non modicè periti contrariæ sententiæ accesserunt. Et inter regios senatores nostræ pincianæ cancellariæ plerũque fuisse cõtroversũ á parẽte nostro (domino licẽtiato Gundisalbo Garsia Salon, aliás Burgensis, ætatis suę doctissimo, veritatis qúe cupido) vtique percepimus: quin á quodam iudice dictæ

ctæ cancellariæ (solerti subtili qúe virõ) idem cognouimus: & quód cum hoc euenisset dubium, ipse cæteri qúe antiquiores iudices priorem tenuerunt sententiam: at recentiores vltimam. Tum & quia, dubia suspendere, virtus est prudentiæ. vt diuo Tho. videtur in libro de virtutibus. tit. de prudentia. cuius meminit Mathe. de Afflict. in decisio. 353. dubia. in princip. & in cõstitutionibus Neapolita. lib. 1. rub. 78. de instrumen. consicien. nu. 15. in fine.

¶SED his prætermissis, limæ melioris iudicij sententiam nostram subijciens ex rationibus proximè congestis dẽsero
1097 † testamentum nuncupatiuum á testatore eius firma non subscriptum, iure subuerti: etsi testium subscriptiones (vt supra hu. 1080. edocuimus) non esse necessarias, iuris non ambigui sit.

¶NEC huic rei rationes contrariæ re
1098 fragantur, † Et priorem Greg. Lup. in d. l. 2. tit. 1. parti. 6. ex eo dissoluit, quód sanctio hæc tantùm edita fuit ad solennitatem numeri testium. Quæ solutio nobis displicet, ex his quæ supra nume. 1097. & sequentib. scripsimus. ipsa tamẽ prima ratio ex eo est inefficax, quia etsi dicta lex ordinamen. de testamentis loquens, hac comprobetur lege, cùm in dicta lege ordinamen. non tractetur de testantis subscriptione, hoc parui ponderis est: siquidem post ipsam legem cõstituta fuit dicta Compluti pragmatica qua lucidè (vt asserimus) disponitur, subscriptionem ipsam requiri. quæ quidẽ lex Compluti hac nostra sanctione non ob id censetur abrogata, quód de testamento nuncupatiuo agens, dictam exigi subscriptionem non explicet. C. de testa. l. sancimus. cum suis vulgatis. Nec ad dictæ legis mutationẽ satis est, quód quando lex nostra de testamẽto in scriptis tractat, dictam testantis subscriptionem necessariam esse constituit: at verò secus, cùm de testamento nuncupatiuo agit: ex quo hæc & similia non sunt recipienda ad legum correctionem. vt in. d. authenti. quas actiones. C. de sac. sanct. eccle. cum alijs. Præterea dicta lex ordinamen. (cuius hęc nostra lex meminit) rationibus supra excogitatis intelligenda quidem erat, ex dicta Compluti pragmatica: & ita quód testamẽtis subscriptio etiam esset necessaria: igitur & lex nostra eodem modo est interpretanda: quia pertractat de dictę legis declaratione: quia lex interprætans prout lex interpretata est intelligenda. vt in authenti. de fil. nat. ante dota. instru. colla. 3. cum alijs quæ supra in. l. 1. numero. 288. congessimus. Quibus etiam omnia quæ priori dicuntur ratione dissoluuntur.

¶DEINDE & secunda succiditur ratio † Tum quia, vt superiora cõperunt 1099
sat constat de huius legis mente, volentis dictam dictionem, *pero*, non ita præcedẽtibus aduersari, quod testatoris subscriptio in testamento nũcupatiuo prętermitti possit: cuius intentionẽ esse cõsiderandam, notissima iura concinunt. Tum etiam, quia si dicta dictio, *pero*, præcedẽtibus in facto & in iure prorsus obsisteret, exindè complura subsequerentur, huic sanctioni iuris qúe alijs contraria. Tũ & quia, prędicta dictio, *pero*, præcedẽtibus in hac lege in plerisque alijs repugnat: etsi secus quo ad testantis subscriptionem. Namque sanctio hęc in eius initio de testamento nuncupatiuo agit: ac post dictam dictionem, *pero*, de testamento in scriptis pertractat. Item & in priori parte huius legis (in qua de testamẽto nũcupatiuo hęc loquitur lex) minor testiũ numerus exigitur: atcùm de testamento in scriptis subsequenter tractat, plures requirit testes. Proindè & in priori parte huius legis non constituitur, testium subscriptiones esse necessarias, vt post prędictam dictionem, *pero*, in testamento in scriptis disponitur. & sat

Universidad de Deusto
Biblioteca

sat est,aduersatiuam in quibusdam prę cedentibus,etsi non in omnibus refragari.l.nam postea. §.sed & si quis.ff.de iure iuran.& inibi Iaso.columna.fi.& in l.patris & filij.columna.2.ff.de vulg.& pupil.& Ioā.Frā.de Rip.in.l.2. §. quód si in patris.columna.2.ff.solu.matri.

1100 Tum item † quia natura aduersatiuæ dictionis est,vt his quæ eiusdem sunt generis & qualitatis obsistat.vt habetur in l.mariti. §.fin.ff. de adulte. & ibi Bart. cum alijs de quibus meminit Iaso. in.l. qui pro tribunali.nume.1.ff.de re iudi. & in.l.plané. §.quod si rem.columna.1. ff.de leg.1.& in.l.quominus.numer.12. ff.de fluminib.& in.l.iuris gentium. §. quinimmó.ff.de pact.& Rip.in.l.ex facto. §.si quis rogatus.in.2.numero.12.ff. ad Trebel. in quo loco refert Bald.dicentem(& non ab re)aduersatiuam præ cedentibus in eisdem terminis tantùm repugnare.cui consentit Rip.in.l.de pupillo. §.meminisse.numero.9.ff.de no. ope.nuncia.& Iaso.in dicto. §.quinimmó.nume.10.& in.l.nam cùm vterque. verſic.sed & fortius.quam legit coniunctim cum.l.1.ff.nequis eum.& Curt. iuni.in.l.in actionibus. numero.17.ff.de in lit.iurā.& notabiliter Hierony. Gra. in cons.91.in causa Marci. numero.20. lib.2.& adde videndum Boeri. in decisio.146.nobiles. numero.10. Quo fit, dictam aduersatiuam,*pero*,nequaquàm contrariæ suffragari sententiæ:cùm thema prioris partis huius legis minimè cõspiciat expræsim testantis subscriptionem:quare consequens est,dictionem *pero*,subsequentem ad testātis subscriptionem non pertinere. Tum quia,non tum iure est,aduersatiuam præcedentibus non esse contrariam,cùm exindè alicuius iuris correctio suboriretur.vt cõstat ex.d.l.præcipimus. C. de appel. cũ suis similibus.

¶SVBINDE &tertiam dilue rationem † prout censet domi. Greg. Lup. 1101 in.d.l.2.in verb.su nome.ad finem. Poteris etiam respondere,quód etsi iurib⁹ in dicta tertia ratione citatis,in testamẽto nuncupatiuo scriptura confecto non exigatur testantis subscriptio:tamen hodie ex dicta Compluti pragmatica post edita,saltem exigitur,*firma*,vulgo nuncupata.quę(vt supra nu.1081.diximus)dissimilis est subscriptioni testatoris, de qua agunt dictę leges veteres:& ob id dictorum iurium correctione dici potest,prorsus non tractari in dicta Cõpluti pragmatica:sed quód ipsis iuribus superaditur solennitas firmæ.

¶QVARTA ratio nõ obstat † quia 1102 vt abundè supra differuimus, prædicta Compluti constitutio in testamẽtis quidem loquitur: quæ etsi agat de pactis & clausulis quæ in contractibus apponi consueuerunt,alia tamen verba ponit, quæ quidem & ad testamẽta pertinent. Proindè & quandoqhe in testamentis cõtractus cõficiuntur,in quibus adsunt dicta pacta & clausulæ in prædicta lege expræsse.vt constat ex glo.in.d.l. hæredes palám. §.fi.& illic docto.ff.de testa. Nec contra prædicta insurgunt text. in d.l.ex hoc edicto. §.sed hæredem. & similes.etsi illis dispositum videatur,iura de contractibus loquentia ad testamenta non esse trahænda:quia (vt supra nume. 1089.& sequentib.dictum est) contrarium est verius. Præter hoc, quód multæ sunt rationes supra congestę,quibus lucidè constat,dictam Compluti legem in testamentis esse etiam interprætandam.& quód de his non minus agit ipsa constitutio,quàm de contractibus. Præterea & tex.in.d. §.sed hęredem.& similes nequaquàm obtinent, quando eadem viget ratio in testamentis,quę in contractibus(vt in hoc casu contingit) ita tenent scribentes in.d.l.quæ delegato.& in.d.l.seruum filij. §.eum qui. Et ita intelligendus est Bald.in.d.l. testamentum. C. de testa. quem etiam vide in.d.

in.d.l.i. C.de leg.Fusia Can.tollen. Vnde sequitur,ad hanc rem non pertinere iura ad hoc citata,quibus probari videtur,testamentum non contineri scriptuæ seu instrumenti appellatione. Quin & complura sunt iura supra nu.1090. cõgesta,quibus constat,contrarium probabilius esse. ¶Ex quibus suboritur,quód dictam quintam rationem faciliter euadere possumus.

¶CETERVM & sexta ratio excluditur,quia etsi in testamentis tres seu quinque testes sint necessarij, non ob id fit, solennitatem dictæ pragmaticæ Compluti editæ in scripturis requisitam, in hac spetie non esse necessariam.

¶SEPTIMA ex prædictis abijcitur ratio. Præter hoc,quód & sat cõstat,prædictam Compluti constitutionem non tantùm exemplar prothocolli aduersus ipsius legis formam confectam subuertere: sed etiã ipsum prothocollum,alioquim lex ipsa superuacanea redderetur. Item si prothocollum fidem faceret similiter & faciet fidem exemplum ab eo solenniter transcriptũ,vt. C. de edẽ. authenti. si quis in aliquo documento. cum alijs. Et vltra iam dicta Auendano respondetur, quód loquitur, quando testator voluntatem suam absque aliqua scriptura declarat coram testibus, & per testes fuit probata:nam tunc verũ est,quód non requiritur subscriptio. at secus si testator voluntatem suam declaret coram testibus & tabellione, conficiendo de ea scripturam(hoc est testamentum nuncupatiuum in scriptura redactum)nam tunc requiritur subscriptio.per supra dicta, & hæc responsio satis constat ex eodem Auendaño vbi supra.

¶QVIBVS hoc molestius dubium finitur.Et plura circa partium subscriptiones videre oportet per docto.in.l.cõtractus. C. de fid.instrumẽ.& per Aym. Craue.de antiquita.tempo.i.parte.numero.166.vsque ad nume.193.

¶SED & iuxta tertiam conclusionem huius secundæ partis non erit alienum dubitare † an sit necessaria subscriptio illius qui alterius testamento in scriptis consentit, in quo suorum bonorum testator disponit. Et videtur quód non. 1103

¶Primó quia aliud est testamentum cõficere,aliud testamento consentire. l.si pater. §.fi.ff.manu.vindi.& ff.eod.titu. l.2.& ff.de regul.iur.l.aliud.quod & suadetur,quia hæc lex testatoris tãtùm subscriptionem exigit,non verò testamento assentiẽtis.quod & cõfirmatur ex sententia Signo.de Homod.in cons.145.in quæstione vertente.columna.fi.dicentis † mulierem quæ citra certam solen 1104 nitatem eius bona vendere statuto prohibetur,posse sine dicta solennitate rei suæ venditioni consentire. quod etiam placet Baldo in rub. C.depact.& Laur. Calca.in cons.74.quod dictis.columna.9.& Deci.in cons.475.in causa quæ Mantuæ.columna.2.& in cons.124.placet.colum.3.& multi alij quorum And. Tiraquel.memor est(alia ad hanc rem pertinentia congerens)in tracta. de legib.Connubial.super verb. contracter. glo.3.nume.129. & sequentib.& in.l.si vnquàm. C.de reuocan.dona. in verb. donatione largitus.nume.278.

¶SED CONTRARIVM probabilius esse censeo † etsi alij intactũ 1105 relinquant. ¶Et primó quia † qui con 1106 sentit suæ rei testamentum fieri,ipse testari censetur.l.in ædibus. §.quód filius famil.ff.de donat. l.si liqueat. & inibi Bald. C.de inoffi.donat.cũ alijs de quibus Tiraquel.in dicto verb.contracter. glos.3.nume.141.& sequentib.& in. d.l. si vnquàm.in verb. donatione largitus. nume.279.quo in loco refert Brun. in statutorum indice. in verb. insinuatio. columna.2.in fine.dicentem † non sa- 1107 tis esse,donationem tanquàm à donante confectam insinuare: sed esse necessum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sum, eam insinuare prout á consentiente factam. & sat constat ex Bald. in dicta.l.si liqueat. & Areti. in consilio. 127. eximiæ. columna. 3. & adde videndũ Deci. in. l. fi. C. de pact. numero. 18.

¶Rursus & ratio qua exigitur dicta testantis subscriptio (vt supra nume. 1092. & .1094. diximus) ea enim est, quia sic falsitas abijcitur, constat quę ex ea de consensu testantis seu disponentis, & de approbatione scripturæ. quam rationem etiam obtinere in promptu est, respectu consentiẽtis de re sua testari. & sat constat ex text. in .l. venditioni. C. de vsucap. pro empto. & ex his quæ Tiraquel. congerit in dicta.l.si vnquàm. in verb. donatione largitus. numero. 250. cùm enim eadem ineſt ratio, actum faciens & illi consentiens æquabiliter iure confiderantur, eodem qũe iure sunt iudicá di. vt tradunt docto. in. l. 2. C. si aduers. dona. & in dicta. l. fin. C. de pact. cum alijs de quibus meminit Tiraquel. in tracta. de vtroque retract. titul. de retractu lignagier. §. 1. glos. 9. numero. 106.

1108 ¶Proinde † qui alij testari de re sua consentit, sua iura perdit. l. sicut. §. venditionis. ff. quibus mod. pig. vel hypothe. solui. l. nihil proponitur. & illic moder. ff. de leg. 1. cum similibus traditis per Roderic. Suarez in repeti. l. quoniam in prioribus. 5. limitatio. columna. 14. versic. vnum tamen. cum sequentib. C. de inoffi. testa. & And. Tiraquel. de legib. Connubial. glos. 3. verb. contracter. numero. 137. & sequentibus. & in dicta. l. si vnquàm. C. de reuo. dona. in verb. donatione largitus. numero. 249. quaré congrum est, eius exigi subscriptionem, sicut & testatoris, & cuiusqúe alterius scripturam conficientis. ex dicta Compluti pragmatica, & hac lege.

1109 ¶Cæterúm & hæc veritas constat † quia sat ex ipso consensu, alteri de re sua testari assentiens contrahere videtur cum ipso testatore: & ei nõ licet recedere ab ipso cõsensu. vt in. d. l. sicut. §. venditionis. cum similibus de quibus Tiraquel. in dictis legib. Connubial. contracter. glo. 3. numero. 139. & ex tex. in. l. fratris. C. de dona. mort. cau. in quo tex tu constat, non consentientis morte, sed testantis in hac spetie testamentum cõ firmari, nec posse mutari tale testamentum á consentiente sed à testatore. & abundé scribit Roderic. Suar. in dicta. l. quoniam in prioribus. 5. limita. columna. 14. versic. vnum tamen tenebis menti. quod etiam sat constat. in. l. non videtur. ff. si quid in fraud. patro. & in. l. cùm pater. §. libertis. ff. de leg. 2. & ex alijs traditis per And. Tiraquel. in dicto tracta. de vtroqúe retract. titul. de retract. lignag. §. 1. glos. 9. numero. 134. & sequẽtibus. igitur consequens est, & in eo dictam Compluti pragmaticam locum habere. ¶Præterea probabilius est, mulierem sine certa solennitate rem suam alienare prohibitam, citra ipsam solennitatem rei suæ alienationi consentire non posse. vt traditur in dicta. l. 2. C. si aduer. donat. & illic Bald. & idem tenent alij docto. quos refert & sequitur And. Tiraquel. in dicta glo. 3. verb. contracter. numero. 135.

¶EX QVIBVS & alijs quæ Tiraquel. notat in dictis locis, diruuntur quæ in contrarium supra citata sunt.

¶VERVM & hic quærere libet † an 1110
si testator propria manu totum testamentum in scriptis, & ipsius testamenti confectionem (quam vulgus, *otorgamiento*, nuncupat) supra ipsum testamentum scripserit, hoc satis sit, vt testatoris subscriptio (hoc est, *firma*, vulgo nominata) in hac lege requisita, non sit necessaria. quod quidem videtur. Primó ex text. in. l cùm antiquitas. C. de testamen. & inibi docto. maximé Iaso. columna. 3. in quo loco habetur † quód et 1111
si pro

si pro forma substãtiali testãtis inscriptis requiratur subscriptio, tamen quòd si totum testamentum sua manu scripserit, & hoc fecisse spetialiter dicat, testãtis subscriptio non exigitur. & videre licet Aym. Crauc. de antiquita. tempo. 2. parte. numero. 174. & sequentibus.

¶Suadetur & hæc pars, ex his quæ notant Bald. in præcipio. forum. quæst. 10. & docto. in. l. cùm tabernam. §. idem quæritur. ff. de pigno. & in capitulo. 2. de fid. instrumen. ex dicta. l. cum antiquitas. cùm similibus quorum memor est Deci. in dicta authenti. à quis in aliquo. numero. 16. & Socin. in consilio. 15. visis præmissis. columna. 2. libra.

¶Fulcitur & hæc sententia † quia subscriptio 1111
ideſt, *firma*, (vt diximus supra numero. 1081. in fine.) hac lege successit loco subscriptionis, quæ exigitur in. d. l. hac cõsultissima. in princip. C. de testamen. & similibus iuribus. igitur debet sapere naturam subrogati. C. de episcop. & cleri. l. parabolani. & ob id consequitur *firmam*, sic á populo nominatam nequaquàm requiri, testatore scribente totum suum testamentum: sicut nec tunc eius est necessaria subscriptio. ¶Proinde hæc opinio comprobatur, quia si dicta subscriptio (qua tot & prolixa verba sua manu testator erat obnoxius scribere, quæ recensetur dicta. l. 2. titul. 1. parti. 6. & fusius docto. in locis supra numero. 1081. citatis) testante eius propria manu testamentum in scriptis scribente remittitur ex dicta. l. cùm antiquitas. á fortiori & prædicta subscriptio, *firma*, vocata remissa censetur, in qua tantum testatoris nomen quod inter duo exigua signa apponi consueuit. ¶Denique ita pa- 1113
lam † voluisse videtur domi. Grego. Lup. in dicta. l. 2. glos. fin. titul. 1. parti. 6 cùm citat dictã. l. cùm antiquitas. ad hoc quòd si testator suum testamentum in scriptis manu propria scripserit, ei9 non exigatur subscriptio.

¶SED PREDICTIS non refragantibus, contrarium probabilius esse censeo † & dictam firmam hac lege re- 1114
quisitam in testamento inscriptis esse necessariam: etsi testator sua manu totum suum testamentum in scriptis contra scripserit, & eius confectionem. ¶Et primò ex hac lege, subscriptionem prædictam in discretionem exigente.

¶Secundò ex dicta. l. 2. titul. 1. parti. 6. qua disponitur, quòd etsi testator totum eius testamentum in scriptis propria scripserit manu, nihilominus eius exigitur subscriptio. quod palam eius verba edocent, maximè hæc, *E otrosi deue escrebir su nome, o fazer lo escrebir*. quæ verba superiora omnia omninò comprehendunt. ratio & casum quando testator totum testamentum in scriptis scripserit sua manu: sicut & casum quãdo alterius manu fit scriptum: siquidem præcedentia non tãtum loquantur, cùm ab alio ex inscitia testatoris testamentum scribitur: sed etiam quando testamentum est scriptum manu ipsius testatoris. vt ex his verbis constat, *deue el por su mano escrebir el testamento, si supiere escrebir: e si no deue mandar llamar a otro en quien se fie, e mande se lo escrebir en su poridad*, clausula enim posteriori loco posita ad omnia superiora refertur. l. talis scriptura. ff. de leg. 1. cum alijs de quibus moderni memores sunt in. l. C. de libe præteri. ¶Cui rei non re- 1115
fragantur † dictæ legis hæc verba, *diziendo assi, yo otorgo, que quiero el testamento que yo fulano hize, e mando escrebir*, quæ verba tantùm videntur cõsiderare casum, in quo testator sua manu testamentum non scripserit: & tũc illam testatoris subscriptionem exigere censent. siquidem responderi potest, dicta verba non abijcere casum in quo testator suum testamentum scripserit, nec tunc disponere testamentum non

ede

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse à testatore subscribendum : quin contrarium lex ipsa insinuat, si eam expendamus in dictis verbis, *deue el por su mano escrebir el testamento*, coniunctis dictis verbis, *e otrosi deue escrebir su nome*. quod etiam constat, quia etsi dicta verba, *que yo fulano fize, e mande escrebir*, in subscriptione inibi collocétur est enim respectu casꝰ quo testator exliterarum ignorantia testamentum non scripserit. quod edocet ipse text. hæc subiungens verba, *e el otro si deue escrebir su nome, o fazer lo escrebir en fin de los otros testigos ante ellos, diziendo ansi, yo otorgo, que este es el testamento que yo fulano fize, e mande escrebir*, de vtroque enim casu ipsa lex agit in dictis verbis: & priori quando testator literarum peritiam habet, in quo casu ipsa lex cõsuluit, supra ab eo esse totum testamentum scribendum: & licet tunc ipsa lex præcipiat, ab eo esse nomen scribẽdum sat quidem ex hoc esse à testatore subscriptionem faciendam lex ipsa dicere videtur, & modo quo infra illam efficiẽdam esse sancit, in casu quo ab alio testamentum scribitur. quod edocet dicta.l.1.eod.titul. in his verbis, *otro si dezimos, que el fazedor del testamento deue escrebir su nome en la fin de la carta, diziendo ansi, yo fulano otorgo, que fize este mi testamento en la manera que es escrito en esta carta*. secundus verò casus de quo loquuntur prædicta verba dictæ l.2.est, cùm testator est ignarus literarum: & ita quando eius non scripsit testamentum: in quo casu ipsa lex constituit, prædicta verba, *que yo fulano fize, e mande escrebir*, in subscriptione esse scribenda: & ita clarum est, ipsa verba nostræ sententiæ non officere. ¶Si igitur ex dicta.l.2.constat, etiam testante totum testamentum inscriptis scribente, eius subscriptionem exigi: igitur etiam erit consequens, & *firmam*, vulgo nũcupatã hac lege requisitam esse, & tũc necessariam. Quo fit, ex dicta.l.2. corrigi dictã.l.cùm antiquitas. & ita etsi dicatur in.d.l.2. quòd testator propria manu scribere debeat testamentum, infra disponit à testante ipsum testamentum esse subscribendum, & eius manu suum nomen scribendum. & quod corrigatur dicta.l.cùm antiquitas. ex prædicta lege septipartitarum expræsim hic tenent Ioan.Lup.num.48. & Didac. Castel. in verb. y el testador. Ex quibus & constat dictã.l.2. consimilem esse dictæ.l.hac consultissima. in princip. C. de testa. nã eadẽ.l.hac consultissima. dispositũ erat quòd etsi testator sua manu testamentum inscriptis scripsisset, quòd à testatore ipsum testamentum erat subscribendum: etsi dicta.l.cùm antiquitas. mutauerit dictam.l.hac consultissima. vt eadem.l.cùm antiquitas. speciatim explicat. & vtrobique glo. & docto.

¶QVE OMNIA etiã muniuntur † ex.l.3.titu.1.parti.6. nam etsi dicta.l.3. in sua priori parte transcribat. d.l.cùm antiquitas. nõ tamẽ transfert sequentẽ partem dictæ.l.cùm antiquitas. qua dicta. l.hac consultissima. abrogatur: sed prosus eam omittit: & non quidem ex alio, nisi quia dictã.l.hac consultissima. (quę dicęç.l.cùm antiquitas. obsistit) cõprobare nititur. & clarũ est, quòd negletũ videtur, quãdo adnotatu dignũ prętermittitur. Litẽ apud Labeonẽ. §. hoc edictũ. ff. de iniur. cũ alijs. ¶Suadetur etiã nostra sententia, quia ex quo (vt supra nu. 1080. cũ sequẽtib. diximus) hęc lex proforma exigat testãtis subscriptionẽ in testamẽto inscriptis (ideſt, *firmam*, sic vulgo appellatã) nõ quidẽ sufficit eam in equippolléti adimpleri. l. qui per salutẽ. ff. de iur. iuran. cũ alijs infra nu. 1154. citatis. Cui rei nec dicere obsistit, quòd cùm forma certũ respicit effectum, satest, effectũ ipsum in re equippolléti implere. l. si mater. & illic Deci. C. de institu. & substi. sub condi. fact. ad quod vltra

vltra Deci. videre licet Paul. Cast. in.l. vniuersis. C. de præcib imp. offe. & alios citatos per Laso. in.l.2. §. priùs. col. 2. ff. de vul. & pup. substi. Nã hoc assertũ adeuersatur. d.l.hac consultissima. in princi. C. qui test. face. po. in qua disponitur quòd cùm de forma substãtiali sit, testatorẽ testamẽtũ in scriptis subscripturũ, quòd non sat erit, totũ testamentũ sua manu scribere. & hunc tex. ad hoc expẽdit Are. in.l. si ita stipulatus. §. Chrisogonus. co. 3. ff. de ver. oblig. & melius hodie hoc cõstat ex.d.l.2. & 3. tit. 1. par. 6. quibus corrigitur. d.l. cùm antiquitas. §. fi. quod etiã apparet ex Laso. & ex his quæ citat in.l.1.co.5. ff. de libe. & posthu. & adde videndum eundem Laso. in consi. 97. in præsenti testamento. lib. 4. ¶NEC his obstant tradita in.l. iubemus. C. de testament. quia satis testator censetur nominasse hæredem, ex quo testatore presente, & consentiente à tabellione nominatur. ex.l. quod meo. § si uenditorem. ff. de acqui. posse. & in.l. qui patitur. ff. manda. ¶Ex his & constat, non officere.l. si mater. siquidem ex eo ipse tex. obtinet, quia ibi non factum, sed effectus consideratur: at si factum (vt hic testantis subscriptio) non satis erit, habere effectum, si factum nõ fiat. vt tenent Paul. Castren. & docto. in dicta.l. si mater. ¶Proindè hæc lex non exigit dictam subscriptionem, de qua loquuntur dicta.l.1. & 2. titul. 1. part tit. 6. & dicta.l.hac consultissima. C. de testament. sed (vt supra. numer. 1112. diximus) *firmam*, sic vulgo dictam, cuiꝰ loco totum scribere testamentum successisse, eundem quẽ effectum ex vtroque suboriri, nulla quidem lex disponit. ¶NEC rationes in contrarium excogitatæ contrariæ suffragantur sententiæ, si quidem omnes ipsæ enascantur ex dicta.l.cùm antiquitas. quæ (vt asseruimus supra numero. 1115. in fine cum sequentibus) est abrogata ex dictis legibus septipartitarum.

¶SI tamen scire cupis † quando de iure communi obtineat dicta.l.cùm antiquitas. videre oportet præter scribentes ibidem Egid. de Bella. in dicto consilio. 1. columna. 5. in quo loco etiam tractat, an vt dispositio dictæ legis militet, satis sit, si testator non totum testamentum scripserit, sed eius partem. Et an sufficiat, quòd testator dixerit, se scripsisse totum testamentum, si eius manu fecisse non testetur. ¶Et quid erit si à testatore diu scriptum sit testamentum. ad quæ etiam videre licet Gosfred. in dicta.l. ad testium. §. siquis. ff. de testament. 1117

¶VERVM etsi in materia dubitaueris † an tabellio eius manu testamẽtum scripserit, ipsius exigatur subscriptio. Paul. Castrens. & alij quos refert Ialon indicta.l.cùm antiquitas. contrariã tenent opinionem. ex traditis in authẽti. de tabellionib. §. 1. colla. 4. pro qua sententia est tex. notabilis in.l.2. C. de conue. fisci debito. li. 10. Quid plura, & idem Paul. Castren. in dicta.l.cùm antiquitas. columna. fi. censet, doctoris cõsilium etsi eius manu scriptum authenticum non esse, si eius non habeat subscriptionem. Etsi idem Paul. Castren. sibi constans non videatur, & contrarium teneat in dicta.l. ad testium. §. fina. ff. de testament. tamen consideratis verbis Pauli Castren. eius prædictæ sententiæ sic conciliantur, vt sententia cui adstipulatur in dicta.l.cùm antiquitas. de consuetudine obtineat: at verò quã sequitur in dicta.l. ad testium. §. final. iuris rigore locum habeat. & de materia omnium prædictorum adde videndum Aym. Craue. de antiquita. tempo. 1. parte numero. 170. & 171. cum sequentib. 1118

¶EX prædictis & illud suboritur, quòd cùm testatoris subscriptio pro forma exigatur, & etiam testiũ subscriptio

Universidad de Deusto
Biblioteca

1119 nes † quód non satis erit, testatorem te
stes quę sua sigilla testamento impone
re, nisi dictę eorum subscriptiones in eo
adsint. ad quod & præter iam dicta est
tex. & illic docto. in. l. ad testium. §. si-
quis. ff. de testamen. & notat Alex. in. l.
quæ dotis. ff. solu. matri. col. pe. & imbi
laso. nu. 94. & Deci. inc. 2. de fid. instru.
columna. ii. & Aym. Craue. in tracta.
de antiqui. tempo. 1. parte. nu. 172.

¶DEINDE & illud dubium inuestigari hic potest, an si maritus & vxor
duo vel alij in eadem charta testentur,
vterque in eodem testamento subscri-
bere sit necessum: quia tamen de eo la-
tissimè infra numero. 1213. cum sequen
tib. agimus, in hoc loco illud differtare
prætermittimus.

1120 ¶PLANE & quæstionem aliam hic
tractare oportet † an hac lege (ex quo
tãtúm in ea subscriptiones testium exi-
guntur) correcta sint iura, quæ vltra ip
sas testium subscriptiones, exigunt inte
stamento in scriptis eorum sigilla, quo
rum est tex. in. d. l. 2. titulo. 1. partit. 6. &
in. §. sed prędicta. institu. de testa. & in.
d. l. hac consultissima. in princip. C. eo
dem titulo. & in. d. l. nostram. eod. titu.
& in. d. l. ad testium. §. si ab ipso. & se-
quentib. ff. eod. tit. quę sigilla cordulis
appenduntur. vt in dictis traditur iuri-
bus. & notabiliter Specul. in tit. de inst-
tru. edit. §. compendiose. col. 19. Ioan.
Fab. in. §. possunt. col 3. instit. de testa.
& alibi sępe: Et videtur quód nõ, ex quo
specialiter dicta sigilla hac lege nõ sũt
sublata. ex dicta. l. tancim9. C. de testa.
& in. d. l. præcipimus. C. de appel. cum
similibus. quę excludunt legum correc-
tionem. Et ex iuribus quæ suadent le-
gum conciliationem. Et quia hæc lex
in omissis videtur esse trahęnda ad prio
ra iura, l. non est nouum. ff. de legib.

¶CONTRARIVM tamén † ve 1121
rius est, nanqúe ob id lex nostra loqui-
tur de solis testium subscriptionibus, eo
rũ sigillis prætermissis, quia ea nõ sunt
necessaria: si enim ea lex nostra volui
set testamentis impont, explicaret hãc
solennitatem sigillorum inter alias so-
lennitates testamenti in scriptis. Et hu
ius rei causam & quarè lex nostra ipsa si
gilla non exigit, illam esse cẽseo, quia
tempore huius legis sigilla ab vsu (vt e
xistimo) recesserant: quin & multò an
te: nam etsi multa viderim testamenta
compluribus annis ante hanc legẽ con
fecta, non quidem in eis adnueni sigi
lla testium, nec propterea euerti, fidem
qúe non facere in iuditijs allegatũ cog
noui. plurimum enim in hac re potest
consuetudo: & ex ea posse minui solen
nitas testamentorum. supra numer. 57.
& sequentib. abũde diffiniuimus. quod
latissimè controuertatur Boeri. in con
suetudinib. Bituri. rub. des coustu. cõcer
testamen. §. 1. colu. 2. char. mihi. 69. co.
3. in quo loco etsi citet Angel. in consi-
lio. 400. contra Ioan. Fab. in. l. omnium.
C. de testamentis. & Luc. de Pen. in. l.
unicuique. C. de proxim. sacro. schri.
libro. 12. non tamen Angelus nec Lu-
cas Penens. id dicunt, ad quod allegan
tur. æquabiliter & post hanc legem
vsu hæc nostra sententia est compro-
bata, munita qúe & consuetudine: &
praxis eam recepit. Etsi fateor, post
hanc constitutionem vidisse quodam
testamentum (etsi non aliud) compo
situm testium sigillis, licet non cordu-
lis appensum. & expræsse qúod testium
sigilla ab vsu discesserint tenet in præ-
sentia Ioannes Lup. numero. 52. cui &
hic consentit Didacus Castel. in verb.
encima. (etsi dicat, vtile esse testa-
mentum fieri cum ipsis sigillis) quod
etiam admittit dom. Grego. Lup. in. l.
14. titulo. 1. partit. 6. & inibi asserit, non
tan-

tãtúm prædicta sigilla ab vsu abisse, sed
hac constitutione tantúm exigi testiũ
subscriptiones sine dictis sigillis. & do-
mi. Couarru. in dicto capitu. cúm esses.
columna. 2. de testamen. ait, hanc legẽ
prędicta sigilla remisisse. & Galliæ etiã
obseruari recensęt Boeri. in dictis con
stitut. Bituri. in dicta. rubri. des coustu-
mes concer. testamen. in dicto. §. 1. co-
lumna. 2. etsi in alijs locis referat Egid.
de Bellame. in dicto consil. 1. columna. 3. non tantúm apponi consueuere
testium subscriptiones in testamẽtis in
scriptis, sed etiam testium signa cum
marchis.

1122 ¶EX quibus confestim quæstionis es
se poterit † an cúm hodiè chordæ qui
bus sigilla testium dependeant (de qui-
bus loquitur prædicta. l. 2. titulo. 1. par-
tit. 6. & in prædictis iuribus traditur) in
testamentis necessariæ non sunt (vt su-
periora indicant) an si testator post hãc
legẽ testamentũ inscriptis chordis clu
serit, á quib9 testiũ signa non depen-
dẽt, & eas postea inciderit, ex hoc abro
gare videatur ipsum testamentum. Et
videtur quód non, ex quo ab ipsis chor
dis testium sigilla non appendebant:
nec illæ hac lege necessariæ erãt, quin
nec erat necesse cum eis testamentum
claudere: quia vt explicuimus, omnia
hæc ab vsu receserunt: & ita quidem
consultum vidi, & cuiusdam causæ pa
tronos censere † extimantes dictam.
l. nostram. C. de testament. & similes
1123 tunc obtinere, quando chordæ seu fila
quibus testium sigilla appẽdunt ascin-
duntur: at secus si alia: & quód cúm iã
de his hodiè ex hac lege non tractetur,
1124 nec hæc vsu sint recepta † quód etsi á
testatore chordæ seu fila præcindan-
tur, quibus testamẽtum cluditur, quód
non ex hoc erit mutatum. Quod
etiam videtur fulciri ex textu in. l. tes-
tamentum non ideó. C. de testament.
& in. l. 1. §. 1. C. de rei vxor. act. & ex
textu in. §. serui verò. iuncta glos. insti-
tut. de liberti. & in dicta. l. qui testa
mento. §. per contrariam. ff. de testa-
ment. cum similibus. Quæ & confir
mantur ex textu optimo in. l. cúm ta-
bulæ. ff. de bono. posse. secun. tabul. cu
ius hæc sunt verba, *cum tabulæ testamen
ti plurium signis signatæ essent: quædam
ex his non comparerent septem tamen signa
manent, sufficit ad bonorum possessio-
nem dandam septem testium signa compa-
rere, licet non omnium qui signauerint, ma
neant signa.* quem imbi Bart. & docto.
ad hanc rem satis notant. quibus & ac
cedant quæ scribunt glos. & doctor. in.
l. 1. §. siquis neget. ff. quemadmodum
testament. appe. Præterea & hæc o-
pinio suaderi videtur ex sententia In-
noc. in capitulo. inter dilectos, columna. 2. ex glos. ibi in verb. publica. de fid.
instrum. qua habetur, instrumentum
scriptũ manu tabellionis habens sub-
scriptionem testium & sigillum, ipso si-
gillo deperdito, viribus non carere:
quia sigillum ipsum non erat necessa-
rium. cui etiam accedit & eius sequa-
cibus alia videnda citans Bartho. Cha
ssene. in consuet. Burgund. in text. no
us á vonis. chart. 386. columpa. 2. nume
ro. 5. & denique ita peritum iudicem te
nere vidi.

¶VERVM ipse † in contraria 1125
sum sententia. Tum quia, etiam ho
die testamentum in scriptis consueuit
claudi chordis seu filis: cui rei non de-
rogatur hac lege: etsi sigilla quæ chor
dis appendebant, ex hac non exigi le
ge constet, ab vsu qúe recessisse. vt su-
pra asseruimus. nec hæc prohibet lex,
chordis seu filis testamentum cludi:
sed illis testamenta suiri posse, huius le
gis hoc verbum, *cerrado*, insinuat. & ita
sequitur etiam hodie, insecisionem ipsa
rum chordularum seu filorum (quibus
testamentum clusum est) operari re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uocationem testamenti: sicut & ante hanc legem prædictis iuribus est sancitum. quorum iurium rationem & in nostra spetie vigere notum est. Tum etiá quia & septipartitarum iure (his regnis obseruando, hac lege non mutato) dispositum est, testamentum in scriptis abrogari filis seu chordis scisis. vt in. l. 24. titulo. 1. partit. 6. ibi, *o tajando algunas delas cuerdas.* Tum & quia, eth aliud hodie videatur dicendum, cùm testium signa (hac lege non requisita) á testatore fuerint abscisa: diuersum tamen erit, si fila seu chordę testamenti in scriptis (quibus ipsum testamentum est clausum) dirumpuntur. vt ex superioribus constat. & ex textu in. l. non codicillum. C. de testament. adquę est optimus textus in. l. 1. §. fina. ff. de bono. posse. secun. tabul. Tum quia, dictorum patronorum prædicta consideratio palám refragatur verbis generalibus dictæ. l. nostram. & similium sanctionum. Etsi glos. in dicta. l. nostram. eius his verbis, *lino toto*, hæc verba, *in quo sigilla erant appensa*, superaddat. quam aduocatorum considerationem diruit etiam textus iuncta glos. in verb. si linum. in. l. 1. §. si linum. ff. de bo. posse. se. tabel. cui glos. illic doctor. accesserunt, maximè Alberic. cuius meminit Iason ei adhærens in dicta. l. nostram. columna. 2. Nam textus in dicto. §. si linum. iuncta glos. loquitur, de lino quo testamentum colligatum est, & á quo testium non pendent sigilla, & illo á testatore insciso testamentum euerti, inibi disponitur. Nec illic in hoc negocio aliquod discrimen fit, inter chordulas de lino, quibus testamentum cluditur, vel illas á quibus testium sigilla sunt appensa. idem & constat ex Paul. Castrens. in dicta. l. nostram. in princi. vbi ait, dictam. l. nostram. obtinere, etsi tantúm linum seu chordæ (quibus testamentum est clausum) incisæ sint, & non chordæ quibus testium sigilla suspenduntur. & palám idem tenet ibi Iason. Quod etiam suadet notabilis textus in dicta. l. 24. titulo. 1. partit. 6. in his verbis, *o tajando algunas de las cuerdas.*

¶EX quibus dirimendum videbatur magnum dubium hoc Pisciano oppido in prætorio regio olim controuersum, inter monasterium diui Augustini huius oppidi ex vna parte: & ex alia fratres donnę Marię Olmedilla, super testaméto dictæ donnæ Marię in scriptis ab ea condito, filis qúe cluso † quod ea mortua appertum & filis incisis fuit adinuentum: in quo monachi dicti monasterij ad collegium conficiendum fuerunt instituti hæredes. Nanqúe ipsum testamentum multi ex eo impugnabant, quia prædictus scisus filorum á dicta donna Maria consultó factus iure præsumebatur: & ob id á testante testaméntum ipsum euersum. ex. l. 1. & illic Bald. in fine. & Paul. Castrens. & doctor. ff. de his quæ in testament. del. & ex textu in. l. cancellauerat. & ibi doctor. & in. l. proxime. ff. eodem titulo. & doctor. etiam in. l. si vnus. C. de testament. vbi Iason ait, hoc esse commune doctorum placitum. cui sententiæ docto. consentiunt in. l. hęreditas. C. de his quib. vt indig. & in capitul. licet. de fals. Quidquid teneat Imol. in dicta. l. proxime. columna. fina. ad quæ uidere licet Alex. & Corne. in dicta. l. si vnus. & eundem Alexan. in consilio. 14 visis & consideratis. columna. 3. libro 6. vbi notabiliter loquitur in hoc proposito. & in consilio. 104. stantibus. columna. 2. lib. 7. Anani. in consilio. 28. visis & ponderatis. columna. 2. Decius. in. l. final. numero. 38. C. de edict. di. Adria. tol. & Cardina. Paulus Parisi. in consilio. 28. visis omnibus. numero. 45. libro. 2. quibus addendus est textus in. l. Labeo. ff. de pact.

¶Ve-

1127 ¶Verum dictum monasterium demum obtinuit & iustè † quia dictum testamétum confectum fuit ad pias causas: in quo casu non est iure præsumendú, præ dictam scisionem chordarum seu filorum consultó á testatore factam. vt probatur in. d. l. proximè. in fine. ff. de his quæ in testament. delen. & ita inibi exi stimauerunt Imol. columna. fin. & alij docto. & Bar. & docto. in dicta. l. si vnus. & ibidem Fulgos. & Corne. columna. 2. Abb. in capitulo. ex literis. columna. 1. de fid. instru. & illic Feli. columna. final. Dect. in dicta. l. fina. C. de edic. diui Adria. tol. numero. 52. Guillerm. Bened. dicto capitul. Rainuncius. verb. cætera bona. columna. fina. Quicquid Iason in dicta. l. si vnus. edixerit. & ad de videndos docto. in. l. captatorias. ff. de legatis primo. & Alexand. dicto consilio. 14. libro. 6. columna. 3.

1128 ¶CETERVM tamen si in materia scire vis † an chordarum seu filorum inscisio tempore testamenti facta esse præsumatur. videre Baldum oportet in dicta. l. 1. ff. quenadmodum testamen. apperi. & illic scriben. & prædictis in locis. & Corne. consilio. 118. placet. lib. 4. ¶Et an si sunt plura fila seu chordæ quibus clausum est testamentum, & earum pars abscidatur, testaméto prorsùs cluso manente, testamétum inmutatum ex hoc censeatur. videndus est text. cum glos. in. §. si rosę. dictæ l. 1. ff. de bono. posse. secund. tab. & ibidem doctor. & text. in dicta. l. nostram. & in dicta. l. 24. titulo. 1. partit. 6. ibi, *algunas delas cuerdas*. quæ intelligenda videtur ex text. cum glos. in dicta. l. 1. § fina.

¶OCCVRRIT & hic super dicta. 2. partis. 3. conclusione disceptatio alia † nunquid testium subscriptiones

1129 hac in lege requisitæ post testantis subscriptionem confici debeant. quod inquam videtur ex text. in dicta. l. hac cõsultissima. C. de testament. ibi, *ipse coram testibus suæ manu in reliqua parte testamenti subscripserit: quo facto vno eodẽque die ac tempore & testibus subscribentibus & consignantibus testamentum valere.* quod & munitur ex. §. finem. eiusdem. l. cuius hæc sunt verba, *finem autem testamenti subscriptiones & signacula testium esse decernimus.* & illic Alberi 1131
cus hunc textum adhoc adnotat, quòd testamenti in fine testium subscriptiones adesse debent. Quod & lucidè Specula. tenet, & prius testis subscriptionẽ efficiendam. titulo. de instrum. editio. §. compendiosè. columna. 9. & nuncupatim hoc esse necessum, & prius testatorem quàm testes testamentum inscriptis subscribere Goffre. existimat in dicto. §. siquis. dictæ. l. ad testium. numero. 39. ff. de testamen. cuius meminit Egidius in dicto consil. 1. columna. 3. cui inibi palàm idem Egid. consentit & mouebatur Goffred. quia absurdum & irrationabile esset affertum, quo firmaretur, testatorem post testium subscriptiones posse subscriptionem confi cere: quia sic testes saltem quo ad testãtis subscriptionem de his quæ nondum impleta essent testarentur. cui sententiæ & alludit textus in dicta. l. hac consultissima. §. at cùm humana. C. qui testament. face. pos. ibi, *& in fine subscriptio sequatur testium.* & ibi ad hoc ipsum textum Salicet. expendit. his & accedat textus in dicta. l. 1. titulo. 1. partit. 6. cuius verba de testibus loquentia, in hunc sunt modum, *cada vno deue escreuir su nome en la fin del testamento.*

¶CONTRARIVM tamen videtur † & post testes esse á testatore subscriptionem faciendam. ex text. in. d. l. 2. 1130

Universidad de Deusto
Biblioteca

tulo. 1. partit. 6. hisce verbis, *y otrosi deue escreuir su nome, o fazer lo escreuir en fin delos otros testigos*. & hanc partē sanctio hæc sequi vtiqūe videtur, si verborum ordinem perpendamus: quem passim iura sequendum stabiliunt. subijcit enim hæc sanctio sic verba, *los quales ayan de firmar enzima dela escritura del testamento ellos y el dicho testidor.*

1131 ¶IPSE tamen probabilius esse existimo † non referre prius vel post testes testator se subscripserit. & sat ex hac. l. inquam patescit: siquidem etsi in ea supra dicta sedeant verba, non tamen quo in loco ipsæ subscriptiones efficiendę sunt, in ea explicatur. Et nō quidem ex alio, nisi quia satis erit, quocunqúe loco in testamenti publicatione seu confectione (*otorgamiento*) vulgo nuncupata, ipsæ fiant subscriptiones. Quo fit, à literæ ordine hoc in negocio arguere non licere. vt in. l. nec enim. ff. de solutio. & illic scribentes. & hanc sententiam pleriqúe tenuere. quorum & Egidi. dicto consilio. 1. columna. 5. meminit. qui constanter arbitrati fuere, nullum esse discrimen, conficiatur testantis subscriptio post testium subscriptiones, vel ante, quod & Corne. in dicta lege hac consultissima. columna. 3. apud finem. C. de testament. sectatur, quia saltem leuis solennitatis prætermisio est: & ob id testamentum non diruendum. l. 3. in fine. ff. de vent. inspicien. & Bartol. in dicta. l. cùm hi. §. si prætor. ff. de transactio. probatur in. l. testamentis. C. de testamentis. & alijs traditur in locis, quorum recentiores in dicta. l. hac consultissima. C. qui testament face. po. memores sunt. Item & quia, ipsius textus mens non videtur, quód testamenti in fine testiū subscriptiones necessè conficiantur: sed quód ipsæ testium subscriptiones pro testamenti perfectione conficiantur. cuius opinionem dicti. §. finem. hęc verba edocent, *non subscriptam autem a testibus, ac signatum testamentum pro infecto haberi conuenit.* quibus verbis testamentum ipsum tantùm euertitur, cùm non signatum nec subscriptum fuerit: at non si testamenti fini testium subscriptiones non iniungantur. Quæ & instruitur opinio ex sententia Bald. in dicta lege hac consultissima. columna. 3. C. qui testamenta facer. pos. tenentis, quód etsi textus ibidem sanciat, hæredis nomē ante legata & fideicomissa scribendum, quód tamen si contrarium fiat, testamentum quidem firmum erit. cui sententiæ plerique adstipulantur, quos inibi Iason. columna. 2. congerit. Et si Cinus & alij inibi ab eo citati contrarium existimauere. Confouet & hanc opinionem textus in lege præposteri. C. de testament. & illic Baldus cum similibus. his & congruit textus in dicta. l. 1. titulo. 1. partit. 6. quum sancit, in fine testamenti testantis, & testium subscriptiones esse conficiendas. Ex quo textu percipitur, tàm testantis, quàm testium subscriptiones testamenti finem tenere, etsi ante testium subscriptiones testantis subscriptio sedeat. vel post. quo in casu palàm dicta. l. 1. loquitur: si quidem generalia subijciat verba, hæc inquam aprehendens ex quo ad dicti. §. finem. alia solutio præter Corne. illic prompta quidem est.

¶NEC DICERE OBERIT 1132
† quód textus in dicta. l. 1. testium subscriptiones in fine testamenti efficiendas sanciat: & subsequenter testantis subscriptionem chartæ seu instrumenti in fine esse subijciendam constituat. Ex quo insinuare videtur

videtur, in loco vltimo testantis subscriptionem esse imponendam, vtpotè quód scripturæ finis posterior quàm finis testamenti videatur.

¶SED quippe dictæ legis verba ad vnum & idem prolata constat, & non vt discrimen inter testamenti vel chartæ finem fiat: & ita siue testatoris subscriptio priusquam testium fiat, siue ecō tra, dumtamen testamēti seu eius scripturæ in fine collocentur, sat erit, vt testamentum non subuertatur. quem intellectum & supra congesta non modicē sustentat textus in. l. 103. incipienti. *testamento*. titulo. 18. partit. 3. ibi, *y despues desto deue dezir en la fin del testamento, yo fernandez el sobredicho, quiero E mando, que este mi testamento E postrimera voluntad sea valedera*. coniunctis eius dem legis his verbis subsequentibus, *E de si deue de dezir el escriuano, en que lugar fue hecho el testamento, E ante quales testigos, E el dia, y el mes*. nam etsi hæc sanctio quód in finē testamenti testator suum testamentum valiturum edicere debet, stabiliat: exindè & postremo loco subijcit, testes, mensem, & locum, diem qúe esse exprimenda. & ita palàm textus ille edocet, testamēti in fine aliquid esse, etsi post illud alia eidem immisceantur fini Quo fit testamenti in fine testantis subscriptionem esse: etsi ante testium subscriptiones præcedat, & æquabiliter testium subscriptiones testamenti quo qúe fine inesse, etsi testatoris subscriptio priori consedeat loco.

¶EX QVIBVS NON tantum dicti. §. finem. solutionem consequitur, sed & dicti. §. at cùm humana. dictæ. l. hac consultissima.

¶SVPERIORA quoqúe & indicant † dictæ legis hac consultissima. C. de testament. initium non tanti ponderis esse, vt nos à dicta nostra dimoueat sententia. quód & etiam patet quód in ea nulla sint verba, quibus priori loco testantis subscriptionem esse conficiendam constituant, nam etsi supradicta subijciat verba, non ob id conscripta fuere, quód testantis subscriptio prior esse debeat. 1133

¶NEC dicti textus hæc verba *quo facto*, contrarium insinuant. Et eo præcipuùm quód confestim & immediatè supra recensita verba, quæ in hūc sunt modum subsequuntur, *vno eodem que die, & tempore, & testibus subscribentibus & consignātibus testamentum valere*. quibus verbis tantùm constituitur, testantis testium qúe subscriptionibus eodem tempore confectis testamentum vt sit firmum, esse edēdum non tamen dicta sanciunt verba, nec prædicta, *quo facto*, sunt inibi collocata, vt prius testantis subscriptio adesse sit necesse. vt testamentum ipsum valeat: ad quod edocendum post dicta verba, *quo facto*, subsequentia verba fuerunt coniunctis verbis composita, quasi non satis sit, testantis subscriptionem inesse, nisi & testium subscriptiones eodem tempore fiant.

¶VERVM NEC NOS cō torquet † textus in dicta. l. 2. titulo. 1. partit. 6. eiusqúe prædicta verba, *E otro si deue escriuir su nome, o facerlo escreuir en fin delos otros testigos*. Tum quia, verba illa de forma substantiali non sunt, vtpotè quód, testamentum aliter factum ibidem non diruatur. vt traditur in dicta. l. non dubium. C. de legib. & probatur in. l. final. C. de sentent. ex peric. recitan. scribunt pleriqúe in dicta. l. 1. ff. de liber. & posthu. 1134

Universidad de Deusto
Biblioteca

& illic abundè Iason. columna. 3. nec verbum debet dicta in l. collocatum cõtrarium probat. ex his quæ supra in proœmio numero. 459. descriplimus. quod verbum præter illic deducta, secundum subiectam materiam explicãdum est. vt expræsim traditur in capitul. 1. 25. q. 1. & illic. glos. & in capitul. 1. de spon. impube. & in. l. obseruare. §. post hęc. & ibidem. glo. & docentes. ff. de offi. procõsu. cum alijs de quibus no uiores in capitul. proposuit. de appellatio. Tum & quia, leuis prætermitteretur solennitas: etsi in dicta. l. testantis subscriptionem in fine testamenti esse efficiendam, esset sancitum. & ob id (vt explicuimus) non curandum adimplea tur, nec ne. Tum quia, idem effectus suboritur, quòd testator prius, vel post testes suscriptionem conficiat, & ideó non esse dictæ. l. prædicta verba inspicienda constat. ex his quæ supra congę simus. Quin Goff. quem Egidi. dicto consilio. 1. columna. 5. recenset, plus operari prius testantis suscriptianem, quám testium fieri, dicit. Tum quia prædicta septipartitarum sanctio ex dicta. l. 1. eod. titul. interprætanda est, & alijs supra congestis. Tum quia, dicta l. prædicta anectit verba *en sin delos otros testigos*. quaré videtur de alijs quàm de. 7. testibus ad testamentum rogatis loqui. Huic tamen solutioni vtpotè quę dictę legis menti repugnanti non assentio. Tum quia, si veteres codices admittamus, prædicta verba, *de los otros testigos*. non inquam reperiuntur: sed hæc, *aelos otros testimonios*. quælitera probabilior videtur. quia. d. verba, *delos otros testigos*, testantem inter testes anumerari indicant. contra hãc l. & dictã. l. hac consultissima. C. de testamen. in fine. & dictã. l. 1. titulo. 1. partit. 6. siquidè dictum verbum, *otros*, idem quod alij, est. & dictio alijs similes tantùm personas conspicit. vt traditur in authenti. ex testamento. C. de collationi. adnotant Bald. & alij in. l. si fugitiui. C. de seruis fug. & alibi sæpe. & cùm prædicta litera asseueret, post alia testimonia testatorem subscribendum, lex ipsa facilius euitari potest. Tum quia, consuetudo d. l. 2. esse vt ediximus intelligendã. d. interprætata est. siquidem videamus testantis subscriptionem testamentis inscriptis priori extare loco, quám testiũ. & ex hoc testamenta ipsa non subuerti, sed in iuditijs sibi locum vendicare.

¶ DEMVM & Goffredi ratio contraria supra deducta ex eo abijcitur, cùm sat testamentum fit absolutum, de re quæcõsũmata agi cõster, si testes scribãtur posthęredũ institutionem, legata qúe, & fideicomissa, & cætera contitu ta: etsi ante testantis subscriptionem se subscribant. Nec est aliqua lex quæ contrarium vtiqúe sanciat. Rursùs vt asseruimus, effectu considerato parum refert, an testãtis subscriptio præcedat necne: & exigua leuis qúe est solennitas: & ob id (vt firmauimus) non aduertenda. adde tamen ad prædicta videndum dominum Grego. Lupi. in dicta. l. 2. titulo. 1. partit. 6. in glos. fina.

¶ EMERGIT qúe hic aliud explicandum dubium † an in testantis testium qúe subscriptionibus eorum nomina cognomina qúe inscribi sit necessum. & breui in promptu est affirmatiua responsio. ex tex. in dicta. l. hac consultissima. in principio. C. qui testam. face. pos. ibi, *ne sola nominum commemoratio quicquam ambiguitatis pariat*. ex his quę dicunt Ioa. And. in Specu. titu. de instrumen. editio. §. breuiter. additione incipienti. rogatis. & Bar. & doct. in dicta. l. demonstratio. ff. de conditio. & demonstrati. q. 7. & in. l. libellorum. ff. de accusatio. ad finem principij. cũ similibus à Alexan. consil. 153. videtur prima consideratione. lib. 2. columna. 2. congestis. quo in loco nuncupatim testamentum in scriptis subuerti censet, si in eo testium nomina eorum qúe cog nomina conscripta non fuerunt. cui & Math. Afflict. in Neapoli. constitut. in tub. de fid. & autho. instrum. columna. 1. consentit. & quidem si aliud esset, testatoris testiũ qúe incertitudo inesset, & via falsitatibus (contranotissima iura) apperiretur. Verùm si citra cognomina de testantis testium qúe personis cõstaret, sat esset, citra ipsa cognomina testantis & testium personas nominare. vt constat ex glo. in dicta. l. hac consultissima. verb. & indicia. & ex. l. 1. & 2. ff de lib. & posthu. & vtrobiqúe doctores. & Specul. dicto in loco. & secundũ hæc dicta. l. 1. & 2. titulo. 1. partit. 6. quæ testium nomina in testamentis esse inscribẽda sanciunt, sunt explicandæ. & l. 6 tit. eo. & dicta. l. 103. ex ordiens, *testamento*. titulo. 18. partit. 3.

¶ SED obiter hic & cunctari potest † an non tantùm in testium subscriptionibus nomina & cognomina sint enuncianda, sed à tabellione eorum nomina & cognomina in testamento sint explicanda. quod inquam videtur necessarium ex tex. in dicta. l. 103. titulo. 18. partit. 3. ibi, *ante quales testigos*. idem & percipitur ex text. in. l. 55. & 56. eodẽ titulo. & in authenti. de instru. cau. & fid. §. sed etsi instrumenta. colla. 6. & his quæ traduntur in dicto capitul. 1. de fid. instrumẽ. & præcipuùm in ibi Abb. versicu. 9. testes. colum. 3. in prin. & Lucas Pen. in. l. 2. C. de conue. fis. debi. li. 10. columna. 2. qui tabellionum impetit morem, de testium nominibus in instrumẽtis mentionem non facientium sed tantùm hæc verba, *& subscripti testes*, conscribentium, quia eorum nomina à tabellionibus expræsim in instrumentis sunt explicanda. ad quod citat dictã. l. nulli. §. omnia. C. de nume. & actua. lib. 12. ¶ Verùm ipse reor † quòd etsi tabellio in testamẽto in scriptis alijs vè instrumentis tantùm prædictis verbis, *& subscripti testes*, eorum nomina aliter non exprimens vtatur, si testes eidem testamento seu instrumentis alijs se subscripserint, & in subscriptionibus eorũ nomina cognomina qúe designauerint, sufficere. ex. l. cùm pater. §. fina. ff. de lega. 2. & in. l. cùm ostendimus. §. fina. ff. de fid. tute. & quod ex eo Bald. in dicta. l. hac cõsultissima. C. de testamen. scribit. quibus & fauet tex. in dicta. l. 1. & in dicta. l. 2. ff. de libe & posthum. & ita demùm in terminis Bartho. de Cap. tenet in dicta rubr. de fid. & autho. instrumen. Neap. constit. & inibi Mathe. Afflict. numero. 11. hoc temperans, nisi testes omni exceptione maiores non fuerint. Quorum sententia conuestitur, quia cùm dicta verba *& subscripti testes*, seu similia relatiua instrumentis collocantur, sat videtur, testium nomina & cognomina à tabellione expressa, quę infra à testibus speciatim describuntur ex. l. asse toto. cum similibus. ff. de hæredi. institu. & nuncupatim percipitur sat ex. l. Lucius. §. Lucius Titius damnam. ff. de lega. 2. & ex. Bald. in. §. vbi autẽ column. 2. legis vnicę. C. de cad. tol. & ex alijs quæ Cardi. Pari. consil. 39 non possunt. lib. 1. numero. 13. deducit.

¶ INSVRGIT & aliud dubium in prędentia † num testes dictas subscriptiones seu, *firmas*, vulgo dictas in testamento in scriptis postquàm testator illud esse suum testamentum coram eis publicauerit, conficere debeant, & nõ ante. & Goffre. cuius & meminit Egidius. in dicto consilio. 1. columna. 4. et cõsentiens, hanc partem affirmatiuã amplectitur, ea præcipuùm ratione, quia aliás testes incerti an testator illã scripturam suum testamentum esse velit, subscriberent, & non tãquàm testamẽto subscriberentur. deindè & quia veram non esset, quòd testator exinde asseruisset

Universidad de Deusto
Biblioteca

seruisset,scripturam illam ab eo oblatam,seu quam offert, suum esse testamentum. Rursus & quia,contrarium assertum aduersaretur verbis dictæ. l. hac consultissima. §.1. C. de testamentis.quæ quidem in hunc sunt modum, *omnibus simul offerre signandum & subscribendum, dumtamen testibus presentibus testator suum edixerit testamentum, quod offertur.* quæ predicta probant iunctis eiusdem legis subsequentibus verbis,ibi, *quo facto, vno eodem que die, ac tẽpore, & testibus subscribentibus.* ¶Quãrem & optimè fulcit tex.in dicta.l.2.titulo.1.partit.6.cuius hæc sunt verba, *E despues desto, deue llamar E rogar tales siete testigos,como dize en la ley antes desta, E mostrar les la carta doblada, E dezir les assi, este es mi testamento, E ruego vos, que escriuais en el vuestros nomes:*

1139 ¶VERVM ipsẽ censeo † quódhic casus rarissimè vel fortassis nunquàm continget: sed si quandoque negociũ hoc euenerit,& testes vno contextu, & ante testatorem & tabellionem & omnes testes prius se subscriberent, quàm testator scripturam suum esse testamẽtum edixerit,& exindè coram illis eodem tempore,& cõtextu testator scripturam illam suum esse testamẽtum publicaret,& confestim testes prædictas eorum subscriptiones ante cõfectas in eodem testamẽto esse voluerunt, & sic insinuauerint ,satis quidem erit,& habebitur acsi subscriptiones ipsæ post prædicta testatoris verba ęditæ fuissent & testamentum quidem ex præpostera tione nequàquàm subuerteretur. Et idem erit, si testator prius eius fecerit subscriptionẽ,quàm scripturam suum testamentũ esse denunciauerit.& vtrũ qúe probatur ex text.in.l.nec enim. ff. de solutio.& illic docto.& quæ traduntur in dicta.l.2.§.prius. ff. de vulga. & pupil.substi. cum alijs quorum Felin. meminit in dicto capitul.cùm dilecta. de rescrip.columna.4.

¶QVID plura, quin & ipse existimo,testamentum in scriptis firmum esse,etsi testes post dictam testantis publicationem,prædictam non subiũgerint verba: cùm etsi ante ipsam publicationem eorum ediderint subscriptiones, eas ad ipsius testamenti solẽnitatem & perfectionem testamẽto immiserũt vno qúe contextu & tempore omnia prædicta euenerunt.quod suadet text. in dicta.l.cùm antiquitas. C. de testamen.cum suis similibus.ipsa qúe & fulcit tex.in.l.lecta.ff.si cert.peta.& in.l. iuris gentiũ. §.quinimmó.ff. de pactis, & complura alia quæ Tiraque.abundè congerit in dicta. l.si vnquàm .C.de reuocan.donatio. verb. donatione largitus.numero.101.&.102.&.103.& sat videtur de mente domini Gregorij Lupi in dicta.l.2.in glos.fina.titulo.1. partit.6.vnde enim cẽsetur actus,& vnum propter aliud factum si eodem contextu,& ita eodem tempore succedunt. l.1. §. quæ honerandæ.ff.quar.rer.actio. non de. cũ his quæ Tiraque. dicto quoque numero.102. commemorat. ¶Huic & alludit sententiæ dicta.l. præposteri.& illic Bald.& doctores. C. de testamen.& quæ supra latè diximus in hac tertia conclusione.numero.1131.Subindè prædicti testes † eo ipso quód prædictas subscriptiones testatore presente fecere, á testante ipso rogati ad eas conficiendas censentur ex tex. & illic docto.in dicta.l. Domitius Labeo.ff.de testamen.& Bart.in.l.sciendum. ff. de verbo.obliga.columna.3.versicu. quid si testis.quibus alij adstipulantur quorum Iaso.in dicta.l.sciendum .numero 42.meminit,hoc esse cõmune doctorũ votum recensens: etsi ibidem eidem sẽtentiæ Iason. ipse dissentiat,hac potissimùm ratione,quia plerique sunt leges & compertissimæ,quæ testamenti testes 1140

tes exigunt rogari, & aliæ sunt non minus notæ,quæ in testamento in scriptis testes esse subscribendos concinunt. quam inquàm obrem,si sola testiũ subscriptio eos fuisse rogatos præsumere efficeret,superuacaneæ viderentur dictæ sanctiones testium rogatum exigentes. Sed hæc Iasonis ratio parui quidem est ponderis,quia non ob id dictæ leges testium rogationem requirentes frustantur, etsi testes ipsos ex suis subscriptionibus coram testante factis rogatos præsumamus: siquidem contrarium facilè cõstare potest,& eos non fuisse rogatos partium assertione, simili vè probatione, quæ ex his quæ cõtingerint suboriri potuerunt: quo casu ex notissimis iuribus etsi de testium subscriptionibus constaret,testamentum euerteretur.quæ & Iasonis ratio diruitur ex his quæ Felin.de cretalium proœmio rex pacificus in fine.congerit.& recentiores in dicta.l.2. §.fina.ff.si certum petat.& alijs plerisque in locis quæ Tiraque. de retractu lignag. §.21.numero.5.& sequen. commiscitur.

¶NEC aduersus prædictas leges in contrarium supra citatæ insurgunt, siquidem constet,de forma substantiali minimè esse,post prędicta testatoris verba testium fieri subscriptiones: si vt asseruimus,omnia eodem contextu fiant idem qúe & effectus testamenti vnovel alio fiat modo quippe suboriturus, quam ob(rem præposteratio vt supra numero 1131. explicuimus)testamentum non diruit.vel saltem leuis esset solennitatis dictarum legum verba preterire, & ob id prætermitti valent.vt supra dicto numero.1131.deduximus.

¶DEMVM Goff.& Egidi. aliæ rationes contrariæ supra conscriptæ faciè succiduntur,si quidem in hac specie testes incerti non sunt,nec inquàm ambigunt,testãtem scripturam illã suum esse testamentum velle,ita qúe & proditurum cùm eodem tempore,& contextu,& coram testatore ad testamentum conficiendum, omnia simul contingere: & ob id tanquàm testamento testes se subscripsisse verum est,& testãtis assertio & obtinet, qua testamẽtum post dictas subscriptiones factas suũ esse testamentum enunciauerit.

¶EX superioribus quidem confluit, testantis testiũ qúe subscriptiones (quarum nostra memor est sanctio) eodem contextu,& tempore, simul qúe testatore & testibus ac tabellione præsentibus conficiendas.& ita cõstat in dicta.l cùm antiquitas.& in dicta.l.hac consultissima.in princip. C. de testamen.& infra numero. 1151. abũdè describemus.

¶PORRO & non abre iuxta hanc .3. conclusionem inuestigandum est, nunquid testantis † oblatio(quam á testatore testibus faciendam dicta. l. hac consultissima. C. de testament.in principio.sub his verbis insinuat, *omnibus simul offere signandum & subscribẽdum* & prædicta.l.2.titulo.1.partit.6.ibi, *este es mi testamẽto, E ruego uos que escriuais en el vuestros nomes, E que lo selleis con vuestros sellos*), hodiè sit necessaria: & quidem praxis admittit, sufficere testatorem corã testib⁹ & tabellione scripturam præsentem suum testamentum, & vt tale obseruandum insinuare: etsi ipsum testamentum subscribendum testibus non obtulerit.& sat de huius legis mente videtur 1141

¶QVIBVS huis secundæ partis tertia conclusio finem reperijt,& quarta subsequitur conclusio.

¶TESTATORIS TESTIVM qúe subscriptiones supra testamenti in scriptis scripturam sunt conficiendę.

¶ET quidem consuetudo exposuit † quód in testamenti confectione seu *otorgamiento* vulgo nũcupato subscriptiones 1142

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiones ipsæ supra testamentum extra, non qúe intro fiant. & palám idem hęc sancit lex, siquidem supra testamẽtum post ipsum testamentum clausum subscriptiones ædendas concinit. quibus fá uet tex. in dicta. l. 2. titulo. 1. part. 6. quæ subscriptiones non intra testamentum sed foras esse imponendas hisce in verbis sancit, *E deue dejar tanto pergamino de fuera, en que puedan los testigos escreuir sus nomes.* quod & cõstat in dicta. l. hac consultissima. C. de testamẽtis. in principio, & palám Specula. ita censet in titulo. de instrum. editio. §. compendiose. columna. 19. Etsi Ioan. Fab. in dicto §. possunt. institu. de testamen. columna. 2. & in. §. fin autem. de pupil. substi. contrarium lucidé tenat

¶ VERVM & iuxta dictã quartam conclusionem illud primó & oportunè quæritur † an ante hanc legẽ idem 1143
quod in hac cõclusione iure sancitum esset. & partem affirmatiuam Didac. Castel. in præsentia verbo. enzima. in quám sequitur. ad quod citat tex. in dicta. l. 1. & in dicta. l. 2. titulo. 1. partit. 6. & tex. in dicta. l. hac consultissima. in principio. C. de testamen. & illic Bald. & Specul. in titulo. de instrumen. editio. §. instrumentum versi. item quód testes. Quin & Dida. Castel. dicto æstimat loco, Baldi sententiam in dicta. l. præposteri. C. de testament. secundũ eum arbitrãtis, testium subscriptionem intra testamentũ eius fini immiscẽdam, iam non obtinere. Sed quidem nulla sanctio est, quæ supra testamentũ subscriptiones predictas esse faciendas decernat. nec tex. in. l. fina. titulo. 2. partit. 6. his in verbis (*enzima dela carta del testamento*, & ibi, *y la zerraſe y la ſellaſe y eſcriuieſe ſobre la plegadura dela carta*) de hac sed disimili tractat specie. nã qúe cùm testator eius testamentum in scriptis ante sui hæredis pubertatem publicari inhibere cupit, sanctio ipsa quo testamenti loco inhibitio sit collocanda edocet non qúe agit an supra vel intra testamẽtum testantis & testium subscriptiones sint efficiendę. etsi lex ipsa satis huius legis prædictam quartam conclusionẽ adiubet. & adde videndum textũ. in. l. pupilares. ff. quenadmodum testamen. apperi.

¶ ET quidem Didac. Castel. in prædictis á veritate deflegit, siquidem prædictæ leges ab eo citatę non quidẽ sanciunt, supra testamentum testium subscriptiones injungendas: nam etsi stabiliant, subscriptiones testamenti in fine edendas, non ob id consequitur, supra testamentum (vt hæc exigit sanctio) confici esse necesse, nam qúe intro in fine imponi possunt, foras vẽ, in ea parte chartæ quæ secundum dictã. l. 2. titulo. 1. partit. 6. supereſſe ad ipsas subscriptiones efficiendas debet, quæ chartæ pars extra, & non supra testamentum esse vtique potest. Proindé & dicta iura de testium subscriptionibus agunt non de eorum, *firmis*, sic vulgo dictis, quas dictis subscriptionibus esse absimiles supra numero. 1080. explicuimus.

¶ QVID multa † nec Specula. dicto in loco hanc nostram speciem attingit. 1144

¶ EX his & suboritur, Bald. in dicta. l. præposteri. sententiam nec ad hoc pertinere negocium, siquidem inibi de testium *firmis*, sic vulgo apellatis, minimé loquitur: quin nec de testium subscriptionibus, sed tantúm de testium descriptione, quam á tabellione testamenti initio vel in fine collocandam existimat. et ob id Bald. dictam sententiam huic rei esse dissimilem constat, prout & placitum eiusdem Bald. in dicta. l. hac consultissima. etsi illic de subsctiptionibus loquatur, quas testamenti fini esse admiscendas dijudicat.

¶ Sané

¶ SANE & quod Didac. Castel. dicto asserit loco. Bald. in titulo. de pace constan. §. die lunæ. non sibi constantem eius quod in dicta. l. præposteri. cẽsuit, contrarium hac in re arbitratum, non quippe ita est, quũ preter hoc quód nullo prædictorum loco de huius legis tractat specie, & quód in dicta. l. præposteri. de testium (vt asseruimus) tractat inscriptione, non de eorum subscriptionibus. in dicto. §. die lunæ. Bald. ipse de testium subscriptionibus affatur, & eas in fine esse edendas definit. Proindé & dicto. §. die lunæ. testium inscriptiones instrumenti in principio apponendas esse inquit. & ad hoc vtiqúe textum illum expendit: confestim tamẽ. Odof. recenset, qui eas fine imponendas æstimauit.

¶ CONSTAT igitur ante hãc legem non esse necessarium, testium subscriptiones superiori testaméti parti subijcere, prout hęc nostra requirit sanctio, & anteriores leges contrarium minimé decreuisse. & adde videndum Egidi. dicto consilio. 1. columna. 23.

¶ SED aliud non subticendum dubium quod nobis ardua in causa cõtingit, magis quidem nos contorquet † 1145
nunquid post hanc legem necesse sit, supra testamentum testantis, *firmam*, vulgo sic dictam adiungere: vel sat sit, intra testamentum ipsam subcriptionẽ á testatore esse factam. quod quidem inter senatores regios causarum qúe patronos tám in dicta causa, quám alijs controuersum inquam vidimus. & plerique sunt arbitrati, firmum hoc in casu testamentum esse: etsi supra testamentum testator subscriptionem minimé fecerit, quorum sententia his rationibus irroborare videtur. 1146

¶ PRIORI quidem † quia solennitas prædicta quód testantis subscriptio supra testamentum fiat leuis inquã censetur, cùm intra testãtis adinueniatur subscriptio. igitur ob id eius prętermissio testamentum in scriptis non subvertet. vt in dicta. l. 1. §. si. ff. de vẽtre inspicien. & scribentes illic cũ alijs suis notissimis. ¶ Sed & hoc fulcitur, quia considerato effectu parum refert, intro sit testantis subscriptio, vel supra testamentum: vndè cõsequitur, nihil importare sit supra, vel intra testamentum. vt constat ex Paulo Castren. in. d. l. vniuersis. C. de precib. impera. offeren. & Iason in dicta. l. 2. §. prius. columna. 3. ff. de liberis & posthu. & in. l. etsi peperit. §. puré. numero. 14. eodem titulo

¶ Proindè &. 2. huc vergit, quia nihil interst, quid ex æquipollentibus fiat. vt in dicta. l. si mater. C. de institutio. & substitu. sub condtio. fact. l. Iulianus ait. ff. de conditio. & demonstra. & alibi sæpe sed æquiualere censetur, intra subscribere, vel extrinsecus supra testamentum, & vtrũqúe æquabiliter impellit.

¶ Cæterúm &. 3. & hanc substentat partem Baldi sententia in dicta. l. hac consultissima. C. qui testamen. face. poss. columna. 3. qua censet, quód etsi text. ille hæredum nomina ante legata, fideicomissiaqúe esse describenda, constituat, quód tamẽ etsi hoc prætermittatur, testamentum non diruetur. quam sententiam plerique sectantur: inibi á Iasone recensiti: & idem in simili patet ex Corneo in dicta. l. hac cõsultissima. C. de testamen. §. finem. ¶ Conducit & huic sentẽtię, quia ea hui9. l. ratio videtur † quarè supra testamentum testantis subscriptio sit edenda, vt falsitatibus non sit locus. sed cùm intro testãtis adest subscriptio: ita inquám falsitas succiditur, sicut si extra supra ipsum testamentum sit confecta: & ob id vtroqúe in casu hanc obtinere sanctionem æstimandum videtur. ff. ad. l. Aquil. l. illud. Quin etsi huius legis eam esse rationem fateamur, quia testãtis subscriptio testantis testimonium est. vt in dicta. l. fin. 1147

Universidad de Deusto
Biblioteca

l.fina. C.si certum peta.annotatur, alijs quę in locis supra numero. 1093. citatis.hoc in casu locum habet, vtpote quód æque ex subscriptiõe intro'clusa testantis voluntas patefit: sicut & ex ea quæ supra testamentum ædita fuerit. quod munit & Soci.sententia in consi. 15.visis prædictis.numero.49.lib.1.quo astruit loco,quód cùm iure partis exigitur subscriptio,vt eiusdem partis patescat voluntas,quód si alio quouis modo ipsa eluscet voluntas,legibus subscriptioné exigentibus satisfit: &si subscriptio ipsa minimè fiat. ¶Profectó & hęc suadetur sętętia. &.5.quia cùm intra testamentum testantis inest subscriptio, superuacaneum videtur,& inutile,iterum supra testamentum eius imponere subscriptionem.rem enim patefactam iterum detegere non est necesse.l.1. in fine.ff.de dot.prel.l.emptorem.in principio.ff.de actio.emp.ff.de libe.& post hu.dicta.l.1.nec inutilia præscrutari expedit. C.de donatio.l.fina.&. C.qui admi.l.fina. ¶Sanè hæc cõfouetur sententia &.6.quia etsi hęc lex supra testamentum subscriptionem efficiendam edicat,non tamen intro factam subuertit,nec testamentum in scriptis intromissam subcriptionem tantùm habentem,igitur ad contrarium non trahenda.l.si verò. §.de viro.ff.solu.matrimo. & in alijs notissimis.vtroque enim casu testamento testatoris adest subscriptio.quod tantùm hæc lex videtur exigere. ¶Postremó huic alludũt sętętiæ huius legis verba,quibus tantùm testamẽti fidei detrahitur,quum testium solennitas absit. Quo fieri videtur,testamentum non esse inualidum, etsi testantis subscriptio supra testamẽtum minimè fiat, sed intro.

1148 ¶VERVM ipse † in contraria sum sententia,& illã sequẽtibus amplector rationibus. ¶Primó quia huius legis dicta solennitas substãtialis est,& quód supra testamẽtum ipsa fiat testãtis subscriptio,siquidem sanctio hæc eius solẽnitate prætermissa testamẽtum diruat

† nam solennitas substantialis est,cuius omissio actum vitiat.vt in.d.c.Pisanis.de restit.spol.& in.d.c.cùm dilecta. de rescriptis. cum alijs quorum nouiores vtrobique & in.d.l.i.ff.de lib.& post hu.memores sunt.Guiller.Bene. in.d. c.Raynuntius.verbo.in eodẽ testamento.in.1.nu.73.quin & in dubio huius legis solẽnitas substãtialis est.vt ait Bald. in.d.l. comparationes. C.de fide instrumen.3.oppositio.co.2.& Deci.cõsi. 532.pro uera.col.1.& dicto consi.612.co. 2.quo in loco loquitur in statuto exigẽte alias solennitates in testamento,præter requisitas de iure communi. quæ & præcipuùm vera sunt,quia sanctio hęc conditionalibus loquitur verbis.vt supra edocuimus,& ob id testantis subscriptionem supra testamentũ esse efficiendam de forma substantiali esse. & ita consequens est,non satis esse,eam intro testantẽ edere: siquidẽ ea quæ formæ sunt substantialis, præteriri nequáquám possint.d.l.cõstitutionibus.ff.ad municip.cum alijs. adeo quód eius prætermissio etsi minima actum subuertit. vt in dicto.c.Pisanis.& inibi Anto. nu. 7.de restitutio.spolia.cum alijs.quod et obtinet,quando actus est faborabilis ex traditis in.d.l.qui Romæ. §.Flauius.ff. de verbo.obliga.& adnotat Bal.in.d.l testamentũ.C..de testa.quę in testamẽ tis præcipuùm obtinent † siquidem te stamenti solennitas individua sit ex.d. l.si vnus. C.de testa.cum alijs quæ tradũtur in.l.si is qui quadringẽta. §.quædam.& illic Alex.ff.ad legem Falci.doctores in.l.si veritas.C.de fideicom.Deci.dicto consilio.532.columna.1. ¶Porro hæc conuestitur opinio † quia testatoris,*firma*,sic vulgo appellata, coram testibus & tabellione efficienda est:pro ut & ipsorum testium subscriptiones

1149

1150

1151

& con-

& coniunctim vnò quę tempore & contextu eas fieri,necesse est.ita constat in dicta.l.cùm antiquitas.& inibi Angel. & optimè hoc probat textus in dicta.l. hac consultissima.in princip. C.de testament.hisce in verbis.ibi, *quæ ipse coram testibus suamanu in reliqua parte testamenti subscripserit, quo facto, vno eodem que die, & tempore, testibus subscribentibus*, & illic insignè Paulus Castrens. idem quoque probatur in dicta.l.qui testamento. §. & veteres.ff.eodem titulo. & ibidem Paulus Castrens. adnotat. & patet in dicta.l.2.titulo.1.part it.6.ibi *Ante ellos*.tradit etiam Aso.in summa. C. eodem titulo. columna.2.Angel.in dicta.l.cùm antiquitas.post Speculato.in titulo.de instrumento.editio. §.compendiosè. columna.5.Fulgos.consilio.56.quæritur quando.columna.1.Mathe.de Afflict.decisione.141.vtrum testamentum.columna.1.quo in loco etiam ex dicta.l.hac consultissima.speciatim astruit,testamentum à testibus testatore absente subscriptum & sigillatum, nullum esse.quod satis ex dicta. l.si vnus. patescit,in his eius verbis, *vel coram testatore omnes eodem loco, testes suo, vel alieno anullo non signauerint, iure deficit testamentum.* & adde videndum eundem Mathe. de Afflict. decisio.69.quædam domina.columna.1.post Egidium in dicto consilio primo.columna.5.& columna. 13.consequitur ergo, non ab re hanc legem supra testamentum in eius quę publicatione, hoc est. *otorgamento*, vulgo sic nuncupato,dictam testantis subscriptionem faciendam stabilisse. quia sic coram testibus tabellione quę conficitur: at si intro conficiatur, & non coram testibus & tabellione dictorum iurium solennitas prætermittitur.

¶QVOD & munitur, quia si clam testator intra testamentum suam fecerit subscriptionem, de eius enixa voluntate nec testamenti comprobatione testibus constare prorsus valet. vt ex dicta.l.final. C. si certum petatur. & alijs supra numero.1142.& sequentibus memoratis patescit: quibus & accedat textus in authentic. de instrument. fid. & cautel. §. siquis igitur. ibi, *præsentes testes*. item & alia iura quæ Carolus Ruin. consilio.12. quánuis.numero.8.libro.3. congerit. quam sententiam & munio, quia nequáquám huius legis dictam formam Ieuis solennitatis esse, adferendum est † quia Ieuis solennitas dici non poterit, quando ipsa solennitas aliqua suadetur ratione argumento dictæ.l. Gallus. §.1.ff. de liberis & posthumis. & ita Baldus in dicta.l.hac consultissima. C. qui testamenta, face. poss.columna.3. existimat.& ibidem nouissimi. & Baldi meminit Iason in dicta.l.2. §.prius.ff. de vulga.& pupil.substi..nu.10. in fine. Felinus in dicto capitulo.cùm dilecta. de rescript. columna.6. Socinus dicto consilio.15. libro.1.numero.15. sed quidem ratione solennitas prædicta qua non intro, sed supra testamentum testantis fieri subscriptionem sancitur confouetur. Tum quia, vt asseruimus, coram testibus subscriptio ipsa est conficienda. Tum quia, ob id supra testamentum subscriptionem ipsam effici, stabilitum est, quia sic falsitas facilius euitatur, quam euerti studiosè leges elaborant. vt constat in dicta.l.final. C. de fideicommissis. & in dicta.l.iubemus. C. de testamentis.& similibus. Quæ & instruuntur, quia quando lex alicuius exigit subscriptionem, & præcipuùm in testamẽto,

1152

Universidad de Deusto
Biblioteca

to,id ad leuem non pertinet solennitatem. vt ex his quæ in dicto capitulo. 1. de his quæ sunt á prel.& in dicta.l.1.& in dicta.l.2.titulo.1.partit.6.& in dicta.l.hac consultissima. C. de testament. percipitur.& nuncupatim ita Alexan. in dicto consilio.93.libro. 4. columna. fina.dijudicat.cui & Brunus consentit in tractatu de forma.char.35.columna 1.Rursus & Bartol.in dicta. l. 1. in fine. ff.de ventre inspicien.tunc solennitatem exiguam esse ex textu illo censet, quum nullum modicum ve præiuditium ex eius prætermissione suboritur. quod & docto.in.l.fina. §.si verò postquám.C.de iur. delibe.sectantur.& Iason in dicta.l.etsi pepercerit. §. purè. numero.14.ff.de liber.& posthum.&in dicta.l.hac consultissima. C.qui testament.face.pos.columna.2.Sednon parui momenti seu præiuditij est, testantem supra testamentum in scriptis subscriptionem non conficere, quum sic falsitas plerunqúe fieri consueseet.

¶SVBINDE & hæc veritas insinuatur,ex huiꝰ legis dictis verbis,*los quales ayan de firmar enzima de la escritura del testamento*, nam dictum ✝ verbũ *ayan*, idemest,quód debeant,quod prorié si prauus ex eo non ineat intellectus,necessitatem inducit. de appellatio. capitul.oblate.in fine.& in. l. prætor.in principio.ff.de eden.& in.l.a. §. qui magistratum.ff.quod quisqúe iur. glo.in clementi. attendentes. de statu monacho. Bartol. in.l.3. C. de pigno. columna.1. 1153

¶QVO fit,necesse dictam subscriptionem supra testamentum esse iniungendam.

¶DENIQVE iura notissima argumentum á contrario sensu vtiqúe admittunt. Sed si dictum verbum, *enzima*, contrario expendamus sensu, satis ex eo fit, subscriptione intro & non supra testamentum confecta, testamentum dirui.

¶NEC CONTRARIE sententiæ rationes ad priorem nos subinuitat opinionem,siquidem palàm contundi etiam prætermissa responsione queant.

¶ET PRIOR RATIO ex eo diluitur, quód prædicta solennitas (vt asseruimus) leuis non quidem est: quæ etsi exigua esset, vtpoté quæ substantialis(ex iuribus supra citatis)prætériri non valet.

¶EX QVIBVS ET SECVNda abijcitur ratio ✝ quia quum prædicta sit substantialis solennitas,non latis est, eam ex equipollenti adimplere. vt in dicta lege.quiper salutem. cum alijs quorum Felin. in dicto capitulo. cùm dilecta.de rescript.numero. 10.& 11. commemorat.& Aretinus in dicta.l.Domitius. ff. de testament. columna.2. 1154

¶QVO fit,vt Iason in dicta.l.i.ff. de liberis & posthumis. numero.25. arbitratur, statutum in testamentis præter ius commune aliam exigens solennitatem, prorsus obseruandum: ita quód non satis sit, solennitatem ipsam superadditam in æquipollenti, & si pleniori obseruare. quod & Decio placet dicto consilio. 612. conclusionem. columna.2.

¶TERTIA QVOQVE RAtio contraria ex eo succiditur, quia Baldus in dicta lege.hac consultissima.dissimili quidem loquitur casu, náque ipse cùm solennitas leuis est,inquâ loquitur. Item & de hac specie quando lex testantis subscriptionem supra testamentum conficiendam,esse præcipit,non quidem tractat. quod & Corn. sententiam dictą tercia ratione recensitam ad hanc rem non pertinere edocet. Quid plura,& contra Baldum in.d. l.hac consultissima. suo in casu pleriqúe tenuere, quos inibi Iason colum. 2. comminiscitur.

¶RVRSVS &.4.ex eo refellitur ratio quia vt iam censuimus ✝ nõ ita falsitas abigitur, nec testantis cogniſci voluntas valet,quum intra testamẽtum abentibus testibus testator suam efficit subscriptionem:sicut quãdo supra testamẽtum fit. Ex quo quidem enascitur, minimé obstare,etsi dixeris,quód etiam testantis subscriptio supra testamẽtum falsó fieri valet,sicut & intra,siquidẽ (præter hoc quód & alię quàm cutãdæ falsitatis rationes supra congestę nostræ faueant sententiæ) compertissimum quidem est,non sic posse falsitatem prædictam subscriptione ipsa supra testamentum confecta fabricari,sicut post intro subscriptione clam facta: & eo præcipuum quod priori in casu ipsa subscriptio coram tabellione & testibus efficitur,& testium subscriptionibus tabellionis qúe signo illi associatis. Etsi iterum dixeris, falsitatem paratissimam dicta testantis subscriptione supra testamentum confecta,vt potè qúe videtur & patentissima sit:solutio perfacilis ex prædictis confluit,siquidem etsi testantis videatur subscriptio, testium alijs subscriptionibus tabellionis qúe signo connecta est. præter hoc quód coram testibus & tabellione fuit edita: & sic nõ ita prompta est falsitas, sicut quum ipsa subscriptio est intro missa. Præterea quæ non videntur, nec manifesta iũt, facilius fraudari consueseunt. vt notum est. Verum & Socini sententia in dicto consilio. 15. qua censuit, quód vbi subscriptio exigitur,sat fit, sine subscriptione de voluntate constare. palàm nostræ aduersatur sanctioni, similibus qúe iuribus.

¶EX HIS deducitur, quintam rationem parui momenti esse, quia non quidem superfluit, supra testamentum coram tabellione & testibus testatorem subscribere, etsi eius intro adsit subscriptio:siquidem coram testibus & tabellione iure (vt firmauimus) sit efficienda,& non clam. nec testantis voluntas ita testibus tabellioni qúe patefacta videtur, nec testamenti approbatio ab eo confecta, quando eius subscriptio non palàm, sed intra testamentum facta est. & ob id (vt explicuimus) supra testamentum esse imponendam hæc sancit lex. Cæterùm personæ nec rei certitudinem habere sufficit,nisi legis forma seruetur. vt Bald. in dicta.l.1.ff.de liberis & posthu.edocet.cuius sententia receptissima est, & illam doctorum magis commune placitum sectatur. vt illic Iason columna. 3. testatur.& Alex.dicto consi.98.col.fi.lib.4.

¶SEXTAM quoqúe rationem dissoluimus, quia sanctio nostra dictam solẽnitatem esse substantialem (vt asseruimus) palám decernit. Quo fit,prætermitti nequaquàm posse, & intro missam subscriptionem minimé sufficere,& illã ex hoc & prædicto argumẽto á cõtrario sensu hanc legẽ satis expræsim non admittere.

¶POSTREMAM rationẽ etiã euadimꝰ,ex his quę supra diximꝰ iuxta huiꝰ legis verba,*sino tuuiere la dicha solẽnidad de testigos*. ex quibus,sanè patet,dicta verba ad testantis quoqúe subscriptionẽ pertinere.quod & vtiqúe eluscet, quia testes pro testatore literarũ inscio, seu scribere impedito subscriptionem edituros hęc sancit lex. quem casum vtpoté qui testes respicientem prædictis

Universidad de Deusto
Biblioteca

huius legis verbis apræhændi, ambigi non potest: & eadem ratione, & quum testator ipse sua manu eius fecerit subscriptionem.

¶EX QVIBVS omnibus fit, dictam nostram sententiam ad tutum accessisse portum. & quidem in prædicta causa quam ipse exoraui (post illam vt ambiguam remissam) ita quidem apud regios Pintianæ cancellariæ expertos & eruditissimos iudices obtinui. etsi intra testamentum testantis inerat subscriptio: & alijs negocijs idem quippe esse iudicatum, & quandoque contrarium auditu percepi.

¶NEMPE & dictam meam sententiam vellim intelligas † etiam si testator ante tabellionem testes qúe illam subscriptionem intra testamentum confecisse asseueret, intro qúe adinueniatur: quia etsi hoc casu aliquæ ex rationibus dictam nostram sententiam fulciẽtibus diluantur, tamen cúm prædicta solennitas (vt sæpius asseruimus) substantialis sit, supra testamentum depigenda necesse est, & prætermitti nequaquám potest, etiam quando leuis fuerit solennitas. vt quoqúe supra descripsimus. Quod & conuestitur, quia vt ex dicta pragmatica Compluti ad ta. & dicta. l. 1. & dicta. l. 2. titul. 1. partita. 6. & dicta. l. hac consultissima. in princip. C. de testament. patet. non quidem testantis nec contrahæntis similis assertio sufficit. & obid etsi coram testibus & tabellione testator, contrahens vẽ scripturam ante eos extantem publicauerit, & suum esse testamentum seu contractum edixerit, seu illam, *ororgire*, vt vulgus dicit, insinuauerit, non quidem satis erit, nec ipsa scriptura fidem faciet, nisi eam subscripserit: itaqúe dictis legibus facto non qúe verbis satisfit. quod & irroboratur, quia vt prædicta comperiũt, quum testator presentibus testibus supra testamentum subscribit, difficilius falsitas instrui valet, quám si intra testamentum testator subscriberet: etsi testator intro missam eius subscriptionem coram tabellione & testibus ediditse enarret. Quod & notissimum esse ex eo etiam patescit, quia præter hoc, quód testantis subscriptio intro edita tabellionis signo & testiũ subscriptionibus (vt diximus) non coniungitur, prout quando testantis subscriptio supra testamentum sit, etiam si testator suam intro clusam subscriptionẽ esse dixerit, potuit tempore quo testamentum fuit clusum, alio vẽ aliud & falsum supponi testamentum, in quo testantis subscriptio falso trapolita sit, quod non ita eueniet in subscriptione supra testamentum tabellionis cum signo & testium subscriptionibus extante. nec enim tot subscriptiones tabellionis qúe signum sicut testantis sola subscriptio falsó componi queunt. Cæterum si super testantis subscriptionis veritate aliquod enascitur dubium, eius veritas lucidius apparebit, eius subscriptione coram testibus tabellione qúe confecta, quám si eam clam intra testamentũ fecerit: etsi ante testes & tabellione testator publicationis tempore intro subscripsisse firmauerit.

¶QVID plura, quin & prædicta locũ habere eisdẽ rationibus æstimo † etsi nõ tantúm testator intro suã fecisse subscriptionem coram testibus & tabellione insinuauerit: sed etiam si ante testamentum clusum testibus & tabellioni ipsam ostenderit subscriptionem intro confectã: quippe cúm præter superiora de facili postea testes decipi queũt, subscriptionis similitudine vel si aliud supponitur testamẽtũ. ex tex. in. d. auth. de instr. cau. & fid. § . 1. & Bar. in authẽ. etsi cõtractus. co. 2. C. de fid. instru. cũ alijs quæ Car. Pari. congerit cõs. 19. considerationis coniecturis. lib. 3. nu. 43. & ex his quę Dec. in. d. c. 2. de fid. inst. n. 7. scribit.

¶Quid

¶QVID MVLTA, & ipse vidi causarum quendam egregiæ notæ patronum arbitrantem † quód etsi testator intra testamentum in scriptis coram tabellione & testibus subscripserit, si tamen supra testamentum suam non ediderit subscriptionem, testamentũ euertitur: vt poté quód de forma sit substantiali supra testamentum ipsam edere subscriptionem: & forma ipsa prorsus sit obseruanda: adeó quód non satis sit illam in ęquipollenti adimplere. vt supra nume. 1154. descripsimus. quod quidem & fortius est, & probabilius ex eo etiam videtur, quód vt superiora indicant, facilius ipsius subscriptionis falsitas & hoc in casu confici poterit, quám si supra testamentum subscriptio ipsa coniunctim testium qúe cum subscriptionibus & tabellionis signo efficiatur.

¶SVPERIORA quoqúe & edocent † huius legis formæ minimé satisfactũ si testes intra testamentum cum testatore subscriptiones ediderint, & exindè testamentum cludatur, nullis alijs subscriptionibus ab eis confectis: siquidem hoc in casu, facilius falsitas fieri valet, quám si supra testamentum fierent. Quæ sententia & constat, quia antequám testamentum in scriptis aperiatur, subscriptiones in eo á testibus confectæ ab ipsis testibus sunt agnoscendę. vt in. l. 3. titul. 2. parti. 6. cum alijs. sed si intra testamentum clusum essent subscriptiones ante eius apertionem eorum subscriptiones nequaquám testes cognoscere possent. quibus accedat text. in l. cúm ab initio. cum sequentib. ff. quen admod. testamen. aperian & quæ Specula. tradit de instrumento. editio. §. ostenso. antepenulti. & penulti. columna.

¶CETERVM & iuxta hanc secundæ partis quartam conclusionem † illud pretereundũ minimé est, quód non tantum supra testamentum in scriptis necesse est, testantis subscriptionem fieri: sed & tabellionis signum. vt huius legis verba edocent: & prædictæ suadẽt rationes. Nec dicere oberit, quód in dictis verbis, *los quales ayan de firmar encima de la escritura del dicho testamento*. de tabellionis signo nihil exprimitur: siquidẽ verbis subsequentibꝰ, *de manera q̃ sean ocho firmas, y mas el signo del escriuano*, omnia hæc coniunctim in esse stabilitur, eodem qúe & loco. Rursus si tabellionis signum intro esset, nõ qúe in eiꝰ confectione seu, *otorgamiento*, quo mõdo illud testamentum publicaretur, & vt publicę scripturę illi esset credẽdũ.

¶DENIQVE & patet, idem in hac specie de testium subscriptionibꝰ esse dicendũ, quod de testatoris subscriptione & tabellionis signo edocuimꝰ. vt superiora satis edocent.

¶PROINDE cúm iam deffiniuimꝰ testatoris testium qúe subscriptiones supra testamentũ efficiẽdas, si gnũ qúe tabellionis, euocanda est quęstio illa non inelegans adnotatu qúe digna † an satis sit, ipsas subscriptiones papyro seu charta aluaqua testamentũ est clusum in qua nulla testamenti pars scripta est collocare, vt plerũqúe ex tabellionum inscitia cõtingit. vel an necesse sit, quód illa testamenti superior pars, (cui ipsæ subscriptiones cũ tabellionis signo sunt affigendę) conscriptam testamenti partem habeat. & quidem nobis hæc posterior pars probabilior videtur, & huius legis dictis verbis, *encima de la escritura del dicho testamento*, siquidem si in papyro albo testamenti partem non continente dictæ fiant subscriptiones, non in scriptura testamenti, sed in alia ab ea se parata efficerentur. quod sat ex dicta. l. final. titul. 2. parti. 6. percipitur.

Rursus si aliud cõcederemꝰ, falsitati facilime locus esset: cúm ex facili sub papyro prædicto omninó albo aliud testamentum falso compositum supponi

Universidad de Deusto
Biblioteca

poni posset. Quibus & alludit tex. in dicta.l.3.titu.2.parti.3.ibi, *si es aquel el testamento, en que pusieron sus sellos, o lo hizieron poner, o en que escriuieron sus nomes*. sed non quidem hæc verba huic spetiei applicari valent, in qua non in testamento sed alio in papyro candido subscriptiones cum tabellionis signo adiunctæ fuere. ¶Quæ sententia sulcitur ex dicta.l.2.titul.1.partita.6. ibi, *e deue de dexar tanto pergamino blanco defuera, en que puedan los testigos escribir sus nomes*. & ita sanctio hæc palám docet, in chartæ seu pellicis parte qua testamentum subscriptum est, subscriptiones conficiendas. quod & suadet text. in dicta.l.hac consultissima. C. de testamen. hisce in verbis, *in reliqua parte testamenti subscripserit*. & ibi, *finem autem testamenti subscriptiones signacula testium esse decernimus. ad quod* & Corne. inibi & Egidi. de Bellame. dicto consilio.1. columna.3. videre licet.

¶SVBINDE & hæc elusceat veritas ex his quæ docto. iuxta † modū quo 1162
testamentum in scriptis cludēdum est scribunt, præcipuum Specula. titul. de instrumen. editio. §. compendiosè. columna.18.&.19. Azo. in summa. C. de testamen. columna.2. Faber in dicto. §. possunt. columna.3. institu. de testamē. & in. §. sin autē. institu. de pupilla. substit. Pau. Castren. palám in dicta.l.iubemus. co.1. C. de testamen. Ioa. de Plat. in §.1. institu. de testamen. col.1. & Marc. Anto. Bab. in princip. eo. tit. nu.37. Bartho. Chas. Burgū. cōsuetu. des suc. rub. 7. §.4. pe. co. quib9 in locis in pellis priori parte scribendum esse testamentum, & illa clausum in reliqua ipsius parte subscriptiones efficiendas arbitrantur. & adde videndum Imol. in. l. tabularū. §.1. ff. quenadmod. testamen. apperian. Proindē & Portugalliæ lex ob id nō abre in titul. de testamen. inhibet, subscriptiones testamenti in scriptis charta alba nullam testamenti partem habente conficiendas, vt falsitas inquám succedatur.

¶QVID plura, & ex dictis doctorum constat, ita claudendum esse testamentum, quód aliud supponi non valeat, né falsitati sit locus: sicut inquám esset, si papyro albo nullam testamenti partē habēte testamentum cluderetur. & sat probatur ex traditis in dicta.l.ad testiū. §. final. ff. de testamen. & in dicto. §. sin autem. institu. de pupilla substi. & in.l. 1. §. si linum. ff. de bono. posse. secun. tabu. & similibus iuribus á Cardi. Parisi. dicto consilio 19. consideratis coniecturis. libro.3. columna.1. & sequentibus. cōgestis. quo astruit loco † testamentum 1163
in scriptis ita esse cludendum, & colligandum, vt in eo aliud supponi non valeat testamentum: nec indē verum testamentum nisi insciis chordulis educi queat. & quòd si aliás sit clausum, quòd ex dictis iuribus & alijs inibi citatis testamentum ipsum diruetur. Verum & quoqúe Goffred. in dicta.l. ad testiū. §. si quis ex testibus. numero. 26. & Egidi. dicto consilio.1. columna.3. æstimauere, testamentum in scriptis ita esse colligandum, & claudendum, quód aliud inibi subijci nequeat, nec ligamen illud citra eius tractionem dimoueri: quod & sigillandum quoqúe dicunt.

¶SANE & hæc instruitur sententia ex Mathe. de Afflict. decisio. 143. vtrum. columna. 1. versiculo. 2. probatum est. quo censet loco, quód si testamentum in scriptis ita confectum fuit † quód 1164
aliud supponi potest, quód iure subuertitur, non qúe probat. quo fit, vt ipse astruit, quód si tabellio colligatá chartam à pectore eduxerit, & coram testibus testantem, an illud esse suum testamentum voluerit, interroget, & testator respondens suum testamentum esse vel edixerit, quod quidem firmū erit, siqui

siquidem tabellio ipse illud supponere potuit, & non verum ostendere testamē tū. cui rei & fauēt ea quę recentiores in dicta.l. iubemus. C. de testament. ad limitationem glossę ibidem tradidere. & passim alibi docentes.

¶VERVM nec huic sententiæ dicere aduersatur, quód tex. in dicta. l. ad testium. §. final. ff. de testamen. sancit
1165 † testium subscriptiones & signacula posse in linteo quo in voluitur testamentum fieri. Et sat ex dicta.l.hac consultissima. C. de testamen. in princip. constat. & adnotat expræsim glos. in dicto. §. possunt. institu. de testamen. & illic Chriso. Por. & Marc. Anto. Bauc. numero.13. nam quippe responderi potest, illic de testium subscriptionibus nihil caueri, sed tantúm de sigillis chordulis appēdēdis, & sic diuerso loco imponendis. vt constat ex Specul. in dicto. §. compendiose. columna. 18. & Faber in dicto. §. possunt. & his quæ traduntur in dicta.l.hac consultissima. in princip. C. de testament. & in dicta. l.2.titul.1. partita.6. Vel dicendum, dictum. §. final. & glossam in dicto. §. possunt. tunc loqui, cùm illud linteum in quo testium adsunt sigilla, tali inquám modo testamento est colligatum, quód testamentum aliud inibi subijci non valet, prout potest, quando papyrum prorsus album testamento ipsi filis suitur, & non ita exatim, nec acriori ligamine est alligatum: prout linteam de quo prædicta affantur iura. quod satis paret ex dicto. §. sequen. dicte.l.1. ff. de bono. possef. secund. tab. & illic glossa. & Alberi. & ex Aug. in dicta. l. ad testium. §. final. & glos. in dicto. §. sin autem. & alijs quæ Cardi. Parisi. dicto consilio.19. numero.5. & 6. libro.3. commiscitur.

¶EX SVPERIORIBVS dirimi videtur dubium † arduæ & pon- 1166
derosæ causæ cuiusdam strenui militis, (cuius causam ipse exoraui) superalterius militis in extremis constituti testamento, qui ante ipsius confectionem & publicationem, *otorgamiento*, vulgo dictam, coram tabellione & testibus cuidam eius famulæ prædixerat, quód sui testamenti scripturam, quam ille eius in arca reclusam clausam qúe habebat, ad se vt illam publicaret offerret: quæ vtiqúe quodam testamentum ab ipsius famulæ consanguineo subscriptum, in quo ipsius famulæ illius militis illegitimi filij in baronijs plerisqúe in oppidis & redditibus hæredes instituti apparebant: quā scripturam sic ad illum apportatam á testante quippe non lectam, nec apertam, suum testamentum esse velle, ipse miles coram tabellione & testibus enunciauit. Quam suppositam & falsam non abre allegaui. ex facili enim prædicta mulier suum interesse conspiciens, testamentum prędictum á dicto eius consanguineo scriptum supponere valuit, & verum testamentum flama cō sumere. & Demúm causa transactione fuit decisa. adde tamen ad omnia prędicta videndum Fulgo. in consilio. 56. quęritur. co. 1. & 2.

¶DENIQVE tamen ea quæ supra conscripsimus, vellim intelligas, nisi manifestè aliquo legitimo constiterit modo, testamētum papyro aluo clusum in quo testiū testatoris qúe adsunt subscriptiones verum esse, & de illo testantem in publicatione fuisse loquutū. ex notissimis iuribus quæ ad hanc rem citari possent, passim quidem repertis. & sat ex Ludo. Gozadi. in consi. 3. num. 16. constat. qui ad omnia prædicta videndus quidem est.

¶ET HEC quartæ conclusioni si nē quippe afferunt, & sic inquám quinta subsequitur huius legis secundæ partis conclusio, quæ huiusmodi est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶QVVM TESTATOR testes ve subscribere nesciernt, seu nō potuerint, qui ex testibus huius rei peritiam habuerit, subscribere pro alijs necesse est.

¶SED PRIMO ILLVD animaduertendum est, quód quum sanctio nostra hæc subiungat verba, *si supiere o pudiere firmar*, alternatiuis quę loquatur verbis, quód ipsa comperire censetur † sat esse in testatore & testibus subscribendi scientiam esse: etsi non potentiam, vt pro eis subscriptio fieri nequat. ex text. in. l. si hęredi plures. ff. de conditio. institutio. cum materia. & ita prædictam conclusionem sanctio hæc probare non videtur. Sed hoc quidem dictæ quintæ conclusioni minimé obsistit, cùm prædicta consideratio iuribus notissimis obsistit, quibus omnia in actu non tantùm voluntatem, scientiam ve exigi cōstituitur, sed & potentiam l. multum interest. C. si quis alteri vel sibi. cum alijs. Cæterùm quid literas scire prodesset, si prædicti subscribere non possent. Proindè & prædicta palàm edocēt huius legis hæc verba, *y el testador no pudiere firmar*.

1167

1168 ¶EX QVIBVS sit † huius l. prædicta verba, *si supiere o pudiere firmar*, coniunctim, & non alternatim esse explicanda. vt Fern. Talab. hic nu. 46. dijudicat. quod & plerunque iure fieri consueuit, & alternatiuam in legibus pro coniuncta collocari. l. sępe. ff. de verbo. obliga. l. penul. C. de impub. & alijs. & hanc interpretationem nuncupatim sat munit tex. in. l. Quintus. in. 1. ff. de auro & argen. lega. & quæ Socin. tradit in l. 1. ff. de rebus dub. col. fi.

¶EX EODEM pacto exit subsequentibus huius legis his verbis, *e sino supieren* hæc verba, *o no pudieren*, esse addenda. siquidem non tantùm quando testator testes vè literarum sunt ignari, alij pro eis subscribere possunt: sed & quum literarum sunt periti, si subscribere non valent. quod ex dicta pragmatica Compluti edita patescit. & ex tex. in dicta. l. hac consultissima. C. de testamē. in principio. ibi, *quod si literas testator ignoret, vel scribere nequeat*. et optimè ex tex. in dicta. l. 1. titul. 1. partita. 6. ibi, *e sino supiere o no pudiesse*. & ita quoque Ferdinan. Talabe. numero. 47. in præsentia edicit.

¶EX QVIBVS & suboritur † dictæ sanctionis Compluti ædite hæc verba, *y sino supierē firmar*, supplenda quoque esse, *o no pudieren*. vt expressim satis ex Goffr. in. l. singulos. columna. 1. ff. de testamen. patet. & infra. deducemus. nume. 1500. 1169

¶EX HIS & confluit † quód huius legis hæc verba, *y sino supieren. y el testador no pudiere firmar, que los vnos firmen por los otros*, ita esse intelligenda, quód ab vno ex testibus pro testatore subscriptio fieri queat: siue ipse testator literarum peritus ex eius impotentia subscribere nequeat: aut si literarum ipse testator inscius sit. & quód dictis verbis, *no pudiere firmar*, adiungenda sunt hæc verba. *o no supiere firmar*, quod & huius l. anteriora hæc verba) *ellos y el dicho testador si supieren, o no pudieren firmar*) lucidè explicant. & sat hæc constat veritas, quia aliàs inquam consequeretur, plus testibus quàm testatori hac lege in hoc negocio concessum, scilicet, quód pro testibus literarum indoctis subscribi ab alijs testibus posset, & non pro testatore literarum inscio. 1170

¶DEMVM & hinc fit, quód huius legis dicta verba, *y sino supiere, y el testador no pudiere firmar*, coniunctim nō esse ponēda, vtpotè quód aliàs exinde absurdū sequeretur, quód vt testis pro testatore testib⁹ vè alijs subscribere possit, nedū testes literarū esse imprudētes sic necessū, sed & quód testator subscribere nequat: quarè prędictā cōiūctiuā. y. in disiunctiuā

iunctiuam esse resoluendam, palàm cōstat. vt ex dicta. l. sæpe. & prælictis iuribus & rationibus constat. semper enim eadem inest ratio † & contrarium assertum Compluti prædictæ sanctioni & prædictis septipartitarum legibus luculentissimè repugnat. 1171

¶QVE INQVAM lucidè insinuant, hanc legem in commodis verbis compositam, prout plerunque alijs in legibus curijs editis euenisse compertum est. Quod quidem immodicè dolendum est † & studiosè præcauēdum: quum ex hoc complura nodosa quę in dies suborientur dubia: quæ abijci possent, si accuratè leges ipsas conficientes apta præferutarentur verba, quam in quàm ob rem cùm sanctiones nouæ edūtur, non imperitis, sed expertis & potissimæ literaturæ iuris sunt committendę: vt commoda verba studiosè & peritè legibus immisceantur. 1172

¶SED IN PRESENTIA confestim illud cunctari oportet † an ante hanc legem testamentum in scriptis testis vnus pro alio subscribere poterat, & literarum inscius testis in testamento inscriptis esse valeat. Et negatiua pars probabilior inquàm est. vt in dicta. l. penultima. Glosa Bartulus Imol. & Paul. Castren. & docto. ff. de testament. tradidere. & in dicta. l. fin. C. eo. titul. præcipuùm Alberi. Cinus Paul. Castren. Salice. Alexan. penul. columna. Ang. dicto. §. possunt. de testamen. & inibi Marc. Anto. Babe. columna. 1. idem & constat in dicta. l. hac consultissima. in princip. C. eod. titul. & in dicta. l. cùm antiquitas. §. notandum quoque doctores in prædicta. l. hac consultissima. C. qui testamen. facere. pos. tradit Egidi. Bellame. consilio. 1. columna. 3. & optimè columna. 22. & Specula. in titul. de instrumen. editio. columna. 5. et 1173

si incuriosè Ioan. Lupi. hic numero. 49. idem quod in hac. l. esse in dicta. l. hac consultissima. C. de testamen. fatcitum adserat. & Specula. in dicto titul. de instrumen. editio. §. instrumentū. versiculo. item quod testes. idem dixisse. 1172

¶VERVM septipartitarum iure † idem quod in hac. l. constitutum est. vt constat in dicta. l. 1. & in. l. 24. tit. 1. partita. 6. & dominus Grego. Lupi. in dicta. l. 1. verbo, lo puede hazer. eam esse adnotandam ad hanc spetiem censet, quia communi iure quódvnus testis pro alio subscribere posset, non ita expressim constitutum erat. 1174

¶PRO TESTATORE tamen literarum ignaro, seu subscribere non valente, ex testibus vnus subscribere ante hanc legem iure quidem ciuili erat inhibitum: sed octauus subscriptor ad hoc euocandus erat. vt in dicta. l. hac consultissima. §. quod si literas. C. de testamen. constat. ibi, *octauo subscriptore pro eo adhibito*. idem & patet in dicta. l. cùm antiquitas. §. final. & abundè Egidi. dicto consilio. 1. columna. 9. & 10. Verùm text. in. l. final. §. sin autē dubius. C. de iur. de libe. alio & dissimili loquens casu sanciat, quód etiā hæres inuentarium subscribere debeat, quód si hæres literas ignoret, tabullarius alius pro eo subscripturus, est adhibendus. cui legi concordit est. l. 5. titul. 6. parti. 6. quod & in simili conceditur in capitul. cùm inter. iuncta. glos. de re iudica. & insignè Alexan. in dicta. l. si vnus. C. de testamen. ex dictis iuribus inquiens, ex causa alicui pro altero subscriptionem efficere licere.

¶SEPTIPARTITARVM tamen iure (vt ex dicta. l. 1. parti. 6. titul. 1. lucidè constat, idem quod in hac l. stabilitur. quod & pragmatica Cōpluti edita

Universidad de Deusto
Biblioteca

ti edita insinuat, qua cauetur, quòd si partes scribere nesciant, quòd vnus ex testibus pro eis scripturam subscribat seu alius.

1175 ¶CETERVM & illud prætereundum non est † quòd si testis pro testatore subscribit, eius mandato hoc factum esse, insinuandum videtur. ex dicta l. 1. titul. 1. parti. 6. vbi, *per mandado del*, quod & aduuat. text. in dicto. c. cùm inter. & quæ Egidi. in dicto consilio. 1. columna. 9. nuncupatum tradit, & in locis illic citatis. Etsi dicta pragmatica Cõpluti facta hoc esse necesse non edixerit, sed satis esse, tabellionem asserere instrumento, pro literarum ignaro alium subscripsisse. Verum Specul. titul. de electione. §. 1. columna. 9. cẽset, pro alio subscribentem hunc in modũ subscripturum, *ego talis vice talis scribere nescientis, vel non valentis, et eius mandato me subscripsi.* vel satis esse arbitratur, quòd literarum ignarus sic asserat, *ex eo quia literarũ sum inscius per manu Titij Martini de me subscripsi.*

1176 ¶PROFECTO tamen † si testatore præsente, & intelligẽte ex eius literarum insciția seu impotentia pro eo ex testib⁹ aliquis testamẽto subscribat, hoc sat esse opinor: vt testatore mandãte id factum videatur. ex dicta. l. qui patitur. & l. qui fidem. ff. mand. & quæ tradit Bart. in dicta. l. domitius Labeo. ff. de testamen. & speciatim ità Raph. Cuma. columna. 1. & Corne. columna. 2. in dicta. l. hac consultissima. C. de testamẽ. existimauere. & Alexan. alia congerens in l. sciendum. ff. de verbo. obligatio. columna. 9. & illic. Iason. nume. 45. consueuerunt tamen tabelliones suis instrumentis non tantùm asserere, pro testatore literarum insscio, siue subscribere non valente, Titium seu Meuium testem subscripsisse: sed & quoque eius rogitu ipsam subscriptionem confectam.

¶QVOD an iure cõmuni obtineat † & tabellioni in his sit credendum: 1177
item an eius stetur assertioni, si testantem subscribere non voluisse, ex literarum insciția, aut impedimento legitimo tabellio ipse edixerit. videndum quæ leguntur & notantur in l. in eo. ff. de testamen. & illic Areti. & quæ Alex. tradit in l. si vnus. C. de testamen. Columna. 1. & Cornelius. consil. 154. licet in themate. columna. 3. lib. 3. post Egidi. dicto consi. 1. columna. 13. quo & astruit loco, vtile esse in testamento de testantis impedimento mentionem facere: & ob id alium pro testante subscripsisse: alias quòd testantis impedimentum probandum est. ex dicta. l. hac consultissima. quod & constat ex Ange. & doctoribus in. l. quædam. §. nihil interest. columna. 2. ff. de edendo. & vide Ancha. consilio. 242. columna. penul. & Mache. de Afflict. Neap. cõstitu. rubri. 73. lib. 1. char. 150. columna. 1. nume. 18. Soci. consi. 24. visis ac diligenter. colum. 8. lib. 1. Tho. Gram. consi. 3. illustris. columna. 1. cõplures citans.

¶QVID plura, & Guiller. Fri. ex. d. l. hac consultissima. C. de testamen. dijudicauit. (vt Mathe. de Afflict. decisio. 144. in quodam testamento commemorat) testamentum † inscriptis ex eo 1178
subuersum, quòd ex testibus vnus pro testatore subscripsit, & in testamento hoc minimè fuit expræssum. cui sententiæ & Thom. Gram. dicta decisio. 62. in causa magnificorum. columna. 2. adstipulatur. licet prædicta sententia Neapolitãno cõsilio. fuit reuocata, vt dicta ei⁹ decisione Mathe. de Afflict. recensetur, & ob id fuisse, quia testamentum in casu illo vt nuncupatiuum ex clausula omni meliori modo in eo collocata valere potuit. & adde in materia videndũ Specula. in titul. de instrumen. editio. §. cõpendiosè. col. 19.

¶SED hic confestim dubium subtexe re

1179 re oportet † an testis qui secundũ hanc legẽ pro alio teste vel testatore, ex eius imperitia impotentia vè subscribit, hoc ipsũ in subscriptione dicturus sit. quod videtur ex Pauli Castren. sententia in dicta. l. ad testium. §. si ab ipso. ff. de testamen. dicentis, quòd testis qui sigillo alieno testamentum in scriptis sigillat, hoc in subscriptione est explicaturus. quod & suadet ex an dicta. l. cùm antiquitas. C. de testamen. ibi, *& hoc specialiter in scripturis exposuerit.* & inibi palàm Sali. & Corne. columna. 2. & Alex. complures videndos cõmemorat in. d. l. si vnus. columna. 1. & Marc. Anto. Babe. in dicto §. possunt. columna. 1. & 2. & illic ait, hoc esse commune doctorũ placitum. etsi Ioa. Fab. contrarium opinetur. ad quod videre licet recentiores in. d. l. si vnus. & Boerium in. d. decisio. 240. nume. 3. & alios ab eo inibi citatos. & adde videndum Aym. Craue. de antiqui. tempo. 1. par. numero. 174. & sequẽ. Sed certè satis erit, etsi testis eius in subscriptione quam pro testatore seu alio teste efficit, minimè explicuerit, pro testante vel alio teste subscriptionem cõfecisse, tabellione tamen hoc in instrumento explicante. ex dicta Compluti sanctione. quæ etsi in subscriptione quæ pro parte fit, hoc stabiliat: idem iuris erit ex rationis identitate in subscriptione pro alio teste facta.

1180 ¶QVIN & censeo † quòd etsi tabellio nec testis hoc minimè asseuerint, & testem pro testatore seu alio alijs vè testibus literarum indoctis, seu subscribere non valentibus, subscripsisse sat erit, si hoc testibus probetur: & ad eorum rogatum ex dictis impedimentis pro illis subscripsisse. ex tex. in. l. in exercendis. C. de fide instrumen. cum similibus.

¶PROINDE & obiter iuxta hãc. 5. conclusionem dubium quod in facto no
1181 bis contingit, quidem emergit † an si tabellio testamẽto in scriptis asseueret, Titium testem pro testatore literarum insciọ subscripsisse, & exinde subscriptiones octo à Titio ipso & alijs testibus in testamento cõfectæ fuere, apud quas ab eisdem testibus hęc verba tãtùm *pro testigo*, scripta fuere, & pro testatore subscripsisse, nec Titius nec alij testes inibi, nec alio loco explicuerũt, an testamẽtum ipsum dirimatur, vtpotè quòd nullo pro testante subscripserit. quod quippe videbatur, ex quo Titius & alij testes subscriptiones vt testes, & non pro testatore ediderint. ex. d. l. ad testium. §. si ab ipso. cum alijs supra proximè congestis. Contrarium quidem ipse & alius potissimæ literaturę patronus arbitrati, & nõ ab re fuimus. Tum, ex hac. l. quæ octo subscriptiones testamẽto in scriptis exigit, quæ hoc interuenuerunt casu. Tum quia, sat fuit, tabellionem asseruisse, Titium prædictum pro testante subscripsisse, cuius assertioni hac in spetie (vt supra numero. 1177. edocuimus standum est. Nec sanctio hæc in subscriptione pro testatore facta testem pro eo subscripsisse enunciare esse necessum sancit. Tum item, quia Titius duas confecerat subscriptiones, quarum vnam pro testatore fuisse factam (vt actus non pereat) æstimandũ est. l. 3. ff. de testamẽ. milit. cum alijs. Tum quia, cùm octo dicto in casu interuenuerint subscriptiones, earum vna superfluisset, si pro testatore non fuisset confecta. Tum quia, vt Egidi. dicto consilio. 1. columna. 10. arbitratur, si octau⁹ testis ad subscriptionẽ pro testatore efficiendam adhibeatur, necessum minimè est, vt ille eius in subscriptione pro testatore subscripsisse firmet. Tum quia, actus subsequens ad præcedentis executionẽ gestus videtur. Quo fit, vnam ex Titij dictis subscriptionib⁹ pro testatore factam, prout actum fuit, esse cẽsendum. ex. l. 4. §. vnde quæri poterit. ff. de manumi. & in. l. pigno ri. §. fina. ff. de vsucapio. & in. l. si seruus

Universidad de Deusto
Biblioteca

plurium. §. fi. ff. de leg. 1. cum alijs. & optimè hæc fulcit tex. in. l. qui in aliena. §. si is qui putabat. ff. de acquiren. hære. & alijs pleriſqúe quorum Hipo. meminit in. l. ſtatu liber. ff. de quæſtionib. nume. 8. & ſequentibus.

¶NEC TRADITA in. d. §. ſi ab ipſo. ſuperioribus refragátur, ſiquidem præter hoc, quód alio & diſsimili loquãtur in caſu, obtineant qúe & alia ſupra iuxta hoc congeſta: tabellionis authoritas hac in re ex dicta Compluti ſanctione receptiſsima eſt. ſat qúe ex tabellionis aſſertione hoc pateſcat. vt conſtat ex tex. in capitul. cùm dilecta. de confirmatio. vti. vel inuti. & Abb. & docto. in capitul. 2. de fide inſtrumen. columna. penul. in fine. & ex text. in. l. continuus. §. cùm ita. ff. de verbo. obligatio. & alijs à Socino conſilio. 164. viſa bulla. nume. 9. & 11. lib. 2. memoratis.

¶ADVERTENDVM & quoqúe eſt ad huius quintæ concluſionis intellec-
1182 tum † quód ſubſcriptio qúe à teſte pro alijs conficitur in teſtantis & teſtiũ cõſpectu edenda eſt. vt patet in dicta. l. hac conſultiſsima. C. de teſtamen. in princip. & in dicta. l. cùm antiquitas. & in dicta. l. ſi non ſpeciali. C. eod. titul. & in dicta. l. 2. tit. 1. parti. 6. & adnotat. Goſſ. in dicta. l. ad teſtium. §. ſi quis ex teſtibus. nume. 48. ff. de teſtamẽ. & quæ Mathe. de Afflict. dicta deciſio. 141. ſcribit, adeſſe qúe debet ille pro quo ſubſcriptio ipſa efficitur. vt tenet Goffr. in dicto. §. ſi quis ex teſtibus.

1183 ¶VERVM & quæſtionis eſt † an vnus teſtis pro teſtatore literarum ignaro, & ali⁹ pro alio teſte literarum inſcio ſubſcribere ſit neceſſum: vel an vnus teſtis pro eis omnibus ſubſcribere queat. quod non videtur ex huius legis verbis, ibi, *y los vnos firmen por los otros*. quæ verba cùm pluralis ſint numeri, numero in ſingulari non videntur explicanda. ff. ad Trebel. l. final. cum ſimilib. Contrarium haud dubiè exiſtimo. & ita inquãm praxis recepit, & vnum teſtem pro teſtante & alijs teſtibus ſubſcribere poſſe. & hoc ſat text. in dicta. l. 6. titul. 1. parti. 6. fulcit. ibi, *puede eſcrebir vno dellos, el qúe lo ſupiere hazer, por ſi y por los otros*. Niſi dicatur, quód text. ille in illo ſpeciali loquatur caſu, quo omnes teſtes præter vnũ literarum ſunt ignari. quod & confirmatur, quia ſicut huius tex. hæc verba, *y ſino ſupiere, y el teſtador no pudiere firmar*, etſi teſtibus vnus literarum ſit imperitus, interprætanda quidem ſunt. vt ex hac. l. & dicta. l. 1. titul. 1. parti. 6. & dicta. l. final. C. de teſtamen. lucidè conſtat, & ſic inibi pluralis numeri verba in ſingulari explicãtur numero: quæ rẽ minimè mirum eſt, ſi prædicta noſtra obtineat ſententia: etſi dicta pluralis
1184 num eri verba in ſingulari intelligam⁹ † nãq́ue ex legiſlatoris mente plurale ad ſingulare reducitur. ff. de conditio. & demoſtratio. dicta. l. falſa. §. ſi quis. ibi, *nam hunc ſermonem licet pluralis ſit, proco oportet arripi, acſi ſeparatim dixiſſet* idem & patet in. l. quotiens. C. famil. hercis. & in ſimilibus, quorum recentiores memores ſunt in. l. ſi ſeruum. §. ſi plurium. ff. ſi quis cautio. Proindè & vbi pluralitas diuerſos conſpicit effectus, in ſingularitatem reſoluitur. authore Bart. in dicta. l. falſa. §. final. doctores in. l. hæres mei. §. cùm ita. ff. ad Trebel. eſt doctorum commune placitum in dicto. §. ſi plurium. vt inibi laſon. nume. 2. opinatur. recentiores fuſius in dicto capitul. 2. de reſcript. cum alijs. Sed in præſentia diuerſos effectus huius. l. dicta pluralis numeri verba concernũt, ſcilicet, diuerſarum perſonarum varias ſubſcriptiones. Cæterùm & quando eadem ineſt ratio, ſanctio ſeu diſpoſitio de pluribus loquens, in vno quoqúe obtinet. tex. & illic Bald. in dicta. l. Gall⁹. §. quid ſi is. & recentiores illic abundè. tex. etiam in. l. 1. C. de conditio. inſer.

cum

cum alijs quæ laſo. in dicto. §. ſed quid ſi is, columna. 3. & alibi ſæpe cõmiſcitur, quibus eſt addendus optimus Rex. & illic Deciũs columna. 2. in. l. ſingularia. ff. ſi certum peta. & ob id ſanctio de pluribus agens teſtibus, ex eadem ratione in vno locum habet. l. 2. & illic Bar. §. ſed ſi vnus. ff. vi bono. rapto. cum alijs quæ Mathe. Affl. conſtitutio. Neapoli. libro. 1. rubri. 5. nume. 12. recenſet. quæ & inſtruit tex. in. d. authenti. de inſtru. cau. & fid. §. oportet verò in his iuncta. gl. ver. tabullarios. quæ tex. in pluri⁹ teſtib⁹ loquẽte qui pro alijs ſcribere debẽt, in vno tantùm tabullario explicat. ſed eadem obtinet ratio, ſiue vnus ex teſtibus pro omnibus alijs coram teſtatore & alijs teſtibus & tabellione ſubſcribat vel ex eis complures pro pluribus. Quæ & conveſtitur ſententia ex his quæ Bar tho. Craſſene. Burgun. conſue. rubri. 1. des iuſtices. §. 6. verb. ſint. columna. 1. verſicul. ponderanda. char. 69. Mathe. Afflict. Neapo. conſtitu. dicta rubr. 5. colum. 2. 3. lib. 4. congerũt. ¶Denique & nuncupatim palàm Egidi. ita dicto conſi. 1. colu. 25. q. 6. arbitratur, & vnum teſtem pro alijs omnibus teſtibus poſſe ſubſcribere, in caſu quo teſtib⁹ pro alijs ſubſcriptiones efficere licet, & ita interpretatur tex. in dicta. l. final. C. de teſtamen. qua in lege & hoc palàm Paul. Caſtren. columna. 2. & Corn. columna. fin. recenſent.

1185 ¶EX HIS quidem & cognoſcitur † quod hui⁹ legis verba, *y ſino ſupiere*, ocũlati vnus ex teſtibus tantùm ſubſcribere non ſciat, eſſe intelligenda: & tunc pro eo alium ſubſcribere poſſe: & plurale in ſingulare ex prædictis conuerti. ad quod eſt tex. expreſſus in dicta. l. 1. titul. 1. parti. 6. ibi, *y ſi alguno dellos no ſupiere eſcrebir*.

¶PORRO tamen & notãdum iuxta ſecundæ huius. l. partis dictam quintam concluſionem, & huius legis verba illud in quãm adnotandum videtur † quód etſi 1186
ex teſtibus aliqué pro teſtante teſtibus qúe ſubſcribere non valentibus, literarum vẽ indoctis ſubſcribere poſſe, hæc ſanctio ſtabiliat: quód hoc quidem teſtatori concedere non vetetur, nec ei facultatem tribuere, quód idem teſtator pro teſtib⁹ ſubſcriptiones efficiat. & ſat hoc eſſe onere videtur. tex. in dicta. l. hac conſultiſsima. in principio. C. de teſtamen. & dicta. l. 1. titul. 1. parti. 6. ibi, *qualquier de los otros lo puede hazer*. Sed quippe etſi aliorũ in dictis ſubductius, probabilius eſſe contrarium exiſtimo, & teſtatorem coram teſtibus hoc volentibus tabellione qúe, pro teſtibus ipſis literarum ignaris, ſeu ſubſcribere impeditis, 1187
ſubſcribere poſſe. & per quàm abſurdũ impium qúe eſſet, teſtamentum in ſcriptis ex eo quód teſtator pro ipſis ſubſcripſerit ſubuertere. Nec ſanctio hæc cõtrarium ſancit, etſi teſtibus ſubſcriptionem pro alijs committat, nec teſtanti licere pro teſtibus ſubſcribere, hæc inferatur lex: nec forma ſubſtantialis huius legis in hoc videtur data, quód vnus ex teſtibus pro alijs ſubſcribat: ita quód teſtator hoc facere minimè poſſit. De mumero tex. in. d. l. hac cõſultiſsima. ad hanc ſpeciem pertinet, quæ nec teſtibus pro alijs teſtibus ſubſcribere concedit.

¶EX quibus & citra alios cenſerem † 1187
tabellionem pro teſtatore teſtibus qúe literarum ignaris, ſeu ſubſcribere non valentibus ſubſcribere & poſſe, etſi hac lege non ſit expreſſum. nam ſi hoc alijs datur teſtibus, quare & non tabellioni maiori authoritate pollenti.

¶PROINDE & quæſtionis eſſe poteſt † ſi teſtator teſtis vè literarum ſit 1188
parentiſsimus, an tunc pro eo alius teſtis ſubſcribere poſſit. quod videtur ex tex. adnotando in dicta authent. de inſtrumen. cau. & fid. colla. 6. §. oportet, hiſce in verbis, *vt quidam ſcribant pro illiterato, aut paucas literas ſciente*. cui ſententiæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiæ alludit quoque text. in.l.1. §.1. ff.de his quæ in testamē.delen.censerē quippe in hac re, quód etsi subscriptionem etsi difficulter intelligibilem tamen cōficere testans valeat, quód alius pro eo subscribere non poterit.ex traditis in dicto. §.oportet.& illic gl.verbo. inter quos.quæ expræsim opinatur,hoc in casu subscriptionem ab eo prout sciuerit esse efficiendam.& idem Bart. æstimat in authen.sed nouo iure. C.si certū peta.columna.1.& lucidius Salice.inibi columna.2.at secus erit, si subscriptionem intelligibilem facere nequeat. ex iuribus priori loco citatis. ¶ Idem & astruo quum testis parum scribere sciat.

1189 ¶QVID multa,nec satis erit † testatorem testes vē legere scire, literas qúe intelligere,vt ex hoc pro eis subscriptio fieri non posit:si scribere ignorant,seu non valeant.vt Goffr.in.l. singulos. columna.1.ff.de testamen. exponit. & satis sanctio hæc & prædicta Cōpluti pragmatica.& dicta.l.hac consultissima. in principio. C.de testamen.& dicta.l.1.& 2.luculenter edocent.

1190 ¶SED non inelegans quæstio erit † nū si testator testis vē senectute,aut tremore subscribere non valens,ab alio vt testator ipse subscribat, ipsius testantis seu testis manus dirigitur,& ita testator ipsam subscriptionem testamēto adiungerit:an huius legis formæ sit satisfactū: & his quæ in hac quinta conclusione conscribuntur. Quod inquàm videtur ex text. in authenti. de resti. §. talem.colla.7.Item ex iuris regul. potest quis per alium.de regu.iur.lib.6.et similibus passim adinuentis. Nec enim hac in re testantis nec testium videtur electa industria. Quin sanctio hæc pro eis alium subscribere permittit.Quibus & si refragari videatur tex.in.l.iubemus. C.de erog.mi.an.ibi,*manu sua.* quē illic Bart.ad hoc expendit, quód cùm lege aliquid alicui⁹ manu fieri stabilitur † non satis erit,per alium hoc fieri.& 1191
idem probatur in.c.inter dilectos. §.instrumentum quoque.de fide instrumē. sunt & alia similia iura quæ Iason in. l. iubemus. C.de testamen. columna.4. commemorat Namque responderi potest, *manu sua*, etsi ab alio moderata testatorem & testes hoc in casu suas efficiant subscriptiones.ad quæ omnia præter alios est optimus text.in.l. diuus. §. item senatus.ff.de falsis.ibi, *videri enim ait,ipsius domini manu scripta,cuius voluntate scripta sunt.* Proindè & nuncupatim nostram sententiam Lucas Pen.sectatur in.l.nulli. §.omnia. C.de nu.& actu.columna.fi.cui Mathe.de Afflict. dicta decisio.166. fuit dubitatum.colu. 3.consentit. & Neapo. constitu. rub. de autho.& fid.instrumen.nume.14.& prę dictæ sententiæ Lucę Penen. dominus Grego. Lupi.in dicta.l.1.titul. 1.parti.6. verb. lo puede hazer.subscribit.& fortasis alibi non adinueniri censet.& sic Mathe. Afflict.dictis in locis minimè vidit,quam sententiam & ipse Math. Afflict.dicto numero.34.post Luc.Pen. interprætatur, cùm manus ab alio trahitur testium in præsentia testatore testeve cuius manus adducitur mandante:nè falsitati sit locus. Sed satis quidem videtur,testantis aut testis voluntate hoc fieri,cùm eorum trahitur manus.ex dicta.l.qui patitur.cum materia. ff. manda.

¶NEC sententiæ nostræ sanctio hæc refragatur † quia etsi cùm testator aut 1192
testes subscribere non valent,alium testem pro eo subscripturum sanciat,satis videtur, illum fecisse subscriptionem, posse qúe subscribere, cùm eius manu ab alio modorata ipsa conficitur subscriptio & perquam absurdum quidem esset,testamentum dictam habens subscriptionem subuerti.

¶EX quibus & sit.d.l.hac consultissima. C.de testament. sanctionem. ibi,

manu

manu subscriptis, ad hoc non pertinere negocium:siquidem satis eorum manibus subscriptiones editas hac in spetie compertum sit.

¶DENIQVE dictæ nostræ opinioni magis † officere videntur tradita in 1193
dicto. §.possunt.insti. de testamen. vbi Ange.inquam adnotat,quód testis testamentum in scriptis manu propria non alterius signare,necesse est.citans textū in dicta. l. penal .ff. de testamen.cui & inibi Marc. Anto. 1. colu.adstipulatur in suscriptione loquens.sed his ex prædictis patentissima suboritur solutio, vt illa tunc obtineant, cùm prorsus alterius manu sit subscriptio: at non si vt in nostra explicuimus spetie subscriptio ipsa efficatur.

¶VERVM prædicta obtinere vidē 1194
tur † quum testator siue testis literas scienstremore,aut senectute subscribere nequit:non tamen si testator testis vē literarum ignarus eius manu ab alio gubernata subscriptionem fecerit. Sed quidem animaduertendum est,quód dicti doctores minimè dicunt prædicta locum non habere,quum testis aut testator literarum inscicia subscribere non posit.etsi Luc.Penen. & domi. Sin. ego. Lup. dictis in locis palàm loquantur de eo qui scribere scit,sed manus tremore, aut senectute subscriptionem edere nō valet. Quin Mathe. Afflict. in dicta rubri.de fid.& autho.instrumen. in literarum inscio lucidè loquitur, quum constitutio. Neapolitana(quam inibi interpretatur.) de testibus literarum imperitis in subsidium admittendis agit.quæ sententia probabilior videtur,nè testamentum diruatur:& quia hac in spetie adæquari videntur literarum inscius,& subscribere non valens.vt ex hac.l. constat,& ex dicta. l. hac consultissima.in princip. C.de testamen.&.6.parti.tit.1. l.1.in fine.& in similibus. etsi durū quidem videatur,nostro in casu illi⁹ admittere subscriptionem,qui eam conficere nullo vnquam tempore sciuit,& pateat absimilem esse hunc casum dictarum legum terminis.

¶SANE & hic aliud & non subtice- 1195
ndum insurgit dubium † quid si testator
ex testibus vē aliquis manu careat, qua subscriptionem cōficere queat, an satis sit,eius brachio calamum ligare,& illo subscriptionem seu,*firmam*,hic vulgo dictam,efficere (quod Goffr.in dicta.l.ad testium. §.si quis.ff. de testamen. suo tēpore accidisse inquit.cuius Egidi.Bellame.d.consilio.1.columna. 3. meminit) nec sit necesse,alium pro eo subscribere. Et quidē videtur huius.l.formæ tunc nō satisfactum: quia cùm testator testes vē subscribere nequeunt, alium pro eis subscribere hac sancitur lege. Proinde & hæc munitur pars, quia subscriptiones à testatore testibus qúe in testamento in scriptis proprijs manibus conficiendas,iura constituunt.vt constat in dicta.l.hac consultissima. C. qui testamen.face.pos.in princip.ibi,*eorundem manu.* & in dicta. l.hac consultissima. C.de testamen.hisce verbis,ibi, *quę ipse coram testibus seu manu in reliqua parte testamenti subscripserit.* Quæ & irrobo rantur ex tex.in dicta.l.iubemus. C.de erogan.nu.annonibi, *manu sua*, & illic Bart.cum alijs de quibus recentiores in dicta.l.iubemus. C.de testamen. Proindè & nuncupatim & in spetie in hac sententia est Goffr.in dicto. §.si quis ex testibus.& Egidi.dicto consil.1. columna.3. & testamentum non valere, quia subscriptiones proprijs manibus factæ non fuere,opinantur.

¶CONTRARIAM sententiam esse 1196
potiorem ipse existimo † quia nullo in quam iurè constitum est,manibus & nō alio modo subscriptiones *firmas*, vulgo appellatas,esse efficiendas. Quin nec tex.in dicta.l.1.& in dicta.l.2.titul.1.parti.6.minimè sanciunt, proprijs manib⁹ sub

Universidad de Deusto
Biblioteca

subscriptiones edendas. ¶Rursus & tex. hic dicit, subscriptiones à testatore testibus qúe conficiendas, si ab eis fieri queunt. vt hoc in casu contingit, in quo subscriptiones ipsæ à testatore & testib⁹ satis apparent confectæ: etsi prædicto fiant modo. Demúm sat hæc veritas elucescet ex Luc. Penen. in dicta. l. nulli. C. de nu. & actu. columna. final. & Math. Afflict. prædicta decisione. 166. columna. 3. & Neapo. consti. rub. de fid. & autho. instr. numero. 34. quorum supra nume. 1191. memores fuimus. ¶Nec huic obsistit sententiæ. d. l. hac cõsultissima. C. qui testam. fa. poss. quæ illo in casu spetiali testamenti cæci loquitur. & in eo proprijs manibus subscriptiones efficiendas sancit. Quin & fortasis illo in casu sufficeret, brachio modo prædicto subscriptiones facere. nanqúe dictæ. l. verba, *manu sua*, ob id inibi collocata censentur, quia communiter manu fieri subscriptiones consueuerunt quam inquam ob rem. d. l. 14. titul. 1. parti. 6. etsi. d. l. hac consultissima. C. qui testamen. face. pos. sanctionem transcribat, non tamen edicit, subscriptiones ipsas manibus efficiendas. ex quibus patet dictæ. l. hac consultissima. C. de testamen. in princip. verba ad hanc rem esse in efficatia. ¶Deniqúe nec in cõtrarium vrgent ea quæ Ioa. Mo. in. c. vt circa. de electio. in. 6. & Ioa. And. inibi tradidere, quæ Egidi. ad dictam eius citat sententiam, nam quidem hoc negotiũ nequaquám attingunt, & illi dissimilia sunt. vt ex eis lucidè apparet.

¶PROFECTO & iuxta dictam secundæ partis huius legis quintã conclusionem inuestigare expedit † an quum testis pro testatore seu alio teste subscripserit, suum, an testantis, seu alterius testis nomen, cognomen qúe in ipsa subscriptione, *firma*, vulgo dicta, sint exprimenda: vel an sat sit, ipsius testis subscribentis nomen & cognomen exprimere. Et primum probabilius videtur ex dicta. l. 1. & d. l. 14. titul. 1. partit. 6. & ex Goffr. in dicta. l. penul. ff. de testamen. numer. 18. Praxis tamen secundam recipit sententiam. & sat muniri videtur, ex quo nec sanctio nostra nec Complu. dicta pragmatica ad testantis nomen nec cognomen in subscriptione collocanda, pro testante subscribentem astringant. & adde videndum Goffr. in. d. l. singulos. numero. 21.

¶OFFERT se & iuxta dictam quintam conclusionem, aliud & non subtricendum dubium † an huius legis dicta verba, *y los vnos firmen por los otros*, ita strictim interpretanda sint: quód alius qui testamenti in scriptis testis non fuerit, nec vt testis rogatus, pro testatore testibus vè literarum indoctis, aut subscribere non valentibus, subscriptiones efficere queat. quod quippe ex dictis verbis. *y los vnos firmen por los otros*, non videtur. idem & suadent dictę. l. 1. titul. 1. parti. 6. hęc verba, *y si alguno dellos no supiere escreuir, qualquiera delos otros lo pueda hazer por mandado del*. Conuestitur & hæc sententia ex his quæ Paul. Castren. & Iason in. d. l. final. §. 1. C. de iure deliberan. dicunt, quum text. illum pro hærede literarum ignaro inuentarium faciẽte ab alio tabellione subscriptionem esse conficiendam exponentes, ita intelligunt, vt nequaquám pro ipso hærede subscriptionem ipsam etiam ipsius hæredis speciali mandato alius quã dores sunt præsentes facere queat. Quibus etsi Odof. & Bald. aduersentur, Pauli Castrens. tamen & Iasonis sententia septipartitarum iure palàm comprobatur. vt in. l. 5. titul. 6. parti. 1. patet. quod & instruitur ex Pauli Castrensis sententia in. l. final. C. de testamen. quo censet loco, quód quum sanctio ipsa testem literarum ignarum pro literarum imperitis posse subscribere sanciat, quód minimè alius qui testamenti non sit testis

tis subscriptionem ipsam facere poterit. quod & antè Goffred. in dicto. §. si quis ex testibus. dictæ. l. ad testium. ff. de testamen. opinatur. numero. 70. quam sententiam tutari lucidè videtur tex. in dicta. l. 6. titul. 1. parti. 6. ibi, *e sipor auentura, todos cinco no supieren escriuir, puede vno dellos escreuir, el que lo supiere hazer, por si e por los otros.*

1199 ¶VERVM his non obsistentibus † etsi intactum reperiam, contrarium anceps tamen ipse censeo. quin absonum quidem videtur, testamentum dirui coram septem testibus & tabellione editũ si octauus adhibeatur subscriptor, qui pro testatore testibus vè literarum inscijs, seu scribere non valentibus, testatore & testibus tabellione qúe præsenti bus subscribat: etsi (vt supra asseruimus) octauum ipsum subscriptorem tunc necesse esse adhibendum, iure firmari non potest. quam & fulcit sententiam. tex. in dicta. l. hac consultissima. §. 1. C. de testamen. illam qúe & munit text. prædictæ Compluti sanctionis. ibi, *e sino supieren firmar, firme por ellos qualquiera delos testigos, o otro que sepa escreuir*, ex qua. l. hanc esse interpretandam videtur. l. non est nouũ. l. sed & posteriores. ff. de legib. Huc vergit tex. in. d. l. 1. titul. 1. parti. 6. ibi, *bien lo puede hazer otro por mandado del*, siquidem hæc verba generalia sunt, alium quám testem apprehẽdentia. quod & probat tex. eod. titul. 1. dicta. l. 14. ibi, *si supiere escreuir, e sino deue lo fazer escreuir a otro*. hanc & sententiã non modicè substentat glos. in. l. d. l. fin. C. de testamen. verbo. scriptura. in fine. quæ text. ibidem testes harum ignaros quum testes literarum periti non adiuuent admittentem explicat, quód pro illis testibus indoctis alij etsi testamenti non testes subscribere queant. cui glossæ palàm consentiunt alij docto res præter Paulum Castrensem in dicta l. fi. quum etsi dictã recenseant glossam ipsam non vtiqúe refellunt. & adde videndum Goffredum in dicto. §. si quis ex testibus. dictæ. l. ad testium. num. 52. Nec prædictæ glossæ sententiæ dicta. l. 6. tit. 1. parti. 6. refragatur, nec dicta eius verba supra recensita. siquidem in dicta. l. fin. C. de testamen. eadem feré subijciuntur verba. Nihilosecio glo. prædicta in. d. l. fi. (vt asseruimus) ipsam legẽ ita interpretatur, quód alius etsi non testis subscribere pro literarum indoctis valeat, nec enim ex prædictis verbis dictæ. l. alium quàm testem subscriptionem efficere non posse, minimè inhibetur. Nec à contrario sensu hoc in loco arguere fas erit, siquidem prędictę pragmaticæ Compluti & præcitatis iuribus ipsum argumentum aduersetur. & ob id abijciendum. vt supra in. l. 1. nume. 103. descripsimus. Quo fit, æquabiliter pari qúe ratione definiri posse hu⁹. l. dicta verba nostrã nõ impetere sententiã. Rursus & prædicta irroboratur sententia, quia cùm alius octauus subscriptor recipitur, qui pro impotentibus, seu ignaris subscribit, complures ipsi adsunt testamento, quàm si solum septem testes prę sentes fuissent.

¶EX QVIBVS in contrarium citata diluũtur. & dictæ. l. 1. titul. 1. partita. 6. verba supra recensita, non quidem alio rum quàm testium subscriptionem (vt superiora docent) abijcit. Quid plura, nec Pauli Castrensis in. d. l. fi. §. 1. C. de iure deliberand. prædicta sententia ad hoc negotium satis dissimile pertinet. vt prædicta quidem insinuant.

¶DENIQVE tamen si juxta. d. §. cõclusionẽ secundæ partis huius legis inuestigaueris † an si aliquis qui testamẽto testis non fuerit, subscribat, omnibus testamenti solennitatibus adesse debeat. videre licet Egidium. d. consi. 1. columna. 9. post Goffre. in dicta. l. ad testium. §. si quis ex testibus. ff. de testam. numero. 48. quod & ad dictæ Complu-

ti

Universidad de Deusto
Biblioteca

ti fanctionis intellectum proderit: & ad ſciendum, an ille qui ſcripturę teſtis nō fuerit pro parte eam conficienti ſubſcribens, ipſi toti contractui & ſcripturæ præſens adeſſe debeat: vel an ſatis ſit, ad ſubſcribendum rogari, & coram parte & teſtibus ipſam ſubſcriptionem efficere.

¶ET HEC dictæ quintæ concluſioni finem dedere, & ſexta adeſt concluſio.

¶IN TESTAMENTO INSCRIP
1201 tis † ſubſcriptiones octo exiguntur.

¶QVID AVTEM anterioribus iuribus fuit conſtitutum, ex his quæ ſupra numero. 1080. deſcripſimus pateſcit, & ex.l.1. & 2. titul. 1. partita. 6. & l. hac conſultiſsima. in princip. C. de teſtamen. & Specula. titul. de inſtrumen. editio. §. compendioſe. ¶Quod autem ſignum debet eſſe. ſcribentes hic fuſe edocent. & Chaſſa. conſue. Burgun. in conclu. conſu. verſic. nous. nu. 17 & 2.

¶VERVM iuxta hanc ſextam concluſionem habui caſum plerunque cō-
1202 tingentem † tres teſtes literarum inſcij teſtamento in ſcriptis fuerunt adhibiti, qui Martinum vnum ex quatuor alijs teſtibus literarum peritis pro eis ſubſcribere rogarunt, vt & tabellio teſtamento in ſcriptis expoſunt, contingit, quód in ipſo teſtamento dicti quatuor teſtes literarum periti quatuor tantúm ediderunt ſubſcriptiones: tamen ipſe Martinus apud ſuam aſſeruit ſubſcriptionem, illam pro ſe & dictis tribus te-
1203 ſtibus literarum ignaris confeciſſe, quod & tabellio edixit: ita qúe teſtamentum ipſum quinqúe ſubſcriptiones teſtantis ſubſcriptione computata continebat.

¶EVENIT qúe & mihi alius caſus
1203 † quód quum teſtator literarum inſcius eſſet, ex teſtibus vnum quód pro ſe ſubſcriberet admonuit, & ille teſtis vnam tantúm ſubſcriptionem pro ſe & teſtatore teſtamento in ſcriptis immiſcuit. Quibus duobus caſibus valdé quidem controuerſum fuit, an teſtamentum ex eo quód octo non inierant ſubſcriptiones, ſubuerteretur: nam quidam arbitrati fuere, teſtamentum firmum eſſe: alij quippe contrarium. Et priorum quidem ſententia adiuuari ex eo videtur, quód leuis videtur ſolemnitas † quód ſaltem hoc in caſu octo 1204
adſint ſubſcriptiones, ſiquidem primo prædictorum caſuum teſtis prædictus pro ſe & tribus alijs vnam effecerit ſubſcriptionem, & ſecundo in caſu pro ſe & teſtatore ſubſcripſiſſe, etſi vna ſubſcriptione enunciauerit. igitur hoc licere, (ex his quæ ſupra numer. 1146. congeſſimus) videtur.

¶EADEM ſententia & inſtruitur, quia prædicta ſingularis ſubſcriptio primo in caſu quatuor ſubſcriptionum locum habere cenſetur: at in ſecundo caſu duarum: quod vtique iure admittendum videtur ex tex. in.l. 1. ff. de offi. conſul. glo. intellectu circúſpecto, cuius Aretin. meminit in capitul. ex literis, de probatio. columna. 3. qua in. l. vnum plurium vicem habere poſſe conſtat. idem, & probatur in capitul. poſtulaſti, de conceſ. præb. & ex his quæ Abbas ibidem columna. 1. ſcribit. & ex tex. in. l. ſi conſul. ff. de adoptioni. & in dicta. l. Domitius Labeo. & illic docto. ff. de teſtamentis. & in. l. 2. ff. de offi. prę
to. & alijs pleriſqúe. ¶Cui rei & ſuf
fragatur dictæ. l. final. C. de teſtamen. ſanctio, qua habetur † teſtem literarú 1205
ſcientiam habentem pro literarum inſcijs ſemel tantúm ſubſcripturum. vt dictæ. l. hęc verba indicant, *pro ignorantibus literas præſentibus tamen ſubſcriptionem ſuam imponere*. ita qúe vnā

eius ſubſcriptionem pro omnibus conficiēdam litera illa edocere videtur ſiquidem dicta verba, *ſubſcriptionē ſuam imponere*, verbo ſingulari ſunt conſcripta. quod & inſinuare videtur tex. in dicta. l. 6. titulo. 1. partit. 6. ibi, *puede eſcreuir el vno dellos, el que lo ſupiere hazer por ſi e por los otros.* ¶Deindé & hæc fulcitur pars, quia quando plura in vnius confluunt perſona, perindé eſt, ac ſi indiuerſis eſſent perſonis. l. tutoré. & illic Barto. ff. de his quibus vt indig. cum ſimilibus á recentioribus in dicta. l. ſingularia. ff. ſi certum petatur. cómemoratis. Denique hanc ſententiam regios quoſdam Pinciani prætorij iudices ſectari quidem ipſe vidi. ¶Sed his non ob
1206 ſiſtentibus † contrariæ adhæreo ſentē tiæ. cui & aliqui regij ſenatores aſſentiē tūt. quæ ſentētia his ſuadetur rationib⁹.

¶PRIORI quidem ex hac lege percepta, ſiquidem in ea ſubſcriptiones octo teſtamento adiungi hiſce in verbis decernit, *que los vnos firmē por los otros demanera que ſean ocho firmas*, & ita nō vnam pro pluribus ſubſcriptionem: ſed pro vno quoqúe vnam fieri ſancit. quæ & ratio confouetur, quia prædicta dic-
1207 tio, *demanera*, idem latino ſermone eſt quod, *itaque*, † quæ dictio neceſsitatē inducit. l. libertas. §. hæc ſcriptura. ff. de manumi. teſtament. & in. l. ita tamē. ff. ad Trebellian. in principio. modum & quoqúe importat. vt ex dicto. §. hæc ſcriptura. cōſtat. & in. l. 2. C. de his quæ ſub modo. & in. l. vt reſponſum. C. de
1208 tranſactionib. & ex verbis legis modalibus † formam enaſci ſubſtantialem patet in. l. cúm eorum. & inibi Bald. C. de ſentent. & interlocutioni. omnium iudi. & nuncupatim quód quando lex
1209 dictis verbis, *demanera*, vtitur † forma ab ea deſignata ſubſtantialis ſit. Felin. aſtruit in dicto capitulo. cúm dilecta. 8. columna. verſiculo. ſeptimum ſignum. & ex his conſtat quæ congerit Bartholom. de Chaſſene. Burgundiæ conſuetudinibus. de ſdroitz. rubri. 4. §. 2. numero. 11. & ſatis probatur in. l. vbi ad huc. verſiculo. ita tamen. C. de iure dotium. cui rei & fauet textus in. l. Lucius. §. quæ habebat. ff. ad Trębellian. & alia quæ Curti. antiquior conſilio. 49. memoriæ. columna. 25. commemorat.

¶Proindé hanc opinionem patrocinatur † textus in dicta. l. 1. titulo. 1. partit. 1210
6. quę palàm edocet, teſtem pro alio ſubſcribentem aliam ſubſcriptionem quam ſuam facturum. & idem ex. l. 14. eodem titulo. eluſcet. & ex dicta. l. hac conſultiſsima. in principio. C. de teſtament. & dicta Compluti pragmatica. & ex Speculato. in dicto. §. compendioſe, titulo. de inſtrumento. editio. columna. 19. Conualeſcit & hæc veritas ex textu in. §. ſed prædicta. inſtitut. de teſtament. ibi, *ſed ſeptem teſtium ſigna.* & textus in dicto. §. poſſunt. inſtitu. eodem titulo. ibi, *quid enim ſi ſeptem anulli vna ſcriptura fuerint.* tex. etiam his quoqúe fauet in. l. noſtram. C. de teſtamen. ibi, *ſeptem que teſtium ſigna.* quæ & alia iura Egidius dicto conſilio. 1. columna. 3. poſt Goffredum in dicta. l. ad teſtium. §. ſiquis ex teſtibus. numero. 61. ad hoc expendit † quód in teſtaméto in ſcrip 1211
tis ſeptem teſtium ſigilla ſunt imponēda: & ob id quód non ſatis erit, omnes teſtes vnum pro omnibus teſtamento ipſo ſigillum apponere, ſed eorum quenlibet ſuum ſigillum teſtemento appenſurum: ita quód tot ſint ſigilla, quot teſtes. idem & ipſe illic ait numero. 27. quod & ſat prodit textus in dicta. l. 2. titul. 1. partit. 6. ibi, *e poner enèlla ſiete cuerdas conque ſe ẓierre, demanera que fiquē colgadas, para poner en ellas ſiete ſellos.*

¶Profectó hoc idē aſſertum cōperitur quia duplici fungens officio, minimè valet pro vtroqúe vnum efficere actum: ſed actus binus conficiendus eſt. vt lucidè inſinuat tex. in captulo. cúm

Universidad de Deusto
Biblioteca

inter vniuersas. de electione. in fine. Bald.in capitul.1.§.vasalli.in primo. de pace constan.in principio. Decius in capitul.ex literis.de probationib.final.columna.& ita cùm testis plurium personarum loco subscribit, non satis erit,vnam tantùm pro omnibus subscriptionem subijcere. ¶Denique huic
1212 alludit sententiæ paratissima fraus † siue falsitas,quæ defacili fieret si octo subscriptiones testaméto non inessent quam quidem sanctio hæc abigere voluit,ob id tot subscriptiones exigens.

¶EX quibus contrariæ refelluntur rationes. Et prior ex eo, quia dicta octo subscriptionum solennitas, non leuis, sed magni est ponderis,ad falsitatẽ abtiendã,quæ etsi leuis esset,vtpotè quæ substantialis(vt supra prædiximus) prætermitti quidem non valet.

¶SECVNDA diruitur ratio, quia sanctio nostra luculenter inhibet, tot subscriptionum loco vnam tantùm cõfici. & iura dicta secunda ratione citata dissimilia,& nõprohibitoloquũtur casu.

¶Subuertitur & tertia ratio, quia leges in ea traditæ non quippe concedunt, (quin & expressim prohibent)subscribentem testem pro se & alijs vnam efficere subscriptionem. Verùm & ipsæ sãctiones in casu speciali testamenti rustici loquũtur,ob id ad hũc casũ nõexpẽdẽ,l.quod verò.cũ alijs.ff.de legibus.

¶QVÆ quidem & vltimam succidũt rationem,præter quæ & inficiari & non ab re possumus,hoc in negotio in testis pro alijs subscribentis persona complura inesse,quæ iura dicta ratione citata ad hanc rem applicare,nos impellant.

¶SED iuxta hanc sextam conclusio
1213 nem,non erit alienum ambigere † an si maritus & vxor(seu alij duo)in scriptis coniunctim eadem testentur charta
1214 (vt plerunque euenit † iure què conceditur.l.eò quod à multis.& illic doctores. C.si certum peta. & in.l. licet. C.de pact.& inibi Paulus Castrẽ. Alexand.& nouiores.Nicol.Bell.consi.85. difficilis.numero.9.quo loco hoc esse doctorum commune placitum adserit) non octo subscriptiones,sed decem & sex sint efficientæ,vel an octo sufficiãt. Et primũ probabilus videtur,cùm duo sint testamenta,prout duo testatores, etsi eadem testentur charta.vt in.l.falsa.§.fina.ff.de conditioni.& demonstra.ibi,*licet pluralis sit pro eo accipi oportet,at que si separatim dixisset.* idem patet in.l.Papinianus.§.sed nec impuberis.ff.de inoffi.testamen.& in dicta.l. licet. C.de pactis.& quòd sint duo testamenta,nuncupatim Oldral.censet cõsilio.174.thema.Ioa.Andre.in Specul. de testamen.§.in primis.in additione exordiente.§.1.Alberic.in rub. C.de legib.ad finem.Corne.consilio. 159.in hac præsenti.col.1.lib.4.Post Paulum Castrensem in cons.243.circa primum quæsitum facit dubium.columna.2.secundum antiquiorem impressionem.& ob id Bald.in.l.cùm quidam. C.de impuber.& alijs.astruit,quòd si maritus & vxor eadem simul testantur charta,separatim testari videtur ex tex.in.l. qui tabernas.ff.de contrahen.emptio. Quo fit, vt Oldral.& docẽtes dictis adierut
1215 locis † ex dictis testantibus vnum posse sine alio(quo ad sua bona) testamentum mutare.& satis patet in dicta.l. licet.& inibi plerique ex doctoribus arbitrantur. & dictæ.l. licet. concordis est tex.in.l.33.titulo.11.part. 5. cui sententiæ doctores consentiunt in. l. patris & filij.ff.de vulga.& pupil.Roderic.Suarez in.l.quoniam in prioribus. C. de inoffi.testamen.5.limitatione. columna.
1216 14.char.mihi.74.colu.2.quo in loco † hoc ad maioricatum à marito & vxore simul editum expendit,& à solo marito vxore vè maioricatum quo ad abrogantis bona,abrogari posse desinit.adquod & videre licet Tiraquel.de primigeni.tractatu.68 quęstione.charta.408. a pud finem. & dominum Didacum Couarru.

Coua.in rub.de testa.2.parte.n.8.&tex. in.l.6.ti.21.*delos testamẽtos.* Cãta.in foro. & ita existimãdũ quippe est. Quicquid Bolog.consilio.62.viso. columna.4.edixerit.

¶VERVM si maritus ex vxoris con
1217 sensu † legitimo rerum vxoris maioricatum conficiat,an mariti morte a deo cõfirmetur,quòd vxor quo ad eius partẽ illum mutare nõ queat.vidẽd⁹est Suarez dictaquinta limitatione dictę.l.quoniã in prioribꝰ.co.15.& dominꝰ Didac. Couarru.2.parte.rubric. de testa.dicto nume.8.

¶EX prædictis fit(& dictis in locis traditur) duobus eadem charta testantibꝰ ex alterius morte quo ad superuiuentẽ testamentum non confirmatum.

¶EX quibus & confluit † quòd & si
1218 duo,seu si maritus & vxor eodem testamento cõiunctim qùe in causam piam seu aliam eorum expendi bona decreuerint, & superuiuens illud reuocauerit,quòd hæc testamenti mutatio ex eo quo ad mutantem non refellitur,quòd defunctus ex hoc deceptus dicatur: siquidem nulla fraus nec dolus hac in re illi sit facta.vt lucidè constat ex tex.in. l.cùm donationis.C. de transactionibꝰ. qui ad hanc rẽ insignis est. cui rei adnotandus textus quoque cõducit in.l.ille. ff.de hæredi.institu. defũctus enim sciebat,scire vè tenebatur,viuẽtè suũ testamẽtũ subuertere posse.l.leges.C de legibꝰ.& speciatim quòd deceptio defuncti allegari nequeat Paulus Cast.in.d.consil.243.æstimat.siquidem potius(vt ipse ait)defunctus se ipsum circunuenit,reuocabile esse testamẽtũ nõ perpẽdens, qui sibi ipsi prospicere debuit.l.si quis domũ. §.1.ff.locati.quod & Corn.in d.con.159.optimè expressim qùe astruit & Alcia.in.d.l.licet.dominꝰ Did. Co. prædicto in loco.& satis quoque cõstat ex.l.pactũ quod dotali. C.de pactis. & Bal.in.l. cùm archimedõram. C. vt in possess.lega.

¶EX eadẽ officina quoqùe prodit † 1219
quòd etsi maritꝰ & vxor eadẽ chartatestẽtur,& suorũ bonorũ in testamẽto maioricatũ erigãt,seu alijs in rebus sua bona simul expẽdi cõstituãt, & vtriusqùe bonorũ vsufructu superuiuentẽ potiturũ caueãt, & superuiuens alio mortuo prædicto vsufructu fuerit fruitus, quòd nihilosecuis viuens testamentũ prædictũ quo ad eius bona abrogare poterit. Quod & et his cõuestitur. Tũ quia, pactione expræssa quis ad nõ mutandum suũ testamentũ astringi nequit.l.si quis in principio testaméti.ff.de leg.3.l. stipulatio hoc modo cõcepta.ff.de verbo. obliga.d.l.pactũ quod dotali. C.de pactis.ergo cõsequens erit,nec ex prædicti vsusfructus fruitione posse suboriri, testamentũ ipsum abrogari non posse Tum quia,dictus vsusfruetus ob mutuum amorẽ potius adinuicem relictus videtur,quàm ob id,quòd testamẽtum non immutetur.vt patet ex.l.1.ff.de donationi.inter virum & vxorem. & ex traditis in capitulo.officij.& quæ inibi Imola tradit & doctor. de testamentis. & ex textu in.l.1. §.sciendum. C. de
1220 rei vxor.actione.quin ex eo † præmortuum vsumfructum alteri concesisse censendum est, quòd alius sibi ipsi quoqùe tribuerit.ex. l.1. §.quæ honerandæ.ff. quarum rerum actio non detur.& in.l.si ventri. §.final.& illic glo. ff.de priuileg. credito. cum alijs quæ Tiraquel. congerit in dicta.l.si vnquàm. verbo. donatione largitus.numero.101.& 102.& 103.& sequentibus. C.de reuocandis donationi. Tum quia
1221 † quilibet actus secundum naturam actꝰ super quo interponitur,interprætãdus est.l.si vno.in principio. ff. locati. cum alijs.& ob id,si stipulatio super vltimæ voluntatis actum (et sic reuocabilem) ineat, stipulatione ipsa non refragante,

Universidad de Deusto
Biblioteca

gante mutari poterit.text. & illic Bar. in.l.cùm quis decedens. §.qui testamẽto.ff.de lega.3.& tex.in.l.1. §.siquis sub conditione.ff.vt lega.nomi.cauea.cum alijs quę Iason in.l.qui Romæ. §.Flauius.columna.8.comminiscitur. quo fit, vt Alberi.in.l.quotiens.columna.1.C. famil.hærciscun.edocet † quòd si pater inter eius filios consentientes sua diuiserit bona,& ipsi diuisioni non contrauenire iurauerint,quòd ex quo diuisio prædicta vltimi iuditij vim habet, quòd si pater ipsam nõ mutauerit,prædicti filij aduersus ipsam diuisionem venire valebunt: vtpotè qui eorum cõsensus super actu sui natura reuocabili interuenit. ¶Rursùs testamentũ sui natura reuocabile est.capitu.cùm Marthe.de celebratione missa.l.3.cum alijs ff.de adimend.lega. igitur consequens est,quòd cùm vterque testari voluit,nõ que contractum conficere(quem facile facere possent)quòd testantes videntur ex eo testamentum fecisse, vt illud reuocare quocunque tempore queant.

1222

1223 Tum quia † studiosè iuris regulis accedendum est.vt traditur in regul. omnis diffinitio.ff.de regul.iuris.cum alijs quorum meminit Decius in.l.1.columna.1.ff.eodem titulo. sed iuris regulis compertissimum est,testamentum omni tempore mutari posse.l.sancimus.in principio. C.de testamen. adeo quòd nullum remedium adinueniri valet, quo testamentum irreuocabile fiat. vt doctores in dicta.l. siquis in principio testamenti.& in dicta.l.sancimus.& in similibus notissimis & passim repertis locis æstimauere.quod.l.25.tit.1.part.6. hæc verba insinuant. *Porende ningun home no puede hazer testamento,tan firme que le non pueda despues mudar, quando quisiere,hasta el dia que muera.*

¶QVID multa,& quando maritus & vxor (seu alij duo)in eadẽ charta testantur,etsi in testamento ipsum testamentum non reuocandi † onus expressim fuisset constitutum,& ob id fructus superuiuenti illic assignarentur, nonquidẽ hoc sufficeret,nec ipsorum fructuum perceptio testamentum reuocari non posse,efficeret:siquidem prædictum onus non reuocandi testamẽtum sit iure improbatum.vt prædicta indicant iura.quia vt explicuimus,pacto expresso testamentum abrogandi libera facultas dirui non valet, quin nec restringi.vt tex.in.l.si fratres. §.idem respondi.ff.pro socio.sancit. quin nec dictum onus vtpotè quod iure subuersum ipsorũ fructuum fruitione acceptatum videtur.vt in.l.si quando. §.& generaliter.& illic Bal.col.2. C.de inofficio. testamento. idem Bal.quoque in consil.455.quidam Mechus.ad finem.libr. 2.antiquiori impressione. Cæterùm † nec hæres conditionem iure impossibilem adimplere astringitur.l.siquis eum quem.ff.de conditio.& demonstra.cuius ad hoc Guido pape meminit.in singul.812.quod & satis ex dicta.l.cùm donationis.patet.quæ sancit, quòd si alicui alicuius iuris hoc onere sit renũciatio,quòd alium hęredẽ instituat, quòd etsi illũ hæredẽ non fecerit,renũciatio facta firma est:quia dictũ onus iure improbatur. His & accedat text.in. l. ille autẽ.ff.de hæredi.instituen.ex quo Bal. adnotat † quòd si duo pactione expressa se adinuicẽ instituere hæredes promisserũt,& vnus alterũ instituit, & ita ex sua parte pactionẽ impleuit,instituẽ veró aliũ hęredẽ facere nolluerit,quòd nihilominus prædicta institutio facta tenet,vires que habet. ex. d. l. licet. etsi Baldus illic denique asserat,glossã inibi in cõtrariũ facere.Proindè defunctũ hoc in negotio fuisse deceptum (vt supra insinuauimus) firmari nequáquám potest, nulli que eorum fit iniuria, quum permitente lege hoc fit. l. Gracus.cum alijs. C.de adulter. Itẽ & hæc sen

1224

1225

1226

sententia ex eo patet,quia res quidem promiscua est,& casus communis:nam & poterat pri9 superuiuens mori,quàm defunctus, & tunc defunctus eiusdem esset conditionis,cuius & nunc viuens: & ob id on9 dissimilenõ fuisse,nec æquale dijudicari non potest.l.de fide icommisso. C.de transactionib.l.si pater puellæ. C.de inoffit. testament. ¶Quæ opinio & instruitur ex Baldo in.l.1. C. de his quæ pæne nomi.columna.9.versicu.8. quęritur. quem ad hanc rem videre expedit. ¶His & alludit, quod Claud. Aquen.in dicta. l. licet.opinatur (textũ inibi ita interprætans) quòd si ex illis militibus vnus institutionem ab eo de commilitone factam reuocauerit,quòd nihilosecius,firma institutio (eidem ab ipso comilitone confecta)manebit,illa que frui poterit.¶Quibus adhæreat Fulgos.sententia in consilio.87. proponitur quòd honorabilis. quo consuluit loco,quòd si testator cõplures habens filias,eas hęredes hoc instituit modo, vt de suis bonis proprijs illæ nisi de ducentis libris pro animanõ testarentur,& quæ earũ præuixerit,alteri fine liberis decedenti succedat,cõtingit, quòd illarum altera duabus sororibus absque filijs morientibus successit,earum que hæreditatem adiuit. (vt Fulgo.2.columna.insinuat)cẽsetipse Fulgo.quòd his non refragantibus,hæc filia testari de suis bonis libere (& contra paternum testamentum)poterit,& quòd prædictarum hæreditatũ aditio illam nequáquám ad testandum secundum testamentum pateruum cõstringit.quod & ex Ange.patet in cõsi. 57.domina Andrea.co.pe.& insignè ex Paulo Cast.in.d.consi.243.& adde videdum Abbatem consi.48.Augustin9. li. 2.& Ias.consi.87.consultis.libro.1.

1227

¶QVIBVS omnibus † nec refragatur Bal.in.l.pro hæreditariis. C.de hæred.actio.ad finẽ. sententia, quo in loco Bal.de legis Seya.ff.de dona.cau. mort.intellectu agens, & de pactione cũ tercio facta,an ex eo immutari queat,quòd donatio causa mortis videbatur,illam(existimat)reuocari non posse &.d.l. Seya. tunc esse intelligendã opinatur,quum vnius tãtùm adsit iuditiũ at secus si & alterius quoque cuius interest nõ immutari ineat. Tũ quia, Bal. prædicta sententia palàm dictę legis Seya.sanctioni obsistit,in quo & alterius aderat persona, cui donationem nõ revocari vtile erat.nihilominus tamẽ donatio ipsa immutari valuit.Tum quia, contra Baldum Alexã.tenet in.l. quæ dotis.ff.soluto matrimo.col.3.Etsi Iaso. illic Bal.sententiam accurate num. 45. tueri conetur.Tum quia,Bal.non quidem loquitur in testamento, quod sui nutura (etsi cũ tertio fiat) mutari potest.vt est tex. insignis harum.l. 17. Tũ quia,& Bald.in casu quo ambigi poterat,an donatio sit causa mortis, nec ne loquitur,non tamen si lucidè donationem causa mortis fuisse constaret.

¶SANE tamen etsi verum sit & probabilius,testamentum dicto in casu ab eo qui fructibus fuit potitus immutari posse,non ab re,sed congruum erit inquirere † an testamentum dicto in casu reuocans perceptos fructus restituere sit astrictus:in quo complura ad vtrã que partem expendi valent, superquo accuratius cogitãdum est.& præter doctores dictis in locis,videre oportet tex. in.l.cùm donationis. C.de transactionibus.& in.l.imperator. §.cùm quidã. ff.de leg.2.& in.l.7.ti.4.par.6. Alex.cõsilio.113.perspectis his. lib.6.co.penul.

1228

¶EX quibus omnib9 enascitur † nõ ob id testamẽtũ in cõtractũ cõuersũ,quòd in eo vterque testator ex illis vltimò morienti omnium bonorum vsufructum reliquerit. vt satis textus in dicta lege licet. & septipartitarum prædicta sanctio illi consimilis concinunt

1229

Universidad de Deusto
Biblioteca

& quæ doctores dictis in locis tradidere. & Suarez in dicta quinta limitatione prędictæ.l.quoniam in prioribus. á quo non quidem dissidet, quod Lancelo. (cuius Claud. in dicta.l.licet meminit) asserit, testamentum facilè in aliam vltimam voluntatem immutari posse, non autem in contractum: quia in habentibus simbolum, facilis est transit9. l.in rem. §. item quæ cunque. ff. de rei vendicatio. quibus omnibus accedat tex. harum Taurinarum sanctionum dicta.l.17.

¶ HIS tamen prætermissis, ad rem in
1230 ceptam veluti á semita regrediamur † & dicto in casu non decem & sex subscriptiones, sed nonen tantúm requiri probabilius videtur: et sat esse, duo testantes duas conficere subscriptiones, ac testes septem. ex tex. in dicta.l.patris & filij. in quo Albe. post antiquiores cẽ set, quód si in eadem charta duo testantur, sat erit, eidem chartæ septem subscriptiones septem qúe sigilla testiũ adiungere. extex. quoqúe in.l.si quis ex argentarijs. §. si initium. ff. de edẽdo. cui sententiæ Cinus Din. Petrus (quos Paulus Castren. in dicta.l.patris & filij. recenset) sunt & adstipulati. & Bar. recẽtioribus comẽtarijs. in dicta.l. patris & filij. & est doctorum commune placitũ cui & consentit Christo. Porc. & illic Bauer. numero. 12. in. §. nihil. in fin. de testamẽ. & lucidè Aretin. in. §. igitur. institu. de pupil. substitutio. column. fi. Bald. in dicta.l. omnium. colu. 2. C. de testamen. Faber in dicto. §. sin autem. de pupil. substitutio. & palàm glo. in dicta.l. 2. §. si plura. ff. quenadmodum testamen. aperian. Quibus & adhæret Didacus Cast. hic verb. fiete testigos. colũna. 12. Nec dicere oberit, quód
1231 † dictæ l. patris & filij. sanctio & inibi à dictis doctorib9 deducta absimili loquũtur in casu, cùm in casu dictæ legis patris & filij. pater pro filia testatur, & ita personæ efficientis respectu vnum est testamẽtum. Præter hoc quód in speciali casu ille loquitur tex. at secus videtur hoc in casu, in quo duæ testantur personæ. nam nihilo secius nostra vtiqúe obtinet sentẽtia: quia & si hac in specie duo testãtur tamen eadẽ est charta, coniunctimqúe tabellio, ac testes vtrique adsunt testamento, & simul ad amborum testamenta rogántur, pariter qúe vtrique subscribunt testamento. Rursus & vtroque in casu eadem quidem inest ratio. Proindé & quo ad solennitatẽ (etsi duo fuerint testati) vnum est testamentum. vt glo. & Bal. Imol. Paul. Cast. & doctores in dicta.l.patris & filij. tenuere. & si quo ad ipsum immutandum, duo esse testantes, existimandum sit. ¶ Prædictæ opi
1232 nioni & alludit † tex. in.l. 4. ff. de duob9 reis. & optimè tex. in dicta.l. eo quod. C. si certum petatur, quo in loco u c lenter Bal. & Salice. prædictæ adhæret sententiæ. & quæ idem Bal. in rubri. C. de fide instrumento. ait. columna. 8. ver si cu. modo hic. ¶ Idem qúe edocet textus in dicta.l.licet. C. de pactis. & septi partitarum dicta sanctio illi consimilis. & quæ Paulus Castren. Alciatus & alij in dicta.l.licet. inquiunt. ¶ Irro
1233 boratur & eadem sententia † ex compluribus alijs quæ Bartho. Chasse. Burgundiæ consuetudinibus. des droitz. rubri. 4. §. 23. numero. 4. & sequen. chart. 201. congerit. & Guiller. Benedi. in dicto. c. Rainuntius. in verbo. si absqúe liberis. numero. 56. & sequen. char. 327. & Tiraquel. de retractu lignagi. §. 1. numero. 21. & sequen. charta. 156. Suarez in dicta.l.quoniam in prioribus. 5. limitatione. columna. 14. & Corse. de potest. regi. 25. q. numero. 33. tractatuum 12. volumi.

¶ NEC rationes † contrariæ ad-
1234 uersam fulciunt sententiam, quia etsi hoc in negocio duo sint testamenta, hoc verum est, testatorum personis circun

circunseptis, quia duo sunt testantes. at verò vt asseruimus, quo ad solennitatem secus est.

1235 ¶ EX his sit † quód quum hac in re duo sunt testatores, duo qúe testamenta, quód etsi ex testantibus quilibet nõ binam, prout nec testes subscriptionem conficere astringitur, quód tamẽ vterqúe testator subscribere testamento in scriptis necesse est. vt ex hac percipitur lege. & ex prædicta Compluti pragmatica. ex dicta qúe.l. hac consultissima. in principio. C. de testament. & dicta.l.1. & 2. titulo. 1. partit. 6. quod & suadetur ex Pauli Castrensis sententia in dicta.l.patris & filij. columna. 2. si quidem inibi adserat, quód etsi cùm pater pro se & filio eadem testatur charta sat sit, testes eorum subscriptionibus testamento paterno adfuisse insinuare, etsi de filij testamento nihil edixerint, quia vnus est testator: quód tamen sec9 est, si duo coniunctim eadem testantur charta: quia tũc testes eorum subscriptionibus vtriusqúe testamenti mentionem facere necesse est. ex.l. penul. ff. de testament. quod & Rapha. Alexand. in dicta.l. patris & filij. æstimauere. & exteri á Tiraquel. de retractu lignag. §. 1. numero. 21. glos. 21. recensiti. & videndus est Nicol. Bello. dicto consilio. 85. numero. 9. ¶ Nec dicere oberit, quód in casu dictæ.l. patris & filij. impuberis non requiritur subscriptio. quia illud ob id est, quia pater pro filio impubere testatur. vt textus inibi comperit. & patet in.l.2. in principio. ff. de vulgar. & pupilla. nam impubes ipse testari nequit. l. qua ætate. ff. de testament. igitur non mirandum, si ipsius impuberis non exigatur subscriptio: at secus in nostro negotio, in quo ambo testantur, & vterqúe testari valet.

¶ VERVM IVXTA prædicta illud minimè prætereundum est quód etsi cùm duo in scriptis nuncupatim ve in eadem charta coniunctim testantur verbis, simul qúe ad hoc rogantur testes, vna solẽnitas vtiqúe testimẽto sufficiat. acrius tamen est dubium † quid si non simul testantur nec con
1236 iunctis verbis, etsi eadem in charta, an tunc & idem sit, & vna sufficiat solennitas. quod palàm Iacob. de Ba. Albe. Cinus Angel. in dicta.l. patris & filij. ex dicto. §. si initium arbitrãtur. & Bar. inibi commentarijs recentioribus. nã ipsi cẽsẽt, quód solennitas precedẽtis testamẽti testamẽto sequẽti repetita videtur. quód tamen non esse ambiguum Bald. dicto loco arbitratur, quando tabellio asseruerit, eosdem testes prædictis duobus testamẽtis adhibitos. æquabiliter & idem esse Bald. opinatur, etsi tabellio prædicta minimè expræsserit. cui sententiæ & alios doctores consentire Alexand. inibi cõmemorat, & illis alij ad stipulantur á Tiraque. de retractu lignagi. §. 1. glos. 23. numero. 20. cõgesti. & Bertran. consi. 44. libro. 2. columna. fina. ¶ Quod in scripturis non contiguis & diuersis in libris repertis non obtinere Bar. in dicto. §. si initiũ. existimat. & adde vidẽdos doctores inibi & dictis in locis. & Fab. in dicto. §. sin autem. de pupillari substitu. & Bal. in dicta.l. omniũ. Tiraquel. dicto loco.

¶ SED an ea quæ proximè afferuim9 de testamento in scriptis non coniunctis verbis etsi eadem charta á duobus
1237 edicto † tabellione minimè explican te, quód testes ipsi ambobus testamentis adfuerint obtineat. quod videtur vt Bald. in dicta.l. patris & filij opinatur. & patet ex Alb. Iacob. de Are. Cin. in dicta.l. patris & filij. qui cùm in sigillis testium loquãtur, in testamẽto in scriptis loqui compertum est, in quo ipsa exiguntur sigilla, non qúe in testamento nuncupatiuo. vt supra explicuimus. & adde videndum Iacobi. in dicto. §. si initium. numero. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Sed contrarium esse probabilius Rapha.in dicta.l.patris & filij. opinatur, Baldum coarguens ex text. in dicta. l. penul. ff. de testament. nam textus ipse sancit, quód testes eorum in subscriptionibus sua & testatoris in scriptis testantis nomina exprimere necesse habent. ex quo consequitur, hac in spetie vtriusque testantis in subscriptionibus esse faciendam mentionem. Quo fit, vnius ex testatoribus mentione tãtum facta, vtriusque testamentum in scriptis valere, nequaquam posse. & ob id Raphæ. dictæ sententiæ in dicta.l.patris & filij. Alexand. & Iaso. post Paulum Castren. & Ange. in dicto. §. igitur. de pupil. substitutio. accessere. quod illic idem Angel. Areti. temperat, nisi testes in subscriptione amborum testatorum testamento præsentes fuisse asseruerint amborum que testatorum meminerint & adde videndum Tiraquelum de retractu lignagi. dicto. §. 1. numero. 22. glos. 21.

¶IPSE tamen pro meo captu æstimo † quód si duo eisdem chartis eodẽ ligamine clusis in scriptis etsi non coniunctis verbis testentur, & ambo cõiunctim coram eodem tabellione & septem testibus subscribentibus, quæ intro conscripta sunt, sua testamenta esse adserant, ipsi que duo testantes subscripserint, & tabellio eius signum supra chartas imposuerit, quód satis erit, quum sic falsitati locus ex facili non erit. Item & Rapha. & sequatium ratio ex dicta.l. penultima. ff. de testament. excogitata ad hunc nõ pertinet casum eo præcipuum, quia hodiè ex hac.l. in testamenti subscriptionibus, *firmis*, vulgo dictis (prout vsus recipit) non est exprimendum, cuius fuerit testamentum & satis est, tabellionẽ hoc asseruisse. Itẽ & sufficit, quód hoc in casu amborũ testamenta conexa sunt. ex. d.l. patris & filij. & Bal. in. d.l. omniũ. C. de testa. co. 2. & glo. in dicta.l. 2. ff. quenadmod. testament. apperian. & patet ex Fabro in dicto. §. sin autem. ad finem. de pupil. substitu. & palám hoc tenuit Barto. in dicto. §. si initium. in relectione. colu. 2. ex tex. inibi ab eo citato in. l. 1. §. fina. ff. de bonor. possessio. secund. tabul. & in. l. cùm pater. §. cùm imperfecta. ff. de lega. 2.

1238

¶AT si intro clusa essent duo testamenta, & simul colligata, etsi non coniunctis verbis composita, & testantes ante eosdem testes & tabellionem cõiunctim eodem que tempore illa esse sua testamenta non insinuauerint. sed ex interuallo, cõpertissimum est, vtrique testamento testium septem subscriptiones & tabellionis signum non sufficere: quia etsi coram eisdẽ testibus & tabellione ex testantibus vnus post testamentum ab altero editum, testamẽtum suum confecerit, amborum que testamenta simul eisdem que choreis ante sint collocata, diuerso tamen tempore sint nõ que vno cõtextu sint edita. vt supra dicta luculenter edocent. & sat inquam tex. noster prodit. & tex. in dicta.l. cùm antiquitas. & dicta. l. si non speciali. & patet ex doctoribus in dicto §. si initium. & ex dictis in locis traditis. & vide Paulum Castren. consil. 291. quia in puncto. libro. 1. columna. final.

1239

¶EX quibus huius dubij decisio consequitur, num † si supra scripturam in qua Titij & Sempronij coniunctis verbis conscripta sunt testamenta, & colligata, tabellio Titium suum testamẽtum illic intro clusum ante testes tali die cõfeciſſe, & illud suum testamentum esse voluisse edixerit, & confectum Titius ipse & testes se subscripsere, tabellio que eius signum illic imposuerit, subsequenter verò statim que tabellio quoque inibi suis literis enunciet, Sempronium illic eodem que die testamẽtum suum dicta scriptura collocatum edidisse, & suũ testamentũ illud esse explicuisse, prout explicuit, & illi Sempronius subscripserit, dictorum testium nulla amplius à tabellione mentione facta, nec scriptura ipsa ab eisdem testibus iterum subscripta, nec ab eodem tabellione signata, an solennitas Titij testamento adhibita, Sempronij in testamento repetita cẽseatur. quod videtur ex his quæ tabellio dicta eius in subscriptione enunciauit. & quia eodem ligamine amborum testamenta sunt inquam clusa: sint que ipsa Titij & Sempronij testamenta conexa. & ex his que supra congessimus. ex Iacob. Rab. que & Cin. Albe. & doctorum sententia in dicta.l. patris & filij. & quia actus medius (& sic testium subscriptiones prædictæ tabellionis que signun) ad vtrunque extremum, & ita ad Titij & Sempronij dicta testamenta adhibitus videtur. vt traditur in dicto. §. si initium. & ibidem Barto & doctores scripsere. & adde videndum Paulum Castren. in cõsilio. 291. quia in puncto. libro. 1. columna. final.

¶IDEM quippe & videtur, si eodem ligamine duobus testamentis colligatis, eisdem que & chartis, etsi non coniunctis verbis, testamentis ipsis editis tabellio in charta supra ipsa testamenta extante, duas confecerit subscriptiones, cuilibet (scilicet) testamento vnam, & in postrema eius subscriptione, non que in priori testes fuisse præsentes asseruerit, & exindè post dictã vltimam subscriptionem testãtes testes que illic subscripserint, & inibi tabellio signum apposuerit, vt hoc in casu prædicta solennitas ad vtrunque referatur testamentum, & ad amborum solennitatem sit satis. ex textu in dicto. §. si initium. & quæ Bald. & Imol. in dicta.l. patris & filij. tradidere. & Ange. in. l. Lucius. columna. 2. ff. de testament. milita. & Baldus in dicta.l. omnium. columna. 2. C. de testament. Salice. in dicta.l. eo quód á multis. C. li certum. peta. Paul. Castrens. consilio. 291. quia in puncto. lib. 1. cui & rei alludit text. in. l. 1. cum materia. C. de liber. præteri. Sed in contrarium immodicè conducit text. in dicto §. si initium. quia text. ipse inquam loquitur, quum dies in principio fuit expræssus: at non si in fine. vt ex dicti. §. verbis palám percipitur. & est commune doctorũ placitũ. vt ait Iason illic columna. 1. Quicquid dicant Imol. in dicta.l. patris & filij. & Salice. in dicta.l. eo quod. quibus Alexã. & Iaso. illic adiuerſantur. Sed dicta communis opinio prædictæ sententiæ refragari non videtur. Tum quia, complures sunt qui dictam communem impetunt sententiã Tum quia, testes hoc in casu satis patet vtriusque testaméti testes fuisse, & vtro que in testamento subscripsisse, tabellionis que signum illic impositum.

Tum quia, dicta communis temperatur sententia, quando ex verbis etsinõ expræsis, vel alio quouis modo constiterit, diem vltimo loco collocatum ad omnia superiora deputatum. auth ore Bar. & alijs docentibus in dicto. §. si initium. Tum quia, & dicta doctorum cõmunis assertio non quidem in actu ita contiguo & vno ligamine cluso (prout noster est) obtinere valet. qua in spetie Imol. in dicta.l. patris & filij. & Salice. in dicta.l. eo quod. prædicta obtinebit sententia. non enim existimandum est hoc in casu ita contiguo tabellionem vtriquè testamento testes prædictos adhibere noluisse. ¶Nec tunc dicere oberit, quód Barto. in lectione dicti. §. si initium. textum illum intelligit, etsi eedem tabulæ coniunctim sint colligatæ, & ita quód cùm vnum esse volumen constat. nam quippe responderi potest, Bartolum minimè loqui, quando res ita coniuncta & colligata est eodem que ligamine clusa

Universidad de Deusto
Biblioteca

nec quando alia quæ hac in re supraexpendimus confluunt.

¶EX his omnibus hęc sexta conclusio termitatur,& in septima sumus conclusione.

¶PRETER TESTATORIS & testium subscriptiones, tebellionis signum testaméto in scriptis immiscendum est.

¶HVIVS conclusionis ea quidem ratio est,quia scriptura testamenti tabellionis signo potiꝰ,quám eius sola subscriptione munitur. vtpatet in authē.de instru.fid.&cau. §.oportet.colla.6. & Aretin.expræsse expendit in.l.si testamentum.columna.2.ff.de testa.

1240 ¶SANE tamen si scisciteris † an ante hanc legem in testaméto in scriptis tabellionis signum exigebatur, affirmatiua responsio probabilior videtur,etiam in testamento nuncupatiuo, quod quis scriptura publica probare nititur, siquidem tabellionis signū scripturis publicis necessarium esse videbatur.vt sat probatur in.l.fina. C.de assessori. §.1.ibi,*signum quod solitum est,chartis imponat*.& in dicta.l.ad testium. §.si eius.& illic Paul. Castren. ff.de testament.idem & constat in dicta.l.si ita stipulatus fuero. §. Chrisogonus. ff. de verbo.obligatio.& in authenti.de instrumen.cau.&.fi. §.sed etsi instrumenta.colla.6. tenet Iacobus. Are.á Bartulo citatꝰ in dicta.l.ad testium. §.si quis. cui sententiæ idem Barto. palàm adstipulatur in digestorum prima constitutione.columna.2.qui ad hoc solet á quibusdàm allegari: etsi deniqúe non esse de iure necessarium signum opinetur. prædictæ quoqúe accedit sententiæ Bal.in.l. contractus. C.de fide instrum.co.3.& in tracta.de tabellio.nu. 26. Abbas in capitul.1.de fide instrumẽto.col.3. Ange.in consi.220.ad hoc.co. 1.Specula.lucidè tit.de instrumen.editio. §.breuiter. Petrus Rebuf. tractatu de nominationibus.q110.numer.11.Ioā. Lupi.in præsentia numer.50. Boeri.decisio.37.quia supra.numero.10. quo in loco nuncupatim ex plerisqúe illic abeo congestis ad hanc speciem videndis astruit † testamentum tabellionis signo carens,firmum nō esse.quod & Corneus amplectitur consilio. 118. placet. libro.4. Boerius consilio. 48. visocerto. columna.3.& Aymon Craūe.consilio. 72.dubitatur.columna.2.dicens prædictam opinionem receptissimā.& quòd signi tabellionis omissio instrumẽtum publicum subuertat. Bartol.citari consueuit digestorum proœmio. & alios illic videndos. Felin.scribit in dicto capitul.1.de fide instrumento.numero.13. cuius Petr. Paul. Parisi. consilio.27.nouula.numero.6.lib.2.memor est.

¶VERVM magis commune doctorum placitum(iure communi) videtur 1241
† tabellionis signum non esse necessarium.inter quos sunt Ioa. Andre.in Specul.de instrumento.editio. §.1. Imol. Antoni.in dicto capitul.1.de fide instrumento.numer.11.quo in loco Imol. hanc esse communem sententiam cēset. cui & illic Decius accedit numero. 13.Cardinal.consil.133.duo sunt videnda.columna.4.dubio.3.etsi in hoc asserat,consuetudini standum.argumē. capitul.cùm dilectus.de fide.instrumen. & illic respondet dictæ.l.fina.de assessori.&alijs quoqúecontrarijs iuribus inibi ab eo citatis.cui & sententiæ idē Imol. adhęret in ru.ff.de noui.oper.nūciatio. & inibi Alex.col.4.hoc esse doctorum cōmune votū adserens, etsi post alios dicat,esse vtile signū ipsū in scriptura collocare propter cōparationē efficiā. Huic sentētiæ & Barb.accedit in relectione rubricæ de fide instrumento. numero. 80. Corne. in consilio. 118. placet mihi. libro. 4. columna. 2. Petrus de Vnzola in eius practica artis notariatus.columna.fina. Marcus Anto.Babe.in dicto. §.possunt.apud Iustinianū de testament.numero.3.& alij inibi abeo citati.& dominus Didacus Couarru. in practi.quæsti.capitul.20.numero.5. quo ait loco, penes omnes illud esse constitutissimum, hanc solennitatem potius consuetudinis iure, quàm lege scripta inductam,& eius omissionem instrumentum subuertere. quod vltimum dicit regia probari lege titulo.18. partit.3.l.54. & satis hæc sententia est de mente Bart.in dicto. §.si quis.dictæ l.ad testium.& in dicto. §.si initium. in relectione numero.32.post Specula. in titulo de instrumen.editione. §.ostē so.columna.fi.& alios á recentioribus in dicto. §.Chrisogonus.citatos.& adde videndum in materia Iaso.num.43. in dicto. §.Chrisogonus.& Mathe.de Aflict.Neapo.constitutio.rubri.73. libro.1.numero.23.Præposi.in capi.cùm redemptor.12.q.2. Chasse.Burgund.cō sue.in conclusione & appro.numer.2. chart.386.post Corneum consilio. 94. consuluit.lib.4. Ana.in capitul. accedens.de falsis.

1243 ¶ITAQVE placet † verum esse, quod & ipse censeo communius esse doctorum assertum,quo censent,tabellionis signū non esseneccessarium:nisi in locis quibus consuetudo adsit: quam consuetudinem esse generalem ex prædictis aliqui insinuant,præcipuùm Abbas & doctores plerique in dicto capitul.1.de fide instrumento. post Alberi. C.de nouo codice compo.numero.16. Ange.in dicto consilio.220. Præposi.in dicto capitul.cùm redemptor.12.q.2. ad finem.Boeri.dicta quæctione.37.columna.pe. Aym.Craue.dicto consilio. 72.dubitatur.columna.2.

¶DEMVM tamen septipartitarum iure ipsum signum necessarium videtur ex dicta.l.54.titulo.18.partit.3.ibi,*facer y su signo*.& ita eam illic dominus Grego.Lupi.verb.su signo.opinatur,& ita obseruari edocet. quod & probari videtur in.l.55.eodem titul.18. ibi,*y en fin dela carta deue y poner su signo*.& titu.19.3.part.l.10.ibi,*E puse en ella mio signo*. & idem fulcit textus in.l.1. Compluti anno.1503.edita.& siquis cōtrarium asserere velit, has septipartitarum leges ex his quæ supra numero.124. disseruimus abiiciet.

¶NVNQVID autē † in prothocollis tabellionis signū eiꝰ qúe subscriptio iure cōmuni exigatur videre licet Bal.in l.fideicomis. §.1.ff.deleg.3&in.l.Luciꝰ. ff.de testament. milita. cùm similibus quorum recentiores memores sunt in dicto capitul.1.de fide instrumento. & in dicto capitul.cùm.P.rabellio.& Decius susius consilio. 447.in donatione. columna.2.post Alexand.consilio.14. visis & consideratis.numero.8.lib.6.adde vidēdam dictam Compluti pragmaticam,& in Sego.curijs petitionem.86. anni.1512. Cardinal. Parisi.consilio. 2. visis omnibus.numero.92.lib.2.& vide l.86.curiarum Segouię anni milesimo quingentisimo trigesimo secundo.& l.54.titulo.18.part.3. 1244

¶VERVM illud inuestigare oportet † an sicut hac in lege in testamento in scriptis tabellionis signum est necessarium,ita & eius subscriptio vulgo *firma*,nuncupata,exigatur.quod quidē fermè ab alijs intactum relinquitur(& ex eo fortasis, quia tabelliones subscriptionem cum eorum signis testamẽtis adiungere consueuere)& quidem videtur,dictàm eius subscriptionem non requiri. Tum quia,sanctio nostra octo tantum subscriptiones exigit, testiū scilicet septem,& testātis aliam. Tum quia,signi tabellionis nō autē ipsiꝰ subscriptionis hęc lex meminit:igitur non videtur 1245

Universidad de Deusto
Biblioteca

videtur necessaria.l.cùm prætor. ff. de iudi.l.maritus. C.de procurato.l.si verò. §.de viro.ff.soluto matrimo. Tum quia,sanctio hæc totam testamenti in scriptis solennitatem enarrat, & tabellionis subscriptionem præterijt.igitur non videtur necessaria.l.si seruum. §. prætor.ff.de acquiren.hæredi. ¶Cõ
1246 trarium tamen videtur † siquidē alijs iuribus tabellionis subscriptio scripturis publicis necessaria est.vt palám tex. in dicta.l.54.titulo.18.parti.3.insinuat. & in.l.55.eodem titulo.& titulo.19.l.10. eadem parti.optimus tex.in.l.2. C.de conuen.fis.debito.libro.10.ibi, *tabularius non subnotauerit*.& illic Bald. columna.final.& Lucas Penen.columna. 2.& Alexand. in additioni.alia vidēda citans.tex.& illic glos.in authen.de instru.cau.& fi. §.sed etsi instrumenta.colla.2.& in authē.de tabellioni. in principio.colla.4.ibi, *subscriptionem habens* glo.etiam in.l.generali. C.de tabul.in glos.magna.Bal.in.l.contractus. C.de fide instrumen.& in dicta.l.non aliter. columna.2.ff.de adoptioni.& in rubri. C.de fide instrumen.& in.l.falsus.C.de furtis.in fine.docentes in dicto capitu. 1.de fide instrumento.cum alijs citatis á Cardina.Pe.Parisi.consi.12.transactio. numero.123.lib. 2.& adde vidēdum Alber. C.de nouo codice componen. numero.17.&.C.de Iustini. C confir.colũna.4.& ob id tabellionis subscriptionē ideſt, *firmam*,vulgo dictam,huic legi superadendam videtur.ex.l.non est nouum.ff.de legib.quibus conducit sententia Bal.in.l.2.C. quomo.fis.vel priua.colum.3.qua astruunt,instrumentũ á tabellione non subscriptum firmum esse non posse: cuius subscriptio adeo necessaria est,quód & non sufficit, instrumẽtũ tabellionis manu esse cõscriptũ,nisi & ab eo subscriptũ sit.vt legitur & notatur in dicta.l.cùm antiquitas.C. de testament.cum similibus supra recẽ sitis.& á Felino in dicto capitul.2. de fi de instrumento.columna.2.

¶RVRSVS † hæc posterior instruitur sententia, ex huius legis dictis verbis, *siete testigos con vn escriuano, los quales ayan de firmar*, quæ verba & tabellionis subscriptionem apprehendere videtur. ¶Deindè & hæc patescit opinio ex text.in dicta.l.ad testium. §. si quis.ff.de testament.quem illic Bal. & Paul.Castren. ad hoc expendunt † quód tabellionis signum non satis erit, scripturis absque eius subscriptione collocare.cui sententiæ adstipulatur Barba.in relectione dictæ rubri.de fide instrumen.numero.92.& adde vidēdum Decium in dicto consi.447.column.2. & Matheum de Afflict.Neapoli.constitutio.rubric.73.libro.1.numero.23.

¶Deniqúe & nuncupatim † quód testamentum in scriptis ex eo euertatur, quód á tabellione non fuit subscriptũ Angelus tenet in dicto consil.220.Alexand.in consilio.153.videtur prima. columna.2.libro.2.Decius dicto consilio 447.colum.1.&.2.& præter eos Paulus Castrens.consilio.291. quia in puncto. libro.1,columna.fina.

¶HEC sunt quæ controuersiã hãc dubiam efficiunt † nobis tamen vltima displicet sententia:& priori ex primis accedimus rationibus.cui sententiæ & Dida.Caste.hic verbo.el escriuano.assentit(etsi breui,non qúe accuratè rem expedierit)& satis ex Egidio Bella.dicto consilio.1.columna.25.versic. & etiam.hisce in verbis patescit, *sed tabellio vel octauus testis non habet subscribere,quia non reperio cautum*.Et ipse quidem complures scripturas antiquas vidi tabellionis signum sine subscriptione, *firma*,nuncupata,habentes.

¶NEC rationes † contrariæ nostræ refragantur sententiæ,quia iura & doctrinę

ctrinæ quæ omnibus contrarijs rationibus citantur, ad hanc speciem nequáquám pertinent.siquidem de subscriptione vulgo, *firma*, apellata, minimè agant,sed de subscriptione á tabellione efficienda,in qua eius exprimens nomen propria scribit manu,illum testamento siue scripturæ testibus præsentibus adfuisse,ea subjungens verba, quæ in dicta.l.54.dicto titulo.18.partit.3.cõscribuntur.quæ & doctores dictis in locis commemorant.& Specula.titulo. de instrument.edi. §.breuiter.columna penultima.& in. §.ostenso.colum. 7.& in. §.compendiosè.colu. antepen. & Bar.in.l.diuus. §.item senatus.ff. ad legem Corneli.de fal.doctores in dicta l.penulti.ff.de testament.& in authenti.siquis in aliquo.C.de eden.Quæ subscriptio(non vulgo,*firma*, nuncupata)á tabellione in scripturis publicis quotidiè fieri consuescit,& illam á tabellione effici necesse est. quod hæc nostra lex non quidem immutauit ¶Consuetudine tamen introduci potest,tabellionem subscriptionem prædictam posse prætermittere.ex text.in authentic. vt prepona.nomen impera. §.1.colla. 5.& his quæ Specula.tit.de instrumen. editio. §.1.ad finem.& notat expræsſè Bald.in dicta.l.2. C.de cõue.fisci deb. libro.10. ¶Proindè etsi sanctio hæc prædicta subijciat verba, *interuengan alomenos siete testigos con vn escriuano, los quales ayan de firmar*. confestim tamen nostra lex prædictis loquitur verbis,*demanera que sean ocho firmas*, & ita patet, quód tabellionis non exigitur subscriptio,*firma*,nuncupata.adde tamen ad prædicta videndum dominum Didacum Couarru. in dicto capitulo. cùm esses.in principio.de testament.

¶ET sicut sanctio hæc in testamento in scriptis non requirit,nisi signũ,ita nec exigit in testaméto in scriptis,quód rubricas & cætera signa tabellio testamento ipso imponat.ex prædictis rationibus.

¶AN verò & exigatur † tabellionis 1252
nomen testamento scribi,videre expedit Specul.titulo.de instrumento. editio. §.breuiter. insignè Alexand.dicto consilio.133.uidetur prima.columna.2. libro.2.Ioan.Lup. hic numero.51.Didac.Caste.verbo.del escriuano. columna.2.Carolus Ruin.consilio.11.de vltima.numero.15.& sequent.libro. 3. post Angel.in consilio.275.& quæ Aymon Craue.consilio.150.in causa. columna. 2.tradit.

¶PROINDE & quæstio illa (& præter alios) disputanda est, † num si 1253
coram duobus tabellionibus testamentum in scriptis edatur, (prout iure fieri potest.vt in clementi.1. §.dudum.de iure.iuran.& illic Vincen.numero.20.& probatur in.l.1. §.si apud nos.ff. depositi.& traditur in authenti.de hæredi. & Falci. §.si verò absunt.& illic glos. colla. 1. & alibi sæpe.) vtriusqúe signum stante hac lege in testamento in scriptis sit necessarium. Quod primó videtur,quia ex quo testator duos rogauit tabelliones †.duo eorum signa testamen 1254
to esse immiscēda,voluisse videtur,quia sic maiorem fidem eius testamentũ cõsequetur.ex traditis in dicta authentic. de hæredi.& Falci. §.si verò absunt.& illic glo.quæ ait,duorum tabellionum fidem potiorem † quám vnius esse. & 1255
traditur in authenti. de tabula. §.1. colla.4.& inibi glos.citans textum in dicta authenti.de instrument.fid. & cau. §.oportet.ad quid enim testator duos potuit rogare tabelliones, si vtriusqúe signa eius testamento noluisset imponere, superuacaneum qúe censetur, ambos rogasse,si ab vno tantùm testamentum esset signandum † videtur er 1256
go,quód cùm testator duo signa testamento

Universidad de Deusto
Biblioteca

mento collocari voluit,quód vnum signum non quippe satis erit. & patet ex his quæ habentur in capitul. licet causam. § .quánquàm.de probationi. & in dicta.l.cùm hij. §.prætor.ff.de transactionib.testamentum enim ab his signandum est,quibus hoc est traditum.ff. de iure fisci.l.in fraudem. §. quotiens. Specula.titulo. de instrument. editio. §.instrumentũ.columna.1. ¶Cæterúm hæc instruitur sententia † quia 1257
duorum tabellionum signis falsitas facilius fugatur,ex quo duos tabelliones ad scripturas rogari complures consuevere.authore Baldo in capitul. quoniã contra falsam.de probationi. column. 3.apud finem.igitur cõsequens est, duobus tabellionibus rogatis, vtriusque signum requiri. ¶Deindè his alludit, quia cùm duo ab homine administrationem habent,vnicuique administratio ipsa non videtur insolidum,sed partim concessa.l.duo ex tribus.ff.de re iudi.capitul. vno delegatorum.de officio delega.capitul.prudentiam.eodem titulo.l.cùm magistratus. C.quando prouo.non est necesse.l. pluribus. iuncta glos.ff.de procurato.l.item si vnus. §.1. ff.de arbitris.& hanc regulam generatim Alberic.admittit in.l.1.columna.2 ff.de offi.consul.traditur in dicto capitul.prudentiã.de offi.delega.& in capitul. vt officium . de hæreticis in .6 .& vt ipse Alberic.in dicta.l.1.columna.final.astruit,tabellionis officium etsi âiure suboriatur, conficiendi tamen instrumenta potestas ab hominibus (idest contrahentibus) confertur. C. de fide instrumento. l . contractus. Quo fit, vnius tabellionis signum minimè sufficere,cùm à duobus tabellionibus testamentum in scriptis fieri committitur
¶Rursus & hæc irroboratur sententia ex textu in.l.si quis ex argentarijs . §. cogentur.ff.de edend.ex quo cõstare vi
1258 detur † duobus tabellionibus ad instrumentum rogatis,eorum vni non esse credendum,sed saltem ab vno instrumentum esse scribendum , ab alio quę subscribendum. cuius textus doctores antiqui hac in specie in dicto capitulo. quoniám contra. expenderunt.& illic Abbas columna.22 ,versiculo.nota tamen.post Antonium ibidem numero. 22.& Baldum Salicetum in.l.ius iurandi.columna.2. C.de iure iuran. Angelus Paul.Cast.Alex. in dicto. §. cogentur.recentiores in capitul. cùm super. de offitio delegat.Nicol. Mil . in eius indice.verb . notarij duo.Alexand.consilio. 124.uiso processu.libro.7.columna. 2.quo in loco abundè consuluit, quód si duo tabelliones ad testamentum conficiendum rogantur,quód saltem ab vno scribendum est ,ab altero subscribendum.quod & consuluit Socin.consilio.2.in causa testamentaria. libro.3.columna.1.Corneus(in testamẽto etiam loquens consilio.243.circa)primum.libro.3. columna penultima. ita Bart.& Bald.& Bened . Capu . consuluisse asseuerans.item & Bald. quibusdam consilijs (quæ Boeri. illi assentiens decisio.21.annus.columna.1. comminiscitur) opinatur,instrumentum à duobus tabellionib9 receptum, ab vno ex illis subscriptum, sine alterius subscriptione fidem non facere. quod eidé Boeri.placet consuetudini. B turi des. coctu.concen.les iuges. §.6. columna penultima.citans Baldum in consilio. inibi commemorato.quam tamen sententiam ipse Boeri . dictis in locis aliquibus temperat modis,illic videndis. Proindè & hæc munitur opinio ex Alberic.in dicta.l.1.ff.de consul. columna.final.qui nominatim censet, tabellionibus duobus rogatis eorum vni minimè esse credendum.

¶DENIQVE & nũcupatim,quód duo signa hac in specie exigantur.tenet Guido papę.questione.122 . instrumentum

mentum. Bartho. Chasse. Burgund. cõ suetudinib . verb . signe daulcum . numero.20.in conclusione & approbatione.charta.386.cui sententię Burdega. curia adstipulata fuit.teste Boer.in dicta decisione.21 . columna penultima. etsi Guido papæ dicto in loco tãdem extimet, ex tabellionibus vnum dicto in casu testamentum scribere posse,alterum verò ipsum signare. & adde videndum Decium consilio.11 :quoniam iudicãtium.columna.1.post Alexand. in consilio.92.videretur prima.libr.7.columna.1.

¶CONTRARIAM tamen sententiam † noster tutatur tex.siquidem 1459
indiscriminatim tabellionis vnum signum cum testatoris & testium subscriptionibus exigit. ¶Secundó hæc pars 1460
non modicè confirmatur † quia iure ad instrumentorum fidem satis est,vnius tabellionis præsẽtia.C.ad legẽ Cornel.de falsis.l.si quis decurio.& in dicto capitul.quomam contra.de probationib . cum similibus.igitur duos tabelliones ad testamentum in scriptis rogari superfluit . quaré consequens est, vnius tantùm signum sufficere,duo qúe signa minimè exigi. siquidem ea quæ superabundant actum euertere non consuescant. l.testamentum . C . de testament.cum similibus.Quæ & adiuuatur ratio ex text.in.l.cũ tabulæ. ff.de bono. posse.secun.tabul.ibi,*sufficit ad bonorũ possessionem dandam septem testium signa comparere,licet non omnium qui signauerunt, maneant signa*. Huc & vergit, quia cùm ex duobus vnum sufficit , eorum altero sublato,aliud minimè subuertitur.vt traditur in.l.1. §.si quis neget.& illic palàm glos.ff.quenadmodũ testament.apperian.tex.iuncta glo.in. l.1. C.de quæstionibus. cum similibus quæ Zasius recensetconsilio.2.pagina. 9. ¶Tertió principaliter hæc patescit sententia ex textu in capitul. 2. de rescript.& illic scribentes.cum similibus ¶Quartó prædicta munitur opinio,quia si receptior non esset,in testatis potestate esset,huic derogare fáctioni alijs qúe iuribus, quibus vnius tabellionis præsentiam eius qúe vnicum signum sufficere,constitutum est. contra. dictam.l.nemo potest . ff . de lega.1.
¶Quintò hęc suadetur veritas,quia etsi testator duos rogauerit tabelliones , nõ ex hoc testantem vtriusqúe tabellionis signum suo testamento imponendum voluisse,existimandum est.cùm nonsit aliás necessarium, ni si vnum . vt patet ex text.in.l.in delictis. §. fideiracta. ff. de noxal.& alijs iuribus quorum Bald. meminit in.l.3. C.si ex fals.instrumen. columna penultima.adnotat Paul. Castrens.in.l.diuus.ff.de re iudica.columna.2.cum alijs. ¶Sextó hæc constat pars ex.l.1. C. si ex p luribus tutor.& in l.final.C.de author.præstan.quibus stabilitur,quód si plures pupillo tutores dentur,sat erit eorum alterum ipsi pupillo authoritatem præstare . quod & alijs traditur locis,quæ Decius in dicto capitul.prudentiam. de officio delegati. columna.6.comminiscitur. ¶Septimó his conducit Ioan.Fabri in dicto. §.possunt. institu.de testament.sententia.columna. 2. in fine . versiculo . sed quid si litera.quo in loco opinatur † 1261
quód etsi partes expressim vellint,duo signa instrumento collocari , sat erit vnum illi apponere,ut fidem faciat. ex dicta.l.testamentum. ¶Demùm & expræsim huic consentit sententiæ Bald.in.l.imperator.in.1.ff.de statu hominum. columna antepenultim.& in capitul.tercio loco.de probatio.columna.finali.Decius consilio.10. diligẽter consideratis.cõ.2.quo extimat cõii. † 1-6
quód etsi duo tabelliones ad scripturã rogẽtur,quód eorum quilibet insolidũ rogatus censetur:& ob id,quód vnus ex his subscriptio sufficiet,nè actus pereat

ff.de re

Universidad de Deusto
Biblioteca

ff.de reb⁹ dubijs.l.quotiens.quod & cõ
ſuluit Stepha.Bert.conſi.2.lib.2.nume
ro.1.Boeri.dicta deciſi.21.columna. pe.
poſſunt enim tabelliones plures inſoli
dum eſſe rogati.authore Baldo in.l. fi-
nal. §.cúm igitur. C.de iure deliberã.
columna.4.uerſic.ſed nunquid poteſt
vna.quam Decij ſententiam etiam ſub
ſtentat Guiller.Benedi.in dicto capit.
Rainuntius.verb .mortuo itaqúe teſta
tore.in.1.numero.417.& ſequen.

¶PROFECTO tamen poſtquám
rationes pro vtraqúe recenſuimus ſen
tentia,ſupereſt noſtram prodire opinio
1263 nem,quæ quidem eſt † quód etſi duo
tabelliones ad teſtamentum in ſcrip
tis rogentur,ſat erit,vnum ſignum teſta
mento immiſcere.Quin & reor, vnam
dictorum tabellionum ſubſcriptionẽ
in ipſo teſtamento confectam tunc ſuf
ficere: nec ex eo euerti,quód tabellio
nibus rogatis alter teſtamentũ non ſubſ
cripſerit.ex rationibus ſupra congeſtis.
etſi hoc vltimum communi aduerſetur
ſententiæ. vt ex prædictis patet, & eo
præcipuúm caſu quo vterqúe tabellio
teſtamentum in ſcriptis receperit, ip-
ſum qúe teſtamentum publicare ince-
perit. ex tex.in dicta.l.1.ff.de officio cõ
ſul.& in dicta.l.ſi vni.ff.de re iudi.cum
alijs quorum Guiller.Bene.dicto in lo
co meminit. ¶Nam quippè nec tex
tum nec rationem adinuenimus, quæ
nos ad contrariam ſubinuitet ſenten-
tiam,& opinari nos impellat,duobus ro
gatis tabellionibus eſſe neceſſum, vel
ab vtroqúe inſtrumentum ſubſcribi,ſi-
ue ſignari,vel ab eorum altero ſcribi,
ab alio qúe ſubſcribi,aut ſignari. nam
text.in dicto §.cogentur.contrariæ nõ
1264 ſuffragatur ſententiæ † ſiquidem in eo
ſtabilitum ſit,tutoribus pleriſqúe admi
niſtrantibus,ſeu ſi argentarij pluresſint
hęredes,eos omnes edere eſſe obnoxios
aut vnius editioni alios ſe ſubſcribere:
quod ex eo ſancitum videtur,quia cúm
omnes rationes edẽdas habeãt, iuſtum
eſt,quód ad earũ editionẽ omnes cõpe-
llantur.ex dicta.l.ſi.C.de autho. præſ-
tan.cũ alijs.quod fieri proderit, quia ſi
eorum vnus humilis exploratus qúe e-
dat,de editionis fide meritó ambigi nõ
poſsit, cõtraria qúe euellatur ſuſpitio,
eo quód omnes edunt,vel ipſi ſubſcri-
bunt editioni.quod ad noſtrã ſpeciẽ ne
quaquã pertinet. Tũ quia,hoc ip negó-
tio res nõ ita tabelliones tãgit,ſicut edi
tio argẽtarios,ſeu tutores adminiſtrãtes
apud quos rationes ſũt.etſi gl.in.l. quæ
dã. §.numullarios.ff.de edẽdo.dicat,iu
ra de argẽtarijs numullarijs vẽ loquẽtia
in tabellionibus obtinere.& Iaſo. in.l.
prętor ait.co.1.ff.de edẽdo.Tũ quia hac
in ſpecie quilibet ex tabellionibus(vt
explicuimus) inſolidũ rogatus cẽſetur,
& ita res expediri ab vno quoqúe valet.
quod & in dicto. §.cogẽtur. ceſſat. Tũ
quia, ad inſtrumenti fidẽ nõ quippe ne
ceſſaria eſt,niſi vnius tabellionis ſcrip-
tura: igitur cõſequens eſt, inſtrumentũ
non ſubuertendũ:etſi alterius ſignũ de
ficiat,& præcipuũ quód cum vnico ſig-
no hoc in caſu teſtantis & ſeptem teſtiũ
ſubſcriptiones confluunt. quod quidẽ
in dicto caſu.d.§.cogentur. non euenit
Tum quia † ob id tex.in dicto. §.cogẽ 1265
tur.õnes ad edendũ aſtringit,quia apud
omnes(vt aſſeruimus)rationes ſũt: at ve
ró ſi apud vnũ ipſæ rationes fuerint,alij
ad edendũ non tenẽtur.& ita tex. in. d.
§.cogẽtur.huic rei applicari nequit.
Tũ quia(& deniqúe)quia text. in dicto.
§.cogentur.non vtiqúe ſancit,quód ſi
ex hæredib⁹ argentarij aliquis nõ ſubſ
cribat,editio fidem nõ faciat:ſed quód
ob id editio ab omnibus fieri expedit,
quia poteſt de editionis fide ambigi, ex
eo quód eorum apud quos ſunt rationes
aliquis deploratus humilis qúe fue-
rit.

¶PROINDE & † text.in dicto 1266
authẽtico de hæredi.& Falci. §.ſi verò
abſunt.

abſunt. qui et à docto. dictæ communi
ſententiæ aſſentientibus)ad hanc expen
dũt rem,minimé noſtro refragatur pla
cito:ſiquidem inibi non conſtituitur,
duobus tabellionibus rogatis duo exigi
ſigna,ſubſcriptiones qúe amborum re-
quiri.

¶QVID MVLTA, & tex.in dic-
ta.l.1.ff.de offi.conſul.ſolutio patentiſsi
ma eſt,ſi quidem potiús noſtram ſuade-
at ſententiam,ex quo in ea conſtituitur,
ex conſulibus quenlibet adminiſtratio
nem inſolidum habere, etſi cauſa ab
vno ex eis incepta, ab alio niſi ex cau-
ſa neceſsitatis exerceri queat. & ob id
Alberi.in eadem.l.1.columna.final.
aduerſus eius ſententiam, qua arbitra-
tur, ab vtroqúe tabellione conficien-
dum eſſe inſtrumentum text.in dicta.l.
1.ſuiſſe citatum,recenſet.

¶NEMPE CVM iam dictũ. §. co-
gentur.& dictũ. §.ſi verò abſunt.& dic-
tã.l.1.ff.de offi.conſul. noſtræ ſenten-
tiæ non refragari edocuimus: ſupereſt
& alias rationes contrarias diruere.
Quarum prior ex eo euellitur, quia et-
ſi teſtator duos rogauerit tabelliones,
non ex hoc fit,duo ſigna teſtamento eſ
ſe collocanda præcauiſſe: nec ob id
amborum tabellionum rogatum ſu-
peruacaneum fuiſſe. ¶Cæterúm &
quando aliquid ex abundanti fit, et-
ſi prætermittatur,minimé nocet. vt in
dicta.l.teſtamentum. C. de teſtament.
& in.l.qui mutuam.in principio.ff.man
da.traditur in capitul. ſi papa. de pri-
uileg. in. 6. Verúm & ineſficax eſt
argumentum, quo dicitur, quód ma-
ior fides duobus tabellionibus, quám
vni eſt adhibenda, magis qúe creden-
dum ſit ſcripturæ duo ſigna, quám
vnum habenti † ſiquidem & inſtru-
mento vnum ſignum continente,co
ram vno qúe tabellione confecto, opti
mo iure quoqúe credatur. Verúm &
falſitatis ſuſpitio quidem quoqúe abi-
gitur, quando inſtrumentum coram
vno conficitur tabellione. l. cúm prę
cibus. C. de probationi. & ob id parum
aſſerere vrget,quód falſitas facilius ex
duorum tabellionum ſignis abijcia-
tur.

¶NEC NOS CONTORQVET 1268
alia ratio ex dicta.l.duo ex tribus. & ſi-
milibus excogitata. Quia cúm duo-
bus tabellionibus teſtamentum com-
mititur,eorum cuilibet (vt aſſeruimus)
inſolidum poteſtas quo ad ſignum &
alia tradita cenſetur. ¶Proindè etſi
minimé diffiteamur, tabellionem ab
homine conficiendi inſtrumenta facul
tatem habere, tamen ipſius fides lege
comprobatur.vt in dicta.l.ſi quis decu-
rio.& in dicto authenti. de tabellioni-
bus.per totum.& Alber. expræſsim in
dicta.l.1. & ita hominis facto tali fidei
derogare non quidem licet. ex dicta.l.
nemo.ff.de leg.1. ¶Deindè etſi cúm
quis plures conſtituerit procuratores,
iudices ve delegatos liberam inhiben-
di habeant facultatem, nè vnus ſine
alio mandato delegatione ve vtatur,
non tamen quando duos rogauerit ta-
belliones efficere valet,quód eorum
vni inſolidum ſcripturam conficienti
non credatur, ſimus qúe in caſu Albe.
in dicta.l.1.ff.de conſul.qui inquam aſ-
truit,quód ſi complures à lege admini-
ſtrationem habeant(vt tutores)tunc eo
rum cuilibet adminiſtrare licẽt.vt in di
cta.l.fin. C.de autho. præſtan. cũ alijs.

¶DENIQVE nec doctores in con-
trariũ ſupra citati noſtræ obſiſtunt opi
nioni,ex his quæ ſupra fuerunt conge-
ſta. Nec Guid.pap.dicta ſentẽtia noſtræ
refragatur, nulla enim ſanctio, nulla
qúe ratio ab eo alijs qúe doctoribus cita
tur,quæ nos à noſtra ſententia effugere
compellat.Præterea & Guid. pap. non
quidem opinatur,duo exigi ſignæ,quan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

do duo tabelliones ad instrumentum rogantur. vt & supra explicuimus: sed tantùm satis esse ait, quòd ex tabellionibus vnus instrumentum scripserit, alter signet, seu illi subscribat.

¶SI TAMEN quis communi sententiæ supra deductæ consentiat, & eam probabiliorem dijudicet, & quòd rogatis duobus tabellionibus, eorum alterum scripturam signare, aut subscribere, alium verò illam scribere sit necessum, illam tamen temperauit
1269 prædictam qúe meam sententiam † nisi statuto testamento in scriptis, seu alio instrumento duos tabelliones testamento alio vè instrumento inesse, sit sancitum: nam tunc duo signa subscriptiones qúe necessariæ erunt. vt tenet palàm Bald. consilio. 329. cùm quædam. secundum antiquam impressionem. libro. 1. versicul. ad articulum. cuius Boeri. (ei assentiens) memmit. Bitu. consue. des. constu. concer. les. iug. §. 6. columna. penultima. & palàm Deci. in dicto consilio. 11. antepenultima. columna. versicul. non obstat quòd non videtur. & prius idem tenuit Bald. lucidè in dicto capitul. tercio loco. in fine. de probatio. Decius in capitul. cùm super. de offi. delega. columna. 4.

¶Verùm Abbas in dicto capitul. quoniam contra. columna. 22. versicul. nota tamen. ex primo. & illic Felin. columna. 21. satis esse censent, cùm duos tabelliones statutum exigit, quòd vnus scribat gesta, alter subscribat. cui sententiæ dicta communis opinio fauet
1270 † an verò in casu dicti statuti duos tabelliones in instrumento exigente, si duo tabelliones adinueniri nequeãt, coram vno tantùm instrumentum confici queat † & an tabellioni asserenti
1271 aliùm non inuentum, sit credendum. Carol. Ruin. consilio 3. de pluribus. columna. 1. libro. 2. differit. & de prædictorum materia adde videndum Baldum consilio. 102. omnis potestas. numero. 8. libro. 3. & consilio. 444. statuto cuiusdam. libro. 5. & consilio. 456. Seya. libro. 1. adde etiam domi. Didac. Couarru. praticarum quæsti. capitul. 21. numero. 3. in fine.

¶QVID PLVRA, & Socin. dicto consilio. 2. in causa testamentaria. columna. 1. & 2. libro. 3. insigne existimat
1272 † quòd si statuto duo in testamento exigantur tabelliones, quòd & in instrumento testamenti inter filios obtinebit. & quòd ita tex. in dicto. §. ex imperfecto. restringendus est: eo præcipuùm, quia hoc in negotio de testamenti solẽnitate minimè agitur, de qua tex. in dicto. §. ex imperfecto. affatur, sed de solennitate instrumenti testamentum cõtinentis. inter quę desirem esse ex his censet, quæ Paul. Castrens. & recentio. abundè scribunt in. l. seruum filij. §. eum qui Chirographum. ff. de lega. 1. & ex Barto. sententia in. l. si quis legatum. ff. de falsi. in princip. columna. 2. & si idem Socin. fateatur, quòd si prædictum testamentum duobus probaretur testibus, satis esset. Sed dictam Socini sententiam constanter iure communi saltem circunsepto reffello: quia si recte textum in dicto. §. ex imperfecto. expendamus, similia qúe iura dictæ Socini sententiæ aduersantur. & casus prę dictos esse dissimiles. nequaquàm patiuntur, siquidem generaliter stabilitur, solennitatem alijs testamentis requisitam testamento inter liberos edito non inquam esse necessariam: sed illa tantùm, quæ iure gentium exigitur, ipsa qúe & iura etiam de scriptura ipsum testamentum inter filios tenente, & de ipsius scripturæ solennitate lucidè agant: quum siue testamentum scriptura cõficiatur, nec ne. loquũtur. vt supra. nu. 32. & post nu. 819. in fine. fusius deduximꝰ.

& ita testamentum paternum coram duobus testibus confici posse palàm constituunt: etsi aliorum in testamentis septem exigantur testes. & glo. in dicto. §. ex imperfecto. & inibi communis doctorum schola lucidè ita tenuere. & Corne. in dicta authenti. quod sine. C. de testamen. & illic docentes. & constat in. d. authen. de testam. imper. post principium. Quin & Salice. in dicta authẽ. quod sine. col. 1. arbitratur, textum illũ in dicto. §. ex imperfecto. tantùm in testamento scriptura redacto obtinere. quòd & in dicta. l. final. C. familiæ hær cis. amplectitur. etsi eius sententia communi doctorum voto obsistat. vt supra deffiniuimus. Ex quibus & patet, in hac specie & de testamenti solennitate tractari. Quicquid Socin. dicto edixerit consilio.

¶VERVM nec Pauli & nouiorum sententia in dicto. §. eũ qui chirographũ. dictæ Socini sententiæ suffragatur, nam
1273 etsi ipsi opinentur † quòd si statuto instrumentum propter gabellam non solutam diruitur, quòd non inquam contractus instrumento contentus subuertetur, sed testibus probari poterit, (quo videtur fieri, aliud esse solennitas instrumenti, in quo testamentum continetur, aliud ipsum testamentum) nostræ nõ inquam refragatur sententiæ. Tum quia, plerique contra Paulum Castrens. & eius assectas tenuerunt, quorum sunt Bald. Floren. & alij quorum laso. in dicto. §. eum qui chirographum. numero. 5. meminit. Tum quia, Paul. & sequaces in casu quo instrumenti fides expressim statuto subuertitur, loquuntur: at verò nostro in casu fides instrumenti testamentum inter filios continentis, minimè speciatim abijcitur: eo quòd duobus tabellionibus non sit confectum: quod etsi fieret, duobus quippe testibus probari posset. secundum dictorum doctorum sententiam. Tum quia, (vt explicuimus) text. in dicto. §. ex imperfecto. & similes nullum discrimen inter ipsum testamentum, & instrumentum testamenti faciunt.

¶VERVM nec Bartoli in dicta. l. si quis legatum. opinio nobis obsistit, et si opinetur, aliud esse instrumentum, aliud contractum, seu obligationem. cui & alij quos Iaso. in dicto. §. eum qui chirographum. numero. 6. recenset, siquidem quo ad nostrum negotium id non quippe obtineat. ex text. in dicto. §. ex imperfecto. & supra congestis. Proinde Bart. & sequaces in dicta. l. si quis legatum. absimilibus loquuntur terminis, & quàntùm ad hoc an tabellio de falso pugniatur, nec ne.

¶CETERVM nec nostræ refragatur sententiæ alia Socini in dicto consilio ratio, quandoquidem etsi ipse aliud arbitretur, non video causam, qua constet, naturali iuri repugnare, quòd instrumentum à tabellione iuris solennitate confecto non detur authoritas: aliàs quippe nec princeps facere posset quòd illi crederetur, si eius fidei ius naturale resisteret. iuxta tradita in. l. final. C. si contra ius vel vti. publi. & ob id Hostiens. Cardin. Anto. Abb. Imol. Felin. in dicto capitul. cùm. P. tabellio. numero. 14. de fid. instrumen. inficiantur esse contra ius naturale. adde tamẽ circa dictam Socini sententiam videnda quæ Caro. Ruin. consi. 3. de pluribus. columna. 1. lib. 2. scribit.

¶SANE vt ad rem inceptam vt è semita reddeamus, ipse adsero, quòd etsi prædicta communis sententia probabilior esset, minimè obtineret † cùm
1274 duo tabelliones insolidum rogantur, quia tunc necesse non erit, eorum vnũ se scripturę subscribere, siue illã signare, alterũ verò illã scribere. ex tex. in. l. sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſi ita.ff.de arbi.& in.c.ſi duo.in princi. de procura.in.6.& in.l.nõ diſtinguem9. §.cúm in plures.ff.de arbi.& alijs quorũ Alex.(hoc nuncupatim cenſens)memor eſt cõſ.92.videretur prima cõſideratione.lib.7.& ſequẽ.cõſ.Boe.d.deciſ. 21.pe.col.complures citans. Guid. pap. d.deciſ.122.ad finem. Verúm an quãdo duo tabelliones rogãtur, eorũ quilibet rogatus inſolidũ videatur.videre expedit Dec.d.cõſ.36.co.2.quo in loco inſolidũ rogatos fuiſſe, eſſe præſumẽdũ (ne actus pereat) exiſtimat.vt ſupra deduximus.etſi dictæ communi ſententiæ eius aſſertum aduerſetur.

¶PORRO ſi duo tabelliones ad teſtamẽtũ inſcriptis rogati,duo & varia teſtaméta cõficiant, nũ illis fides ſit adhibẽda.Corneũ videre licet in cõſ.243.circa primũ.col.fin.lib.3.Hipoli.in rubri. de proba.nume.357.

¶ET QVID erit, ſi & quum ex tabellionibus rogatis vnus ſit bonæ famæ, alter non.videre licet Bald.in.d.c. tertio loco.apud finẽ.Iacob.&alios in dicto. §. cogentur.& in.d.c.cúm ſuper. Boe. d. deciſio.21.columna. penulti. & antepenul.

¶DEMVM Guil.Bene.in.d.c.Rainũtius.ver.mortuo itaque teſtatore.nu. 416.cõtrouerſatur,quid ſi inſtrumentũ in prothocollis tabellionisdefuncti repe riatur,in quo ab ipſo tabellione cautũ adinuenitur,quód ab eodem tabellione & alio notario defuncto fuit receptum,etſi á dicto alio tabellione non ſignatum,nec ſuis prothocollis repertum, an hoc inſtrumentum fidem faciat,& á dicti tabellionis collationario ingroſſari queat.ad quod Boe.in.d.deciſio,21. prope finem,videre licet.& deciſio.36. ſed hæc fuit.

¶CETERVM & iuxta hanc ſeptimam concluſionem illud non eſt prætereundum † quód etſi tabellionis ſig 1275
num teſtamentis alijs qúe publicis ſcripturis in fine collocari conſueſcat, iure tamen inſtrumenti initio apponendũ Bald.in.d. §.ſi initium.teſtatur. Sed idem Bald.in.l.non aliter. ff. de adoptioni.col.ſi.in prin.& in fine imponi poſſe opinatur, vtpoté quód nullus ſit ad hoc determinatus locus. quam & ſenté tiam idem Bald.amplectitur in.d. §.ſi quis ex teſtibus. dictæ. l. ad teſtium.ff. de teſtamen. Lanfran.in. d. c. quoniam contra.nume.62.Guiller.Bene.in. d.c. Rainuntius. verb.cætera bona.nu.65.& Mar. Ant.Bab.in.d. §.poſſunt. inſtitu. de teſta.nu.3.Boe.d.deciſ.37.num.10.& Bal. in.d. §. ſi quis ex teſtibus. quæritur, quid erit inſubſcriptione.& addevidẽdũ Pau. Caſt.cõſ.291.quia in pũcto.n.5.lib. 1.Septipartitarum tamẽ iure,in fine ſignum eſſe collocandum videtur ex. d.l. 54.tit.18.parti.3.& ita inibi domi.Greg. Lup.verbis,ſu ſiguo exiſtimat. & idem videtur conſtare in.l.55.eo.titul. 18.ibi, *yen fin de la carta deue y poner ſu ſigno.* & idẽ tit.19.l.10.ead.par.3. Etſi dici queat dictas ſeptiparti. ſanctiones inſtrumenta aliter cõfecta minimé diruere. ex his quæ ſupra nu.124. & ſequen. deſcripſimus. Et ita demúm ex his cõſului, teſtamentum in ſcriptis ex eo non ſubuerſum,quód tabellionis ſignum ante teſtium ſubſcriptiones non fuit impoſitum.

¶PROINDE & illud non eſt ſubticendum † quód adeó tabellionis ſignum teſtamento in ſcriptis imponi (vt 1276
hac ſtabilitur factione) neceſſum eſt, quód tabellio coram quo ipſum efficitur teſtamentũ alij teſtamentum ſignãdum committere nequit.vt ex.l.5. titu. 19.parti.3.pateſcit.& his quæ inibi dom. Grego.Lup.congerit.& ſanctio noſtra palám edocet. & text. in dicta authen. de tabel. §.nos autem.colla.4.tex. quo qúe & illic Bal. Arc.in.d.l.pe.ff.de teſtamen. & idem Bald. in dicto. §. eogentur.

gentur.dictæ.l.ſi quis ex argentarijs.co. 2.ff.de edẽ. citans Spec.tit.de inſtru.edi ti. §.oſtenſo.& Bald.in.d. auth. ſi quis in aliquo. C.de edẽ.& in rub. C.de fid. inſtru.col.7.traditur in.d.c.cúm.P. tabellio.Boue.ſingula.verb. notarius. & adde videndam ſtylũ.l.189.& ſatis conſtat ex.l.5.tit.19.parti.3.& inibi.do.Grego.Lup.videndus eſt. Sed an aliustabellio pro tabellione ante qué ſcriptura edita fuit,ſcripturã ipſam ſignare valeat.videre licet text.in.d.l.55. titul.18. partita. 3. & illic Grego. Lup.verb.ſu ſigno.

¶PROFECTO & iuxta hanc ſeptimã 1277
cõcluſionẽ illud ſcire oportet † quód tabellionis ſignum ſupra teſtamentum in ſcriptis eſt collocandum,prout & teſtatis teſtiũque ſubſcriptiones. vt ex hac pateſcit lege & alijs quæ ſupra deſcripſimus: & aliter teſtamentum cõfectum ſubuerti aduocatum inſignem non qúe modicæ authoritatis & peritię cõſuluiſſe ſcio.

¶SED demúm hic quærere libet † 1278
num ſi tabellio ſignũ hac lege requiſitum corã teſtibus teſtatore que teſtamẽto minime appoſuerit,ſignũ ipſum poſtea teſtamento in ſcriptis imponere valeat.quod nõ videtur ex tex.in. d.l.hac cõſultiſſima. §.quo facto.ibi, *vno et de nique die,ac tempore,et teſtibus ſubſcribentibus et conſignantibus.* & in eadem. l.in §.in omnibus.ibi, *nec diuerſis temporibꝰ ſubſcribere ſignare que teſtamẽtũ.* quod & quidẽ probatur in.d. l. cúm antiquitas. C.eo.ti.& quę inibi Bal.co.1.ſcribit: munitur qúe ex eo quod Sali.in.l.iubemus. C.de teſta.in fine.ait.inquit enim, teſtaméti ſolẽnitatẽ adeó tẽpore quo teſtamentũ editur interponendã, quód eã omiſſam tabellio poſtea teſtamento adiũgere nõ valet.quibus & alludit tex.in ſti.de teſta.in prin.& quæ Pau.Caſtr.in d.l.hac cõſultiſſima.co.1. C.de teſta.cõgerit.& Cor.illic.col.fin. ipſius in legis initio.poſt glo.in.l. ambiguitates. C.de teſta.&inibi docẽtes.quã gloſſam Iaſ.in l.errore. C.de teſta.cõmemorat.& Fel. in.c.ex literis. de fid.inſtru.nu.10. et ita demúm vidi ex his cõſultũ. ¶Cõtrariũ verius eſſe cẽſeo,& ita quidẽ cũ alio inſigni aduocato quippe cõſului. quando quidem tabellione teſtamento ſeu inſtrumento ſolennitatem etiá ſubſtitialé imponere prætermittente,errorẽ hunc corrigere ipſe queat,& ex poſt facto ſolennitatem illam teſtamento immiſcere. & ita probatur in. l. ſi quis decurio. C.de falſ.traditur in.l.ſi librarius.ff.de reg.iu.& ibidẽ Bar.& Mayne.nu. 27.& Dec.nu.5.ſic opinãtur. & ex docẽtibus pleriqúe in.d.l.errore. C.de teſt.qua in l.hæc ſententia probatur.cui & aſſentit. Bal.in.l. 1.co ſi. C.de nouo. C.compo. & in.l.cúm proponebatur.co.2.ff.de lega.2.& in rub. C.de fid.inſtru. col.8.& in tracta.tabell.nu.42.poſt Ioa.And.in data libri.6.& Calde.cõſ.1. de fid. inſt. Ange.in.l.imperator. ff.de ſtatu homi. & cõſ.192.viſis omnibus.co.2.Gui.pap. q.582.reperitur.Roma.cõſil. 235.quoad primũ.Alex.cõſ.190.plura.lib.6. col.1. Soci.cõſ.94.preſtãtiſsimi.lib. 1.colu.4. Lanfrã.relectio.c.quoniã cõtra. de proba.ſuper verbis,inſtrumẽtorũ productiones.nu.36.& in tracta.de inſtru.fid.Feli. in.d.c.ex literis.nu.8.de fide inſt.Caro. Rui.cõſ.16.circa illud.lib.5.col.1.Pariſ. conſ.28. viſis omnibus.nu. 41. & ſequẽ. lib.2.& cõſ.61.aduerſus.lib.3.

¶SED quid erit,ſi tabellio teſtanti ſeu partibus teſtamẽtũ tradiderit, an & tũc errorẽ ipſum corrigere tabellio valeat: Mayn.in.d.l.ſi librarius.nu.27.co.4.videre licet.& eundẽ Baldũ.d.tracta. de tabellio.nu.53. Ang.in. d. l. imperator. Imol.in.d.c.inter dilectos.de fid.inſtru. Bal.in.d.l.cúmproponebatur.co.2.Laſ. in.d.c.quoniam contra. dicto numero. 36.verſi. productiones. Ioan. Franciſc. de Rip.in.l.quod iuſit.num.52.ff.de re,

Universidad de Deusto
Biblioteca

iudi. & in. l. admonendi. ff. de iur. iur. nume. 162. Alex. consi. 89. visto themate ante scriptæ. col. fi. lib. 3. Tho. Fasto. caut. 25. Socin. consi. 278. visis publico. lib. 2. & cõs. 98. aliás. nu. 10. & 11. lib. 3. & d. cons. 94. præstantissimi. nu. 1. & vide in materia Soci. iunio. consi. 101. cúm in præsenti. lib. 1. col. 2. post Guid. pap. in. q. 131. & Iaso. in consi. 28. reuerende. lib. 1. & Deci. in consil. 11. & in dubio præsumendũ est in casu iure permisso, erroris correctionem á tabellione cõfectam. ex. l. merito. ff. pro socio. adnotat Alexan. cons. 70. viso processu. col. 3. lib. 1. ex alijs inibi citatis. Quód autem de errore cõstet ex quo signum tabellio antè testamento non imminiscuerit, cõstat ex traditis in. l. si emancipati. C. de collat. & abunde Barba. in procemio clementinarum nume. 40. apud finem.

¶ QVIBVS & hoc. 7. conclusio. 2. partis huius legis finitur.

¶ QVIBVS septẽ cõclusionib⁹ sic absolutis, vt prorsus huius. l. secũda pars finiatur, inqua & præcedẽti parte, quia de testamẽtorũ tractatur solennitate, congruum erit inquirere, an aliæ solennitates, quám hac in lege expręssæ testamentis quoque sint necessariæ.

¶ ET PRIMVM illud cũctari oportet † an ad testamẽtorũ vim necesse sit, tabellionem testantem agnoscere. & pars affirmatiua probabilior ex pragma. Compluti edita videtur, si quidem ea stabilitur, quód si tabellio partes non cognoscit, illud facturus sit, quod in ea continetur. quam sententiam & munit tex. in dicta. l. 54. titulo. 18. parti. 3. ibi, *y deue ser muy acucioso el escriuano, de trabajarse de conocer los homes, aquien faze las cartas, quien son, y de que lugar, de manera que no pueda y ser hecho ningun engaño.* Huc & vergit tex. in. l. 2. tit. 19. ea. par. & optimé tex. in. l. 7. titul. 8. lib. 1. fo. leg. ibi, *ningun escriuano publico no haga carta entre ningunos homes, a menos de los conoscer.* Demúm & huc alludit sẽ tẽtia Bal. d. in. l. fi. in princip. C. de iur. delibe. columna. 5. versi. vlterius quæro. quo astruit loco, tabellionem partes cognoscere esse necesse: quia aliás falsitati facilimé locús erit.

1279

¶ SED contrarium verius probabiliusque videtur † & testatorem seu instrumenta conficientes, tabellionem cognoscere minimé exigi, & nõ ob id instrumenta subuerti, quod tabellio illa efficiẽtes non agnouerit. vt tenent Io. An. in Specu. titu. de instru. edi. co. 4. in rub. Bal. in rub. de fid. inst. co. 4. versi. venio ad secundum. Nicol. de Matha. citans. & Ias. in. d. l. fi. C. de iur. de libe. in prin. nu. 4. qui alios videndos recẽset. Mõtal. d. l. 7. tit. 8. lib. 1. fo. 11. Caro. Rui. cõs. 189. circa primum. nu. 17. lib. 1. sed satis esse censet, tempore quo testamẽtũ, seu instrumẽtũ cõficitur, tabellionẽ partes respicere, & ex hoc eas notas habere, & earũ verba nomina quę auditu percipere.

1280

¶ CVI SENTENTIE nec † tex. in d. l. 54. tit. 18. parti. 3. obsistit, siquidem in ea minimé sit sancitum, tabellionẽ partes cognoscere esse necessũ: sed tantúm, quòd accuratè partium notitiam acquirat, eorum quę inuestiget nomina. quod huic negotio absimile est. Eodemque & modo satisfit. d. l. 2. tit. 19. parti. 3. quæ & si tabellionẽ loci oppidanũ esse sanciat, vt partes facilè cognoscat (non ob id) ea cautũ esse cõstat, necesse esse tabellionẽ partes cognoscẽturũ. ¶ Nec. d. l. fori prędictę refragatur sẽtẽtię. Tũ quia ex quo fori lex est, vsu est cõprobãda, vt in iudicijs obtineret. vt in. l. 1. abũdé disseruim⁹. Tũ quia, ciuili iure lex ipsa valet: & ita quód sat sit, tabellionẽ tẽpore quo instrumẽta cõficiũtur partiũ notitiã quærat. prout Montal. eadem. l. censet.

1281

¶ SED obiter illud dubium suboritur † an si tabellio partes non agnoscens, duos non recipiat testes, iuramento partes ipsas cognoscere firmantes, testamentum inscriptis, aliud ve instrumentum euertatur. Et quidem ciuili iure negatiua responsio vera est, vt præcedentia lucidè edocent. Etsi Ioa. Andre. in rubri. de instrumen. editio. in Specula. colum. 4. vtile esse (arbitretur) Bononiæ statutum, quo constituitur, instrumenta dirui, nisi saltem ex instrumẽtorum testibus vnus cognoscere contrahentes asseueret, & instrumentum á tabellione conscriptum sit. cuius statuti etiam Ioan. And. meminit in Specu. de teste. §. 1. columna. 17. additione exordiente, non vidit. quem & Abb. recenset in capitul. cúm causam. de testibus. & illic Felin. numero. 11.

1282

¶ VERVM iure regio ex dictis Compluti sanctionibus aliud censendum videtur, & præcipuùm pragma. 2. hoc expræsim constitutum videtur. Nec dicere oberit † quód in dicta Compluti sanctione clausula instrumentaria irritans non est apposita: siquidem speciatim sat ex ipsis pragmaticis constet, hoc in casu instrumenta dicto testium iuramento omisso dirui, & præcipuùm ipsarum legum procemio circunsepto, quod ad huius rei interprætationem esse conspiciendum, iura notissima insinuant. quarum est. l. final. ff. de hæredi. instituen. & quod dictarum sanctionum procemium damnum ex eo quod partes tabellio non agnoscat prouenire edocet. & hanc inquam obrem leges ipsas editas fuisse catholici reges inibi comperiunt: & ob id, ipsarum legum fine eas executioni mandandas præcipiunt: quorum labor superuacaneus quippe esset, si dictarum legum forma necessaria esset. & dictæ pragmaticæ secundæ verba hæc palàm quidem docent, quæ in hũc sunt modum, *otrosi ordeno y mando, que si por auentura el tal escriuano no conosciesse algunas de las partes que quisiere otorgar el tal contracto o escriptura, que no la hagan reseiba, saluo si las dichas partes que assi no conoscicre, presentaren dos testigos que digan, que los conoscen, y que fagan mencion dello en fin de la tal escritura.* Sed quando lex prohibitiua est, actum contra ipsam confectum euertere videtur. L non dubium. C. de legib. & illic docẽtes præcipuùm Iason col. 4. post Bar to. tex. etiam in. l. cúm lex. ff. de fide iusso. Sali. post Bald. in. l. statutis. columna. 1. C. de sentent. ex peri. recitã. Alexan. in dicta. l. 1. ff. de liber. & posthu. colu. 2. & inibi Iaso. nu. 10. ex quibus scripturam in qua tabellio expræsim asseruit (prædicto iuramento prętermisso) partem non agnoscere, non exequendã cõsului.

1283

¶ VERVM si tabellio partes agnoscat † an instrumẽtis hoc exprimere sit necesse. quòd etsi securius sit exprimere, non tamen hoc omisso instrumenta subuerti censerem: siquidem nullam video legem, instrumenta ex hoc diruentem, nec aliqua ex dictis Compluti constitutionibus hoc inquam sancit, sed tãtúm quód tabellio partes nõ agnoscens (vt explicuimus) duos testes sub iuramẽto partes cognoscẽtes recipiat. quod huic rei absimile est. Prętereà iure cõmuni (vt superi⁹ educta edocẽt) ex hoc instrumẽta nõ subuerti constat, igitur cúm expręsim aliud dictis Cõpluti sanctionib⁹ nõ appareat cõstitutũ, ipsũ ius cõmune immutatũ esse existimare nõ licet. l. prędicipim⁹. cũ tota materia. C. de appellatio. Cęterúm cúm dubiũ fuerit, an tabellio partes agnouerit, vel nè, illũ eas cognouisse, est pręsumendũ, & rectè suũ officiũ gessisse. c. ad audiẽtiã. de prescriptioni. & illic traditur. & in dicta. l. si quis decurio. C. de falsis. cũ alijs quæ Alciatus de præsũptioni. præsump. 3. regu. 3. cõminiscitur. & Dec. cõ. 450. apertissimé. in fine. & in cõs. 340. viso pũcto. nu. 12. Demúm & hoc cõuestitur † quia ille qui alienũ factũ indagare tenetur, ipsius facti ignorantiam habuisse non

1284

1285

Universidad de Deusto
Biblioteca

præsumitur.ita patet ex tex.in capitul. innotuit.iuncta glo.& illic Abbas.col. 3.de electio.idem & probatur in capit. quánuis.de regul.iuris.& alijs pleriſqúe habetur locis,quorum laſon memor eſt in.l.ſi res obligata.nume.41.ff.de lega. 1.recentiores quoqúe in.l. quod te.ff. ſi certum peta.Socin.in regul.176.in eius fallentijs.Et quidem aliqua vidi inſtrumenta,quibus tabelliones partes agnouiſſe minimé edixerunt,& in quibus tabelliones ipſi duos teſtes(partes cognoſcétes) nequaquám inueſtigaſſe apparuit & illis fidé adhibitam:& eo præcipuúm caſu quo veroſimile ſit,tabelliones partes cognouiſſe.ex his quç in dicta.l.hac conſultiſsima.iuncta glo. C. qui teſtamen.facere poſſ. traduntur. & in. d.l.1. ff.de liber.& poſthum. & ſimilibus. & in prædictorum fauorem faciũt ſingulariter adducta per Decium conſi. 17.per totum. Nec hæc ſententia dictas Cõpluti ſanctiones nimis reſtringere adſe readum eſt, cúm ſat ſit, illas obtinere, quum tabelliones partes non cognouiſſe conſtiterit,& duos teſtes ſuper partiũ notitiam minimé receperit,illis vtiqúe modis quibus negatiuam probari iure ſancitum eſt.de quibus recentiores abũdé in capitul. tereio loco.de probatio. & illic Felin.nume.6. & in capitul. ſuper his. de accuſatio.nouiores in.l.in illa.ff.de verb.obligatio.& in.l.Titiæ textores.ff.de lega.1.at ſecus quum contrahentes ſeu teſtantes tabelliones minimé agnouiſſe non pateat.& ita ſupra nume.1281.conſcripta explicanda ſunt.

1286 ¶TABELLIONES tamen † teſtamentorum ſeu inſtrumentorum teſtes agnouiſſe non eſt neceſſe. Specula. authore in rubri. de inſtrumen. editio. §.1.colum.4.& alij idem tenẽt, de quibus meminit Mathe. Afflict.Neapo.cõſtitutio.rubri.de ferijs.nume.77.chart. 152.columna.4 lib.1. Verũm in teſtamento nuncupato videtur quidem, tabellionem teſtes cognoſcere eſſe neceſſum:ſiquidem ob id regiæ leges eos oppidanos eſſe exigere cenſetur. quod & ſuadetur ex Bald.ſententia in dicta rubri. C. de fide inſtrumen. columna.4. verſiculo.circa.3.quo aſtruit loco,quód etſi non exigatur tabelliones inſtrumẽtorum teſtes agnoſcere, quód tamẽ hoc temperandum eſt, ſi lege ſit ſancitum, tabellionem teſtium qualitates inſtrumentis promere teneri,veluti quód ſint idonei incolæ ve. Sed nihiloſecius in contraria ſum ſententia,vtpoté legibus noſtris tabellionem hoc inſtrumentis exprimere minimé ſit ſancitum. Item & quia Ioan. And.in dicta rubri.de inſtrumen.editio.columna.4.optimo iure dictæ Bald.ſententiæ expræſsim aduerſatur.& hoc videtur tenendum, né inſtrumenta facilè pereant.Etſi verum ſit, quód quando teſtamenti nuncupatiui teſtes jncolas fuiſſe aduerſarius diſſiteatur,hoc probandum ſit.authore Ioa.Andre.dicto in loco.

1287 ¶VERVM & an † dies teſtamentis in ſcriptis alijs qúe inſtrumentis ſit imponendus.videre licet.l.103.titu.18.parti.3.& eodem titu.l.111.& in.l.1.& illic glo.& doctores.ff.de eden.& in capitul. inter dilectos.de fid. inſtru. & in capit. 1.eod.tit.Carol.Ruin.conſi.7.primo videndum.nume.10.lib.3.poſt Barba.cõſilio.58.& quidem.lib.4.colum.6.abundé domi.Dida.Couar.ſuis practicis quæſtio.capitul.20.columna.4.qui & alia videnda citat.& adde videndum Goffre. in dicta.l.ad teſtium.§.ſi quis.nume.18. ff.de teſtamen. ¶Quibus & in locis an 1288
† menſis inſtrumẽtis neceſſe ſit inſcribẽdus,traditur.& videas d.l.54.& alias complures eiuſdem titul.18.videre quoqúe licet Anto.Gome.hic.nu.42.

1289 ¶SED & an † locus de teſtameti alteriuſqúe inſtrumenti ſolennitate ſubſtantiali ſit.videre expedit.text.in.d.l. 54.titul.18.parti.3.& inibi dominũ Grego.Lupi.& tex.in.c.abbate ſané.& ibidẽ glo.de re iudi.in.6.alia qúe loca quæ domi.Grego.Lupi.dicto in loco recenſet.& nouiores in dicto capitu.1.de fid. inſtrumen.fuſius domi.Dida.Couarru. ſuis practi.quæſtio.prædicto capitu.20. columna.4.

1290 ¶QVID autem † de anno natiuitatis domini noſtri Ieſu Chriſti.dictis in locis videri poteſt. & præcipuúm domi. Grego.Lupi.in dicta.l.54.verbo.la era. domi.Dida.Couarru.dicto.c.20.colum
1291 na.2.&.3.quo & in loco † de inditione & imperatoris nomine accuratè ſcribit, & an inſtrumentis ſint neceſſaria. & eodem capite fuſe diſſerit, an alia præter iam dicta inſtrumentis ſint collocanda. & in præſentia Anto. Gome.nu.33. & ſequentibus.

1292 ¶ET DEMVM † an teſtamentũ ſolenne præſumatur ex temporis diutur nitate.videre oportet tex.& doctores in l.ſi poſt diuiſionem. C.de iur.& fact.ig no.& inibi laſo.nume.2.docto.in.l.ſciẽdum.ff.de verb.obliga.&in.l.cúm virũ. C.de fideicomiſ.Aymo. de antiquita. tempo.2.parte.feré pertotam.

¶ET HIS huius legis ſecundæ partis ſit finis. & ad eiuſdem legis terciam partem deuenire iam congruit. in qua vnica tantúm concluſio meſt quæ huiuſmodi eſt.

¶TESTAMENTO CECI quinqúe teſtes adeſſe neceſſe eſt.

¶QVE CONCLVSIO de vtroqúe occulo carente interprætãda eſt.ex tex.in.l.frater. C.de excuſ.tuto.& alijs de quibus inibi glo.& docentes in prædicta.l.hac conſultiſsima. C. qui teſtamen.fa.poſ.loa.Pla.& alij in. §. cæcus. inſti.de teſtamen.& ſcriben.in præſentia.

1293 ¶SED prius illud cunctari oportet † quid ante hanc legem iuris communis

& ſeptipartitarum iure ſtabilitum erat & breui complures teſtes legibus ipſis neceſſarij erant,& hac ſanctione leges ipſç(quibus ſeptem exigẽbantur teſtes cum alijs ſolennitatibus) immutantur. vt patet ex noſtra.l.iunctis dicta. l. hac conſultiſsima. C. qui teſtem. face. poſ. &. §. cæcus,inſti.eod.titul.&.6.parti.tit. 1.l.14.& adde videndum tex.3.par.titu. 16.l.32.& ita ſcribẽ.in præſẽtia tenuere, & hanc.l. eſſe. d.iurium correctoriam.

¶SED confeſtim illud ſuboritur dubium † an ante hanc.l. ex prædicta or- 1294
dinam.ſanctione tit.2.l.1.lib.5. ordina. ſatis eſſet cæcorum teſtamentis,d. ordi. legis ſolẽnitatem ineſſe. quod quidem non videtur(& ita vtiqúe cenſeo)ex.d.l. hac conſultiſsima.&.d.l.14 titul.1.parti.6.quia quum ipſæ leges in caſu ſpeciali loquuntur,ex prædicta ordinamen.lege nequaquám abrogari exiſtimandum inquam erat.ex traditis in.l.ſciendum. ff. qui ſat.da. cogan. in princip. & alijs quæ ſupra latè congeſsimus.idem & pateſcit ex regu.d.l.Iancimus. C.de teſtamen.&.l.præcipimus. C.de appella. & l.2. C.de noxal.item & ex text.in.l.ſed & poſteriores.ff.de legi. Rurſus ſi cæcorum teſtamentis tres teſtes ante hanc l.adeſſe ſufficeret,ſanctione hac minimé quinqúe teſtes exigi ſanciretur:ſiquidem ſolennitatem antiquioribus iurib⁹ teſtamentis adhibendam non augeat, ſed potiús imminuat: ſed hęc ratio. efficax non videtur, quum in teſtamento inter filios hæc.l.antiquam augeat ſolẽnitatem,fulcitur tamen ex alio hæc ſententia ex Bald.ſententia in.l. ſi quæramus.ff.de teſtamen.quo loco expręſsim arbitratur,quód ſi ſtatuto caueatur, ſatis eſſe quinqúe teſtes teſtamentis inſcribi, quód hoc cæcorum in teſtamentis non obtinebit,ſed quód in eis. d.l. hac conſultiſsima.ſolennitas adhibenda eſt. cui & Ioa.Imol. in. d.l. ſi quæramus. & Alexand.laſo.Corne.& docentes in di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cta.l. hac consultissima. consentiunt. doctores quoqué in capitul. quia ingredientibus. de testamen. Iason in consil. 26. omissis. columna. 3. lib. 1. Deci. consi. 627. in casu in quo. numero. 12. Boc. decisio. 240. numero. 20. quibus adiunge glo. in dicta. l. hac consultissima.

1295 ¶DEINDE & illud scire oportet † quód solennitas cæcorum testamentis adhibenda ante hanc. l. in. d. l. 14. titul. 1. par. 6. & in. d. l. hac cõsultissima. diuersè instituta est. vt sequétia inquã edocét.

¶PRIMVM quia in. d. l. hac cõsultissimá. sancitur, quód cæcus coram tabellione & testibus enunciet sine scriptis testari voluisse. & aduertunt Paul. Castren. & Corne. in dicta. l. hac consultissima. Ange. in dicto. §. cęcus. at verò septiparti. iure (vt. d. l. 14. insinuat) hoc cautũ minimé est: etsi ét iure ciuili hoc parui sit ponderis. & prædictorum verborum omissio testamentum non quidem subuertat. vt Alex. & Ias. columna. 2. in dicta. l. hac consultissima. dijudicarũt.

1296 ¶PROINDE † in. d. l. hac consultissima. cæcum testantem hæredum nomina & dignitates & inditia ore proprio explicaturum stabilitur, ne sola nominum commemoratio ambiguitatem pariat. Verúm. d. l. 14. tantúm exigit hæredum nomina & ea quæ legauerit testatorem prodituru. vt hæc eius insinuant verba, *otrosi deue nombrar quales son aquellos q̃ establesze por sus herederos*, & ob id videtur, septipartitarũ iure minimè esse necessum, hæredum exprimi dignitates: præcipuúm si de hæredum personis aliás constiterit. Sed animaduertendum quippe est, quód nec etiam ex. d. l. hac consultissima. necessum est, hæredum exprimi dignitates, si de hæredum constet personis. vt inibi glo. tenet. cui communis doctorum caterua adstipulatur. vt illic recentiores profitentur. & latè Iaso. columna. final. post Pet. de Bella. & Albe. & nouiores in dicta. l. 1. ff. de libe. & posthu. Etsi huic sententiæ non modicum tex. in dicto. §. cęcus. refragetur. ibi, *cæcus autem non potest facere testamentum, nisi per obseruationem quam lex diui Iusti. patris meĩ introduxit*, cui⁹ Iusti. lex prædicta. l. hac cõsultissima. quæ pro forma exigere videtur, id quod de hæredum dignitate ediximus. vt eius verba edocere videntur, præcipuúm hæc, *vt antelatæ formæ*. Sed nihilo seci⁹ dici potest, prædictam. l. de forma substantiali non intelligendam, si de hæredum personis certitudinem habuerimus: etsi eorum subticeatur dignitas. vt & Corne. ibidem censet. & ad hanc rem videndus est Iaso. in dicta. l. 1. ff. de liber. & posthum. nume. 11.

1297 ¶RVRSVS † . d. l. hac consultissima. vncias á testante esse declarãdas cõstituit, vel in quantam partem hæredes fiant, & quid legatarij seu fideicomissarij ex eius bonis sunt percepturi. prædicta tamen septiparti. sanctio tãtúm hæc verba, *e que es lo que manda*, subijcit. quæ ad legata potius, quàm ad hæreditatem pertinere videntur, nisi dictam regiam sanctionem ad. d. l. hac consultissima. cẽsetrahendam, dicamus. ex dicta. l. sed & poste riores. ff. de legib. cum suis similibus.

1298 ¶CETERVM & quoqúe dictæ leges absimiles ideo sunt † quód dicta. l. hac consultissima. prius hęredum nomina testamento scribi, quàm legata & fideicomissa decreuit. at hoc in. d. septiparti. lege prætermittitur. ex quo his regnis controuerti necesse non videtur, an dictæ solennitatis omissio testamentum subuertat. in quo doctores non quidem veniunt. Nam pleriſqúe (quorum Ias. in dicta. l. hac consultissima. columna. 2. memor est. & recentiores in dicto. §. cęcus. & in. §. ante hæredis. insti. de legã.) videtur, testamentum ex hoc diruitat verò alij contrariam sectantur sententiam. inter quos sunt Bald. Paul. Cast. & Iaso.

& Iaso. in dicta. l. hac consultissima. idé Iaso. in dicto consi. 26. numer. 1. lib. 1. & in. l. cúm hij. §. si prætor. ff. de transact. columna. 1. Carol. Rui. consi. 68. in causa & lite. 2. lib. nume. 2. Boc. in dicta decisio. 240. nume. 20. propefinem. quam sententiam ipse probabiliorem existimo. & sat in eadem. l. hac cõsultissima. constat (cúm apud finem) falsitatis extirpandæ ratione sanctionem ipsam editã constet: & in hoc præcipuúm lex ipsa fundatur, in quo æquabilitet & dicta. l. 14. hisce verbis munitur, *y esta guarda de ue ser hecha en el testamento del ciego, por que no pueda ser hecho ningun engaño*. quæ falsitatis fraudis qúe euitãdæ ratio in præsentia quidem non obtinet: etsi dictæ. l. hac consultissima. ordo prædictus non obseruetur. & hæc veritas elusset ex dicta. l. hac consultissima. verbis ibi, *quæ & in eundem modum*. & adde videndum Ange. in tracta. de testamen. numero. 20.

1299 ¶CETERVM & septipartitarum lex prædicta sancit † quód si ex testib⁹ ali quis subscribere nesciat, alter testis pro eo subscribat. Verúm prædicta. l. hac consultissima. propria manu testes subscribendos decreuit.

¶DENIQVE & de cæci testamenti solennitate videre & expedit Carol. Rui. consi. 68. in causa & lite. lib. 2.

¶VERVM aduerte, quód ea quæ circa cæcorum testamenta anterioribus legibus fuerunt conscripta (nisi quoad testium numerum) hac non immutantur lege.

1300 ¶SED & illud obiter hic ad prædictarum legum intellectum huius qúe & legis adnotare expedit † quod Egid. Bella. in dicto consi. 1. col. 25. censet, minimé esse necessum, testantem cæcum eius testamento explicare, quis testamẽti chartam scripserit. idem quoque & dicit, tabellionem cæci testamẽto subscribi nequaquám exigi. cúm prædicta. l. hac consultissima. hoc inquam nõ exprimat. quod & prædicta septiparti. lex quoqúe omittit sanctio qúe nostra: etsi tabellionis sigillum cæci testamento esse imponendũ prædictæ leges stabiliant Bald. tamen in. d. l. hac consultissima. 2. columna. & inibi Iaso. columna. 1. & numero. 10. & Areti. in dicto. §. cæcus. columna. fi. & tabelliones subscriptionem esse necessariam. censent, quorum sententia satis ex. d. legibus instruitur.

1301 ¶PRETEREA & Egidius dicto in loco dicit † non esse necesse, cæcum eius testamento subscribi. cúm dicta. l. hac consultissima. sit expræssum, & quia cæcus commodè scribere non valet. quod & hac lege extante admitto, & hoc casu pragmaticam Compluti editam nõ obtinere censeo. cúm cæcus cõmodè scribere non posit: & aliás cæci facilé decipi valerent, illis testamentum contractum ve non verum subiciendo. videtur tamen ex. d. l. Compluti cõfecta, necessum esse, quod alius pro eo subscribat: cúm etsi de ignorante literas loquatur, & in non valente subscribere intelligẽda est. vt supra nume. 1169. tradidimus.

1302 ¶AT CONFESTIM occurrit dubiũ † an hic quinqúe testes in cæcorum testamẽtis requisiti, ipso testaméto se subscribere, sit necesse. Quod nõ videtur quia hac non cauetur lege: etsi eã edens aliud voluisset, expressisset, prout cúm de testamẽti in scriptis solennitate egit, explicuit. Nihilominus contrarium censeo. vt nominatim Cyſu. in præsentia tenet. Quod suadetur, quia in præ dicta. l. hac consultissima. & in dicta. l. 14. titul. 1. parti. 6. testium exigitur subscriptio. quæ leges in hoc hac non immutãtur factione. igitur hac in specie fabrogatæ nequáquám videntur. l. 2. C. de noxal. l. præcipimus. C. de appel. cum similib⁹. & limitata causa limitatum producit effectum. l. in agris. ff. de acqui. re. do. l. age cum Geminiano. C. de trãsact.

&

Universidad de Deusto
Biblioteca

& vno ſublato, aliud intactum remanet. C. de pigno. l. intelligere. Cæterùm & recens lex etiam generatim loquens caſum corpore ſuo clauſum tollere minimè cenſetur. C. de ſilenci. d. l. decurionib⁹. cũ alijs quorũ ſupra. n. 47. & nu. 138. memores fuimus. & Feli. in. c. ſicut. co. 1. de hæreti. Deindè dicta. l. 14. & prędicta. l. hac cõſultiſſima. ob id in hoc negotio teſtiũ requirunt ſubſcriptiones, vt falſitati locus non ſit. vt prædictæ indicant leges. Sed hæc ratio etiam hac lege extante obtinet, quin & fortius, cùm non tot teſtes cęcorum teſtamentis extgar, prout prędictę leges: & ex eo etiam quòd ſanctio noſtra dictũ. §. ex imperfecto & ſimilia abrogat iura. Denique hæc fulcitur ſententia, quia nouiſſima lex antiquã immutans exponens ve omnes limitationes declarationes quę legis antiquæ recipit. vt in authẽ. de fil. ante do. inſtru. na. cũ ſimilib⁹ quæ loa. Ripa in. l. moribus. ff. de vulg. & pupil. nu. 18. cõmiſcitur. Ex quibus ſat patet, contrarias rationes nequaquàm contrariæ ſententiæ ſuffragari.

¶ SED demùm aduertẽdũ eſt, quòd poſt hæc ſcripta adinueni dominũ Greg. Lupi. in. d. l. 14 arbitrantẽ † quòd etſi prædicta noſtra ſẽtẽtia iure cõformis videatur, quòd praxi minimè reciperetur: quia ſanctio hæc tãtùm in teſtamẽto in ſcriptis teſtiũ exigit ſubſcriptiones. quæ ratio facilè quidẽ exeo diruitur. Tũ quia hac in lege nõ quippe expreſſũ eſt, cęcorũ teſtamẽtis teſtiũ nõ requiriſubſcriptiones. Tũ quia, ſeparata in clauſula ſanctio hæc de cæcorũ agit teſtamẽtis, aliaque & in diuerſa de teſtamẽto inſcriptis. quod quidẽ expendẽdũ eſt. vt in. c. cùm dilecti. de donatio. cũ alijs. ¶ Addit & aliã ipſe dom. Gre. Lup. dicto in loco rationẽ, quòd cùm hæc lex ad prædictæ ordina. ſãctionis interprætationẽ edita ſit & illud dubium quod ab eadem ordinam. ſuboriebatur ſanctione, ſuccidere voluerit, an ſcilicet, ipſa lege prædictæ ſeptipartitarum ſanctioni derogatũ cẽſeatur, & hac in lege tãtùm ſit cõſtitutũ quinque teſtes cæcorũ teſtamentis inſcribendos, in cæteris voluiſſe videtur ſat eſſe. d. ordinamen. legis formam obſeruare: & ob id teſtium ſubſcriptiones non eſſe neceſſarias. Sed & hęc ratio nos quidẽ non cõtorquet, ſiquidem iura cõſtituẽtia correctorias leges ad caſum in quo non loquũtur nõ extendendas, minimè ſubuertat: & quia vt rationes pro noſtra ſententia exagitatæ palàm edocẽt. d. ord. ſanctio ad hoc negotiũ extẽdi vtique non valet, nec ad. d. ſeptiparti. l. ſpecialì in caſu loquẽtis derogationẽ. Proindè necaliquod eſſe dubiũ poterat, num prædicta ord. lege ſeptipar. ſãctio ſublata eſſet, ſiquidẽ res iuditio noſtro erat compertiſſima, & illa nõ mutari. Quid multa, nec adſerendũ eſt, hanc legẽ voluiſſe, taſtamẽtorũ cæci ſolennitatẽ ad prædictæ ordi. legis ſolennitatẽ tãtùm reducere: quia cum ſanctio hæc de codicillorũ tractat ſolennitatę, ad dicti ordi. legẽ ſe refert: at nõ cùm de cęcorũ agit teſtamẽtis. & quia ipſa ordi. lex nõ quidẽ ſemper quinque teſtiũ numerũ exigit: prout in cæcorũ teſtamẽtis ſanctionoſtra eſſe neceſſariũ explicuit: & dictos quinque teſtes cæcorũ teſtamẽtis eſſe neceſſarios intelligo, etiam ſi eũm ęcus teſtatur ipſi quia que teſtes adinueniri nõ poſſunt. vt cõſtat extex. in. d. l. fi. C. de teſta. etſi aliud ſit in aliorum teſtamentis nuncupatim editis. vt eadem ordin. ſanctio ſtabiliuit.

¶ EX prædictis ipſe & cenſerẽ, quòd & aliud dicti dom. Greg. Lupi. dicto in loco aſſertum (quo cenſet † cæci teſtamẽtũ citra ſcripturã & nũcupatim corã quinque teſtibus ſine tabellione editũ, in loco quo tabellio inueniri nõ poteſt eſſe firmũ. cui ſententiæ Dida. Caſt. hic verb. ſiete teſtigos. adſtipulatur) iure optimo nequaquàm ſubſiſtere. ſiquidẽ ei

d. l.

d. l. i 4. tit. i. par. 6. & d. l. hac cõſultiſſima. C. qui teſta. face. poſ. luculẽtiſſimè aduerſentur. & ipſę leges hac in noſtra. l. minimè ſint correctæ: nãque prædictis legib⁹ cõſtat, teſtamentũ cęci ſcriptura eſſe edẽdũ, & à tabellione in ſcriptura redigẽdũ, ſi tabellio adinueniri poſsit, & quòd eo nõ inuẽto cæci volũtas ſcriptura ab octauo ſcribenda eſt teſte. & adnotãt Cor. & docẽtes illic. & Egi. l. de Bella. d. cõſ. 1. co. 24. Nec cõtrariæ ſentẽtię verbũ hui⁹. l. *alomenos*, ſuffragatur, ſiquidẽ quo ad teſtiũ numerũ hac in lege ſit ſcriptũ: at nõ quo ad alias ſolennitates, quæ hac. l. ſublata nõ ſunt. ex. d. l. ſancim⁹. C. de teſta. cũ ſimilib⁹. Proindè nec dicere oberit, quòd octau⁹ teſtis loco tabellionis ſuccedens in. d. l. 14. & in. d. l. hac cõſultiſſima. teſtis nũcupatur & reputatur. vt & inibi gl. & docto. expẽdũt. quo fieri videtur, quòd hac lege deficiẽte tabellione, ſatis ſit, corã quinque teſtibus cæcũ teſtamẽtũ cõficere, erũ alius teſtis ad ſcribẽdũ teſtamẽtũ minimè aſſumatur: cùm ſãctio noſtra quinque tantùm teſtib⁹ cæci teſtamẽtũ edi poſſe ſtabiliat. Vel videtur poſſe dici, quòd ſaltẽ quatuor teſtes ſufficiãt, & alius qui teſtamẽtũ ſcriptura reponat: quia ſi hũc amplectẽremur ſenſũ, hac lege dicta ſeptipartitarũ ſãctio, dicta qúe. l. hac cõſultiſſima. abrogarẽtur. quæ iuſtiſsima ratione ſunt cõſtitutæ, ob id ſcilicet, quòd teſtes interueniẽte ſcriptura, ea qúe & circũſpecta, meli⁹ cæci volũtatis memores erũt, quàm ſi nũcupatim cæc⁹ fuiſſet teſtatus: & quia facilius cæci volũtas fraudari poteſt, quãdo ſcriptura nulla cõficitur: quarè etſi octau⁹ teſtis prædictis in legib⁹ teſtis appelletur, lex noſtra de eo nõ eſt intelligẽda, & vt prædictæ nõ immutẽtur leges. ſed hæc lex de teſtibus tãtùm qui ad hoc quòd teſtamẽti ſint teſtes rogãtur, eſt explicãda: nõ enim hæc ſãctio de illis qui ad teſtamẽtũ ſcribẽdũ aſſumũtur priuatim agit: de quibus ſi tractare voluiſſet, facilè expreſiſſet. Vel dicẽdũ eſt, quòd cùm ex. d. l. 14. & d. l. hac cõſultiſſima. probatio cæci teſtamẽti teſtib⁹ & ſcriptura ſit cõficiẽda, quòd prędictus octau⁹ teſtis teſtiũ in numero nequaquàm dictis in legibus imputatur. Ful. authore in. d. l. hac cõſultiſſima. co. fi. quod tamẽ an ſit verũ glo. illic & dd. videre licet. & in. l. domici⁹ Labeo. ff. de teſt. & alibi ſæpe. Nec iterum dicere oberit, quòd ſi hæc lex amplioré exigeret ſolẽnitatẽ, & ſic ſcripturã in cæcorũ teſtamẽtis ineſſe voluiſſet: quòd hoc expreſſiſſet: nã reſpõderi poteſt, legẽ hãc de ſolẽ teſtiũ numeri ſolẽnitate loquutã: & circa id nullã aliam expoſtulaſſe. ita & circa id nullã aliam expoſtulaſſe. ita qúe optimo iure adſerẽdũ videtur, quòd præter quinque teſtes hac lege requiſitos in teſtamẽto cæci, tabellio exigatur, qui cæci teſtamẽtũ ſcribat, alius ve illo deficiẽte qui ipſũ cõſcribat teſtamẽtũ: & ob id nõ ſufficere, nõ extãre tabellione cæcũ teſtamẽtũ corã quinque teſtib⁹ citra ſcripturã cõficere. articulus tamẽ iſte (vt domi. Gre. Lup. dicto cenſet loco) ambiguus videtur, & ob id in eo excogitare oportet.

¶ PROINDE tamẽ iuxta prędicta illud prætermittẽdũ nõ eſt † quòd ſi cæci teſtamẽtũ cũ quinque teſtibus iuxta hãc legẽ vel ſeptẽ teſtibus ſecũdũ dictã ſeptipartitarũ & . d. l. hac cõſultiſſima. ſanctiones à tabellione fuerit cõſcriptũ, habeat qúe ipſa ſcriptura publicæ ſcripturæ ſolẽnitates, fidẽ quidẽ faciet, etiã teſtibus nõ examinatis, nec publicatione cõfecta iuxta. l. publicati. C. de teſtam. vt Bal. Sal. Cor. in. d. l. hac cõſultiſſima. eſtimauere. quod & palàm Alb. admittit. quicquid Ang. inibi ſenſerit. nec tũc ſecũdũ Sal. teſtiũ in numero tabellio cõputabitur. at verò vt ipſi tenuerunt, ſi præter quinque vel ſeptẽ teſtes alius ad cæci teſtamẽtũ ſcribẽdũ ſit aſſumptus, & is teſtamẽtũ ex eo quòd tabellio non fuerit adinuẽtus ſcripſerit, neceſſe erit, teſtamẽtũ publicari, vt fidẽ faciat. quòd & Ang. & Alex. palàm in. d. l. hac cõſultiſſima.

1303

1304

1305

Universidad de Deusto
Biblioteca

tissima.admittūt. Verúm si tabellio ad scribēdū sit rogat⁹,nō inquā vt tabellio sed vt simplex persona, tūc numero testiū cōputatur,& erit priuata scriptura. vt Sal.& Ang.in.d.l. hac cōsultissima. deffiniūt.& testamētū publicādū est.vt tenet Ang.in.d.l. hac consultissima. & inibi glo.& Albe.lucidè.& scribē. in.d. l.Domitius Labeo.Ipse tamē & tūc cēsere,nō facta publicatione testamētū probare,si tabellio ipse omnia in testamento cōtēta audiens & videns ipsi⁹ testamēti scriptură publică cōfecerit,solennitates publici instrumēti habētē. exmēte Bald.Sal.Cor.in.d. l. hac cōsultissima. Nec tūc dicere oberit, quód hoc in casu tabellio nō rogatus publicū edit instrumētū. cōtra ea quę in authē.de tabelli. §.nos autē.& in similib⁹ habētur.nā dicēdū est, quód etsi ad scribēdū testamētū simpliciter sit rogatus, nō quippe ei inhibitū videtur, vt scripturā publicā cōficiat:& præcipitur cùm corā testatore & testibus tabellio ea quæ in scriptura publica fieri cōsuescunt effecerit. & quia ille ad actū faciendū modo quo vtilius sit,efficaciorē qúe probationē habeat,rogatus denique videtur. ex tex.in l.quotiens.ff.de reb.dub. & traditis per Bar.in.l.gerit.co.5.ff.de acqui.hære. & Alex.in.l.2. C.quód met.ca.co.2.& ex his quę habētur in.d. §.nos autē.cū aliis quæ Iaſ.in.l.scīēdū.ff.de verbo. obliga. nu.39.& 40.cōminiscitur.& adde iuxta prædicta videdū Albe.in.l.præcib⁹. C. de probatio.at verò si scriptura testamēti in publica forma nō fuerit confecta, nō quidē probabit ex prædictis.& traditur in.l.scripturas. C.qui potio. in pigno.habe.& abūde Cap.cōl.57.colu. pe.

1306 ¶SED & illud omittēdū minimè est † quód huius. l. solēnitas in testamēto ad pias causas á cęco cōfecto obtinere non potest,cùm sat sit,tunc duobus testibus ipsum efficere testamētū. ex his quæ supra nu.360. cūsequē.cōscripsimus.& nū cupatim ita tenet Alex.in.d.l.iubem 9. C.de testamē.co.2.& inibi Iaſ. nu.5.& in.d.l.hac cōsultissima. C.qui testa. face.pos.co.2.domi.Greg.Lup.in.d. l.14. tit.1.parti. 6.& Alex.& Iaſ.(& nō ab re) in.d.l.hac cōsultissima. Ang.coarguūt. arbitrātē, hac in specie diserimē esse faciēdū,relinquat cæcus bona pijs & venerabilibus locis,vel priuatis personis paupertibus.

¶QVID autemerit † in testamēto clerici cæci.videre licet quę supra nu.801. cū sequentib.deduximus.& Capizi.decisio.201.in causa Caiacense. 1307

¶CONFESTIM tamē inuestigādū est † an cæcus inter filios hui⁹ legis solēnitate prætermissa testamētū edere posit. ad quod primò illud præfari oportet,ante hāc.l.inter docētes valdè cōtrouersari,an cæcus inter filios dictæ.l.hac consultissima.solēnitate omissa, testari valeat:& an hoc in negotio tex.d. §.ex imperfecto.obtineat,quod quidē plerique cēsent,inter quos sunt Bal.Ang.in.d. l. hac cōsultissima.2.co.& alij inibi à Iaſ. nu.4.recensiti. qui et ait,hoc esse cōmune scribētiū placitū.cui & adstipulatur Ang.in.d. §.cæcus.co.fi.Card.cōs.149. sed Franciscus.co.2.& sequen. Iaſ.in.d. cōs.26.lib.1.vers.sed quando.quo in loco hanc esse cōmunē resolutionē quoque fatetur.& illi Mōtal.in.d.l.14.tit.1. parti.6.cōsentit.& Guiller.Bene.in.d. c.Rainūtius.verbo.testamētū.1. nu.79. Ioa.Lup.in præsentia.nu.56.Curt. iuni. in.d. §.ex imperfecto.nu.8.doctor Gre. Lup.in.d.l.14.& inibi hoc esse docentiū cōmune votū censet.& Boeri.d.decis.240.nu. 20. etsi denique illic dicat, quód cōperta fraude,si cas⁹ sibi obueniret,iudicaret cōtra testāmentū dictę. l. hac consultissima.solennitate carens. at aliás secus.& prædicta sententia satis ex.d. §.ex imperfecto.& similibus munitur,generaliter loquentibus. & quia paternus casus minimè filijs nocere debet.ff.de senatori.l.emancipatum.cum similibus.suadetur & eadem sententia quia

quia tex.in.d. §.ex imperfecto.ratio(cuius supra nu.51.& num.279.& 288.meminimus) ad hunc & pertinet casū,igitur ad eū ipsius tex. sanctio trahēda est. l.illud.ff.ad.l.Aquil.& filiorū fauor(ex quo tex in.d. §.eximperfecto.& similia suboriuntur iura) inspiciēdus magis videtur,quàm falsitatis timor,ex quo. d.l. hac cōsultissima. edita est: siquidē filiorū fauor naturali cōfoueatur ratione,& veritate equitate qúe scripta.l.cùm ratio.cū similibus.ff.de bon.dāna.sed falsitatis ipse timor á fictione potiùs,quā á veritate inquam enascitur.igitur minimè mirū est,si filiorū prœponatur fauor. Demùm & hæc cōuestitur setētia, quia d. §.ex imperfecto.& similiū sanctio specialior est,quàm prædictę.l.hac cōsultissima.quę decæcorū agit testamētis.quarē dicti. §.ex imperfecto.& similiū cōstitutiones.d.l.hac cōsultissima.derogari minimè est cēsendū.ex regul.generi. de regu.iur.in.6.cum materia.

¶VERVM alij in cōtraria fuerūt opi-
1309 nione † & dictę.l.hac cōsultissima.solēnitatē etiā in patre cæco inter filios testāte esse obseruādā.& ita palàm Albe. in.d.l.hac cōsultissima.æstimauit.& expressim ibidē Fulgo.& Roma-(etsi ipse Roma.cōtrariā sententiā æquiorem esse æstimet,& ab ea propter Baldi authoritatē minimè esse recedēdū firmet) cui sententiæ & adē Fulg.cōsentit in cōs.41. casus talis.co.1.&.2.& cōs.91.super eo. Cuma.cōs.112.si testator.col.1.Ioa.Ma. in.d.l.hac cōsultissima.in relectio.nu. 2.Pau.Cast.cōs.362.super primo.lib.2. Calatay.in præsentia.qui ad hāc sentētiā hāc legē expēdit,siquidē quum eius initio dicti. §.ex imperfecto.sanctionē immutet,idē & in hui⁹.l.hac.5.parte existimandū videatur ex.l.3. §.filius.ff.de lib.& posthu.quā sententiā & Fulg.in. d. l.hac cōsultissima. ex eo munit, quia prædictus. §.ex imperfecto.de testamēto in scriptis tantùm agit, at verò in præsentia de nūcupato agimus testamento, quum cæc⁹ in scriptis testari nō valeat. Itē & huc vergit,quia vt Roma. dicto in loco,& Calatay.in præsentia tenēt.d.l. hac consultissima. sanctio specialior quàm. d. §. ex imperfecto.videtur. & quādo duo speciales cas⁹ insunt,specialior alteri præfertur.l. seruo manumisso.ff.de pen.leg.quód autē specialior sit cas⁹,patet, quia altero specialior est,cuius qualitas non semper omnibus in genere adest, sed paucis in specie: ille autē casus minus specialis est,cuius qualitas in genere est.ff.de pact. l. iuris gentiū. §.sed si fraudādi.vt Bal. tenet in. l. executorē. C.de execu.rei. iud. col. 6. versi.pone duo.sed cæcitas nō quidē in genere omnib⁹ inest,sed in specie:at verò paternitas omnes vtique parētes respicit:igitur consequens est.d.l. hac consultissima.maiorē habere specialitatem quàm.d. §.ex imperfecto.

¶IPSE tamē in cōtraria sunt sententia 1310
† & priorē cōmunē qúe amplector ex rationibus iā cōgestis. Cui rationes in cōtrariū excogitatæ nequaquàm obsistūt. & priori (quā Calatay.perpēdit)satisfiet opus minimè est,quū præfatio nostra de his quæ ante hanc legē iure cōmuni cōstitutū erat, tantùm pertractet: non autem quid hac.l.extante sit.

¶RVRSVS nec Ful.prędicta ratio † qua 1311
dixit.d. §.ex imperfecto.de testamento in scriptis tātùm loqui obtinet.siquidē glos.& scribētiū ibidē cōmune votū sit in cōtrariū.vt supra nume.21.& 31. & seqq. fusè edocuimus.& Boe.esse cōmunē in.d.decis.240. col.5.testatur.

¶DENIQVE & parui pōderis est ratio 1312
prædicta † qua asseritur.d.l. hac cōsultissima.sanctionē specialiorē esse:nanque specialior quippe est.d. §.ex imperfecto.& similiū cōstitutio, siquidem.d. l.hac consultissima.sanctio in patre cæco expræssim minimè loquitur. Quo fit, sanctionē illam respectu patris specialiorem

Universidad de Deusto
Biblioteca

liorē iudicari minimē posse: sed potiùs. d. §. ex imperfecto. dispositionē, vtpotè in parētibus loquētē. Vel dicēdū est (vt Card. d. cōs. 149. co. 1. expēdit) quòd etsi fateamur, dictā. l. hac cōsultissima. in cę cō esse specialē respectu solēnitatis iuris cōmunis, tamē quo ad personas inter quas cæcus testari vult, generalis est. at d. §. ex imperfecto. cōstitutio filiorū fauore specialitatē inducit, vt testamenta inter filios citra solēnitatē cōfecta subsistant. quæ vtique specialitas cuicūque testamētorū solēnitati derogat. quā. d. §. ex imperfecto. & similes indiscriminatim de quocūque parēte testāte loquantur. Vel prēter alios dic, regulā hac in ratione à Roma. & Cala. ex. d. §. sed si fraudādi. & ex Bald. in. d. l. executorē. perceptā iure aliquo nō probari: nec ad eā fulciēdā tex. in. d. §. sed si fraudādi. expēdi valere. Præterea etsi dicta regula obtineret, ad hāc rē nequaquàm pertineret: quū in casu. d. §. ex imperfecto. maior specialitatis ratio (ex iā dictis) ineat

¶HIS sic proloquutis, ex quibus cōstat, prædictū cōmune doctorū votū probabilius esse, et. d. l. hac cōsultissima. ante hāc. l. in patre testāte locū nō habere. fu-
1313 peresť prædictū † dirimere dubiū. Nū in cæco inter liberos testāte sanctio nostra obtineat, & in testamento eius quinque exigātur testes. Quod videtur ex hac l. minimè refragāte, parētē cæcū secundū. d. §. ex imperfecto. sanctionē testari posse. Tū quia, hac lege cōtrariū nō quidē stabilitur. Tū quia, sanctio hęc correctoria est, & ob id (ex notissimis iurib⁹) ad hūc casū nō trahēda. ¶Nec huius. l. dicta verba, *agora sea entre los hijos*, huic sentētiæ refragari, eo præcipuùm videntur, quia suā clausulā specialē habēt. et ideó ad hāc huius. l. 3 parte referēdā nō videtur. c. cùm dilecti. de dona. cū alijs quę Ias. co. fi. in. l. 1. C. de lib. prēt. recēset.

¶VERVM ipse cōtrariæ inquā cōsen-
1314 tioni sētētiæ † et prædictū cōmune asser-

tū quo ad hāc. l. nō trahendū existimo: sed in testamēto inter filios cōfecto, parētē cæcū quinque testes ei⁹ testamēto adhibiturū. & ita hodiè Fulg. & Roma. sequētiū quę sentētiā veriorē esse cōstat. & sic priuatim tenet Calat. Ferd. Gom. Talab. verb. cinco testigos. cùm huius factionis hæc tercia pars ex priori fit explicāda. ff. de peti. l. hære. l. vtrū. cū alijs quod (et præter eos) perspicuè cōstat, quia alioqui absonū & absurdū quidē sequeretur, quòd cec⁹ pater duob⁹ tātùm testib⁹ nūcupatim hodiè testari posset. & vtrūque habens lumē nō duobus, sed tribus adminus incolis, & corā tabellione testari esset obnoxius. quod inquā cōtra veteris & noui iurisprudētiā esset: quę maiorē solēnitatē cæcorum testamētis, quàm aliorū exposcit. Proindè si cōtraria opinio verior esset, iurū de hac materia loquētiū ratio in abrogēda falsitate munita, vtique subverteretur.

¶DENIQVE si scisciteris, an iure cōmuni prædicta cōmunis resolutio (qua habetur, cæcū inter filios sine. d. l. hac cōsultissima. solēnitate posse testari) obtineat, cùm eius testamētū solēne in cōtrariū præceserit. videre licet Soc. cōsil. 163. nō fuisset. lib. 2. & super his quæ ibi scribit, excogitandum quidem est.

¶RVRSVS & ad aliud dubiū adnotatu dignū, & ab alijs omissum, inuestigandūhic occurrit † an quinque testes hac 1315
l. in cæci testamēto requisiti, incolæ esse debeāt, in quo id breui esse cōseo verū, quòd si cæcus testamētū corā tabellione seu scriptura publica minimè ediderit, sed scriptore adhibito testamētū scriptura priuata fuerit editū, quòd corā quinque testibus oppidanis testamētū ipsum cōficiēdū est. ex prædicta ordina. sanctione. ne cæci testamētū minorē quàm aliorū habeat solennitatē. contra huius legis mentē. aliorum enim in testamentis ab alio quàm tabellione scriptis (quia ante tabellionem non editis)

editis) quinque testes incolæ (ex dicta ordinamen. sanctione) inscribendi sūt. Verūm si coram tabellione ipsum testamentū efficiente cæcus testetur, tunc nō erit necesse quinque testes hac. l. necessarios esse incolas: vtpotè quòd sanctio nostra nec text. in dicta. l. hac consultissima. nec in dicta. l. 14. titulo. 1. part. 1. 6. eos esse oppidanos exigant. & quia maior quidem est huius legis dicta solēnitas quinque testium (etsi non incolarum) quum tabellio interuenit, quàm ordina. prædictę legis forma, qua treste stes incolæ cum tabellione sufficiunt.

¶PROINDE & cūctari cōfestim licet † an quinque testes hac. l. necessarij in locis quibus duob⁹ testib⁹ testari cōsuetudo concedit, minimè obtineat. & in promptu est affirmatiua respōsio, cùm (vt supra numero. 575. cum sequentib. ediximus) consuetudo statutum vē generale testamentorum minuens solennitatem, ad cæcorum testamenta non quidem pertinet. Verūm si scisciteris, an consuetudo vires habeat, quæ expressim cæco coram duobus testibus testari concedit, ipse quoque affirmatiuam partem amplector. ex his quę supra in dicto loco plenè deduximus. & ita Iaso. in dicta. l. hac consultissima. C qui testamen. face. pos. columna. 4. arbitratur, alios uidendos citans.

¶CETERVM & quæstionis est † an in cæcorum codicillis etiam quinque testes ex hac lege (prout in eorum testamentis) sint necessarij. & quippe eadem in vtroque ratio & sanctio esse videntur. Tum, ex hac lege eandem in codicillis quam in testamentis exigente solennitatem: & ob id præcipuū quòd post hanc terciam hui⁹ legis partem quarta subsequitur, inqua quidem testamentum & codicillus in solennitate adæquantur. Tum quia, magis communis assertio est † cęcorum in

codicillis eandem solennitatem exigi, quę eorum in testamentis. & sat cōstat ex dicta. l. hac consultissima. §. 1. C. qui testamen. face. pos. & huic sententiæ Ray. Iaco. But. Bald. Roma. Fulgo. Ang. Alex. Corn. consentiunt. & inibi Fulgo. hoc esse commune doctorū votū censet. quibus & adstipulatur Ange. in dicto. §. cęcus. Rolan. in tracta. formarum ad omnia capitula testamētorum. c. 24. qui & vidēdus est addi. seq. cap. 25. idem & dijudicat Guiller. Ben. in dicto capit. Rainuncius. verbo. testamentum. in. 3. numero. 6. post Barba. illic ab eo citatum. & prius Bal. in consil. 248. an cæcus. libro. 5. Paul. Castren. consilio. 362. super primo. libro. 2. columna. final. & hoc esse commune doctorum placitum Zifuē. hic numero. 10. profitetur. Anto. Gom. numer. 51. etsi glos. in dicta. l. hac consultissima. postremò contrariam recenseat sententiā, & illi adhærere videatur. cui Paul. Castr. & Sali. accessere. & hanc esse communem doctorum resolutionem idem Paul. Castren. testatur in dicta. l. hac consultissima. cui & opinioni Boe. dicta decisio. 240. numero. 20. assentit. quorum opinio muniri hisce dictæ. l. verbis consuescit. *quæ in eundem modum erunt obseruanda, quatenus non hæredes instituere, sed legata solum & fideicomissa, & in summa quæ in codicillis habentur, congrua duxerint ordinanda*, siquidem congrua ordinatio sit, si in codicillis quinque inscribantur testes. vt in dicta. l. final. C. de codicillis. cui sententiæ & Iaso. in dicta. l. hac consultissima. columna penultima. adstipulatur, si præter quinque testes tabellio cęcorum adsit codicillis, tabellio quę ipse & testes testamento subscripserint ita inter prętans dictę. l. verba prædicta. quam & sententiam hęc suadet ratio, quia si contraria pręualeret sententia, exindè consequeretur, imperatorem quàntum ad testes in di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ta:l.hac consultissima.maiorem codi llis solennitatem auxisse, quám testamentis,quibus de maiori agitur præiudicio.nam quidem in dicta.l.hac consultissima.testamentorum solennitati communi tabellio superadditur, seu eius loco vnus testis: at codicillis tres testes seu cum tabellione duo codicillorum solennitati adiunguntur,vt cõ stat ex dicta.l.final. C.de codicil.coniuncta prędicta.l.hac consultissima.

¶RVRSVS hæc quippé fulcitur
1319 sententia † quia si contraria subsisteret sententia, ex ea aliud iuri dissonum suboriretur, quód cæci eorum codicillis hæredem directo instituere valerent,aduersum iura notissima infra numero.1338.congesta.

¶SED his nõ refragãtibus,priori cõ sentio sententiæ, & cæcorũ codicillis d.l.hac consultissima.solennitatẽ esse necessariã.ex dicta.l.hac cõsultissima. dictis verbis generalibus. Cui rei dicta verba,*quæ in codicillis habentur,congrua duxerint ordinanda*, non quidem obstãt nam quippe verba hæc institutionis respectu(quæ codicillis non congruunt vt in.l.2. C.de codicil.)ibidem sunt conscripta . non tamen ob prædictam cõsiderationẽ quám aduersam amplectẽtes sententiam expendunt vt Alex. in. d.l.hac cõsultissima. priuatim adnotauit. Cui intellectui alia dictæ.l.hęc verba,*quauuis nõ hæredes instituere*, nequaquám officiunt. etsi eã Iason aduersum Alexandrum expenderit. nam etsi dicta verba,*congrua*,post dicta verba,*quãuis non hæredes instituere*, dicta in lege adsint, minimè indecet.quód verba ipsa ad hæredis institutionẽ etiã referãtur Vel.2.adseri potest (vt illic Corne. dijudicat) prædicta verba, *congrua duxerint ordinanda*, legata & similia disponenda,nõ verò disponẽdi formã determinare.quod & proinde existimandũ est,quia dictaverba,*cõgrua duxerint ordinanda*,post testiũ formam supra eadem. l. explicitam , quin & post dicta verba,*quæ & in eundum modum erunt obseruanda*, sunt collocata . & ob id arbitrari non licet, ipsis verbis ,*congrua duxerint ordinanda*, de alia & diuersa solennitate codicillis inscribenda, & ita de cõmuni codicillorũ solennitateintelligere:& quidem si aliud diceremus, verbaprædicta,*congrua duxerint ordinãda*,dictis verbis quæ in eundem modũ erunt obseruanda, inquam aduersarentur:siquidem tunc non præcedens forma,sed alia & minor obseruaretur:itaqúe dicta verba non congruam solennitatem,sed conuenientem disponendi modum respicere, æstimandum est. prout insimili dictum verbum,*congrua* explicatur in capitul.cúm ex eo. versi. porro.de electio.in.6.& illic docentes. & in capitul.1.de præben . eodem lib. in princip.& in.capitul.2.de æta.et quali.ibi,*non congruat*.& alibi sæpe. Proin dè alia & secũda ratio cõtraria subterfugiturnãetsi imperator in.d.l.hac cõsultissima.cæcorum in testamentis non tantam (sicut codicillis) superaddeat solennitantem,non ex eo vtiqúe fit,quód vtroqúe in casu de æquabili tractetur præiuditio: sed quia vtrobiqúe falsitatem dimouere oportet:quæ ex facili cęcorum in codicillis quoqúe contingit: quam communis codicillorum solennitasnõita abigit prout.d.l.hac cõsultissima solẽnitas. Postremaquoqúe diruitur ratio , quia etsi fateamur ,in codicillis dicte .l.hac consultissima. solennitatem habentibus cæcum hæredem instituere posse:non quidẽ id iuri erit aduersum ex textu in dicta . l . non codicillum. C.de testament.cum materia. & palám Iason in.d.l. hac consultissima. Cui rei nec præiudicãt.d.l.hac cõsultissima.dicta verba,*quauuis nõ hæredes instituere*, siquidẽ dictis verbis nõ quippe ipsa

ipsa hæredis institutio codicillis fieri inhibetur: sed ex eo ibidem sunt collata. quód sæpius contingat, cęcumetusin codicillo hæredem instituere nolle: sed tantùm legata & fideicomissa relinquere,seu alia quæ codicillis collocari consuescunt.

¶DENIQVE & Iasonis prædicta sententia(qua censuit,dicta verba quæ & in eundem modum ex eo illic fuisse imposita,quód tabellionis & testium subscriptiones cæcorum in codillis sũt adhibendæ prout in testamentis) nobis vtiqúe displicet. siquidem ipsa verba omnes solennitates eadem.l.ante conscriptas conspitiat:& ita & numeri testium solennitatem.nanqúe clausulasequens ad omnia superiora referenda est.l.1. C.de libe.præte.cum alijs quorum ibidem recentiores & in . l. talis scriptura.ff.de lega.1.memores sunt.

¶SED ad rem inceptam (veluti lon
1320 go postliminio) regrediamur † nãqúe ad principalem quæstionem supra numero.1317.propositam dirimendam nõ inquam de prædictis controuersari necesse videtur. Tum quia , iure communi & regio cuiusqúe in codicillo quinqúe testes sunt necessarij.ex dicta. l.final. C.de codicil.& illic docentes. &.6.part.titulo.12.l.final.igitur & inęcorum codicillis ex tex.in dicta.l. hac consultissima. Tum quia(vt supra explicuimus)&plenius infra numer.1334. deducemus, quando in testamentis testium numerus minuitur (vt hac.l.ęcorum in testamentis fit) non quidem in codicillis testium numerus extenuatus censetur.authore Bart.in.l.2.ff.de legat.1.& inibi recentiores. Iaso.in dicta. l. hac consultissima,columna penulti.Guillerm.Bened.in dicto capitul.Rainuncius.verb.testamentum. 1. colum.1.Tum quia,& sanctio hæc quæstionem prędictam dirimere ex eo videtur,quia postquám de cæcorum tractauit testamentis,& in eis quinqúe testes exigi stabiluit, confestimin codicillis eandem solennitatem(quę in testamentis esse necessariam) constituit.

¶VERVM hic parumper expecta, quia etsi hęc.l. eandem solennitatem in codicillis exigi sanciat,non quidem generaliter est,sed prout prædicta ordinamen.sanctione continetur.vt huius, l.hæc verba insinuant,*y en los codicillos la mesma solennidad interuenga,que se requiere en el testamento nuncupatiuo,o abierto,conforme ala dicha ley del ordenamiẽto*.Ex quo suboriri videtur,cæcorum in codicillis satis esse,solennitatem prædictam ordinamen.lege in testamentis requisitam adesse:& sic quinqúe testes in eis nõ semper esse necessarios,sed tres incolas cum tabellione ,eo modo quo prædicta ordinamẽ.sanctio constituit. quam ordinamen.legem & de alia qualibet vltima voluntate,quám testamento loqui supra numero. 414.abundè asseruimus. Rursũs & Ferdi. Talab.in presentia in verb. codicillos . æstimat, hanc legem de codicillorum solennitate agentem,cę corum & in codicillis obtinere:& ita quód sat erit , cæcorum codicillis tres oppidanos testes cum tabellione adiungere,prout in dicta ordinamen.lege in testamentis conceditur etsi cæcorum testamentis quinqúe testes esse adhibendos sanctio nostra stabiliat.Quæ sententia ex eo quoqúe instrui videtur , quia hæc . l . generaliter quidem loquitur,& in quibuscunqúe codicillis, nullo discrimine inter aliorum vel cæcorum codicillos facto.

Prædicta etiam sententia fulcitur † 1321
quia etsi sanctio nostra quinqúe testes cæcorum testamentis adhibendos sanciat, non tamen idem in codicillis constituit : sed codicillis illam solennitatem esse immiscendam iubet, quam prędicta ordinamen.sanctio tes-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tamentis exigit,nam si idem quod cæcorum in testamentis sanxit,eorum in codicillis esse voluisset,expressisset. capitulo. ad audientiam .(cum alijs) de decimis.

¶PROINDE & hæc suadetur sententia,quia huius.l.verba (quibus in codillis testamentorum nuncupatorum solennitatem adhibendam constituitur) postquám hæc sanctio cęcorum in testamentis quinque testes inscribendos edixerat,sunt conscripta: & ita verba ipta & ad cæcorum codicillos pertinere constat.dicta.l. talis scriptura . ff. de legat.1.cum materia. & eo precipuum,quia post huius.l.verba ,*y mandamos que en el testameneo del ciego interuengan cinco testigos alomenos* , confestim & immediate hęc subiiciuntur verba,*y en los codicillos interuenga la mesma solennidad,que se requiere enel testamento nuncupatiuo.* quarę quo ad cæcorum codicillos prolata quoque esse ambigendum,non videtur.

¶EX prædictis igitur probabilis & vera videtur dicta sententia,qua asseritur
1322 † cęcorũ in codicillis satis esse,dictæ ordinamen.sanctionis solennitatem adesse: & si quinque testes integri non interuenerint. cui fauet glossa in dicta.l. hac consultissima . prædicta vltima sẽtentia,quam (vt asseruimus) Salice. & Paul.Castren.amplectuntur ¶Itaque predicta comperiunt, cæcorum testamenta quinque testibus esse edenda: at verò eorum codicillis non semper quinque testes erunt necessarij: sed sufficiet eos dicte.l.ordinamen.solennitate cõponere. Quicquid Dida.Caste.hic ver. la misma solennidad.prope finem.edixerit,& Cyfu.numero.10. & adde vidẽdum hic Ioan.Lup . numero.59. quæ & ad aliorum deferimus iuditia. Et an cæcorum in codicillis testes sint subscribendi (prout eorum testamentis esse necessarium) supra numero.1302. & sequent. deffiniuimus.

¶EDOCENT quę & superiora,dicta huius.l. verba ,*y en los codicillos* , etsi post dicta verba,*y mandamos que enel testamento del ciego interuengan cinco testigos*, immediatè conscripta,ad aliorum etiam quám cæcorum codicillos pertinere : & ita sanctio hæc semper fuit intellecta.& optimè,quum hæc.l.codicillorum & testamentorum formam generaliter edocere quidem voluit,& nõ cęcorum tantùm: & ob id hæc lex non dicit,*y en los codicillos del ciego*.prout antè explicuit,dum de cæcorum egit testamentis.quin ex hoc quum sanctio nostra de cæci tractat testamento ,singularis numeri verbis loquitur: at verò quãdo de codicillis loquitur , pluralis numeri loquutione vtitur,hæc inquã subijciens verba,*y en los codicillos*.

¶SVBTEXITVR hic & aliud dubium, iuxta hanc huius. l. 3. partem † 1323
nunquid,sanctio hæc in cæcorum contractibus obtineat : & ita in illis quinque testes sint necessarij (prout in eorum testamentis) quod non videtur(& ita iuris non ambigui esse æstimo)quum sanctio nostra de cæcorum testamentis non autem de eorum agat contractibꝰ quin ob id de testamentis expressit, vt cõtractus excluderet.ff.de iudi. l. cùm prætor. C.de procu.l.maritus. Deindè & hoc elusset,quia cæci eadem solennitate (qua cæteri) contrahunt. vt Iaſ. tenet in dicta.l.hac consultissima. C. qui testamen.face.poss.columna. 3. & palám Alexan.consil.12.viso instrumẽto donationis.columna.2.libro.1.Boeri.dicta decisio.240.numero.20 .palám etiam Iason in dicto consilio . 26. columna.2.libro.1. ¶Quo fit,non rectè Car.Rui.in cõsi.24.visa facultate .li.2. nu.10.arbitratur,quo cẽset loco,prędictam

tam.l.hac consultissima.de cæcorũ agẽtem testamentis, eorum in contractibꝰ obtinere.

¶VERVM hic confestim cunctari
1324 oportet,& præter alios † an sanctio hæc cęcorum in donatione causa mortis obtineat:& in ea quinque testes sint adhibendi . & affirmatiua responsio probabilior videtur. Tum quia, sicut hac lege cæcorum in testamentis quinque testes adhiberi necessum est,eosdem & testes in donatione causa mortis iure regio & communi interuenire , necesse est.l.final. C.de donatio. causa mort.l. final.titulo. 4. partit.5. Tum quia, non ob id quòd hac lege testamento à cæco ędito solennitas imminuatur , ex eo causa mortis donatio minori quinque testium numero effici poterit. vt Bartol.tenet in dicta.l.2 . ff. de legatis primo.& plerique alij quos Alexand. columna.2.& alij recentiores congerunt. et Guillerm .Bened. in dicto capitul. Rainuncius.verb . testamentum. in.4.columna.1. Etsi Ioan . Francisc. de Rip.in dicta.l.2.numero.22.in contrarium dicat esse text.in.l.Marcellus. ff.de dona.causa mort . qui textus quippe parum vrget, cùmtantùm in eo stabilitur,in donatione causa mortis á milite confecta,communem non exigi solenniratem.quin idem Ioan . de Ripa. ex dicta.l.Marcellus. dicto loco affirmat , causa mortis donationem pestis tempore tribus testibus effici posse . ad quod & videre licet ipsum Ioan. Rip. in tracta. pestis. 2. par. 2. part. q. 7. quam Ripæ sententiam iuris rigore circunsepto non veram quippe censerem. ex his quæ supra dicta sunt.& adde videndum dominum Didac. Couarru. 3. par. rub. de testament. numero. 21.

¶SED in contrarium vrget † & vi-
1325 detur in donatione causa mortis quinque non exigi testes. Tum quia, sanctio hæc de cęcorum donatione causa mortis minimè tractat. Tum & quia, & plerique æstimauere, dictę .l.hac cõsultissima.sanctionem in cæcorum testamentis loquentem , ad donationem causa mortis non pertinere , nec illius solennitatem in ea requiri. vt Bald. eadem censuit lege.cui & Fulg.inibi consentit. & idem Bald. dicto consilio. 248. an cæcus.libro.5. Angel.in dicto. §. cæcus.Socin.in dicta.l.2.ff.de legat . primo. Iaſ.in dicto consilio.26.columna.2 libro. 1.& in dicto consilio. 82 . libro.3. columna. 2.Boer.dicta decis.240. pen. charta.& adde videndum Ioan.de Rip. in dicta.l.2 . numero.6.Etsi Carol.Rui. dicto consilio.24.libro. 2. contrariæ sit adstipulatus sentẽtiæ:ex eo præcipuùm motus,quia prædicta.l.hac consultissima.non tantùm de testamentis , sed & de codicillis agit. Quarè si ad causa mortis non traheretur donationem, superuacanea sanctio illa esset, & ob id ad eam esse extendendam æstimat.citans glos.in capitul.quanquám. de vsur. in.6.

¶HIS tamen non obsistentibus † 1326
ipse inquam æstimo,satis esse,hodié cæcum donationem causa mortis cum dictæ.ordinament.legis solennitate cõficere : nanque & prædicta ordinamẽ. sanctio in causa mortis donatione quoque obtinet.vt constat ex his quæ supra numero.814.& sequentib.descripsimus. Nec ob id, hac in lege de testamentorum á cæcis editorum solennitate tractatur, ad donationem causa mortis fiet extensio.ex Bald.Fulgos. & doctoribꝰ in dicta.l.hac consultissima.supra citatis . quorum sententiæ potius quám Caroli Ruin . prædictę opinioni contrarię standum vtique est. 1327
Et ipsius Carol . Ruin . ratio supra recensita facilè quippe dissoluitur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nam quidem dicta.l.hac consultissima. non ex eo superfluet, quód ad mortis causa donationem non trahatur, cúm sat sit, in testamentis & codicillis legem ipsam obtinere. Proindè glosa in dicto capitulo.quánquám.dissimilibus quippe in terminis loquitur.

1327 ¶EX QVIBVS confluit † quód si cæcus huius.l. seu prædictæ.l. 14.titulo primo.partit.6.& dictæ.l.hac consultissima.solennitate prætermissa testamentum ediderit, quód tamen si consuetam habeat clausulam, quód si testamentum vt testamentum non valuerit, quód vt donatio causa mortis valeat, quód si donationis causa mortis solennitatem prædictam testamentum ipsum habeat, quód vt donatio causa mortis erit firmum. vt tenet Iason dicto consilio.26.libr.1.columna.2.& palám dicto consilio.82.columna.2.

¶DEMVM ET IVXTA huius legis dictam terciam partem si pos-
1328 tremó scisciteris † an habens oculos apertos, si non videt, huius legis solennitate testari sit necesse. Paulum Castrens.dicto consilio.362.columna.fina. videre.licet qui citat text. in.l.1. §.quibus.in fine.ff.quod cuiusque vni.no.

¶QVID AVTEM erit de ex occulato an testamentum edere possit, videre expedit doctor. in dicta.l. hac consultissima.& Gregor.Lupũ. in.l.1. titulo.13.partit.3.in glos.final.& denique ad hanc huius legis tertiæ partem videre expedit Angel.in tractat.de testament.numero.16. & sequentib. & Petrum Ferra. in for. libro. ano. peti. hæred.ex testamento.

¶QVIBVS HEC TERTIA huius legis pars finem reperijt, & ad quartam principalem partem deuenire congruit, quæ huiusmodi est.

¶HODIE IN CODICILLIS eadem exigitur solennitas, quæ & in testamentis nuncupatiuis necessaria est.

¶QVO sit, hac lege vetera corrigi iura, quibus non eadem in codicillis requiritur solennitas, quæ in testamentis, sed minor. vt constat in dicta.l.final. C. de codicill.&.6.partit.titulo.12. l.1.iunctis.l.1.&.2.titulo.1.partit.6.& dicta.l.hac consultissima. C. de testament.& in principio.& plerisque alijs. Sed an ture canonico eadem exigatur solennitas in codicillo quæ, in testamento.traditur in dicto capitulo. cúm esses.& illic.Imol.vide.

¶SED CONFESTIM illud 1329
inuestigari oportet † an ante hanc legem, post prædictam ordinament. sanctionem idem constitutum esset ex dicta ordinament.lege. et in codicillis eadem quæ in testamentis sufficiebat solennitas.quod vtique ex dictæ ordinamen.legis verbis videtur.ibi, *si alguno ordenare su testamento, o postrimera voluntad.* nam his verbis & codicillum comprehendi ambigendum quidem non videtur: cùm codicillus vltima sit voluntas.vt constat ex.l.1. C. de sacro sanct.eccles.& traditur in. §.primo.in stitu.de testament.& in dicta.l. hac cõsultissima. C.qui testament. face. pos. qua in.l.Bald. columna.3. tenet, quód forma ab statuto in vltimis voluntatibus requisita, & in codicillis obtinebit.quod & Salic.inibi sectatur columna.1.& Guillerm.Bened.in dicto capitulo.Rainuncius. verb. testamentum. in.3.numero.primo. & ob id Corneus consilio.154.licet in themathe.columna.2.libro.3.astruit, quód ex quo municipali constituitur iure, solennitates in testamento requisitas & in vltima voluntate locum habere, quód & in codicillis illa solennitas erit necessaria.& adde videndum Socin.iunio.consilio.179. aliquantisper. libro.2.& Cardina.Parisi.consilio 50.libro.3.columna.fina. Rursus & dicta fulcitur sententia (& optimè) ex dicta.l.ordinament. veriori litera manu conscripta, quæ huiusmodi est. *si alguno ordenare su testamento, o otra su postrimera voluntad en qualquier manera*, quæ verba & codicillos comprehendere haud dubiè videtur.nam dictum verbum, *otro*, de testamento explicari nequáquám valet, cùm de eo antè ipsa sanctio fuerit loquuta. Proindè cùm sanctio prædicta in vltima voluntate quocunque edatur modo, solennitatem ibidem contentam interuenire exigat, minimè ambiguum videtur, quód & de codicillo intelligenda sit. ex textu in capitulo. solitè. de maio.& obed.ibi, *nihil excipiens, quia dixit quodcunque.* cum similibus. Cæterum & hæc munitur sententia ex prædictę ordinamenti legis veriori litera.ibi, *y sea valedero lo que ordenare en su postrimera voluntad, y el testamento sea valedero con las mandas.* siquidem dictio, &, inter diuersa sedere consuescat.vt in rubrica. ff. de iuris & fact. igno. cum alijs quæ supra in proœmio numero.148.citauimus.

1330 ¶DENIQVE † Ioan. Parisi. palám in prædicta ordinament.lege dictam sententiam nuncupatim hisce sectatur verbis.ibi, *postrimera ideſt, codicillum, vel donationem causa mortis. & no tabic circa numerum testium testamentum & codicillum æquiparari.* itaque hic doctor compertissimè ex dicta.l.ordinament.censet, dictæ ordinamen.l: solennitatem & in codicillis obtinere. quin & ipse doctor ibidem censet, dicta verba, *postrimera voluntad*, dictæ legi ex eo fuisse immista, vt dubium succideretur, quod esse poterat, an mutato quo ad testamentum testium numero, idem quo ad codicillos esset: & testium numerus in codicillis aliás requisitę ex tenuatus videretur.

¶SED CONTRARIA sententia probabilior † videtur. Tũ quia, 1331
si antè hanc.l.ex prædicta ordinamen. sanctione, eadem in codicillis (quæ in testamento) solennitas exigeretur, superflueret inquam sanctio nostra, idem cauens.contra text.in Gregor. proœmio.& similia iura. Tum quia, sanctio siue constitutio de testamento agens (præcipuùm in tangentibus solennitatem) nunquám ad codicillos trahænda est.vt traditur in dicta.l.final. C. de codicill.& in.l.2.ff.de legat.1. Aretin. in.l.qui testamento. §.nec furiosi.ff.de testamen.Cardin.Parisi.fusius in consilio.50.testamentum conditum.libro.3. fina.columna.prope finem. Tum, ex huius legis his verbis, *y en los codicillos interuenga la mesma solennidad, que se requiere en el testamento nuncupatiuo, o abierto conforme ala dicha ley del ordenamiẽto*, quę uerba lucidè indicant, prædictã ordinamen.legem de codicillis minimè loquutam: siquidem aliàs hac sanctione non esset (vt est) sancitum, codicillis esse seruandam solennitatem testamentis in prædicta ordinament.l. requisitam. Tum & quia, ordinament. prædicta lex eius in verbis potius testamenta quám codicillos conspicit, præcipuùm ibi, *deuenser presentes alo ver otorgar tres testigos, alomenos vezinos del lugar a do el testamento se hiziere*, & ibi, *y sea valedero el testamento.*

¶NIHILOSECIVS (etsi anceps) 1332
existimo † anté hanc legem ex prædicta ordinamen.lege eandem requiri in codicillis solennitatem, quæ & in testamẽtis nuncupatiuis. ex his quæ pro hac sententia supra cõgessimus. Nec dicere

Universidad de Deusto
Biblioteca

oberit,ex hoc hãc legem inutilem effi ci: quum non expreſsim hoc prædicta ordinam.lege nuncupatim fuerit cautum. ¶Nec huic ſententiæ dicere refragatur,leges de teſtamentis agentes, ad codicillos hac in ſpecie non trahendas,ex eo quód(vt explicuimus) prædicta ordinam. ſanctio non tantùm de teſtamento,ſed & de qualibet vltima tractat voluntate,& ſic de codicillo.Quo fit,quód minimé afferere officit, dictã ordinamen.ſanctionem de teſtamento potius,quàm de codicillis loquuta m.

¶QVAM ſententiã intelligo,&ſiquis ſanus(nonqúe languidus)codicillũ conficiat: illum qúe exindé non immutet.vt Ioan.Pariſ.in prædicta ordinam. lege ſpeciatim tenet.

¶CETERVM &iuxta hanc concluſionem,illud prętereundum nõ eſt
1333 † quód & de iure communi caſus quo qúe reperitur,in quo in codicillis eadẽ (quæ in teſtamentis)requiritur ſolennitas.vt conſtat in dicta.l.hac conſultiſſima. C.qui teſtamen.face.poſ.cuius veritatem ſupra diſſeruimus.& in ſimiliquoqúe videre & licet Corne. in dicto conſilio.154.licet in themate.columna 2.libro.3.

¶ET HVIVS legis ea ratio inquam videtur,& qúód in codicillis prędictæ ordinamen.legis ſolennitas ſit neceſſaria,quia ſic & codicillorum falſitas facilius ſubuerteretur.ex tex.in.l.final. C.de fideicomiſ.cum ſimilibus.

¶PROINDE ex huius.l. prædicta
1334 concluſione percipi videtur † Barto. ſententiam in dicta.l.2.ff.de lega.1.columna.2. (qua cenſuit,legem teſtamentorum ſolennitatem ad quinqúe teſtes redigentem,non ex hoc iura quæ codicillis quinqúe exigũt teſtes,immutare) veram eſſe.cui ſententiæ alij docto. cõſentiunt,quos in dicta.l.2.nouiores cõgerunt.quibus& ſubſcribit Iaſo.(hoc eſt e doctorum commune placitum aſſeuerans)in dicta.l.hac conſultiſſima.columna penultima.C.qui teſtament.face.poſ.Sali.in.l.final.ad finem.C.de teſtament.Socin.conſi.85.circa articulũ. lib.4 numer.6.aſtruens,& hanc eſſe cõmunem reſolutionem.& Guiller.Ben. in capitul.Rainuntius.verb.teſtamentum.4.columna.1.Alber.Brun.in tracta.de forma. §.fina. & nuncupatim ad hoc hanc legẽ expendit Didac.Coua. in rubric.de teſtament.3.parte.numer. 21. ¶Sed præter eum videtur,hanc legem dictam Barto.ſententiam nõ probare,ſed potius hac lege euerti: quia ſi Bartoli dicta obtineret ſententia,ſuperuacaneum quidem videretur,hanc edere legem,&ſic harum legum procœmio obſiſteret,quod has leges ad ambiguos caſus fuiſſe editas adſerit. Sed his & cõ ſimilibus prætermiſsis dicimus,dictam Bart.ſententiam hac lege confirmari, ſiquidem illa ſtabiliatur,codicillis ſine tabellione confectis quinqúe teſtes neceſſe adhibendos,prout & in teſtamẽtis tunc eſſe neceſſarios,prædicta ordinamen.ſanctione conſtitutum erat. Etſi dixeris,& idem in codicillis dictã ordinamen.legem ſanxiſſe(vt ſupra numero.1329.& ſequent.explicuimus)hoc quippe ex eo non oberit,quia (vt & ſupra numero. 1331.ediximus)prædicta ordinamẽ.ſanctio hoc expreſsim non cõſtituerit, & ſupefluitas ceſſat,cùm lex ad iuris antiqui declarationem editur; vt in hac lege nunc aſſeruimus.

¶NEMPE &hac lege & prædicta 1335
eius concluſione † (qua habetur, eandem in codicillis exigi ſolennitatem, quę in teſtamentis) neceſſe ſuboritur, hodie codicillarem clauſulam (plerũqúe teſtamentis nuncupatis immiſcere ſolitam) ſuperfluere,nihil qúe prodeſſe,ſi teſtamenta ipſa ordinamen.dict.e. l.ſolitatem non habeant:cùm & dictæ ſanctionis ſolennitas in codicillis ſit neceſſaria.etſi ante aliter (in.l.fina.C.de codicil.

codicillis, & alijs ſimilibus quæ Iaſon in.l.eam quam. C.de fideicomiſ.&alij ſcribentes comminiſcuntur) conſtitutũ eſſet. Verũm hoc noſtrum placitum reſpectu ſolennitatis intelligendũ eſt: at verò quo ad alia dictam clauſulam valere non ambigimus,vltra Ioan.Pari. qui in prædicta ordinamen.lege expreſsim hoc hiſce verbis cenſet,*& ex hoc poteſt dici,quod clauſula iſta ſi non valet in re teſtamenti,iure codicillorum valeat, ni hil operatur hodie per iſtam.l.ſi deficit teſtamentum in numero teſtium hic poſito. ſecundum gloſ.in authenti.ex cauſa.C.de libe.præter.licet quoad alia aliquid operetur.de quo vide ibi.& inſti.de codici. per Fab.*hactenus Ioan.Pari.quod & nos ſupra numero.180.& ſequenti.fuſius deſcripſimus. Verũm & Calatay.in præſentia conſtanter dicit,extante noſtra lege quo ad teſtamentum nuncupatiuũ clauſulam prædictam non eſſe vtilem: etſi quo ad teſtamentum in ſcriptis cõfectum ſit,quod quo ad ſolennitatem reſtringit:at verò quo ad alia ipſã clauſulam immodicè eſſe commodam aſtruit:etſi nuncupato teſtamento immiſtam,veluti quo ad.l.Scęuola.ff.ad Trebel.& ſimilium ſanctiones. ¶Quo fit, non rectum eſſe eorum iudicium (quos quidem ipſe vidi) ex hac.l.arbitrantiũ, iam non reperiri codicillum. quorum ſententia prædictis (quin & huius legis verbis) palam obſiſtit. Sed an in teſtamentis in ſcriptis prædicta Calatay. ſẽtentia obtineat.ſupra numero.181.videre licet.

¶SED OBITER hic frequenti du
1336 bij inueſtigatio non eſt prætereunda † fundum ab eccleſia emphiteoſim hoc pacto habens,quód cui maluerit fundũ ipſum eius teſtamẽto relinquere poſſit illum codicillis legare valeat.quod nõ videtur,ex quo (vt prædiximus) codicillus quo ad ſolennitatem teſtamento adæquatur: at non quo ad alia. Contrarium tamen verius eſt,& codicillis poſſe legari.vt probatur in.l.2.ff.de lega.1. & ita nuncupatim Sali.tenet in.l.filij. columna.1. C.fami.hær.cui Iaſo.cõtentit in rubri.ff.de lega.1.numero.16.& in dicta.l.non codicillum. C.de teſtamẽ. columna.1.& Guiller.Bened. in dicto capitul.Rainuntius.verb.teſtamẽtum. 3.columna.2.char.191.& Grego.Lup.in dicta.l.3.titulo.12.partit.6.quod & ſuadetur,quia codicillus teſtamentum dici poteſt.vt traditur in dicta. l. filij. & probatur inſtit.de teſtamẽ. §.1.eſt gloſ. in.l.2. C.commu.de lega.cum alijsquorum Iaſo.in dicta rubric.ff.de leg.1. numero.15.memor eſt.& in.l.ſi idem. C. de codicil.Guiller.Bened.prædicto in loco.& ſatis quidem quoqúe conſtat, quia ſi partes contractus tẽpore, de hac interrogarentur re,ſic quippe reſponderent: quum nihil eis inter ſit, an teſtamentis vel codicillis hac in ſpecie fiat legatum: & ita eſt tanquàm ſi in ipſo contractu eſſet expreſſum.l. Titius. §.Lucius.ff.de libe.& poſthu.glo.in. l. tale pactum. §.fina.ff.de pactis. cum alijs inibi à Iaſo.citatis.

¶VERVM ſi illi qui non poteſt teſtari,nec codicillos facere,teſtandi licẽcia præſtetur,nõ videtur,illi codicillos efficiendi poteſtas conceſſa. vt conſtat ex Socin.conſilio.13.præſens. numero. 31.libro.1.citante Angelum & Imol. in l.ſi ſeruus cõmunis Meuij ff. de ſtipul. ſer.quam ſententiam Socin. iunior cõſilio.8.magna profecto.numero.31.lib.1 ſectatur. ſuper hac tamen vtriuſqúe Socini ſententia altiús excogitare neceſſe eſt.vtpoteqúe ambigua. Tum, ex dicta.l.2.ff.de lega.1.&.l.diuus. §.pen. ff.de iur.codicil. cuius meminit Iaſon in dicta.l.2.numero.2. Tum, ex Salicẽ.in dicta.l.filij.prædicta ſententia & ei adſtipulantium. Tum,ex regul.cui latet.de regul.iur.in.6.cumalijs.Tum, ex veriſimili concedentis mente con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

traria,quę(vt notiſsimis habetur iurib⁹) conſpicienda videtur. Tum,ex paritate quę rationis. Tum item,quia qui
1337 ex priuilegio teſtari valet † & codicillum edere poteſt. text.eſt inſignis. in. l.1. §.in filij quoque.ff. ad Trebel. ait enim illic text.in filio in poteſtate cui ex priuilegio de caſtrenſi peculio teſtari licet,ſenatus conſultum Trebellianum obtinere: & ita quód ipſe filius & codicillum efficere poterit,ſicut & teſtamentum in quo fideicomiſſum conficiat,cùm Trebellianum fideicomiſſo teſtamento ſiue in codicillo relicto locum habeat.vt ex eadem conſtat.l.& ſimilibus.ad quod & Ioan.Franciſc. Ripen.in eodem. §.in filij. videre oportet. Tum & denique, nuncupatim ipſe Ripa in dicta.l.2.ff.de legat. 2.cenſet, Cardinalem ad teſtandum diſpenſatú codicillú conficere poſſe. quod ex prædictis probabilius exiſtimo.

¶CETERVM & ex hac concluſio
1338 ne quidem enaſcitur † hodie in codicillis ſecundum hanc legem ſolennibus, hæreditatem directó dari poſſe: etſi anterioribus iuribus codicillis quinquę teſtibus confectis hæreditaté directo præſtari ſit prohibitum.inſtitu.de codicil. §.codicillis.& in.l. hæreditatem. C. eodem titulo.& in.l.2.§.final. ff. eodé titulo.&.6.partit.titulo.12.l.2. abundé Guiller.Bened.in dicto capitul.Rainũtius.verb.teſtamentum.3.numero.56.& ſequen.& ita cùm caſus contingit, ipſe quidem & alius ingentis ſcienciæ vir cauſarum accuratiſsimus patronus cõſuluimus:etſi alter aduocatus cõtrarię adſtipulatus fuerit ſententiæ. Quin & quum iterum caſus mihi (vt iudici) accidiſſet,iudicis cuiuſdam ſententiamdictæ noſtræ opinioni aduerſam (vtpotè iniquam) vtique reuocaui.nãque cùm codicillus ipſe teſtamẽti ſolennitatem habebat (habere quę erat neceſſe) defectus quę etiã quo ad teſtamentum nõ erat in forma, ipſa hæredis inſtitutio (prout teſtamento facta) valebat.vt eſt tex..in dicta.l.non codillum. C.de teſtament.& quæ abundé inibi Iaſon cõgerit ad hoc videnda.& Guiller.Bene. in dicto capitul.Rainuntius.verb.teſtamentum.3.columna.2.quæ ſententia conſtat ex Iaſonis ſententia in dicta.l. hac conſultiſsima.C.qui taſtamen. face.poſ.numero.10.quum inibi teneat, quód ſi probabilior eſſet illorum ſentẽtia,qua pleriqúe adſerunt,eandem cæcorum codicillis exigi ſolennitatem, quę & in cæcorum teſtamentis, quód ex eo ſuboriretur, nullum diſcrimen inter cæcorum codicillos & teſtamenta eſſe: & ob id,quód ipſis codicillis hæreditas præſtari liceret.& prædicta noſtra ſententi amplectenda quidẽ eſt,vt actus non ſubertatur.prout notiſsima iura paſsim aduertunt.

¶PROINDE ex eodem fonte fluit, 1339
† hæreditatem teſtamento datam codicillis hac.l. ſolennibus adimi poſſe. etſi anté hanc legem contrarium iura vetera conſtituerunt.vt conſtat in dicto. §.codicillis.& in.l.quidam in ſuo. §.final.ff.de conditio.inſtitu.& ſimilibus pleriſqúe.& faciũt tradita per Gre. Lup.in.l.39.titulo.9. partit. 6. in verb. codicillus.

¶VERVM & hinc proditur † dic- 1340
tis ſolennibus in codicillis filiorum ex hæredationem confici poſſe hodié :etſi prioribusiuribus nõ ſit permiſſũ.vt in dicto. §.codicillis.&. 6.parti.titul .12.l.2. cum alijs.

¶CONSEQVITVR quoqúe ex 1341
his † codicillis ſolennitatem hac lege requiſitam habentibus,inſtitutioni hęredis teſtamento puré confectæ conditionem adiungi poſſe.aduerſus text.in. §.directo.inſtitu.de codicil.& in.l.dinus.in principio.ff.eodem titul.& in dicta.l.2.titulo.12.partit.6.& alibi ſæpe.

¶EX quibus & proficiſcitur † nunc 1342
hæredi

hæredi in teſtamento ſcripto ſolennibus codicillis ſubſtitutionem directam conſcribi poſſe.etſi in dicto. §.directo. inſtit.de codicil.& ſimilibus contrariũ ſit ſtabilitum.

¶SVPERIORIBVS &illud du
1343 bium dirimi poteſt † an hodié vltimo codicillo dictæ ordinamen.legis ſolennitate edito (etſi priori non aduerſo) primus tollatur codicillus eadem ſolẽnitate compoſitus: licet à diſponente hoc non ſit expreſſum. quod quidem in duobus teſtamentis compertum eſt.l. ſancimus. C.de teſtament. §. poſteriore.inſtitu.quib. mod. teſtamen. infirmen.& duobus in codicillis veteribus iuribus contrarium ſtabilitur. vt in.l. cùm proponatis. C.de codicil. §. fina. inſtitu.eodem titulo.&.6.partit.titulo. 12.l.3.quę iura cùm ſublata non reperiantur,& de actu euertendo (non qúe de eo minuendo) agatur,tractemus qúe de alijs quæ citra ſolennitatem ſunt,ſatis probabiliter adſeri poteſt, prædicta iura nõ eſſe hodie mutata.l.præcipim⁹. C.de appellatio. cũ alijs.quod & eluſcet ex text.in.l.fina.ff.de iur.codicillo. & ex.l.fina. C.eodem titu.& Paul.Caſtren.ſententia in. l. proximé. ff. de his quæ teſtamen.delen.quam Iaſon in dicta.l.non codicillum. amplectitur. & in rubri.ff.de lega.1.numer.16.Guiller. Bened.in dicto capitulo. Rainuntius. verb.teſtamentum.3.numero. 4. quod in confeſo quidem eſt,cùm vterqúe codicillus hęredis non habuerit inſtitutionem. Verùm ſi vterqúe codicillus dicta ordinamen.legis ſolennitate cõpoſitus hæredis teneat inſtitutionem. an tunc dictæ.l.ſancim⁹.& dicti. §. poſteriore.ſanctiones ſimilia qúe iura obtineant: & quid erit,ſi poſt primum teſtamentum ſolenne dictæ.l.ordinamẽ. ſolennitate codicillus efficiatur,inquo & hæredis adſit inſtitutio,an tunc præ dicta.l.ſancimus.& dictũ. §.poſteriore. ſimilia qúe iura locum habeant.colliges palàm ex traditis in dicta.l.non codicillum.& ſimilibus.& ex his quæ ſupra numero.1319.congeſsimus.& altius excogitare poteris.

¶EX ſuperiorũ officina ex huius qúe noſtræ legis quarta parte ſuboriri & videtur † in codicillis teſtes fœminas in- 1344
ſcribi minimé poſſe (etſi ante contrarium eſſet ſancitum.vt traditur in.l. final. C.de codicil.& illic glo.& docentes. Specul.& illic. Ioan. Andre.in titu. de teſte. §.1.Felin.in capitu.quoniám. de teſtib. §.1.& alibi ſæpe) ſiquidé hæc noſtra ſtabiliat lex,eandem in codicillis ſolennitatem interuenturam, quę in teſtamentis nuncupatiuis(ex prædicta ordinamen.ſanctione)neceſſariaeſt qua extante vt ſupra num.142.definiuimus,nec hodie licet, teſtamentis nuncupatiuis fœminas teſtes adijcere. igitur & conſequens videtur,nec in codicillis illas in teſtes admittendas: alioqui enim non eadem in codicillis, quæ in teſtamentis nuncupatiuis ineſſet ſolennitas,proutnoſtra expoſtulat factio. quod & munitur,quia huius legis hæc verba,*la miſma ſolennidad*,interprætanda videntur,tám de dictæ.l.ordinamen. ſolennitate ibidem expreſſa, quám ſub intellecta.ex.l.2.ff.ſi certum petat. & illic Socin.

¶QVIBVS & alludit,quia nullam
adinuenimus legem regiam † quæ co- 1345
dicillis teſtes fœminas inſcribi poſſe ſtabiliat: quin nec vlla eſt iuris communis ſanctio,quæ hoc ſpeciatim concedat. etſi gloſ.in dicta.l.final. C.de codicil. pleriqúe & doctores hoc iure eſſe. permiſſum inſinuét. Proinde & non deſunt,quiá dicta gloſ.& communi diſcedant ſententia.quorum eſt Fulgo.in dicta.l.final.

¶IRROBORATVR & hęc ſen
tentia † quia huius legis(ſancientis eã- 1346
dem conſcribendam ſolennitatem codicillis

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicillis, quæ in teſtamentis) ea eſt ratio vt falſitati locus non ſit. d. l. fi. C. de fidei comi. et in. d. l. fi. C. de codicil. & aduertit Didac. Caſtel. in præſentia verb. la miſma ſolennidad. ſed ipſa falſitas cùm maſculi conſcribũtur teſtes, multo magis (quàm quum fæminę teſtes ſunt) prę cauetur. ex. l. qui teſtamento. § mulier. ff. de teſtament. quo in loco glo. textus illius rationem reddens eam eſſe cenſet, quia fæmina fragilis corruptibilis qũe eſt. quod & ali bi ſæpe traditur.

¶ HVC & vergit, quia diſcriminis ratio excogitari non valet, quarę magis ſanctio hæc in codicillis ordinament. dictæ. l. ſolennitatem voluerit interuenire, quàm prædictam, qua fæminas teſtamentis in teſtes adhiberi, eſt inhibitum, quæ & in dicta ordinament. l. ſub intelligitur. vt ſupra pleniꝰ explicuimꝰ

1347 ¶ R VRSVS & his conducit † quia ſi anteriorib⁹ legibus fęminas in teſtes codicillis poſſe admitti, nuncupatim eſſet ſancitum, ob id quidem eſſet, quia legibus ipſis quinqũe teſtes codicillis eſſe inſcribendos erat neceſſe: at verò cùm hodiè ſaltem tabellione interueniente, tres teſtes incolas codicillis ineſſe, ſufficiat, teſtes maſculi neceſſariũ inquam videtur, vtpote qui probabiliores & optimæ fidei ex text. in. l. 3. §. eiuſdem. ff. de teſtib. prout in ſimili dici cõſueſcit, quód etſi legatarius teſtis teſtamento immiſceri poſſet, quód id ex eo obtineat, quia ſeptem teſtes teſtamento ſunt inſcribendi: & quód ob id, ſi nõ tot teſtes ex ſtatuto vel conſuetudine teſtamento ſunt neceſſarij, quód tunc legatarij teſtamento teſtes eſſe non valebunt. vt abundè ſupra numero. 843. & ſequentibus aſſeruimus, inibi complures citantes.

¶ DENIQVE Didac. Caſtel. in præſenti verbo. ſiete teſtigos. columna 7. & ſequentib. conſtanter huic adſtipu

1348 latur ſententiæ, & audacter cẽſet † hodiè fæminas teſtes in codicillis eſſe nõ poſſe. & ob id præcipuùm, quia ſeptipartitarum ſanctione (ſcilicet dicta. l. 1. & 2. titulo. 1. partit. 6. & in. l. 9.) conſtitutum eſt, maſculos teſtes, & nõ fæminas teſtamentis collocandas, & quód gloſ. in dicta. l. final. C. de codicil. & doctorum ſententia qua habetur (codicillis fæminas in teſtes admittendas) prætermittenda eſt, vtpotequæ imperatorum iuribus munita. quibus his regnis cauſas dirimere non licet. quin & aſtruit, ipſis imperatorum iuribus vt rationib⁹ hac in ſpecie vtendũ nequàquàm eſſe.

¶ VERVM his omnibus prædictis minimè obſiſtentibus † contrariam ſẽ 1349
tentiam (anceps tamen) probabilioré eſſe cenſeo: & hodiè etiam extante hac lege fæminas teſtes codicillis in eſſe poſſe. vt prædicta gloſ. & ibidem doctorum commune votum teſtãtur, quo loco hoc eſſe ſcribentium cõmune placitum Fulgo. inquit. & Iaſon illic colũna. final. cui & accedunt gloſ. & docentes in dicta. l. qui teſtaméto. §. mulier. & in. §. teſtes. inſtitu. de teſtamen. Barto. in. l. in multis. ff. de ſtatu homi. Deciꝰ in regu. fæminę. ff. de regu. iur. numero. 27. & ſequent.

¶ QVID multa, & ipſe æſtimo † co 1350
dicillorum teſtes & hodiè rogari nõ eſſe neceſſum. ex text. in dicta. l. final. C. de codicil. & illic communiter ſcribẽtes. & patet ex text. in. l. 1. titulo. 12. part. 6. & ibi dominus Greg. Lup. & de vtroque abundè Guiller. Bened. in dicto capitul. Rainuntius. verb. teſtamentum. 3. numer. 67. etſi teſtamentis teſtes eſſe rogatos ex notiſsimis iuribus ſit neceſſum, nã cùm prędicta iura hac nõ abrogentur lege, eorum correctio abigenda eſt. ex dicta. l. ſancimus. C. de teſtamẽ. cum alijs etſi hoc in caſu maior ineſſet ratio. vt traditur in authẽ. quas actiones. C. de ſac. ſan. eccle. cũ ſimilibus.

¶ CETERVM & prædicta noſtra irroboratur

1351 irroboratur ſententia † quia etſi hac ſanctione eadem ſolennitas in codicillis (quæ in teſtamentis nũcupatiuis) exigatur, hoc minimè efficit, codicillis teſtes maſculos & rogatos prout in teſtamentis eſſe neceſſarios: cùm veteribus & anterioribus iuribus hoc in negocio diſcrimen inter teſtamentum & codicillos fuerit conſtitutum: nec nouum ſit recentiora iura ad priora trahęnda. l. ſed et poſteriores. ff. de legi. cum ſimilibus. etſi dixeris, non eſſe legem, nec iꝰ aliquod, quibus ſit cautum, fæminas in teſtes codicillis inſcribi poſſe: ſed tantùm dicta gloſ. & doctorum communis ſententia ſatis quidem eſt. & eo præcipuùm, quód iure & ratione dicta gloſ. & docto. ſuam ſuadent ſententiam. vt ex illis conſtat.

¶ PROINDE & dicta ſuadetur opinio, quia licet hac. l. eandem ſolennitatem codicillis (ſicut & teſtamentis) eſſe adhibendam, ſit ſancitum: nõ hoc probat, fæminas teſtes codicillis conſcribi non poſſe, nec iuribus prioribus hanc legem non eſſe temperãdam. vt eſt tex. inſignis (& priuatim hanc dirimens cõtrouerſiam) in. l. ſi creditores. iuncta glo. ff. de ſepara. coniuncta. l. debitor. §. quid ergo. ff. eodem titulo. optimus tex. iuncta glo. in. l. idem. ff. ad Veleya. quibus patet, quód legum verba (quibus quod idem ſit in vno caſu quod in alio conſtituitur) obtinent: etſi non omninó idem in vtroque ſit caſu: & quód verbis ipſis minimè prohibetur, quód inter eoſdem caſus alijs ex iuribus diſcrimen fiat. idem & conſtat in. l. 1. iuncta gloſ. C. de ſac. ſanct. eccleſ. & traditur in. l.

1352 1. § quæ honerãdæ. ff. qua. re. actio nõ det. & alibi ſæpe. His & accedat † quia etſi ſtatuto in omnibus & per omnia duo adæquentur caſus, quód nihilóſecius hæc adæquatio alijs iuribus temperari valet: vt eſt tex. iuncta gloſ. in. §. 1. inſtitu. de donatio. cum alijs, quorum Alex. & nouiores memores ſunt in. l. 1. ff. de legat. 1. columna. 4. & adde tex. & illic recẽtiores in. l. ſi quis in conſcribendo. C. de pactis. & hæc præcipuùm obtinent hoc in caſu, ſiquidem etſi hac. l. eadem exigatur ſolennitas in codicillis, quæ in teſtamentis, hoc tantùm quo ad contẽta in prndicta ordinament. ſanctione eſt. vt huius. l. hæc in dicant verba, *conforme ala dicha ley del ordenamiento*, qua quidem de hac nõ tractatur ſpetie. nec an fæminæ teſtes eſſe, nec ne valeant. quam conſiderationem facit text. in. l. ſi teſtamentum. C. de inſtitu. & ſubſti. ſub conditio. fact. ſiquidem & ſtabilitũ ſit, dictionem, *ſecundum*, ex relato diſpoſitionem reſtringere. ſunt complures concordantiæ quas illic & alibi ſæpe recentiores communiſcuntur. Verùm & hæc adiuuatur ratio, quia ea quæ ſpeciatim alijs conſtituitur iuribus, dictis verbis huius legis immutari, non eſt cenſendum. vt traditur in dicta. l. ſciendum. ff. qui ſat. da. cogan. cum alijs quæ ſupra numero. 47. & 138. congeſsimus.

& relatio † quæ hac lege ad prædictam 1353
fit ſanctionem, ita interpretanda eſt, ne illa anteriora abrogentur iura. vt traditur in. l. ſi idem cum eodem. §. final. ff. de iuriſ. om. iudi. & illic glo. & ſcriben. & in dicta. l. talis ſcriptura. ff. de legi. primo. & in. l. 1. ff. nequis eum. & alibi paſsim. Sane & ſatis eſt, quód ſanctio noſtra ad anteriorum iurium correctionẽ edita ſit, vt ex hoc eam ita intelligam⁹ quód per eam ius commune minus lædatur. l. 2. C. de noxa. dicto capitu. cùm dilectus. de conſuetudi. & ita conſequens erit, ſat eſſe, hanc legem quo ad teſtium numerum & alia quæ expreſsim in prædicta ordinamen. ſanctione collocantur, explicare & non quo ad alia. quod & optimè fulcitur ex traditis in. l 3. coniuncta gloſ. C. de nego. geſt. & ex tex. iuncta gloſ. in. l. fin. ff. de magiſt. cõue. & quæ Barto. ſcribit in. l. Iulianus.

ff. de

Universidad de Deusto
Biblioteca

ff.de hæred.insti.

1354 ¶CETERVM & prædictam nostram sententiã ex eo suademus † quia ratio communis quarè fęminæ in codicillis testes esse valẽt,ea est(vt gl.in.d.l.fi. C.de codicil.insinuat) quia nullo iure eas esse testes inhibitũ est:igitur posse eas esse testes,deffiteri nõ licet.ff.de testi.l.1.cui rationi & alia superaddi potest,quia scilicet,nõ ita exata in codicillis exigitur solẽnitas,prout in testamẽtis.quas rationes Barba.cõgerit in.d.c. relatũ.1.de testa.col.5.quæ rationes & hodiè subsistunt,siquidẽ nullã adinueniamus legẽ(non tãtùm iuris cõmunis, sed nec regij)quę fæminas in codicillis esse testes prohibeat.quin nec sãctionẽ videamus,quæ eandẽ omninó solẽnitatẽ in codicillis exposcat,quã in testamẽtis, namqúe sanctio nostra ad ea quæ in prædicta ordi.sanctione expressim collocantur , se quidem astringit : de alijs qúe non loquitur.

1355 ¶DEMVM & expressim † hãc sentẽtiã An.Go.hic nu.71.amplectitur.&palãm Ioa.Lup.in prẹsentia nu.34.& Zif. nu.12.quibus & ipse dictis assentio rationib9.& ita hoc regio Pinciano prętorio fuisse iudicatũ causarũ quidã patronus (cui in propria contingit causa) nobis quippe nunciauit.

1356 ¶EX quibus facilè rationes cõtrariæ diruũtur † & ex eo prior,quia(vt supra diximus9)hac lege expressũ minimè est quo ad omnia eãdẽ requiri in codicillis solẽnitatẽ,quę in testamẽtis : sed tãtùm illã quæ in prædicta ordi .sanctione explicita est.Rursùs sanctio nostra quoad testiũ numerũ ad prædictã quidẽ ordi. sãctionẽ se quidẽ refert. vt eius hæc indicant verba,*la ley del ordenamiẽto del señor rey dõ Alonso que dispone,quãtos testigos*

¶EVELLITVR qúe & secũda ratio cõtraria, ex quo septipartitarũ iura & alia ciuilia codicillorũ solennitates cõgerentia,fæminas in testes codicillis in scribi,minimè vetant : nec in eis testes esse rogandos constituunt.

¶TERTIA deindè reicitur ratio,quia anteriora iura codicillorũ & vltimarũ volũtatũ falsitatẽ euitare accuratè elaborarũt.vt in. l.iubemus.C.de testat.& in.d.l.ñ.C.de fideico.nõ tamẽ ob id,codicillis testes fæminas in testes conscribi prohibuerunt,nec codicillorum testes esse rogatos constituerunt.

¶QVARTA refellitur ratio, cùm inficiari possum9,vtroqúe in casu æquabilẽ esse rationem.Quid plura, etsi eadẽ inesset ratio, sanctionẽ hanc veluti veterum iurium correctoriam etiam ex rationis identitate extendere nequaquám(vt explicuimus) liceret.

¶QVINTA & postrema ratio euertitur,quia etsi hac lege sat sit,tres testes cum tabellione codicillis adhiberi,oppidanos tamen esse,necesse est.

¶CONSTAT igitur,& hodiè etiã hac l.extãte,testes fæminas codicillis scribi posse.aduersus Dida.Cast.sententiam. Item & constat,nunc codicillorum testes esse rogatos minimè exigi.

¶PREDICTAM tamẽ nostrã sententiã tẽperãdã esse videtur † nisi omnes codicillorũ testes fæminæ fuerint:siquidẽ Barb.in d.c.relatũ.in.1.co.14.tenet, omnes codicillorũ testes fæminas esse nõ posse:quia fragiles corruptibiles qúe sũt.cuius sententiã sectatur & Gui. Ben. in.d.c.Rainũcius.ver. testamẽtũ.3.nu. 67.Sed ipse quidẽ in cõtraria sum sententia. Tũ quia,cõmunis doctiũ sententia est,quód testes fęminę indiscriminatim codicillis adhiberi possint. Tum quia, prædictæ rationes quib9 dicta cõmunis fouetur sententia(quas supra recẽsuim9) etiam quando omnes testes fæminæ fuerint,obtinent. Demùm & aduersus Barba. & Guil.Bene. est tex.in.l.si quis ita. & in ibi Socin. col.1.ff.de reb.dub. quo quidem sancitur, legatarios testes testamentis posse immiscẽri, etsi omnes testes

stes legatarij sint.quem textum illic ad hoc docentes expendunt. & in dicta.l. dictantibus. C.de testa.& in. §. legatarijs.institu.eod.tit.& quidem Barbacij prædicta ratio mulierum fragilitate sulcita,ad hoc negocium parui põderis est quùm si hæc ratio hac in re considerãda esset,nulla fæmina codicillis similibus vẽ actibus testis esse posset , contra notissima iura. Proindè testium multitudo eorum omnium fidem supplet. ex traditis in.l.3. §.1.& inibi glos. verb. numerus.ff.de testi.& in.l.si quis ex argentarijs. §.cogentur.ff.de edẽ. &illic Bal.& Iason fusius. Sed an hæc vltima consideratio iure obtineat , constat ex his quæ Iason & nouiores in dicto. § cogentur.tradidere.& Deci. consilio. 133.viso processu.& similibus.

¶PRETEREA etsi iuxta dictam huius legis.4.conclusionem inuestigare cupis , an tex.in.l.1. §.sed si filius.ff. de lega.3.discrimen inter codicillum & testamentum illo in casu esse enuncians,& tex.quoqúe in.l.conficiuntur. ff.de iur.codicil. §.si post.hodiè obtinent.satis apparet ex his quæ vtrobiqúe doctores describunt.

¶PROINDE & iuxta huius.l. dictam quartã partẽ & conclusionem,illud hic
1358 dubium subticendum non est † an solennitas quæ hac lege codicillis exigitur,& in codicillis inter filios editis sit necessaria.quod breui ipse verum existimo.Tum ex eo,quód sanctio nostra generaliter loquitur.Tum etiam ,quia & in testamentis nuncupatiuis inter filios confectis , solennitas eadem exigitur, quæ & in alijs testamẽtis nuncupatiuis inter extraneos editis:vt falsitati nonsit locus prout lex nostra expressim sancit Tumquia,si aliud opinaremur,non eadem in codicillis requireretur solennitas,quę in testamentis nũcupatiuis.prout hæc exigit sanctio.etsi ante hãc legẽ verũ sit,in codicillis inter filios nõ tantam requiri solẽnitatẽ,sicut in illis qui inter extraneos effici consueuerunt. ex tex.in.l.fi. C.fami.hęrcis.& in.d. §.ex imperfecto.& ita tenẽt gl.& docẽtes in d.l.fi. §fi.C.de codi.& Alex.in.d.l.hac consultissima.col.pe. Cqui testa.face. pos.quo & loco dicit, militũ in codicillis.d.l.solennitatẽ non esse necessariã. & adde videndum ad prædicta Salice. in.l.quotiens. C.fami.hærcis.

¶POSTREMO hic libet,cõgruit qúe,inquirere † an sanctio hæc quę in 1359
codicillis eãdem exigit solennitatem, quæ in testamentis nuncupatis (ex prædicta ordi.sanctione est necessaria)tàm in codicillis in scriptis, quàm nuncupatiuis obtineat.Zif.in prẹsentia nu.10.& Ant.Gom.nume.69.post dominũ Gre. Lup.in.d.l.fi.titul.12.part.6.censent,in codicillis nuncupatiuis eam tantúmobtinere,& in codicillis inscriptis prædictæordi.legis solennitatẽ,non sufficere: & ob id,in codicillis in scriptis confectis tres testes incolas cũ tabellione in scribi nõ satis erit.& eo præcipuũ hoc Zif.fulcit,quia in.d.l.fi. C.de codi.& 6 parti.ti.12.l.1.codicillis quinqúe testes inesse necessum est.quam sententiam & Zif.fulcit,quia sãctio nostra ad prædictam ordinã sanctionem se refert.quæ de nuncupato loquitur testamẽto. Proindè & illam Ant.Gom. ex eo suadet, (& ob id,in codicillis in scriptis quinqúe testes cum eorũ subscriptionib9 esse necessarios,arbitratur) quia sanctio hęc in testamento nuncupatiuo tres testes incolas cum tabellione,& quinqúe sine eo requirit:& in testamẽto in scriptis indiscriminatim septem testes cum eorũ subscriptionibus esse necessarios constituit:& confestim lex nostra illam in codicillis solennitatem,quæ in testamento nũcupatiuo requiritur,exigit.& sic quoad codicillum in scriptis iuriscõmunis solennitatem esse expectandam palãm(secundum eum)sanctio hęc eõ-

cinit

Universidad de Deusto
Biblioteca

cinit.& quod vt illi videtur,ſat hæc lex voluiſſe cenſetur,caſum hũc vtpote omiſſum ipſius iuris communis determinatione dirimendum:& ita cõſequens erit, in codicillo in ſcriptis quinq́ue teſtes cum eorum ſubſcriptionibus requiri : prout ante iure communi ſancitũ erat. Demũm & domi.Greg.Lup. dictã ſententiã ex eo prædicto irroborat loco,quia tota ſanctio hæc ad ordi.dictæ. l.interprætationem (quæ tantũm de teſtamento nũcupato loquitur) edita eſt, & ad ſuccidendum dubia ex.d.ordina. lege ſuborta.& quatenus hæc lex de teſtamento in ſcriptis agit, dicta ordina. ſanctio temperatur.& quod cũm ad cæcorum teſtamẽta & codicillos hæc trãſit ſanctio,ad dictę ordina.legis explicationẽ reuertitur:& ita erit ſecundum eum,conſequenti hac in.l.de cæcorum teſtamento nuncupatiuo & de codicillis nũcupatiuis tãtũm tractari. quod & ipſe domi.Grego.Lup.fulcit,quia ſi cõtraria teneretur ſententia, legum exin dẽ ſuboriretur correctio. quæ iuribus notiſsimis euitanda eſt.

¶SED quidem contraria ſententia
1360 probabilior videtur † & quòd hæc lex etiam de codicillis in ſcriptis intelligatur : & ſic conſtat,ſat eſſe,in eis dictam legis ordina.ſolennitatem ineſſe. Tũ quia,generatim & citra diſcrimen ſanctio hęc eandem in codicillis,quam in teſtamentis nuncupatiuis exigit ſolennitatem. Tum & quia, ſi ſanctio hæc aliud conſtituere voluiſſet,ex facili expreſiſſet. C de cadu.tollen.l.1. §.ſin autem ad deficientis.c.ad audientiã.dedecim. Tum itẽ,quia noſtra ſanctio de teſtamento nuncupatiuo,& de teſtamento in ſcriptis tractat (& ſeparatim) quia inter ea diſsimile ius conſtituere voluit.at verò cũ inter codicillũ in ſcriptis & nũcupatiuum hæc lex differentiã facere nolluit,tantũm hæc verba, *y en los codicillos*,ſubijcit,non magis de codicillis nuncupatis quàm in ſcriptis loquentia. Tum quia,vetera iura quo ad teſtium numerum eandem ſolennitatẽ codicillis in ſcriptis,quæ in nuncupatiuis interuenturam ſanxerunt, æquabilem q́ue legem in hoc ediderunt.vt in.d.l.fi.C.de codicil.& in.dicta.l.fina.titul.12.part.6.igitur minimè mirumeſt, ſi quo ad teſtiũ numerum hoc in negotio ſanctio hæc inter codicillos inſcriptis & nuncupatiuos diſsimilem non cõfecerit ſanctionem. Tum quia, & minorem ſolennitatem quo ad teſtium numerum ipſa anteriora iura codicillis in ſcriptis exigerunt,quàm in teſtamentis nuncupatiuis. vt conſtat ex dicta.l.hac conſultiſsima. §. per nuncupationem.&.6.partit. titulo. primo. l.1. & .2. iuncta dicta .l. final. C. de codicill.& dicta.l.1.& final. titulo .12. partit. 6 . Ex quo inquam conſtat, quòd cũm hæc lex in teſtamento nuncupatiuo dictę.l. ordinamenti ſolennitatem ſufficere, ſtabiliat, quòd & idem in codicillo in ſcriptis voluiſſe exiſtimandũ eſt,ne maiore teſtiũ ſolennitatẽ aduerſus dicta iura textus noſter in codicillis in ſcriptis, quàm in teſtamentis nuncupatiuis exegerit.Tũ quia & prædicta ordina.lex non tantùm de teſtamento, ſed & de alia vltima voluntate loquitur.vt ſupra nu. 1329. ſat edocuimus.& ſic & de codicillis in ſcriptis tractaſſe videtur. Tum denique,quia dicta ordina.ſanctio & hæc lex tres teſtes oppidanos cum tabellione,quinq́ue teſtibus etiã incolis ſine tabellione æquialere ſtabiliuit. Quo fit,ſat eſſe,loco quinq́ue teſtiũ in codicillis in ſcriptis (dicta.l.final. C.de codicil.& ſimilibus requiſitorum) tres teſtes incolas cum tabellione interuenire.

¶NEC refragari dictæ noſtrę ſentẽtiæ
videtur prædictę contrarię rationes † 1361
et Zifuẽ. prędicta prior ratio ſic enim euellitur,quia etſi priora iura codicillo in ſcriptis

in ſcriptis quinq́ue teſtes cum eorum ſubſcriptionibus exigat, ſanctio tamen noſtra generaliter omnibus in codicillis eandem ſolennitatem (quæ in teſtamentis nuncupatiuis neceſſaria eſt) requirit:nullum in hoc inter codicillos in ſcriptis & nuncupatiuis diſcrimen conſtituens:vtpote quòd ſatis ſit,in codicillis in ſcriptis illam adhibere ſolennitatem,quam in teſtamento nuncupatiuo.Præterea tres teſtes incolæ cum tabellione(vt proximè deſcripſim?) quinq́ue teſtium uicem habent.

¶EX quibus & Cyfuen.alia ratio ſuppetitur,nam etſi lex noſtra ad dictam ordinamenti ſanctionem ſe referat, non exinde hanc legem in codicillis nũcupatiuis tantùm explicandam conſequitur:liquidem in codicillis in ſcriptis minorem quo ad teſtium numerum ſolennitatem quam in teſtamento nuncupatiuo interuenturam ſemper iura decreuerunt. Item & relatio prædicta etiam codicillorum in ſcriptis reſpectu dicta eſt.vt huius ſanctionis verba generalia comperiunt.

¶EX QVIBVS & proditur dominus Grego. Lup.& Anto Gome.prædictarum rationum ſucceſſio † cùm ſanctio hæc de codicillis generaliter agat, & noua magis de codicillis nuncupatis, quàm in ſcriptis:quam inquam ob rem adſeri non poteſt, ſanctionem hanc de nuncupatiuis tantùm loquutam. quin & ſatis de codicillis in ſcriptis hanc legem agere cenſendum eſt,quum & de teſtamento nuncupatiuo(in quo maior exigitur ſolennitas,quàm in codicillis in ſcriptis loquatur:) & in ipſo teſtamento dictę ordinamenti ſolennitatem ſufficere,explicet. Proinde et ſi ſanctio hæc ad dictæ ordinamen.l.explicationem ſit compoſita, nihil quidem refert,cùm & ipſa ordinamen ſanctio non tantùm de teſtamento nuncupatiuo,ſed & de alia vltima voluntate (& ſic & de codicillo in ſcriptis) loquatur.vt ea quæ ſupra numero. 1329. deſcripſimus, indicant. Præter hoc, quòd generalibus verbis codicillum in ſcriptis compræhendentibus ſit conſcripta: ſit q́ue & in ipſis codicillis in ſcriptis minor ratio,quàm in teſtamento nuncupatiuo.

¶EX HIS & confluit, parui momenti eſſe,quòd hæc.l.dum de cæcorum teſtamentis & de codicillis tractat, ad dictę ordinamen.l.interprætationem reuertatur.

¶DENIQVE contrariæ non ſuffragatur ſententiæ, quòd de antiquorum iurium correctione hac in lege agatur, quarè videtur, illam minimè extendendam:ſiquidem hac in ſpecie nõ quidem de extenſione,ſed de compræhenſione agimus. nanq́ue huius legis verba generalia (vt aſſerimus) & codicillum etiam in ſcriptis appræhendunt.

¶ET PREDICTAM ſen-
tentiam probabiliorem inquam † ſal- 1363
tem quo ad teſtium numerum de quo præcipuùm (vt explicuimus) ſanctio hæc & prædicta ordinamen. lex tractant, ex dictis æſtimamus rationibus: at verò quo ad teſtium ſubſcriptiones quòd in codicillis in ſcriptis ſint neceſſariæ:etſi aliquæ rationes in contrarium ſtringantur, diuerſæ videtur cenſendum. & eſſe verius cenſeo,in codicillis in ſcriptis hodiè ipſas exigi ſubſcriptiones: ſiquidem teſtium ſubſcriptiones in codicillis in ſcriptis requiri iure eſt conſtitutum.vt conſtat in dicta. l.final. C.de codicillis. qua in.l. gloſ. Alberic. Iacob. de Bello. Iaſon Iacob. de ſancto Geor. docto.ita tenuere, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

Bart.in.§.final.insti.de codicillis. & satis percipitur ex dicta.l. final. titul. 12. partita.6. quæ sigilla testium in codicillis non exigit tantùm exprimit: at verò de eorum subscriptionibus nihil quidem agit. & ad hoc illam.l. inibi dominus Grego. Lup. verbo, sellos, expendit aduersus Cifuentes in præsenti. Etsi Azo. in summa. de codicillis. columna. 2. & glo. in dicto. §. final. insti. eodem titul. in codicillis in scriptis testiũ subscriptiones non necessarias (aduersus dictã. l. final. & doctoi commune placitum) docant. ita quę quo ad testium subscriptiones inator solennitas in codicillis in scriptis, quàm in testamentis nuncupatiuis tàm hodiè, quàm veteribus iuribus exigitur: cùm in testamentis nuncupatiuis testium subscriptiones non sunt necessariæ. vt supra numero. 1085. & sequentibus ediximus. at secus in codicillis in scriptis.

¶VERVM TESTIVM sigilla in codicillis in scriptis iure non esse necessaria. constat ex dicta. l fi. C. de codicil. & illic docto. communiter. Azo. eius summa in. d. tit. de codicill. docto. in. d. §. fina. eod. tit. Gome. in. c. 1. num. 166. de constitu. in. 6. est tex. (vt explicuimus) in dicta. l. final. titul. 12. parti. 6. & sat etiam constat. l. dimus. ff. de iur. codicil. §. a.

¶EX HIS HVIVS legis quarta pars sit finita: & ad eius posteriorem accedimus partem, in qua hæc vnica inest conclusio.

¶HIC TAMEN PARVM expecta, & huius legis vltimæ partis cõmentaria nunc conquiescant † siquidem populus hic leticijs abundat, ex eo quòd Philippus serenissimus rex noster hoc Augusti mense anni millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo ingentem aduersus Francorum regem Gallicas quę nationes admiran-

dam quę victoriam apud sancti Quintini oppidum fuit consequutus. nam quę cùm prædictum oppugnasset oppidum, eius gentes inimicorum acies audaciter profligarunt: quorum plerique mortui: alij vulneribus infixi: cæteri quę capti fuere: & horum fuerunt Franciæ Comestabilis, eius quę filius ætate minor. Dux longabita, Mantuæ princeps. Musiur de Enguiem. Dux Monpesier, la Roxa de Ameyme, la Roxa fort, vice comes de Torayne, sancti Andreæ marisalis (latinè metator dictus) varo Curton. Ryngrauis, Germanus. Comes de Vbillers: & præter hos ex Gallis plusquam mille: inibi quę comprahensi fuerunt Germanorum quinque mille: quos munificentissimus rex noster eius expensis in proprias dimisit vrbes.

¶DEINDE EIVSDEM Augusti mensis. 27. die prædictum sancti Quintini oppidum eiusque & castra mirabili fuerunt victoria expugnata. prahensi quę illic fuerunt Franciæ Almirantus, Mos de Moru prædicti comitis stabilis filius, Mos de Iarnac, Andalet, & alij plures ex Francorum nobilibus.

¶QVIBVS ET temporibus nostri quidem prædas spolia quę non modica quietissimè fecerunt: qui & alia occuparunt oppida.

¶QVE QVIDEM sic auxilio diuino contingerunt. Tum, ex nostri regis nimia clemẽtia, benignitate quę aisi doa, eius & iugi probitate. Tum item, quia noster inuincibilis rex constitutæ pacis semper fidelissimus fuit custos.

¶PROINDE ET è nostris pedestrum plusquam quinquaginta millia, æquestrum quę & decem & sex millia regio placitu accuratè magno opere quę victoriã sectantur, vt Francorũ superbiã

frenent, eorum quę improbam & intemperatam gloriam abijciant. & illorum assidua bella præmant. quos Deus optimus maximus foueat: vt solida tranquilla stabilis quę pax deindè inter Christianos commoretur.

¶HIS sic insinuatis dicta huius. l. quinta pars istam quippe vnicam conclusionem habet.

¶CODICILLI SEV TESTAmenta solennitatem hac. l. expræssam non habentia, fidem quidè non faciunt.

¶IDEM etiam constat in simili in dicta. l. hac consultissima. in principio. C. de testamen. & in. l. si vnus. C. eod. tit. & in. l. non dubium. C. de legib. cũ alijs quæ hic Dida. Caste. verb. no haga fee. cõminiscitur. Huius cõclusionis ratio percipitur ex. d. l. iubemus. C. de testa. & l. fi. C. de fideicomis. & ex traditis in. l. fi. C. de edicto di. Adri. tol.

¶ET HVIVS legis dicta conclusio intelligenda est † vt non tantùm testamentũ subuertatur in parte, sed & in totum: ita quę non quidem fidem faciet quo ad omnia in ipso testamento collocata: & sic omnes testamenti clausulæ diruuntur. vt patet in. l. ex testamento. C. de fideicomis. cum alijs quæ Iaso. inibi congerit. & in consilio. 82. viso testamento. lib. 3. numero. 2. post doctores in. l. si iure. ff. de lega. 3. & in. l. sancimꝰ. C. de testamen. Socin. consilio. 127. quoniam. nu. 15. libr. 3. quo in loco loquitur de donatione & alijs testamento immistis. & alibi sæpe traditur.

¶EX QVIBVS fit, nõ rectè Ioa. Lup. hic numero. 6. loquutum, quum censet † testamentum ex testium numero deficiens tantùm quo ad hæredis institutionem, non quo ad legata in eo expræssa subuerti. ex text. in authenti. ex causa. C. de libe. præteri. & ex ordinat. sanctione hac in lege recensita. Quam sententiam haud dubiè iuri aduersam censemus. Tum ex prædictis. Tum ex hac lege, generaliter de toto testamento loquenti. Tum quia, ex iuribus ab eodem Ioan. Lupo citatis patet, testamentum non solenne etiam quo ad legata & fideicomissa euerti. & idè constat ex dicta. l. ex testamento. C. de fideicomis. & in. l. final. §. illud. C. de codicillis. quam adnotat Bald. in dicta. l. non codicillum. C. de testamen. Bertran. consilio. 70. dispositio. Tum item, ex prædicta ordinamen. sanctione quæ tunc legata & fideicomissa esse præstanda sancit, quum testamentum illius legis solennitatem habuerit: at secus si illa caruerit solennitate. Tum quia, dicta authenti. ex causa. quum testamentum ex solennitatis testium quę numeri defectu diruitur, non loquitur: sed ex hæredationis præteritionis quę ratione. vt inibi constat & patet infra. l. 24. &. 6. partita. titul. 8. l. final. Tum & deniquę, aduersum Ioa. Lup. tenet Dida. Caste. in præsentia verbo. no haga fee. colum. 2. & adde videndum Ferdinan. Talabe. numero. 94. & sequentibus.

¶VERVM casus in quibus legata in testamento non solenni relicta, debeantur. videre licet text. & ibi docentes in. l. fin. C. de fideicomis. & in. §. fi. instit. de fideicomis. hære. Guiller. Benedict. in dicto capitul. Raiuntius. de leg. & fide. verbo. absque liberis. in. 2. numero. 158. char. 377.

¶PROINDE & huius legis dicta postrema conclusio obtinet, etsi testator minori quàm huius legis solennitate testari vellet. l. nemo potest. ff. de lega. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum similibus, quorum ibidem recentiores memores sunt. & Didacus Castē. in præsentia dictis verb. no haga se. & etiam si testator priuationis pœnam hæredi imponat, si testamentum non solenne esse allegauerit. l. 1. C. de his quæ pæn. no. cum alijs quæ Iason consilio. 82. viso testamento. columna. penultima. libro. 3. comminiscitur. nec his attenditur casibus quód testantis voluntas lex censeatur. authenti. de nupt. §. disponat testator. collatio. 4. cum similibus.

1367 ¶EX QVO FIERI videtur † regem (etsi legem viuam vt in authen. de consu. §. 1.) testamentum huius legis solennitate non compositum in præiudicium venientium ab intestato comprobare minimé posse, nec ex eius approbatione testamentum ipsum firmum esse. quod an sit iure verum videre licet Lucam Penen. in. l. 1. C. de his qui in exilium. libro. 10. col. 4. Caro. Rum. in consilio. 12. quánuis quæratur. numero. 1. & numero. 30. libro. 3. Cardi. Petr. Parisi. consilio. 44. numero. 30. & sequentibus plerisque. libro. 3. Math. de Afflict. consti. Neapol. lib. 1. rubri. 79. numero. 29. & quæ Panormi. tradit in capitul. 1. de fide instrumento. & alij quos Ppili. Prob. in additione. ad Ioa. Monach. in capitul. 1. numero. 6. de regul. iur. in. 6. recensēt. ¶Verúm an papa inter laicos hanc solennitatem mutare possit. fusè traditur in dicto capitul. cúm esses. de testamentis. & in capitul. relatum. 1. eodem titul. Paul. Castrens. consilio. 395. quántum ad id. libro. 1. & alibi sæpe. ¶Ante factum tamen testamentum posset princeps testandi citra huius legis solennitatem concedere. dicta l. si non speciali. & ibidem traditur. C. de testament. & in. l. si quando. C. de inofficio. testamen. & passim doctores tradunt.

¶VERVM ET CONFLVERE ex dicta huius legis quinta parte videtur † testium numerum in testamentis hac lege requisitum de forma essentiali & substantiali esse, & non tantùm probatoria. quam rem fusè à doctoribus dissertam reperies in dicta. l. nemo potest. ff. de lega. 1. & inibi Iason. 2. lectio. numero. 21. & sequentibus. & à doctoribus in. l. cúm quis. C. de iur. & fact. igno. & in. l. 1. C. de sacro sanct. eccle. & in dicta. l. si vnus. C. de testamentis. & in. l. 1. ff. de conditione indeb. & præcipuúm illic docto. nouiores. Decius in. l. 2. C. de bono. possess. sec. tab. Albert. Brun. in tracta. quotuplex sit forma. chart. 13. columna. 2. dominus Didac. Couarru. in dicto capitul. cúm esses. numero. 8. & sequentibus. Ferdinan. Talabe. hic numero. 44. & magis commune doctorum placitum est, de forma substantiali esse testium solennitatem, & non de sola probatoria solennitate. & esse commune Ripa. in dicta. l. nemo potest. numero. 27. recensēt. Nec quidem huius legis sanctio (qua tantum constituitur, testamentum huius legis solennitatem non habens fidem non facere) eorum sententiam fulcit, qui solennitatem prædictam esse probatoriam tenent: siquidem non ob id hæc. l. tantúm esse probatoriam stabiliat: quum etsi testamentum non probare dicat, id ex eo sit, quia & nullum. prout dicta. l. hac consultissima. C. de testamen. in principio. similes qúe sanctiones edocuere. patet qúe & ex his quæ abundè Cardi. Pet. Parisi. consil. 61. columna. 2. lib. 3. congerit. quo in loco ex pluribus probat, testamentum contra legis nouæ formam confectum, nullum esse: ob id numero. 13. censens, quód statutum circa testamenti solennitatem etiam aliter

aliter quàm ius commune disponens solennitatem ipsam pro forma substantiali exigisse: ita quód illa prætermissa, sit nullum testamentum, existimādum est. quod & constat ex. l. 39. infra. cúm sanciat, in mandato comissario (ad testandum præstito) eandem solennitatem interuenturam, quæ in testamentis necessaria est, & quód alias testamentum sit nullum: ita qúe inibi palám constat, testamentum solennitate necessaria carens, firmum non esse, sed irritum.

¶EX HVIVS quintæ partis vnica conclusione fit, ex testamento huius legis solennitatem non habentem, missionem in possessionem peti non posse. ex his quæ habentur in. l. final. C. de edic. diui. Adria. tol. & l. 2. titul. 14. parti. 6. & quæ traduntur in. l. 4. §. condēnatum. ff. de re iudi. & complura alia his affinia ex eadem enascuntur conclusione. quæ quidem passim reperta, non abre emissa facimus.

¶CETERVM iuxta hanc tamen huius legis finalem partem, non erit 1369 alienum ambigere † nunquid si testamentum in scriptis istius legis non habuerit solennitatem, vt nuncupatiuum valere possit. quod non videtur & primó, quia (vt hac stabilitur lege) si testamentum in scriptis huius legis solennitate non sit editum, fidem nequaquám facit: igitur consequens videtur, nec vt testamentum nuncupatiuum subsistere. ¶Secundó, & hanc patrocinamur sententiam, quia testamentum nuncupatum & testamentum in scriptis (vt hæc sanctio docere videtur) contraria cēsētur. quod etiam constitui videtur in dicta. l. hac consultissima. C. de testamentis. §. 1. & in. l. iubemus. C. eodem titul. igitur vt nuncupatiuum testamentum obtinere non potest, vtpoté qui vnum ex contrarijs eligit, alterum respuere videtur. C. de codicil. l. final. l. quod in hæredem. §. 1. ff. de tribu. ¶Tertió, & huc vergit textus in dicta. l. hac consultissima. §. 1. C. de testamentis. quo expræsim hæc suaderi videtur opinio, quandoquidem inibi testamentum dictç. l. solennitatibus carens diruitur, inualidum qúe esse constituitur: igitur nec alio modo valere, adserendum est. quod & satis liquet in. §. 1. institu. eod. titul.

¶QVOD & magis munitur, quia si contrariæ adstipularemur sententiæ, supervacanea prædicta. l. hac consultissima. & similia iura redderentur, condentium qúe ea labor inanis fuisset: siquidem iam quód testamentum in scriptis vt in scriptis non valeret, firmum tamen vt nuncupatiuum esset, aduersaretur qúe Gregorij procœmio. & text. in. §. quibus. C. de nouo. C. compo. quod & adiuuatur, quia non licet ita leges interprætari, quód inutiles efficiantur. vt in capitul. comissa. §. porró. de electione. in. 6. & in. l. final. §. vbi autem puerilis. C. de iur. delib.

¶Quartó ad hanc pertinet sententiam tex. in. l. non codicillum. C. de testament. quo constat, quód si testamentum vt testamentum minimé valet, non quippe vt codicillus inualere potest. quo & in textu patet (& illic eum ad hoc Corneus expendit) quód maior est præsūptio, quæ ex dispositionis qualitate sumitur, quàm validitatis ipsius actus præsumptio. quod & idem Corneus tradit consilio. 202. quanquám in hac. columna. penultima. libro. 4. & ob id videtur, validitatis actus præsumptionem huic non officire negotio.

¶SANE & §. huic opinioni suffragantur iura notissima, quibus constituitur, quód si actus non valet, vt ago, nec valeat, vt valere potest. l. fideicomis

Universidad de Deusto
Biblioteca

comissa. §. si ita quis. ff. delega. 3. l. 1. §. si quis ita. in fine. ff. de verbo. obligatio. l. 1. §. 2. ff. de consti. pecu. l. 1. ff. de iure codicillo.

¶VERVM HIS nequaquám obsi
1370 stentibus † contraria pars probabilior videtur. Tum, ex tex. in. l. 3. ff. de testamen. mili. quo habetur, neminem prę sumi illã eligisse viam, qua eius subuertatur actus. id qùe & constat in. l. Scæuola. ff. ad Trebel. alijs qúe & iuribus, quæ Alcia. eius de præsump. tracta. regul. 3. præsumptione. 34. comminiscitur. & Albert. Brun. in tracta. de reb. seu dispositio. dub. numero. 56. adeo quód hæc actus validitatis præsumptio alijs præponitur præsumptionibus. vt ex pluribus tenet Decius in capitul. quoniám abbas. de offi. delega. columna. 6. cui rationi & alludit textus in. l. si ita Augusti. ff. de serui. & in. l. quotiens. ff. de rebus dub. alij qúe consimiles quorum Decius meminit in capitul. cùm super. de offi. delega. columna. penultima. Tum item, quia in diuiduis vtile per inutile minimé dirumpitur. l. 1. §. Trebatius. ff. de aquæ quotid. & stiua. traditur in. l. pecuniæ fenebris. & illic glos. verbo. pro modo. ff. de vsur. cum alijs quæ Decius in dicto capitul. cùm super. congerit. Tum & hæc conuestitur opinio, quia cùm hoc in casu iuris solennitatem testamentum habeat (saltem in prædicta ordinament. sanctione requisitam) testamentum ipsum vt nuncupatiuum obtinere afferere compellimur. ex prę dicta ordinament. l. & ex hac quoqúe sanctione. Tum etiam, quia in habentibus simbolum, facilis est transitus. l. in rem. §. item quæcunqúe. ff. de rei vendi. traditur in. l. sed cùm patrono. ff. de bono. posse. & abundè Paul. Castrens. in dicta. l. non codicillum. igitur minimé mirum est, si ex testamento in scriptis ad nuncupatiuum transire liceat.

¶SED QVAM eligamus sententiam prodire supereſt † & quidem 1371
commune doctorum votum sectamur, quód quidem est, quód si testator testari in scriptis voluerit (non qúe nuncupatim) quód tunc testamentum in scriptis vt nuncupatiuum nequaquám obtinebit: at verò si testamentum in scriptis testamenti nuncupatiui solennitatem habeat: non qúe compertum sit, testantem in scriptis tantùm testari voluisse, quód & tunc testamentum in scriptis (testamenti in scriptis solennitate carens) vt nuncupatiuum subsistat: vt actus valeat, siquidem in dubio testantem ita voluisse, sit existimandum: ne actus subuertatur ex text. in dicta. l. 3. ff. de testamen. mili. & ex rationibus proximè congestis. & sat etiá cõstat ex l. ex ea. §. fi. ff. de testa. & in. l. in testamẽtis. in fine. C. eo. titul. quibus & conducit text. in. l. 2. cum materia. ff. de iurisd. omni. iudi. & text. in. l. in legatis. ff. de adimen. lega. & priuatim ita tenuere Ioan. Blonosco (antiquus doctor) eius de actione libello. in rubri. de actio. ex testamen. Iacob. Cinus Alberic. Ioan. Faber Paul. Castrens. Fulgo. Corne. Alexan. Iaso. in dicta. l. hac consultissima. §. per nuncupationem. Bartul. in. l. final. ff. de iure codicillo. Paul. Castrensis Cuma. in. l. hæredes palàm. in principio. ff. de testamen. palàm & idem Paul. in l. si ita scripsero. ff. de conditio. & demõstratio. & illic Socin. columna. 2. nuncupatim. & idem Paul. Castrens. consilio. 414. viso & examinato. libro. 2. columna. 2. & optimé consilio. 39. viso dicto testamento. libro. 1. columna. final. Faber etiam in. §. sed cùm aliquis. colu. 1. & 2. institu. de testamentis. Roma. in dicta. l. errore. quám legit in. l.

in. l. nec profesio. C. de testamen. columna. final. Fulgo. consilio. 41. casus talis. columna. 2. Ange. Imol. in. l. 1. §. sin autem. ff. de hæred. instituen. Alexan. in. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbo. obliga. columna. 5. idem Alexan. consilio. 176. viso processu. columna. 2. libro. 5. & consilio. 105. super his. columna. 2. libro. 7. Pet. Raue. eius alphab. aureo. verb. testamentum. columna. 3. Mathe. Afflict. decisione. 143. vtrũ testamentum. columna. final. (quo ait loco, ita Neapolitano consilio fuisse definitum) idem Mathe. de Affl. decisio. 69. quædam domina. numero. 3. Socin. consilio. 142. reuerende pater. libro. 1. columna. 2. & consilio. 173. reuerende. libro. 2. columna. 2. Cardi. Petr. Parisi. consilio. 46. primum testamentum. lib. 3. & consilio. 19. consideratis. eod. libro. 3. columna. 1. Boeri. decisione. 240. ex processu. numero. 6. Thom. Grama. decisione. 62. in causa magnificorum. numero. 15. Carol. Ruin. consilio. 1. numero. 44. libro. 3. Ludo. Gozadi. consilio. 3. in causa mihi. columna. 3. (quo conset loco, hoc esse doctorum commune placitum) Alber. Brun. tracta. de rebus siue dispositio. dub. numero. 57. & numero. 27. Cisuen. hic ad finem. dominus Grego. Lup. in. l. 2. titul. 1. partita. 6. verb. en poridad.

¶NEC rationes contrariæ priori suf
72 fragantur sententiæ † & prior ratio ex eo, quia etsi vt testamentum in scriptis testamentum hoc in casu ex hac. l. fidem non faciat, tamen cùm testamenti nuncupatiui solennitas hac lege requisita & prædicta ordinamen. sanctione testamento sit collocata, vt nuncupatiuum testamentum vtiqúe probauit. & sat sanctio nostra prędictã nostram tutatur sententiam.

¶EVELLITVR qúe & secunda ratio, quia inficiamur quidem, testamentum nuncupatiuum & testamentum in scriptis esse contraria, etsi diuersa esse ex solennitatum diuersitate fateamur: & ob id fit, testamentum testamenti in scriptis, item & testamenti nuncupatiui habens solennitatem, vt testamentum in scriptis & vt nuncupatiuum inualere: quando quidem etsi vnum tantúm sit testamentum, duas inquam habeat testandi formas vt Iacob. Cin. Alexan. & docto. in dicto. §. per nuncupationem. extimauere. & Ioa. Fab. in dicto. §. sed cùm aliquis. Petrus Iacob. de Aretio in. §. final. insti. de testamen. docto. dictis in locis. dominus Grego. Lup. in dicta. l. 2. titul. 1. partita. 6. dictis verbis, en poridad. etsi Fulgo. in. d. §. per nuncupationem. non parum de hoc mireturetsi de niqúe quantum ad effectum id verum esse dicat, siquidem vterqúe testandi modus eiusdem sit effectus. quod & Paul. Castren. in dicta. l. hæredes palàm. in princip. amplectitur. nanqúe vt dicti dijudicant doctores, testandi in scriptis forma testamenti nuncupatiui formę nequaquám obsistit. & satis hæc omnia probat textus in. l. quanquám. C. de testament. mil. & quæ inibi Bald. adnotauit. ¶Deindè tũc electa vna via, alia videtur sublata, cùm ipsæ viæ contrariæ fuerint. vt traditur in. d. l. final. C. de codicil. & inibi Iason cum similibus.

¶TERTIA qúe ratio contraria ex eo abijcitur † quia etsi dicta. l. hac consultissima. & similibus, testamentum in scriptis testamenti in scriptis solennitate carens, nullum esse disponat, hoc quidem ita intelligendum est, vt firmum, vt testamẽtum in scriptis non sit, at non vt nuncupatiuum, si testamenti nuncupati solennitatẽ habeat. Nec tunc dicere oberit, quód hic intellectus dictę. l. hac consultissima. sanctionẽ superuacaneã efficit. & quód potius 1373

Universidad de Deusto
Biblioteca

verbis,quâm rei legem imponit.vt Pau. Castren.in.d.l.si ita scripsero. aduerit. nam sat quidem prædictus intellectus rem conspicit, vtpote qui non modicũ sit discrimen,testamentum vt nuncupatiuum,an vt in scriptis valeat.ex text.in dicta.l.hac consultissima.in. §. ex imperfecto.iũcta authen.quod sine. C.de testamen.vt Iason in eadem authẽ.quod sine.edocet.& in dicto. §.ex imperfecto.columna. 4. Vel dicendum, quód prędicta.l.hac consultissima. tunc locum habet,quum lucidé constat,testantem in scriptis tantúm testari voluisse: quo in casu(vt explicuimus, & communis doctorum docet sententia) minimé vt testamentum nuncupatiuum subsistere valet. & satis hic intellectus elusceret, quandoquidem prędicta.l.hac consultissima.de testamenti in scriptis solẽnitate tantúm agit:non veró de nuncupatiui solennitate.quod & in simili patet ex glo.in.l.contractus. C.de fid.instrumen.& ibi docentes. cui intellectui Soci.in dicto consi.142.columna.penul. & in dicto consilio.173.columna. penu. adstipulatur. Rursús nec tex.in dicta l.hac consultissima.de hac agit specie, & an testator in scriptis nuncupatim vẽ testari voluerit: igitur ad hunc casum non trahændus.vt.l.si veró. §. de viro. ff.solu.matrimo.& similes stabiliunt. Proindé non quippe iura quæ testamenti in scripturis solennitatem constituũt (etsi communem sequamur sententiã) superfluunt. quin & ad hoc negotium sunt necessaria:siquidem & hac in re adseramus,testamentum vt testamentum in scriptis non valere,vtpoté quod testamenti in scriptis solennitatem non habens.

¶QVARTAM quoqúe rationem ex eo euademus,quód in dicta.l.non codicillum. verborum vis testamentum codicillum non esse efficit.vt inibi Corne.perpendit. at in præsentia testantis verba non quidem proderunt, testanté inscriptis tantúm, & non nuncupatim, testari voluisse. Vel dicendum,quód in dicta. l. non codicillum . de actibus contrarijs tractatur:nam testamentum & codicillus sibi inuicem aduersantur. & ob id,nõ,quidé mirum est,si illic testamentum in codicillum non conuertatur. Verùm in nostra specie de translatione testamenti in scriptis in testamentum nuncupatiuum agitur: quod ex facili fieri valet:cùm in habentibus simbolum(vt asseruimus)facilis sit transitus quod & ad. d.l. non codicillũ.docto.in eadem scrutantur lege.& Paul. Castré. in dicto consilio. 414. lib. 2. & Cardina. dicto consi.202.lib. 4.col. penul.

¶DEMVM & nouissima succeditur ratio † nam iura hac in ratione citata 1374
in indiuiduis obtinent:non qúe in diuiduis, in quibus vtile per inutile nequaquám subuertitur.vt in dicto capit.cùm super.de offi. delega.cum alijs quæ inibi Decius congerit.col.2.& recentiores in dicto. §.si quis ita.l.1.ff.de verb.obligatio. Augustí. Bero. capitul.1. de iudicijs.numer.203. & alibi sæpe.sed hac in re de re indiuidua nõ quidé agimus,sed potiús diuidua:cùm quo ad testandi formam,vnum & idem testamentum diuidi possit,& duabus valere formis.vt doctores in dicto. §.per nuncupationem. æstimauere . & nos supra edocuimus, quin(vt explicuimus,) hac in re facilis est transitus:etsi quo ad alia testamentũ sit indiuiduũ.vt tex.probat in.l.si is qui. & ibi Bald.ff.de testamen.& traditur in l.furiosum. C.qui testam.face.pos.De eius abundé in regul.ius nostrum. ff. de regu.iur.in princip. Proindé & testantem excogitandum est,suum testamentum valere voluisse, prout melius valere possit.ex dicta.l.3.ff.de testa.milit.cũ similibus.

¶SED hic non abeundum ducimus, quin primùm obiter qúe controuersemur

mur qualiter nobis constare possit † te 1375
stantem in scriptis testari voluisse,vt ex hoc testamentum in scriptis vt nuncupatiuum non valeat.& quidem Ioa.de Blonos. dicto eius tractatu censet, hoc expræsis verbis constare posse, vel coniecturis(prout de contractu in scriptis dici consueuit)censet qúe,testantis voluntatem hac in re patescere: & tantúm in scriptis testari voluisse, si testamento testium subscriptiones & sigilla immisceantur.cui palám Paul.Castren.adstipulatur in.d. §. per nuncupationem. qui palám loquitur,quando testator testibus mandauerit, testamento subscriptiones sigilla qúe imponere. quod etiam eadem in specie Paul.Castr.prædicta.l.hæredes palám.in principio.columna.2.profitetur.& in dicto consilio. 93.columna.penul.lib.1. Alex.palám in dicto consilio.176.columna.3.lib.5.eandem sententiam idem Alexan. & secta tur in dicto consilio.105. columna.pen. lib.7.sic doctorum sententiam in dicto. §.per nuncupationẽ.explicans.cui sententiæ & Pet.Parisi.dicto consilio.19.columna.1.eodem lib.3.consentit.

¶VERVM Cinus † Alberi.& pleri 1376
qúe alij in.d. §. per nuncupationem. in contraria fuerunt sententia. expræsim Ioa.de Blonos.prædictam impugnãtes sententiam,in quántum ipse Ioa. de Blonos.ad coniecturas in dubio hac in specie esse deueniendum censet. quin & palám Cinus & eius sequaces dictis quidem æstimant locis, non satis esse, quód testium aliqua sigilla aut subscriptiones testamento adsint, vt ex hoc testator in scriptis tantúm testari cẽseatur: ita quód ex hoc testamentum vt nuncupatiuum firmum esse,non posit. Quid plura,quum testator subscribere aut sigillare testibus mãdauerit,quód ex hoc non appareat,testatorem in scriptis tantúm testari voluisse. Cin.& eius asseclæ lucidé in.d. §.per nuncupationem. tenuerunt.& speciatim Soci. d. consilio. 142.columna.penul.& in.d.consil.173. colum.penul. quæ sententia nobis quoqúe probabilior videtur, siquidem etsi testator testamentum subscribi seu sigillari mandauerit,testes qúe aliqui subscripserint, & sigillauerint,nõ ob id, testamento solennitas collocatur,quæ testamento nuncupatiuo aduersetur.vt Cini & sequatiũ votum docet in.d. §. per nuncupationem. etsi testium subscriptio eorum qúe sigilla testamento nũcupatiuo immiscere nõ sit necesse. nec de ipsius testamenti nuncupatiui forma necessaria ipsa sigilla & subscriptiones sint.vt supra numero.1085.& sequentib. edocuimus.quibus & alludit text. cum materia in.l.testamentum. C.de de testamen.qua constituitur, actũ ex his quæ superfluunt, minimé euerti. Rursus & hoc suadetur,quia vt ex his quæ supra asseruimus,elusceret,maior est præsumptio validitatis actꝰ,quám illa quę ex subscriptionum & sigillorum appositione enascitur.& eo præcipuúm quòd ipsa sigilla subscriptiones qúe testamenti nũcupatiui formæ(vt explicuimus) minimé aduersatur,immó nec testantis verbis,prout in.d.l.non codicillum.cõtingit,in qua verborum vis codicillo cõtraria est:ita qúe à dictis iuribus(quibus testantem testamentum validum componere voluisse, stabilitur,) recedere non ex eo licet, quód sigilla subscriptiones qúe testium ex testantis mandato siue citra ipsum mandatum testamento sint imposita.

¶ILLVD tamen minimé prætereũ dum est,quód Paul.Castren.in.d.l.hæredes palám.sibi constans non videtur, siquidem primó censeat, testatorem in scriptis tantúm testari voluisse, si testes subscribi,aut eorum sigilla testamento imponi,fecerit:at veró subsequentibus verbis contrarium existimare videtur, quum ait,testamentum in scriptis & vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

nuncupatiuum obtinere posse,si hæredum nomina coram testibus testator explicuerit,testamenti qúe scripturá clauserit,illam qúe á testibus subscribi,& sigillari mandauerit. Sed dici potest Paul.Castren.priori in casu loquutum quum hæredum nomina explicité nũcupata non fuerint:etsi ea implicité ediderit.at secundo in casu eum expræsissimis verbis hæredum nomina têstator comperuit:& sic explicité loquitur.

¶QVO FIT, Paulum Castren. existimasse † tunc testamentũ in scriptis tantúm ex testium subscriptionibus & sigillis testaméto appositis, testari voluisse,ita quód testamentum vt nuncupatiuum valere non posit, quum hæredũ nomina implicité testator coram testibus enunciauerit:at secꝰ si explicité. quod & idem Paul.Castren.æstimat in dicta.l.si ita scripsero. & hanc sententiam & palám Fulgo. sequitur in dicto consilio.41.columna.3.post Goffre. in dicta.l.ad testium.nume.91. quam sententiam dominus Grego. Lup.in dicta. l.2.titul.1.partita. 6.sectatur. ¶ Vndé ait ipse dominus Grego. Lup. quód si testator coram testibus hæredis nomen & voluntatem suam nõ expræsserit, adhibuit tamen testamenti in scriptis solẽnitatem , quód etsi implicité ea (iuxta Barto.in dicta.l.si ita scripsero.sententiam)explicuerit,ad testandi in scriptis formam se astringere videtur: & ob id, quód testamentum vt nuncupatiuum valere non potest , & quód hic videtur communis doctorum sensus in.d. §.per nuncupationem.& censet hanc sentẽtiam & fulcire tex.in dicta.l.1.tit.1.part. 6.ibi,*e no de otra guisa*, quasi tex.ipse velit,quód qui forma testamenti in scriptis vtitur , eo ipso constat , nuncupatim testari voluisse.& idem hac nostra lege probari ipse dominus Grego. Lup.æstimat,citat qúe ad hanc sententiam iura constituentia,eligentem vnam viam,alteri renunciare vidisse.& ita deniqúe in prædicta sententia constanter residet: nisi ex alijs coniecturis dicta elideretur præsumptio:veluti si clausula quód omni meliori modo quo posit testamentũ valeat , seu alia similis testaméto adijciatur.

¶SED animaduertẽdum est † quód Cinus eius qúe assectæ in.d. §.per nuncupationem.quum testator coram testibus hęredem nuncupauerit, loquuntur:& hoc casu firmant, posse testamentum in scriptis vt testamentum nuncupatiuum valere.quaré vt testamentum vt nuncupatiuum sit firmum,exigere videntur(vt Paul.Castren.& Fulg.& dominus Grego. Lup.dictis in locis tenuere)quód explicité testator coram testibus hæredem insinuet. & præcipuúm cúm testium sigilla & subscriptiones testamento collocantur. ¶ Sed quidem nobis verius probabilius qúe videtur, quód etsi implicité testator hæredem edocuerit,eius qúe & voluntatem,dixerit qúe tantúm coram testibus contenta in scriptura clusa,& ante eos ostensa, suum esse testamentum,& ad hoc tabellio fuerit rogatus,testes qúe(etsi nõ omnes)ipsum testamentum subscripserint, & sigillauerint , tota qúe testamenti in scriptis solennitas obseruata nõ fuerit, quód vt testamentum nuncupatiuum valeat,si testamenti nuncupati solennitatem habeat. ex iuribus & rationibus ad hanc expectantibus rem supra congestis.& quia (vt explicuimus) non ex eo quód sigilla subscriptiones qúe testium interuenere,testamento nuncupatiuo obsistere opinari licet:quin nec ex eo quód testator hæredem suam qúe voluntatem implicité enũciauerit. vt abũdé supra nume.254.differuimus, & plerisqúe sequentibus.& licet Cinꝰ & eius sequaces exemplum cúm testator hæredem coram testibus nominauerit constituat,non tamen ob id,quum implicité

té hæredem eius qúe voluntatem testator coram testibus edocuerit, vt nuncupatiuum testamentum valere non posse existimant:immó eius rationes nostram muniunt sententiam. Quin & pleriqúe doctores ex supra citatis (qui tenent,testamẽtum in scriptis vt in scriptis non valens,vt testamentum nuncupatiuum subsistere) non quidem loquuntur,quum testator explicité fuerit testatus: sed generaliter nulla de explicita testantis voluntate tractantes.vt constat ex Bart.in.d.l.fi.ff.de codicil.& Ange. & Imol.in.d.l.1. §.fin autem.ff.de hæredi.instituen.& Cuma.in.d.l.hæredes palám.in princip. Alex.in.d.l. stipulatio hoc modo concepta.& Iason in.d.l. 1. §.si quis ita.ff.de verbo.obliga. Iason in.d. §.per nuncupationem. & ibidem prius(& optimé)Paul.Castren. ¶Quid multa , immó & priuatim quód testamentum vt nuncupatiuum firmum esse posit,etsi vt in scriptis subuertatur , licet implicité testamentum sit compositum palám Paul. Castrens. in dicto. §. per nuncupationem. censet. & insigné idem Paul.in.d.consi.93.columna. penultima.lib.1.& dicto consil.414.lib.2. columna.2.Alexan.dicto consil.176.columna.2.lib.5.Socin.d.consi.142.columna.penul.& dicto consilio.173.columna.penul.lib.2.Mathe.de Afflict.dicta decisio.143.columna.fi. Ludo. Gozadi. dicto consi.3.numero. 11. & sat constat ex Bartu.in.d.l. si ita scripsero.Etsi verum sit,Paul.Castren.in.d. §.per nuncupationem,loquutum,cúm testator coram testibus se subscribere,& testamentum sigillare non mandauerit Alexan. quoqúe in dicto consil.176.lib.5.colu.3. contra prædictam nostram sententiam quæ vt testamentorum conseruationi fauens amplectenda est.ex iuribus notissimis.etsi casus ambiguus dubius qúe esset.

¶NEC contrariæ suffragatur sententiæ † prædicta.l.1.titul.1.parti.6.in dictis verbis,*y no de otra guisa*.quæ ad eius sententiam dominus Grego. Lup. in.d. l.2.expendit,nanqúe non quidem inibi probatur,testatorem forma testamenti in scriptis vtentem,eo ipso in scriptis tãtúm testari voluisse.vt dominus Grego. Lup.censet.nec id.d.legis prædicta verba insinuant:legamus enim plenius dictæ legis literam , quæ in húc modũ est, *la otra manera a que dizen en latin testamentum in scriptis , que quiere tanto dezir como manda que se haze por escripto,e non de otra guisa*. nanqúe sanctio prædicta dictis verbis tantúm edocere nititur, quód sit testamentum in scriptis,non autem quando testator in scriptis testari voluerit: nec quando ad testamenti in scriptis formam tantúm se astringerit. Proindé nec ibidem differitur,an si quis in scriptis testetur , testamentum vt nũcupatiuum firmum esse posit,nec ne. Cæterúm & illic constituitur,testamẽtum in scriptis esse , quum testamentum scriptura fit,& non sine ea:eadem tamẽ sanctio item & sancit,& nuncupatiuum testamentum scriptura confici posse.vt eius hæc docent verba,*la otra es a que llaman en latin testamentum nuncupatiuum, que quier tanto dezir,como manda que se faze paladinamente ante siete testigos , en que demuestra el que lo haze por palabra o por escripto a qual establece por sus herederos*. Deniqúe & animadurtendũ est, quód communi sententiæ repugnat prędictum domini Greg. Lup.assertũ, quoait,quód si quis forma testamẽti in scriptis testamentum confecerit,quòd ob id in scriptis tantúm testari voluerit. & obsistit sententiæ Cini & sequatium in.d. §.per nuncupationem. Quin si verum dicti domini Greg. Lup.dictum placitũ esset , testamentum in scriptis in testamentum nuncupatiuum nunquám ferẽ transiret.

¶RATIONES quoqúe alias á domino Gre

Universidad de Deusto
Biblioteca

Grego.Lup.in.d.l. 2. pro eius opinione excogitatas supra etiam diruimus, & illas efficaces nõ esse ex eo patet, quód etsi sanctio nostra testamẽtum in scriptis absqúe huius legis solennitate editũ non probare constituerit,id si testamentum vt testamentum in scriptis subsistinere optauerimus est:at lucidissimè censet sanctio hæc,quód vt nuncupatiuum valeat,si dictæ legis ordinamen.solennitatem habeat.Alia qúe & posterior dicti domi.Grego.Lup.ratio, quód electa vna via , alteri renunciatum censetur, cùm viæ omnes contrariæ fuerint tantùm(vt dixim⁹)obtinet,quódnegocionostro dissimile est. vt superiora insinuãt.

¶TEMPERANDA tamen prædicta nostra sententia est † quum ita implicitè testator suam enunciauerit voluntatem, quód de ea constare valeat: at aliàs secus. ex traditis in dicta.l.si ita scripsero.quo in loco & similibus notissimis abundè docentes.& nuncupatim Mathe.Afflict.dicta decisio.143.columna.final.Petrus Parisi. dicto consil. 19. libro.3.nume.24.& sequenti.complura videnda citans. 1380

¶EX PREDICTIS suboritur † & dubiam esse Mathe.de Afflict. dicta decisio.143. sententia ,qua censuit, ex hoc testantem in scriptis tantùm testari voluisse, non qúe nuncupatim, quia eius voluntatem testibus non esse notã. voluit Paul.Castren.in.d.l.hæredes palàm. citantem Cin.in.d. §. per nuncupationem.cui & adstipulatur sententiæ & exprxsim Cardi.Pet. Pari.dicto consi.19.1.columna.lib.3.& dicto consi. 46. columna.1.eo. libro ex dicta. l. iubem⁹. C.de testa.& dicto. §. per nuncupationem.& nobis quidem videtur,quód etsi testator testibus suam veluntatem notam esse voluerit , si saltem eam implicitè(vt supra asserumus)illis eam detegerit, quód prædictorum sententia iure optimo non obtinebit:sed vt nuncupatiuum testamentum hoc in casu (ex supra congestis) valere potest.& ex his quæ citat Paul.Castrens.in dicto. §. per nuncupationem.& Alexand.dicto consilio. 176.lib.5.Socin.dicto consilio. 142.columna. penul. & dicto consilio. 173.columna. penul.Ludo.Gozad. dicto consilio.3.nume. 11. & ita lucidè Mathe.de Afflict. dicta eius decisio. prope finem.edocuit . vt & testamentum etiá in scriptis esse potest,quando testes contenta in testamento sciuerint. vt in dicta.l.hac consultissima. C.de testamen. in princip.& inibi docto.Goffre.in dicta.l.ad testium. §. si quis ex testibus.ff. de testamen.milita.numere.3. doctores in dicto. §.per nuncupationem . & alibi sæpe. 1381

¶EX EADEM quoqúe officina asserimus † & Dida. Caste.sententiam (qua in verbo,no haga fee.3.oppos. censuit, testamentum in scriptis indiscriminatim vt nuncupatiuum firmum esse non posse,cùm testes in testemento cõtenta ignorauerint) iuri esse aduersam. quæ quidem in.l.si non speciali. C. de testamentis.ab eo citata minimè probatur:siquidem de hac specie non quidẽ agat. 1382

¶EX quibus & æquabiliter enascitur † nõ quidem ob id testatorẽ in scriptis tãtùm testatũ nuncupatim qúe testari nolluisse,quód tabellio ad cõficiẽdum testamẽtũ testãtis iussu fuerit euocatus. vt nũcupatim tenet Alex.in.d.cõs.105. lib.7.co.pe.& haud dubiè eius sententia vera est,cùm & tabellio ad testamẽtũ nũcupatiuũ rogari possit, nec ex hoc testamẽtũ in scriptis fit.vt in.l.2.ff. quẽ admod.testa.apperi.traditur & in. d. §. per nuncupationẽ.& in.l.fi. C. de fidei comis. & alibi plerunqúe. 1383

¶EX eodẽ fonte & fluit intellect⁹ eius quod Fulgo.dicto consi. 41.co.3.dixit,dũ asseruit,quód etsi testator in scriptis testari destinauerit,valeuit testamentum

eius vt nuncupatiuum,si testamenti nũcupatiui solennitatem habeat,& non testamenti in scriptis. Nam hoc interprætandum est,quum prędicta destinatio talis non fuerit,quód testatorem constet, tantùm in scriptis testari voluisse.

¶QVIBVS omnibus adeó locus erit † & quód testamentum in scriptis si vt in scriptis non valuerit , vt nuncupatiuum obtineat:etsi testator ei⁹ codicillo se in scriptis testatum enunciet. vt insignè Paul.Castren.consuluit in dicto consi.93.col.final.lib.1.ex tex.in dicta.l hæredes palàm. §. si quid post.ff.de testamen.& in.l.militis codicillis. §. veteranus.ff.de testamen.mili. & in.l.ex parte.ff.de adimen. legat. Quod & instruitur,quia non quidem ex dictis sui codicilli verbis existimari potest , testantem eius testamentum vt in scriptis non firmũ,vt nũcupatiũ tamẽ valens,subertum valeat , eius testamentum subertiri voluisse:ita quód nec vt nuncupatiuum etiam existimasse.& eo præcipuùm,quód prędicta potiùs subiecerit verba , vt ipsum testamentum firmetur,quàm quod ob id , quód diruatur:igitur ad ipsius testamenti subuersionem trahænda ipsa verba non sunt.l. quod fauore. C.de legib.l. legata inutiliter.ff.delega.1. 1384

¶DEMVM tamẽ iuxta prædicta illud prætereundum non est † quód vt opinionum conflictum euadamus,expræssis verbis in testamento præcaueas,vt si testamentum vt testamentum in scriptis non valuerit,quód vt nuncupatiuum inualeat:velquòd clausulã apponi cõsuetã(quód omni meliori modo quo possit,testamentum valeat)testamento immisceas,cùm ea in scripta testatorẽ constet in scriptis tantùm testari voluisse.vt Roma.ind.l.errore.nuncupatim tenet & Alexand. in dicto consilio. 176.columna.2.libro.5.Socin.dicto consi.142. libro.1.nume.3.& dicto consilio.173.libro. 2.Mathe. de Afflict. dicta decisio. 144.in quodam testamento columna.1. domi.Grego.Lup.in dicta.l.2.tit. 1.parti.6.& adde videndum Alexand. consi. 4.attentis.nu.8.lib. 7. post Goffre. in.d. l.ad testium.nume.91.ff.de testamẽ.videas qúe etiam Thom.Gram. dicta decisio.62.nume.19.& Dida.Caste. hic in verb.no haga fee.3. oppos. quod Cardi. Pet.Pari.in.d.consi.19.nu.20.lib.3. intelligit,si constiterit, de qua scriptura testator fuerit locutus. 1385

¶QVIN & hac in re † iuramentum testaméto impositum idem operabitur quod prædicta clausula omni meliori modo:& ipso iuraméto in testaméto extante lucidè apparebit , testátè voluisse testamentũ vt in scriptis non valens,vt testamentum nuncupatiuum valere,testari qúe in scriptis tantùm voluisse. Roma.authore in.d.l.errore. quam in.d.l. nec professio.cõmentatur.ex.l.cùm pater. §.filius matrem.ff.de lega.2. ¶Sed hic parumper attende,nam tex.in.d. §. filius matrem. interueniente iuramento fideicomissum ab intestato præstandum sancit , ibi , *cum testamentum nullo iure factum esset.* adnotant qúe docentes inibi . quarè videtur, ex iuramento non posse testamentum in scriptis non valens,vt nuncupatiuum obtinere, nec de testamento posse tractari. Quod & suadetur, quia iuramentum consensus defectum minimè supplet.l.fina. C.de non nume.pecu.cum alijs quorum loa. Francis.Rip.in.d.l.1. §. si quis ita. ff.de verb.obligatio. num. 28. meminit. Albert. Brun.in tracta.de iu.iur.nume.1. 1386

¶Sed dicere his poteris,satis regulã cõmunem (qua habetur † iuramentum operari clausulam , vt actus valeat omni meliori modo quo possit) ex.d. §. filius matrẽ.lucidè percipi:& si cùm hac in re testamentum in scriptis testamenti nuncupatiui solennitatem habeat:nimirum si iure optimo adseram⁹ ex iuramen 1387

Universidad de Deusto
Biblioteca

mento ipso satis constare, testantem voluisse, quód testamentum vt in scriptis non firmum, vt nuncupatiuum valeat. Verúm ob id in dicto. §. filius matrem. ab intestato fideicomissum non ex testamento præstari debet, quia testamentum nec testamenti in scriptis nec nuncupatiui solennitatem habeat: sed omninó iuris solennitate destitutum erat.

¶Et & superiora ex eo roborantur, quia iuramentũ testamenti solennitatẽ minimè supplet: & ob id, si testamentũ ex numeri testium defectu euertatur, ex iuramento in eo appositio non quidem est firmum. vt per Barto. in l. si quis pro eo. ff. de fideiusso. Anto. in capitul. cúm contingat. de iur. iur. 7. membro. Carol. Ruin. consilio. 9. visis ac diligenter. nume. 12. lib. 3. ¶Quum tamen testator expræsim cauerit, se tantúm in scriptis (& non nuncupatim) testari velle, tunc iuramentum non quidem operari poterit, vt testamentum vt nuncupatiuum sit firmum: quandoquidem (vt explicuimus) iuramentum consensus defectum minimè supplet.

¶QVE OMNIA vtpoté quæ alibi ita plenè non discussamenti suffigite.

¶VERVM his quidem omissis, & iuxta hanc quintæ partis vnicam cõclu
1388 sionem, quæstionis esse potest † nunquid, etsi testamentum huius legis solẽnitate carens fidem non faciat, ex eo tamen voluntatis testantis cõiectura sumi possit. quod nõ videtur ex hac lege. Contrarium tamen verius est. vt cõstat in l. fi. ff. de reb. eo. & in l. testamento. ff. de fideicomiss. liber. & in l. Pãphilo. §. propositum. ff. de lega. 3. & in l. fi. C. fami. hærciss. & ita Bart. tradit in l. gerit. ff. de acquiren. hære. doctores in l. 2. C. de fideicomiss. & Iafred. decisio. 502. voluntas. Mayne. in d. l. si librarius. co. 1. ff. de reg. iur. Deci. consi. 176. viso themate. co. 2. cum alijs quæ Boeri. decis. 172. dominus. nume. 22. citat. & ob id & præsumptionem faciet tale testamentum, prout & aliud instrumentum non solẽne facere consueuit. vt probatur in l. in fraudem. §. nec instrumenta. ff. de iur. fis. notat glo. in. l. 2. ff. de fide instrumẽ. cuius recentiores in authenti. si quis in aliquo. C. de edendo meminire. idẽ & tenet Bald. in consi. 204. longum. lib. 3. colu. penul. cum similibus quos Aymon. Craue. consi. 158. visis actis. nume. 10. comminiscitur. ¶Et ob id testamentum huius legis solennitate non editum, tabellio lacerare non quidem poterit. & adnotat Barto. in l. tabularum. §. si plura. ff. quenadmo. testam. aperi. cui & adstipulatur Guido pap. singu. 280. notarius non debet, quod ipsi volũt etiam testante volente.

¶PROINDE & illud scire necesse est ad hanc quintæ partis vnicam cõclusio
1389 ne † quód si testamentum huius legis solennitatem minimè habeat, quód tamen testibus probari poterit. vt constat ex dicta. l. hæredes palám. in prin. ff. de testamen. & in. §. per nuncupationem. dictæ. l. hac consultissima. & illic docẽtes. & ita tenẽt Andre. de Pis. Nicol. Neapo. in d. l. fideicomissa. §. quotiens. ff. de leg. 3. doctores quoque in d. l. hac consultissima. C. qui testamenta. facere pos. & in l. 2. C. de bo. pos. sec. tabu. & quibus testibus probãdum sit. videri poterit in locis quorum supra nume. 804. memores fuimus. & ita fuit in facto iudicium. Et prædicta confirmatur sentẽtia, quia viciato actu siue instrumento (vtpote ex statuto) non solenni, testibus quidem probari poterit. vt traditur in l. seruum filij. §. eum qui cirographum. ff. de lega. 1. & illic Pau. Castren. Imol. Cuma. Areti. Alexan. & nouiores, quod & alij tenent quorum ibidem Iaso. nume. 5. meminit. & Paul. Castrẽ. consi. 44. videtur dicendum. lib. 1. col. 2. vt enim docto. in d. §. cum qui. dicũt, statuti mens fuit, probationem quæ ex instrumento fieret,

fieret (quæ facilior est, quám illa quæ testibus fit. l. contrahitur. ff. de pigno.) diuere, igitur forma debet remanere dispositionis substantia, si testibus probetur. & in materia adde videndum Capram consi. 75. etsi viso & considerato.

¶SED hic iuxta dictam vnicam conclusionem suscitari & oportet discepta
1390 tio alia † nunquid testamentum codicillus ve huius legis solennitatem nõ habens, approbari à venientibus ab intestato valeat. Qua in re demorari nõ oportet, si quidem fuse hoc dubiũ differitur in l. non dubium. C. de testam. & illic Paul. Cast. & docto. & in d. l. 2. C. de fideicomiss. & in d. l. fin. C. eo. tit. Guido pap. consi. 55. omissa. nu. 5. & in cõs. 234. non valuit. co. 1. Soci. consi. 79. si essem⁹. lib. 4. nu. 32. & sequentib. & Iaso. cõs. 82. viso testamento. lib. 3. col. penu. & si. Deci. consi. 612. conclusionẽ. colu. 2. Guil. Bene. in d. c. Rainuntius. verb. si absque liberis. 2. nu. 174. Ioa. Anto. Rub. consil. 107. decessit. col. si. Cardina. Parisi. cõsi. 61. co. pe. lib. 3. & consi. 35. absoluto. nume. 42. lib. 2. Ioa. de Amic. consi. 137. visis & ponderatis. nume. 18. Ludo. Goza. d. cõsi. 3. in causa mihi. nume. 17. ¶Et quid si approbatio ad legatarij instantiã fiat, Sali. in d. l. 2. fuse tractat. & Alex. in d. l. non dubium. Iason prædicto consi. 82. col. si. & inibi quoque differit, num testantis inuita approbatio ipsa fieri possit. ex tex. in l. si quãdo. §. 1. C. de inoffi. testamen. ¶Sed nunquid approbatio ipsa ex vipacti subsistat. tradunt Alex. & docto. in d. l. non dubium. prædictis quę in locis, præcipuúm Guid. pap. cõsi. 55. nume. 5. Quod quidem ad complura prodesse valet, quæ passim plerisque & in locis traduntur, in quibus discrimẽ sit, res ex testamento, an ex pacto, seu contractu suboriantur.

¶PROINDE quando scripturæ approbatio facta videatur. fuse Aymon Craue. notat. de antiquitate tempo. 1. part. nume. 121. & plerisque sequentib. & præced. Et an si hæres ab intestato dicat, quód in tali scriptura Titij testamẽtum continetur, videatur testamentum ipsum approbare, & consiteri esse validum. videre expedit Aymon. Craue. de antiqui. tempo. 1. part. nume. 108. qui & citat Decium dicto consi. 612. ¶Cæterum † si hæres ab intestato ex legatis 1391
vnum in testamento informi relictum soluerit, an quo ad alia legata (& cætera in testamento collocata) testamentum ipsum ab eo comprobatum sit censendum. glo. in. d. l. non dubium. & inibi docentes abundè dissertant. & glos. & docto. in. d. l. 2. C. de fideicomiss. & Guiler. Benedict. dicto. c. Rainuntius. de lega. & fideicomi. verb. si absque liberis. 2. nu. 176. & nu. 180. & videre expedit tex. in l. Lucius. in. §. testator. ff. de lega. 2.

¶QVID autẽ † si quis ex testamẽto mi 1392
nus solenni legatum soluerit, an illud repetere possit. traditur in. d. l. 2. C. de fideicomiss. doctores quoque in. l. cúm quis. C. de iuris & facti igno. Guil. Bened. in. d. c. Rainuntius. dicto verb. si absque liberis. 2. nume. 175.

¶CONFESTIN & hic subtexere
dubium licet † nunquid si hæres ab in 1393
testato in iudicio codicillum testamentum ve huius legis solennitate carens, factum fuisse confiteatur, ex hoc ipsum testamentum seu codicillus valeant: & ex hac confesione ad hæreditatem & legata testamento codicillis ve contenta exoluenda, constringi possit? ab eo qúe deinceps testamentum ipsum impeti seu impugnari non valeat. quod videtur ex. l. fi. C. de fideicomi. cum alijs. idem & constare videtur ex Bal. sententia in authen. sed nouo iure. C. si certũ peta. qui hanc rem nuncupatim definire censetur. ¶Contrarium tamẽ probabilius est † quum hæres testamen- 1394
tum (quod confectum fatetur) non esse solenne edicit, de ipsa qúe non constat

solen

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſolennitate ex.l.ſi veritas. C. de fideicomiſ. & illic traditis. idem & patet in l.fina. C. de fideicomiſ. ſiquidem illius legis caſus ſpecialis ſit, & ob id ius commune eſt in contrarium. ff. de legi. l. quod verò. cui rei & alludit textus. in. l. nemo poteſt. ff. de lega. 1. Proindè hanc ſententiam priuatim gloſſa receptiſsima ſectatur in. l. 2. C. de bono. poſſe. ſe. tab. & inibi Bart. Bald. Salice. & doctorum communis catherua. & Bal. in. l. alia. C. de his quib. vt indig. Salice. in dicta authenti. quod ſine. C. de teſtamen. docto. in dicta. l. final. C. de fideicomiſ. Micha. Vlcu. de regi. mundi. 3. princip. quæſtione. numero. 19. Aretin. in dicta. l. hæredes palàm. ff. de teſtamentis. in principio. columna. 4. Corne. conſilio. 18. columna. 2. libro. 2. Guido pap. conſilio. 28. conſilium. columna. 6. Iaſo. in. l. 1. ff. de conditione indeb. numero. 17. ſcribentes in dicta. l. nemo poteſt. & illic Ioan. Franciſc. de Ripa. numero. 28. Felin. in capitul. cùm venerabilis. de exceptio. numero. 26. & illic Decius. Mathe. de Afflict. deciſione. 25. in cauſa petitionis. Socin. in conſilio. 92. in cauſa domini. numero. 9. libro. 3. & hoc eſſe doctorum commune votum recentiores in dicta. l. 2. C. de bono. poſſe. ſe. tabu. teſtantur. & Ripa in. l. admonendi. ff. de iur. iuran. numero. 186. illi aſſentientes. & Aymon Craue. de antiqui. tempo. 1. part. numero. 119. & adde videndum Carol. Ruin. conſilio. 3. quæritur. libro. 3. columna. final. & Cardina. Pari. conſilio. 19. conſideratis. numero. 46. libro. 3. & dominum Dominic. Soto de iuſti. & iur. in. q. 5. lib. 4. arti. 3.

¶NEC prædictis aduerſatur dicta. l. ſi. C. de fideicomi. ſiquidem (vt explicuimus) in caſu ſpeciali loquitur. vt docentes mihi, prædictis quę in locis inſinuare, dictum eſt.

1395 ¶QVO ſit † prædicta etiam quo ad legata ſubſiſtere, niſi in prædicto caſu ſpeciali dictæ. l. ſi. Etſi Fulgo. in. d. l. 2. C. de bono. poſ. ſe. tab. aliud teneat. cuius ſententia in. d. caſu ſpeciali dictæ. l. ſi. obtinere poteſt. vt palàm conſtat ex eod. Fulg. in. d. l. ſi. & ex docentibus dictis in locis.

¶VERVM nec Baldi in. d. authẽt. ſed nouo iure. ſententia † ſupra dictis obſiſtere poteſt. Tũ quia, diſsimilibus loquitur in terminis: at nõ cùm ſolẽnitas ſubſtantialis formalis quę eſt. Tũ quia, eius obtinet ſententia, quum ſolennitas probatoria eſt ſimpliciter, nõ verò ſi lex vltra procedit, actum contra ipſam ſolennitatẽ geſtum diruens. vt Areti. in. d. l. hæredes palàm. (poſt Bal. ibidem ab eo citatum) reſpondet. quorum Iaſon in d. l. 1. ff. de cõdi. indeb. nu. 17. memor eſt. 1396

¶RVRSVS temperanda videtur dicta ſententia † niſi hęres ab inteſtato ipſum teſtamentum vel codicillum verè confectũ fuiſſe fateatur, ſeu pro veritate editum, licet non ſolẽniter. vt tenet Ioan. Frã. de Rip. in. d. l. nemo poteſt. nu. 28. & in. d. l. admonendi. num. 186. ex eo quòd tũc nõ tãtùm teſtamẽtũ ſeu legatũ factũ fuiſſe (ait) ſed & palàm fraudẽ abfuiſſe profitetur. quod & præter eum primò Corne. voluit in conſilio. 307. videtur prima facie. libro. 3. vbi conſtanter tenet, quòd ſi quis teſtatorem verè teſtamẽtum edidiſſe fateatur, illud qúe pro perfecto & abſoluto habuiſſe (etſi illud non valete propter teſtium defectum ediderit) quòd teſtamentum eius confeſsione probatur: ita quòd ſuperuacanea alia teſtium probatio eſt: & quòd aduerſus eius confeſsionem hæres venire non valet: etſi ibidẽ de teſtamẽto ad pias cauſas & inter liberos loquatur. & huic ſententiæ adſtipulatur Ludo. Goza. conſi. 3. in cauſa mihi. nu. 17. loquens tamẽ, quãdo hęres qui verũ cõfitetur teſtamẽtũ, nullũ ius habere inſinuat, teſtamẽtũ qúe verũ & validũ fatetur. Verùm hac in re pro meo captu ipſe cenſerẽ, quòd etſi

etſi hæres ab inteſtato teſtamentum verè ſeu in veritate factum fateatur, non ſolenne tamẽ ipſum edixerit, quòd nõ ob id, hæres ad hæreditatem & legata præſtanda erit obnoxius: nec teſtamentum ipſum firmum erit, niſi eius probetur ſolennitas. quicquid Corne. & Ripa dictis teneant locis. & ipſi quidem aduerſus prædictam communem doctorum reſolutionem loquuntur. quæ & obtinet, etſi hæres verè factum teſtamẽtum, & teſtantem contenta in teſtamẽto voluiſſe, dixerit. vt cõſtat ex Bar. Bal. columna. 2. Cor. columna. 1. & docto. in dicta. l. 2. C. de bono. poſ. ſe. tab. & præcipuùm Deci. & optimè prius Fulgo. ſub his verbis. *ſinge enim, quod proximus ab inteſtato qui cauſam defendit, imperteritus reſpondet, quod in veritate defunctus fecit teſtamentum, in quo me hæredem inſtituit, & animo teſtandi (ſed dicit) quod non fuerunt niſi quatuor teſtes: hoc ergo caſu ſola quæſtio eſt, de ſolennitate, quia de voluntate conſtat: certè probationes ſolennitatis ſolius videtur debere fieri, & poſſe per communem numerum teſtium. l. vbi numerus. ff. de teſtib.* Hactenus Fulgo. quod & conſtat ex Ioa. Imol. in capitu. cùm eſſes. de teſtamen. colu. 9.

1398 ¶EX quibus conſtat † quod cùm hij doctores communis qúe opinio etſi verè teſtamentum confectum fuiſſe, & teſtantis de voluntate conſtet, loquuntur: quòd & ipſi docentes ſuam ſententiam etiam ſubſiſtere palàm volunt, & ſi nullam fraudem teſtanti factam appareat: etſi hæres ab in teſtato ſic profiteatur. Quod & ſuadetur, quia etſi hęres verum dicat teſtamentum, verè qúe & citra fraudem confectum, cùm tamẽ ipſum dicit non ſolenne, non ſimpliciter confitetur verum, & abſqúe fraude ſed ita quòd illi ſtare non vult, vtpote non ſolenni, illud qúe iure non eſſe firmum teſtatur.

¶AT VERO ſi hæres ab inteſtato † verum & ſolenne teſtamentum dicat, tunc exiſtimo, confeſsionem ipſam ipſi prorſus nocere: ita quòd aduerſus teſtamentum ei non liceat venire, quia tunc nihil eſt, quod ipſum à teſtamenti obſeruantia immunem reddat. & quia ſicut ea quæ teſtamenti ſcriptura non apparent, ſcilicet, ſolennitas & ſimilia, teſtibus probari poſſunt. ſic & confeſsione. vt ex. l. 1. C. de confeſ. iuncta gloſſa in dicta. l. 2. C. de bonor. poſſ. ſe. tab. & prędictis elucet. & ſat probatur in capitulo. cùm Ioannes. de fid. inſtrum. & ex Ripa in dicta. l. nemo poteſt. nume. 28. & doctoribus præ dictis in locis. 1399

¶PROFECTO tamen † ſi verum eſſe teſtamentum hęres ab inteſtato dixerit, non qúe eius inficietur ſolennitatem, & præcipuùm ſi nullum ius habere hæres ab inteſtato inſinuet, tunc æſtimarem, hæredem ipſum ad eius obſeruantiam aſtrictum: quia cùm verum eſſe dicat, ſatis eſſe ſolenne fatetur. præſumitur qúe ſolenne. vt eſt text. & illic doctores vbi Iaſon numer. 2. in. l. ſi poſt diuiſionem. C. de iuris & fact. ignorã. Bald. in ſingulari. verb. teſtamentum. cum ſimilibus. 1400

¶CETERVM ETSI hæredis confeſſio † dicentis teſtamentum factum, illi præiudicium minimè afferat, ſi illud ſolenne diffiteatur: tamen ex ipſa confeſsione ſaltèm certitudo ſuboritur, quòd teſtator illud ediderit teſtamentum, non autem interpoſita perſona. vt conſtat ex glo. in dicta. l. 2. C. de bono. poſ. ſe. tab. & priuatim ita cõſuluit Cardin. Pariſ. conſilio. 33. etſi prima facie. libro. 2. columna. final. 1401

¶SED & illud in materia minimè prætereundum eſt † quod Socinus in dicto conſilio. 92. libro. 3. ait, aliud eſſe confiteri Titium teſtatum, aliud ipſius 1402

Universidad de Deusto
Biblioteca

testantis fuisse voluntatem: & ob id, quód de vno ad aliud arguere non licet ad quod citat Cardinalem & alios in dicto capitul. cúm Ioanes. quod tamen Bartulo & doctoribus in dicta. l. 2. C. de bono. pos. se. tabu. aduersari videtur ad quod eos videre expedit, & doctores dictis in locis

1403 ¶PRETER hæc † an ex testamenti productione in iuditio ab hęrede facta ipsum confiteri videatur, ei qúe non liceat ipsi testamẽto resistere. videre licet Barto. in. l. post legatum. ff. de his quib. vt indign. columna. 2. Bald. in. l. 2. C. de erro. aduoca. docentes in. l. 1. §. si quis ita. ff. de verbo. obliga. Romã. consilio. 284 hęc confessio. 1. column. Alexand. consilio. 108. viso processu. columna. 3. libro. 5. Math. Afflictis in dicta decisio. 25. Aymon. Craue. de antiqui. tempo. prima par. nume. 119.

¶PROINDE an partis confessio † contractum nullum firmum red-
1404 dat. Baldum in rubric. C. de constitu. pec. columna. 2. videre oportet. vbi citat textum in. l. final. ff. eodem titul. & Socinum in dicto consilio. 92. libro. 3. numero. 11. & alibi quoqúe traditur.

¶DENIQVE si heres ab intestato confiteri † nec approbare testamẽ-
1405 tum huius legis solennitate non editũ noluerit, infra quod tempus agere valeat, & ipsius allegare nullitatem. vide tradita in. l. filio præterito. ff. de iniusto rupto. & doctores in. l. 1. C. quan. non pe. par. & Anton. in consilio. 25. ad primum. columna. 3. Balb. in tractat. præscriptio. 4. part. 4. partis quæstione. 21. cum similibus.

¶POSTREMO iuxta dictam quintæ partis huius legis vnicam con-
cluſionem, illud non subticendum & 1406 volubile dubium euocare oportet, † num huius legis sanctio foro conscientiæ obtineat, & codicilli testamentaqúe huius legis solennitate non compo sita interiori foro fidem non faciant: & quia iuris naturalis ac conscientię iudicijs non alijs quám theologis est deferendum, ob id quidem illis hoc in negotio demisissimè nos subijcimus. Verúm quia hincinde rationes sunt adeo multæ, libet eas in præsẽtia recensere. 1407

¶QVARVM ne prior † duoenim iuxta testamenti scripturam expẽdere possumus. primó scripturæ substãtiam: circa quam legis principalis intentio versatur: & deindè solennitatem, quæ eque principalis cum substantia nõ est sed magis accessoria. Verúm dicta scripturę testamenti substantia illud potissimum nititur: & studiosè perungi lat, quód testantis constet voluntas, omnibus qúe sit nota, & ad hoc tãtúm verba in scriptis rediguntur. nam diuo Gregorio authore moralium. 6. quod dicitur transit, quod verò scribitur manet. verum scripturæ solennitas id magis solerter intendit, vt hominum diluantur malitię, eorum qúe falsitates succidantur, & quod si ali qua insit fraus, facilimé deprehendatur. itaqúe tám testamenti scripturę substantia, quám solennitas in hoc vtrique elaborant, quód defuncti voluntas sit patentissima, & ipsa seruetur. Quo fit, patentem testantis voluntatem sine dolo & fraude nuncupatam, conscientiæ in prętorio esse custodiendam: etsi testamentorum non habeat solennitatem. nanqúe hoc in casu communi substantiæ & solennitatis intentioni satisfit. quod & roboratur, quia si (vt explicuimus) forma prędicta solẽnitate est principalior, forma ipsa (ideſt volũtas) magis quám solẽnitas expẽdẽda est. ff. si cer. peta. l. rogasti. in prin. adeoquód † principale ad se accessoriũ etiã præciosius tradit. ff. de leg. 3. l. hæres meus. §. final. Demúm & voluntas (vt causa in mediata, & proxima) magis inspicienda est. ff. pro socio. l. sociũ qui in eo. ff. rerum amo. l. si mulier. 1408 text.

textus (ad rem commodus, etsi notissimus) in. l. in conditionibus. ff. de condi tio. & demonstra.

¶SECVNDA quidem ratio esse
1408 potest † quia impium quippe est, defũcti voluntatem (etsi non solennem) nõ adimplere. vt eleganter ait text. in. l. in testamento. ff. de hdeico. liber. ibi, *pios tamen filios*. quibus & congruit tex. in. l. quidam. §. illo. C. de necess. ser. hære. instit. cuius sunt verba, *non tamen impij hæredes existant*. cuius rei & est optimus tex. in. l. 1. C. de sacr. sanc. eccle. Si igitur impium est, testantis illegitimam voluntatem non seruare, conscientiæ in foro voluntas ipsa seruanda est: siquidem sancta & pia, non qúe impia ipse forus admittat.

¶TERTIO loco erit alia ratio nõ
1409 modicè vrgens † quia huius legis similium qúe sanctionum tantam solennitatem in testamentis exigentium, ea potissimúm ratio est, nempè vt falsitatum abijciatur locus: fraudibus & dolis quæ in testamento euenire consueſcunt, eatur obuiam vt in. l. final. C. de fideicomiss. sed si citra falsitatem dolum qúe & fraudem testamentum (etsi non solenniter compositum) constiterit, prędicta ratio minimè obtinet: & ob id, & dicto rum iurium sanctiones cessare æstimandum videtur. & nihil esse videtur, quod in conscientia testamentum ipsum nõ ligare pugnet. ff. de iure patro. l. adigere. §. quánuis. de appella. capitul. cúm cessante. Huc & vergit, legiferũ hoc in negotio illa est præcipuùm mens, vt testantis voluntas illæsa permaneat, á dolibus falsitatibus qúe sit immunis: ergo si ipsa constet voluntas, ipsis falsitatibus dolis qúe illibata solennitatis defectus eam impedire non potest. potius enim hac in re prout in ceteris legislatorum mens aduertenda est, quám eorum verba: quibus tantam solennitatẽ testamentis exposcunt: non enim intentio verbis, sed verba intentioni deseruire debent. vt diuus Greg. moralium. 26. libro ait. & traditur in capitul. humanę aures. 22. q. 5. & in capitu. intelligentia. de verbo. signifi. vndè & Augustin. inquit † sententiam ita verbis præponẽdam, prout anima corpori. & habetur in capitul. sedulo. 38, distin. quorum fusius Iason in consil. 142. venerabilis. columna. 1. lib. 2. memor est. & ob id Apostolo. ad Chorin. 3. *literam occidere, spiritum autem viuificare*, ait. 1410

¶DEINDE &. 4. ratione prædicta sententia conuestitur † quia ius diuinũ 1411
(quo stabilitur) in ore duorum vel triũ extare omne verbum (quod habetur de Vtero. 19. capitul. & Ioan. 8. & Aposto. 2. ad Corinthi. 13) vniuersaliter indiscriminatim qúe loqui videtur: siquidem in eo nõ simpliciter in ore duorum vel trium verbum extare, edicitur: sed omne verbum duorum vel trium testium ore extare constituitur. Quo fieri videtur, ab ipso iure diuino nostrum nec alium excipi casum. vt text in capitul. sohtè. de maio. & obedi. insigné in simili quidem edocet, verba illa (*quodcunque ligaueris super terram erit ligatum & in cœlis*) hisce verbis exponens, *nihil lexcipiens, quia dixit, quodcũque*. quod & probant alia notissima iura de verbis legis generalib⁹ loquentia, quæ ob id generaliter leges ipsas esse explicandas sanciunt. consulto tamen prætermissa.

Quo fieri confestim videtur, sanctionẽ hanc illi qúe similes prædicto iuri diuino aduersari, & in eo minimè exceptas.

¶QVINTA SIT RATIO quia naturalis iuris est, né quis aliena locuplectetur jactura. ff. de regul. iuris. l. iure naturæ. cum alijs quæ inibi Decius comminiscitur. sed satis aliena re hæres ab intestato locuplex censetur, si testantis voluntatem etsi non solennem (qua alteri hæreditas legatum ve

Universidad de Deusto
Biblioteca

relinquatur)non ſeruet:& ea prætermiſſa defuncti bona percipiat.

¶VERVM &ſexta ratio non con-
1412 tẽnenda huic ſuffragatur ſententiæ † quia conſcientiæ ſolus Deus iudex eſt. 9.q.3.capitul.nemo.ſed Deo(vt compertiſsimum eſt) omnia ſunt nota:igitur animæ in foro iuris ſolennitas(quæ ad falſitatem & fraudes abijciẽdas edita eſt)non videtur aduertenda,ſed magis teſtantis voluntas,cuius ſunt bona. Deus enim mentem voluntatem quę reſpicit:ex animo quę res iudicat. 1.reg 16.c.ſiquandoquę.15.q.6.quibus & accedat text.in capitul.indignum.38.diſtinct. Quæ & ſuadentur,ex his quæ
1413 dici conſueuerunt † quód quũ de cõſcientia tractatur,de iuris apicibus agendum minimè eſt,ſed de hominis voluntate.vt tex.annotandus & illic Bald.dicunt in.l. etſi inutiliter. C. de fideicomiſ.Iaſo.in rubric.ff.de acquiren.hære.numero.17.

¶ALIA &ſeptima ratio vehæmen-
1414 ter urget † quia cùm veritas conſtat,diuino iure foro quę interiori obſeruanda eſt: & in ipſo foro ipſa prævalet veritas.vt probatur Eſay.11.& Apoſtol. ad Hebr.2.&.8.diſtinct.capitul.veritas.& de ſponſa.capitul.is qui fidem.& in capit.tua nos.& vtrobique docentes.Bal. in dicta.l. etſi inutiliter. Quo fit,foro
1415 conſcientiæ † potius veritatem, quàm opinionem amplectendam.de ſenten. exco.capitul.á nobis.& conſtat in.l.filio.ff.de libe.& poſthu.ergo conſequens eſt,quód etſi citra humanæ legis ſolennitatem teſtantis conſtat voluntas, quód illa animæ in foro ſeruanda eſt. Rurſùs hæc adiuuatur ratio,quia cùm veritas etſi non ſolennis cõperitur,non quidem deficit ius,ſed probatio.ff.de teſtamen.tute.l.duo ſunt Titij. ſed probatio eodem conſcientię in foro non videtur neceſſaria,cùm veritas cõſtiterit. Proindè & hæc ratio conualeſcit, quia ueritatem infringere,ſui natura iniquum eſt:igitur in foro conſcientiæ abigendum.de iure iuran.capit.etſi Chriſtus.de no.ope.nunci.capitul.2.& ob id hæres ab inteſtato teſtantis voluntatem ſibi notam (etſi informem) adimplere recuſare non poteſt.quibus omnib9 & conducit text.in capitul.inquiſitioni.de ſenten.excommuni.item & tex. in.l.Cælſus.ff.de arbi.Demùm hęc muniturratio,quia ciuili iure veritas ſeu verè factum impuguari non poteſt.vt habetur in.l.1.§.ſi vir vxori.ff.de acquir. poſſ.& in.l.verum.ff.de regu.iur.

¶CETERVM &.8.hæc inſtruitur
1416 ſententia † quia conſciẽtiæ forus obligationẽ reſpicit naturalẽ: & quod naturaliter debetur(etſi nõ ciuiliter)cõſciẽtię in foro aſtringit:at ſec9ſit,ſi nec ciuiliternec naturaliter debetur&vbi interpoſitiuã legẽ&naturalẽ diſcrimẽ eſt3animæ in foro naturalis æquitas eſt præponenda.vt traditur de iudi.in.c.nouit.& ibidẽ docentes.& in.c.quia plerique.de immuni.eccle.Bart.in.l.ſi pænę cauſa. in prin.ff.de cõd.indebi.cũ alijs quæ cõgerit Tiraque.delegi.Cõnubi.Nepoul. in.glo.2.nu.15.Quo fieri videtur,conſcientiã illũ minimè ligare,quẽ natura non obligat.authore Bal.in.l.nec.in fine.C.de vecti.&.col.traditur in.l.1.ff. de ſolu.& abundè Auguſti.Bero.in.c.1 de cõſti.nu.230.Ripa in.c.1.de iudi.nu. 89.prope finẽ.itaque naturali iure conſtitutũ,videtur interiori foro ſeruandũ
† ſed ex nõ ſolẽni teſtamẽto naturalis 1417
ſuboritur obligatio.vt probatur in.l.30. tit.14.parti.5.& in.l.ſi.C.ad.l.Fal.& ita inibi docentes tenent.ſatque conſtat ex.l.final.ff.de reb.dub.& ex dicta.l.in teſtamento.ff.de fideicomi.liber.& ita gloſ.& doctor.in.l.cùm quis.C.de iur. &facti ignoran.æſtimauere.qua in lege Alberic.columna.1.hoc eſſe doctorum commune placitum adſerit.

Cui

cui & adſtipulantur plerique alij illic á Iaſo.recenſiti.Iaſonquoque in.l.ſi creditores.C.de fideicomiſ.colum.ſi. igitur teſtamentum non ſolenne conſciẽtiæ in foro cuſtodiendum eſt. Quod
1418 & fulcitur † quia naturalis obligatio ad retinẽdum potens eſt.l.Stichumaut Pamphilum.§.naturalis.ff.de ſolutio. doctor.in.l.ſi vnus.§.pactus.ff.de pact. Guiller.Bened.in dicto capitul.Rainũcius.verb.ſi abſque liberis.in.2.numero.73. igitur ex teſtamento illegitimo teſtantis bona animæ in foro retineri poſſunt. Quæ & ſuadentur,quia teſtamenta inuentione de iure gentiũ quidem ſunt.ff.de iuſti.& iure.l.ex hoc iure.& ibi doctores.& in.l. interdum.ff. de condi.indebi.& ibidem Barto.colũna.3.& doctor.in rubri.de teſtamentis. Guiller.Bened.in dicto capitul.Rainũcius.verb.teſtamentum.1.numer.2.& alibi ſæpe doctor.tradunt.& patet in.l. fina.C.quo.bono.etſi ciuili iure ſolennitas teſtamentis ſit conſtituta. Præterea & iure ipſo gentium ad ſolennitatem teſtes minimè exiguntur, ſed ad probationem.vt patet.C.fami.herciſ. in.l.final.& in dicto.§.ex imperfecto. & inibi Bald.columna.4.Corne.conſilio.307.videtur prima.libro.3. ¶Nec dictis hac in ratiõe dicere oberit,quód ciuiles leges teſtamẽtum illegitimum nullum eſſe ſtabiliunt:& ita videtur,ex tali non ſolenni teſtamento naturalẽ non oriri obligationem:nam quidem etſi ipſum teſtamentum irritum eſſe dicę humanæ ſanctiones conſtituerint, hoc minimè efficit, quód ex teſtantis voluntate naturalis non ſuboriatur obligatio.vt ſatis docet tex.in dicta.l.in teſtamento.ff.de fideicomiſ.liber.&cõſtat ex his quæ dicimus de præſcriptione,& alijs quæ Ancha.in reg.poſſeſſor. de reg.iur.in.6.columna.12.ſcribit.& optimè probatur in.§.ſed naturalia.inſti.de iur.natu.gen.& ciui.

¶ADDITVR inſuper & nona ra-
1419 tio † quia teſtamentorum ſolennitas forma probatoria,& nõ ſubſtantialis eſſe videtur.& ita plerique tenuerunt, quorum eſt Barto.in dicta.l.cùm quis. C.de iur.& fact.igno.& alij quos ſequitur Ripa.in dicta.l.nemo poteſt.ff.de lega.1.numer.27.Si ergo probatoria eſt ſatis eſt,de teſtantis voluntate hæredi ab inteſtato conſtare,vt in conſcientia teſtamentum adimplere teneatur: etſi ipſa deſit ſolennitas:cùm ſciens probatione minimè egeat.ff.de actio. emp.l. 1.in principio.& alibi ſæpe. Quibus &accedat,quia ſolennitas probatoria nõ attenditur,ſi de actu quocunque cõſtiterit modo& ob id tunc confeſſio partis admittitur.Baldo author in dicta authenti.ſed nouo iure.C.ſi cert.peta.& recentio.in dicta.l.admonẽdi.ff.de iur. iur.&in dicta.l.nemo poteſt.ff.de lega. 1.& in.l.1.ff.de conditione inde.cum alijs.

¶ALIA &decima ratio prædicta cõ-
1420 probat † quia ſi nulla ſcriptura de teſtamento fieret,& de teſtantis volũtate citra ſcripturam conſtaret,illa exequẽda eſt.vt in dicto.§. per nuncupationẽ dictę.l.hac conſultiſsima.C.de teſtamẽ. & in ſimilibus,igitur & idem dicẽdum eſt,ſi de dicta voluntate conſtiterit:etſi ſcriptura teſtamenti(in qua ipſa voluntas fuerit nũcupata)ſolennis minimè fuerit ex textu in.l.teſtamentum.cum materia.C.de teſtamen.

¶QVIBVS &.11.ratio ſuccinit, nã nullus dicet,teſtãtis non eſſe vltimam voluntatem,illa quæ teſtamento non ſolenni nuncupata eſt:quin contrariũ verum eſt.vt docet textus in dicta.l.final.ff.de reb.eorum. & in dicta.l.in teſtamento.ff.de fideicomi.liber.& in dicto.§.ex imperfecto.igitur etſi non ſit ſolennis,ſub peccati pœna ſeruãda eſt. 13.q.2.in capitul.vltima voluntas.

¶Inebitabiliter &.12.hæc ſentẽtia elu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cere videtur,quia interiori in foro ſi diſponentium conſtet cõſenſus, etſi citra formæ ſolennitatem á iure humano cõ
1421 ſtitutam † qui rem ex tali conſequitur conſenſu in conſcientia tutus eſt. text. eſt inſignis & ibidem Domini. in capitul. 1. de ſponſa. in. 6. notat Abb. in capitul. 1. de in integ. reſtitu. in fine. fuſius Barthol. Chaſſe. Burgund. conſuet. deſ droit 3. verb. nepeul. numero. 6. quod tenuerunt prius Innocen. & doct. in capitulo. quod ſicut. de electio. quo in loco ipſe Innocẽ. columna. 2. ob id cenſet, quód ſi in electione abſqúe iuris ſolennitate confecta eligentium adſit conſenſus, electus animæ in foro erit tutus: quia forma ipſa ob deceptiones ſcandala qúe fuganda fuit adinuenta: quęcúm minimé interſint, ineat qúe eligentiũ voluntas, in foro animæ electus integrá conſequitur ſecuritatem. quam ſententiam & idem Innocen. tenet in capitul. ſi celebrat. de cle. excomu. mi. columna. 2. & Abb. in dicto capitul. quia pleriqúe. columna. 9. & in dicto capitulo. 1. de in integ. reſtit. prope finem. Ancha. in capitul. beneficium. de regu. iur. in. 6. columna. 5. q. 7. Iaſo. in rub. ff. de acqui. hęre. columna penultima. & in dicta. l. ſi inutiliter. C. de fideicomi. columna. 1. & in. §. ſed iſtæ. inſti. de actio. columna. antepenulti. (alios videndos citans) & in conſilio. 67. de iſto. libr. 3. columna. 5. quam ob rem doctor. dictis & pleriſqúe alijs opinantur in locis, ex contractu non ſolenni, & actu iure nullo, in quo tamé partium adeſt conſenſus, rem poſidentem interiori in foro eſſe tutiſsimum. cui & ſententiæ Adrian. quolib. 6. conſentit. & Silueſt. eius ſumma. verb. alienatio. §. 13. & palám verb. teſtamentum. primo. §. 5. Medina de rebus reſti. q. 23. final. columna. & eſt ſcribentium commune aſſertum vt domin. Domi. Soto ait de iuſti. & iur. libro. 4. quæſtione. 5. articul. 3. & fuſe Ripa indicto capitulo. 1. de iudi. numero. 89.

¶ PROINDE &. 13. ſuperior ſentẽtia ex eo conſtat † quia nulla ſanctio 1422
humana eſt, quæ expreſsim & abſolutẽ hac in ſpecie hæredem ſeu legatarium teſtamento minus ſolenni ſcriptum de functi bona poſsidere, aut retinere inhibeat: ſeu quæ prohibeat ipſorum bonorum dominium eis penitus quæri: etiam hæredibus abinteſtato non petẽtibus: nec lex aliqua adinuenitur, quæ ipſum hęredem aut legatariũ teſtamẽto illegitimo ſcriptum ad teſtamenti illegitimitatem hæredi abinteſtato detegendam compellat. etſi teſtamentum fidem non faceret nullum qúe eſſe, ſanctiones regiæ & ciuiles ſanciant, quod quidem abſimile eſt, diuerſiſsimum qúe, vndé ad noſtrum negocium ex ipſarum legum conſtitutionibus neceſſarium non poteſt produci argumẽtum. ff. de mino. l. Papinianus. ff. de acqui. poſſe. l. naturaliter. §. nihil commune. nec ex ipſis legum ſanctionibus (quæ in conſcientia ſubditos obligare conſueſcant) hæc res vtpoté illis non compræhenſa interiori in foro eſt diriménda. Rurſus ſi leges (aduerſus ea quæ hac in ratione ſubteximus) interpręta-remur, & illis eſſe cautum, teſtamento illegitimo ſcripta hæredibus & legatarijs non poſſe quæri, & eorum dominiũ poſſeſsionem qúe (etiam hęredibus abinteſtato non petentibus) hæredibus & legatarijs ipſo teſtamento nuncupatis eſſe ablata: eſſet quidem eas nimia duritia & rigore explicare, & eas ad ea quæ legibus ipſis non ſunt ſancita extendere. contra textũ in. l. ſi verò. §. de viro. ff. ſolut. matri. & ſimiles. etſi verum ſit, legem dominij tranſlationem, quin & poſſeſsionem inhibere poſſe: tám domini voluntatem cohibendo, quám alteri facultatem nebona recipiat adimendo. de præſcriptio

ſcriptio. c. cauſam quę. C. de legib. l. nõ dubium. C. de ſacroſanc. eccle. l. iubemus. §. ſanè. docentes in capitul. ſi quis præſbiterorum. vbi gl. de reb. eccle. nõ alie. & in. l. quenadmodum. C. de agri-cõ. & cenſi. lib. 11. & in dicta. l. 1. §. ſi vir vxori. ff. de acqui. poſſe. & illic Segu. char. 8. & alibi plerunqúe. ¶ Quibus &
1423 ſuccinit † quia etſi lex teſtamentum non ſolenne nullum reddat, non ob id illi reſiſtunt, nec dominij bonorum defuncti acquiſitioni. nam vt inſigné ait Bar. in. l. ſed ſi lege. §. ſcire. ff. de peti. hære. quędam ſunt iura, quæ non ſunt prohibitiua, actui tamen non aſsiſtunt, ſubijcit priuatim exemplum in teſtamento non ſolenni, quod ait, ex eo non valere, quia eidem leges minimé aſsiſtunt, non tamen (vt ipſe cenſet) illi leges reſiſtunt: quam ob rem tali in caſu iuris errorem fructum acquiſitionem operari cenſet: at ſecus eſſe ait, cúm leges actum vetant eidem qúe reſiſtunt. & Bartol. ſequitur Abb. in capitu. grauis. de reſtitu. ſpol. columna penulti. & alij quos Segura. in dicto. § ſi vir vxori. chart. 9. colu. 1. commemorat. & Balb. in relectione dictę. l. Celſus. ff. de vſucapioni. 4. notab. columna. 3. &. 4. quibus accedat tex. cum glo. in. l. 2. C. ſi quis ignorem mi. eſſe. cuius Iaſo. in dicto. §. ſi vir vxori. meminit. col. penul. Nempè & ſi trãſlatio dominij ex contractu illegitimo & nullo fieret, ſi illi contractui ius non reſiſtit, dominium ex tali tranſlatione transfereretur. vt traditur in dicto. §. ſi vir vxori. & ibidem Alexan. columna. 4. docentes quoqúe in. l. contractus. C. de fide inſtrumen. eſt gloſ. in. l. eleganter. in principio. ff. de dolo.

¶ XIIII. prædicta præmunitur opinio, quia lex noſtra conſimiles qúe ſanctiones teſtamentum illegitimum diruentes, falſitatis in præſumptione fũdari videntur: quare foro interiori ſubſiſtere non videntur. vt traditur in dicto capitul. tua nos. & in dicto capitul. is qui fidem. de ſponſa. & nuncupatim
† quód lex in præſumptione ſe funda- 1424
ns, foro in conſcientiæ non obtineat. theologi varijs in locis tradidere & Bal. in dicta. l. cúm quis. C. de iur. & fac. ignno. columna. 7. docentes alijs in locis quorum (eis conſentiens) Iaſo. in rubrica. ff. de acquir. hære. columna penultima. meminit. & Felin. in dicto capitul. 1. de conſtit. numero. 40. & inibi Deci. 1. lectio columna. 8. & Felin. etiam. in capitul. ſicut dignum. de homicid.

¶ DECIMOQVINTO & ſuperiora ex Plinij verbis epiſtolarum libr. 5. ad Caluiſium tutantur, quę in hunc modum ſunt, *ſi tus aſpicias irritum, ſi defuncti voluntatem ratum, & firmum eſt, mihi autem defuncti voluntas. Vereor quã in partem iuriſconſulti quod dicturus ſũ accipiãt, antiquior iure eſt.*

¶ DECIMOSEXTO prædicta probatur ſententia † quia ſi legatarij 1425
hæres qúe in teſtamento non ſolenni ſcripti in conſcientia bona tenere non valerent, ſępiſsimé contingeret, morti proximum ſuam adimplere voluntatẽ minimé poſſe: veluti ſi legitimos teſtes habere nequáquám valeret, quod tamẽ conceſſu abſurdum videtur: quin & naturę cenſetur aduerſum, quód ſi quis ſine ſolennitate de eius bonis diſponere velit, eius voluntas ex eo quód ſolennitas deſit, non impleatur. nam vt inquit tex. in. l. qua ratione. ff. de acquir. re. domi. §. licere. *nihil eſt eam conueniens naturali æquitati, quam voluntatem domini rem ſuam in alium tranſferre volentis, ratam habere.*

¶ DENIQVE &. 17. his accedit
† quód anullatio actus pœna eſt. C. 1426
de legi. in dicta. l. non dubium. & illic docentes. text. quoqúe in. l. turpia. & ibidem fuſe receantiores. ff. de legat. primo. Sed pœnæcõſciẽtię in foro minimé

Universidad de Deusto
Biblioteca

obtinent:nec in eo pœnalis lex ad pe-
nam obligat. vt dicit glos. in capitu. fra
ternitatis. 12. q. 2. & alij quos Decius in
capitul. 1. de constitu. 1. lectione. colum
na. 8. comminiscitur. & domin⁹ Domi
nic. Soto abundè de iusti. & iur. libro. 1.
arti. 6. q. 6. & alibi sæpe traditur.

¶ SED in contrarium sunt tamè alię & non inferiores rationes, quarum sit prior.

¶ QVIM humanę sanctiones foro in
1427 teriori † regulariter locum habèt. id
quę Prouer. 8. hisce in verbis constat, *per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt, per me principes imperant, & potentes decernunt iustitiam.*

¶ NAN quidem pro mundi vtilitate vniuersi quę recto regimine & quia mortalium status nũquàm est fixus: sed pro tempore locorum quę diuersitatę lubricè variatur: principibus Deus statuendi inter subditos facultatem concessit, alioqui non satis humanæ necessitati esset consultum, itaquę constat, humanas leges ab æterna deriuari: & ob id dicitur, sanctiones ipsas per ora principum diuinitus esse promulgatas. 16. q. 3. capitul. final. & traditur in epistо. inter claras. C. de sum. trini. vndè & diu⁹ Augusti. (vt habetur in capitul. quo iure. 8. distinct.) ait, Deum humana iura per imperatores & seculi rectores humano distribuisse generi. quam ob rem Deus ipse principibus eorum quę ordinationibus parendũ esse voluit. & ideó
1428 Apostо. ad Roman. capitul. 13. *omnis* † *anima* (inquit) *potestatibus sublimioribus subesse debet*, & iterum eodem capitul. inibi, *itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit: qui autem resistunt ipsi, sibi damnationem acquirunt.* Rursùs eodem capitul. ibi. *ideo quę necessitate subditi stote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam.* & traditur in capitul. qui resistit. 11. q. 3. Cæterũ & idem Apostol. ad Titum capitulo. 3. sic ait, *admone illos principibus & potestatibus subditos esse.* Huc & vergit quod regum scribitur libro. cuius meminit text. in capitul. 2. de maio. & obe. quód qui nõ obedierit principibus morte moriatur. Quin & eodem capitul. 2. insinuatur, Agatensi concilio esse stabilitum, principi non obedientem anathematizandum. quibus & accedãt beati Petri capitul. 2. hęc verba, *suiecti igitur stote omni humanæ creaturæ propter Deum siue regi quasi præcellenti, siue ducibus tanquã ab eo missis.* si igitur principibus eorum quę institutis optemperare diuino iure præmonemur, confestim suboritur, humanas leges diuino prætorio foroquę interiori obtinere. quæ roborant diui Petri in dicto capitu. 2. verba. nam postquàm inibi omnes Christianæ familię admonuit, vt dominis subditi essent, quia sic Dei erat voluntas, hæc adijcit verba, *hæc est enim gratia si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitias patiens iniuste.* nam dicens propter Dei conscientiam, legib⁹ conscientiam ligari palàm insinuat. vt domi. Domini. Soto de iusti. & iur. lib. 1. q. 6. arti. 4. aduertit. Hæc prior ratio ex eo quoquę confirmatur, quia naturali ratione ad orbis regendi rectum ordinem, necesse est, inferiora superioribus regi. vt traditur in extrauagan. Bonif. 8. de maio. & obe. & ob id text. in. l. veluti. ff. de iusti. & iur. ait, patriæ ac principibus parere iuregentium esse institutum & ideó eorum legibus esse obediendũ sat ibidem sancitur. quod propter multa expedire Demoste. hisce edocuit verbis. *lex* (inquit) *est cui omnes homines decet obedire, propter multa, & varie, & maxime quia omnis lex est inuentio quædam, & donum Dei, dogma autem omnium sapientium.* & idem hic iterum. *& compositio communis secundum quam omnes decet viuere, qui in ciuitate sunt.* quod Martia. in. l. 2. ff. de legi. recensuit. quibus & concinit

concinit quod diuus Augusti. ad Bonifa. hisce scribit verbis, *quicunque legib⁹ imperatorum quæ pro Dei veritate feruntur obtemperare non vult, acquirit grande supplicium.* & traditur in capitul. 1. distinct. 9. quod lucidissimè edocet ciuiles leges etiam conscientiæ in foro seruãdas. cuius rei quoqùe est quod & idem Augusti. aduersus Petilianum scripsit. cuius meminit text. in capitul. si in aduictorium. 10. distin. Proindè & Leonem adlotharium Augustum his verbis scribẽtem audias, *le capitulis vel præceptis imperialibus, & vestris vestrorumque etiam pontificum prædecessorum irrefragabiliter custodiendis, & conseruandis, quantũ voluimus & valemus Christi propitio & nunc & in æuum nos conseruaturos modis omnibus profitemur: et si fortasse quilibet aliter nobis dixerit, vel dicturus fuerit sciatis eum pro certo mendacem.* quod traditur in capitul. de capitulis. 10. distinctio. quo in text. glos. olim imperatores pontifices appellari ait. & constat in capitul. cleros. 21. distinct. §. pontifex. Verùm & Gelasius Theodorico regi & Rufino Aprili quę episcopis leges non cõtemnendas, sed accuratissimè obseruãdas (vt ait text. in capitul. qui autem. & in capitul. certum. 10. distinctio) enixim
1429 enunciat † nempè si imperatorum seu regum sanctiones conscientię in foro obseruandæ non essent, nec eodem foro firmæ essent, facilimè audacter quę frustarentur, & inobseruandes fierent: & tot dubia & negotia legibus diffimitat. vt potequæ non decenter nec iustè determinata, sine regimine essent. Quid multa, & exindè confluerent (Bald. authore in capitul. in omni. de testib. & plenè in consilio. 285. libro. 3. cuius meminit Iaso. in dicta. l. nemo potest. ff. de lega. 1. 2. lectio. numero. 10;) quód legum formæ & subtilitates homines ad inferos deducerent: ipsarum quę legum conscientia vt maleficorum esset damnata. Verùm & exindè fieret, quód leges ipsæ scrupullos pusillorum conscientijs injicerent, essent quę conscientiarum illaqueatrices, & sanctiones quibus subijciuntur, quo ad animarum tutellam certè non essent, nullus quę earum institutis iudicare velet, sed pròprijs iudicijs lege non munitis causas dirimerèt: çquabiliter quę illis causarum patroni causas exorare formidarent iustitia quę suberteretur, & populi requies prorũperetur, orbis quę pax depelleretur: & nulli suum ius tribueretur: aliqua exindè suborirentur damna notissima, quæ obtundere oportet, vtpotequæ rationi dissona, gentibus insalubria, communi vtilitati noxia. Quid multa, nec ab ecclesia leges ipsæ tollerarètur, si interiori obsisterent foro. de præscriptio. capitul. final. nec interris ecclesiæ iure canonico deficiente, illis causas dirimi ipsum ius canonicũ pateretur. prout tex. in capitul. 1. de noui ope. nuncia & complures alij tolleranter stabiliunt. et nũcupatim † quód leges humanæ inte 1430
rieri foro locum sibi vendicent, theologorum & iurisperitorum est commune placitum. cui consentiunt diuus Tho. 1. 2. arti. 4. q. 96. Summistę. verb. lex. beatus Anto. 1. for. 1. par. sum. titulo. 18. capitul. vni. §. 2. domi. Ioa. de Turre Crema. in dicto capitul. quis autem. 10. distin. Henrri. quodlibet. 8. q. 22. domi. Dominic. Soto libro. 1. arti. 4. q. 6. de iusti. & iur. & alibi plerunqùe Theologi. glos. in capit. quæ in ecclesiarum. inibi qùe docentes. de constitu. & in capitulo. 1. eodem titulo. & illic fusius Deci. colũna. 7. & alij pleriqùe, quorum ibidè Felin. numero. 47. meminit. & in decretalium proemio rex pacificus. docentes quoqùe in capitul. 2. de constitu. in. 6. Iler. in capitul. 1. §. 1. de pace iuram. firman. Bald. in dicto capitul. in omni. columna. 1. de testi. & in dicta. l. cùm quis. C. de iur. & fact. igno. colum. 8. & An-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cha.in dicto capitulo. posſeſſor.de reg. iur.in.6.columna.7.doctores in.l. penultima. §.illo. C.de neceſſa.ſer. hære. inſtituen. Iaſo.in rubric. ff.de acqui. hære.pen.col.& in dicto. §.ſed iſtæ. in ſti.de actioni.columna.2. Ioa.Cirier.in tracta.primogeni.libro.2.queſtione.15. columna.5.Ludo.Gome.in regu.de tri. poſſe.42.q.Fortuni. Gar.de vltimo fine vtriuſqúe iuris.numero.260.hoc eſſe doctorum commune votum adſerens.cui adſtipulatur Auguſti.Bero.in capitul. 1.de reſtitu.in integ.numero.168.Tiraque.abundè de primoge.libr.2.q.15.columna.5.nos quoqúe ſupra in.l.1.numero.453. Quam ob rem peritiſsimi theologi me(etſi iuriſprofeſſorem minimũ) de iurium conſuluerunt ſanctionibus, vt dubijs ſibi propoſitis aptiús(vt ſibi videbatur)reſponderent.& ob id Marti. Alpizcu.de pœni.diſtin.6.capitul. primo. §.caueat.numero.12.non ab re dicit,theologos iuriſperitos deſpicere nõ debere, vtpote quod ab eis non parum quandoqúe iuuentur. ¶ERGO ſi leges humanæ conſcientiæ obtinent in foro, conſequitur quidem, ſanctiones de teſtantorum ſolennitate agenme tesecodem foro eſſe ſtabilia.

¶NEC huic priori rationi dicere o-
1431 berit † humanis legibus minimè eſſe cautum,ipſas leges conſcientiæ in prætorio ligare: in eo qúe obſeruandas: quo fieri videtur,humanas leges ad conſciẽtiæ forum non eſſe compoſitas ſed ad fórum exterius tantúm: quarè cõſequens videtur,leges ipſas vtpote nihil ad forũ interius conſtituẽtes,eodem in foro minimè aſtringere: & ideó legiferum obedientiam non prætermittit: etſi conſciẽtię in foro non ſeruentur, nanqúe hoc facilè refellitur: cúm legiſlatoris mos non ſit,verba in conſcientia ſuis adijcere ſanctionibus: quarè etſi humanis ſanctionibus nuncupatim de conſcientia non ſit expreſsum,nõ ex hoc fit,interiori nec foro tantúm ſuas leges obligare. ſat enim eſt,quód ex earundem legum natura obligationi conſcientia ſubſequitur. Proindè & exiſtimandum eſt, legiferum totum id ſtabilire voluiſſe, quod ſuam legem efficaciorem, & obſeruantia validiorem reddit.ff.de iuriſ. omni.iudi.l.2.ff.de teſtamen.mili.l.3.

¶OFFERT ſe ſecundo loco pro iſ-
1432 ta ſentẽtia alia ratio † quia ſanctio noſtra ſimiles qúe leges (quę teſtamentorum ſolennitates explicuerunt) iuſtæ ſunt,quandoquidem etſi comuni regulæ (qua duos teſtes in actibus ſufficere eſt conſtitutum) obſiſtat, ob id quippe eſt (ſi anxiè iuris ciuilis originem ſpeculemur) quód antequám ſcriptæ emanarunt leges,& principum prætorum qúe conſtitutiones, teſtamenta etſi nõ ſeptem teſtium & tanta ſolennitate edita firma erãt,illud qúe erat tẽpore quo ſola veritas & vltimæ voluntatis ſubſtantia (quæ eſt teſtantis ipſa voluntas) conſpiciebantur: at veró poſtea hominum malitia excreſcente,cæperunt legum inſtitutiones eſſe neceſſariæ,prætorum qúe edicta: & cúm moriẽtium voluntatibus periculum ineſſe conſtaret & teſtandi actum grauem & ponderoſum, mile qúe fraudibus obnoxium, & falſitatibus procliuem eſſe comperiretur,& vt falſę teſtamentorum ſuppoſitiones ſuccíderentur (quæ plerunqúe contingebant) & plurimæ teſtamentorum fictiones ſubuerterentur,rei publicæ qúe quieti & bono publico ſubueniretur,& vt fidelius res ageretur, tutior qúe eſſet teſtamentorum fides,quæ ampliorum hominum teſtimonio ſolidius elucet: & quia vbi maius periculum eſt,cautiſsimè agendum eſt: á prioris ſeculi more humanæ leges receſerunt & fidiſsimam ac immodicam ſolennitatẽ teſtamentis injungendam non abre cõſtituerũt. quæ omnia probantur ex tex.

in dicta.l.final. C.de fideicomiſ. & dicta.l.iubemus.. C.de teſtamen.&. §.1. eodem titul.& in.l.hac conſultiſsima. §.1. C.qui teſtamen.face.poſ.& in capit.vbi periculum.in princi.de electio. in.6.& vtrobiqúe docto.& Bald.in dicto conſilio.285.lib.3.& cúm dictę leges dictis ex cauſis editę fuerint, & ex dicta communi utilitate, iuſtiſsimæ quidem ſunt cenſendæ.4.diſtinct.capitul. factæ.& capit.erit autem lex.& 25.q.1. capitul.ſunt quidem.& ob id tex.in.l. ita vulneratus. §.fin.ff.ad.l.Aquil.hæc ſubijcit verba,*multa enim iure ciuili pro ratione diſputandi* (ait glo.1.*pro rigore iuris*) pro vtilitate communi recepta eſſe inumerabilib⁹ rebus probari poteſt. Verúm & lex ſemper iuſta æſtimanda eſt: etſi eius ratio nobis lateat.ff.de legib.l.non omnium.ff.de vulga. & pupilla.l.ex facto.abundè Auguſti.Bero. in dicto capitul.1.numero.221.ſi igitur iuſtæ ſunt dictæ leges de teſtamentorum
1433 agentes ſolennitate,interiori foro obſeruandæ ſunt † in quo iuſta (vt notiſſimum eſt) conſiderãtur. vt in dicto capitul.is qui fidem.de ſponſa.& in dicto capitul.erit autem lex.4.diſtinct. & regum.8.& deutero.capitul.16.nec enim ex iuſtis inſtitutis peccata & iniuſta ſuboriri poſſunt.capitul.ius. & capitulo. quid dicam.14.q.4.Suadentur etiam in
1434 hac.2.ratione congeſta, quia legis rectitudo & rationabilitas iuſtitia qúe † ex omnibus eius ęſtimatur cauſis, finali ſcilicet,efficiente, materiali,atqúe formali.finali inquam, quia pro communi editur bono,ad quod legem tendere neceſſe eſt.vt in dicto capitulo. erit autem lex.& in authenti. quomod.oport. epiſ.in principio.& in dicta.l.2.ff.de legib.doctores in dicto capitul.primo.de cõſti.efficiente vt potequód legiſer in ea conſtituenda ſuam non tranſgrediatur facultatem.de conſtit.libro.6.capitul. 2.ff.de iuriſditio.omni.iudi.l.final. materiali quidem quia de rebus ſunt iuſtis, & quoniàm vt quæ pro tempore & loco bona ſunt, prohiberi non debent nec mala admitti.ff.de iuſti.& iur.l.1.& formali quia lex ea debet rectitudine & æquitate ſplendere, vt æquabiliter ſubditis onera & commoda diſtribuat,& talem in honoribus & oneribus proportionem ſeruet,qualem ipſi ad rei publicæ corpus habent: ob id qúe ſicut partibus á natura munera ſunt diuiſa,ſic & onera ſecundum facultatum ciuium modum ſingulis ſunt imperãda, atqúe honores ſecũdum dignitates impartiẽdi.l.1. C.de apòch.publi.& ff.de ſeruit. ruſti.prædior.l.imperatores. cum ſimilibus. quę omnia doctores ad legis rectitudinem tám theologi,quám iuriſperiti paſſim in pinguius qhe circunſpitiunt. & diuus Tho.1.part.articulo. 4.dicta.q. 96.beatus Anton. 1. parte ſummæ. titulo.18.capitulo.vnico. §.2.dominus Dominic.de Soto de iuſti.& iur. articulo. 4.libro.1.quæſtione.6.doctor.in capitulo.primo.de conſtitutio.& inibi Auguſti.Bero.numero. 22.ſed ſanctio noſtra & ſimiles leges de teſtamentorum ſolẽnitate agentes,ſuperioribus circunſeptis,nec ex finali, efficienti vé, vel materiali, aut formali cauſa defficiunt: ſiquidem (vt explicuimus) pro communi vtilitate á noſtra regina ſereniſsima Ioanna alijs qúe principibus (legis conficiendę authoritatem habentibus) ſunt editæ,& de rebus iuſtiſsimis & quę pro tempore & loco bona ſunt,& ſubditis citra eorum vires onera minimè impartiantur:& ita ex omnibus ſuis cauſis rectiſsimę ſunt ęſtimandæ: & ob id conſcientiæ in foro cuſtodiendæ. Cęterúm nec eas ob id non iuſtas cenſere licet, quód quibuſdam inſuaues dureqúe videantur, vtporeqúe ingentem exigant ſolennitatem ex textu in.l. proſpexit. ff.qui & á quibus.& 19.diſtinct. in capitul.in memoriam.& quia prædicta contrarium

Universidad de Deusto
Biblioteca

trarium probabilius esse comperiunt. Quid plura,& lex quantuncunqúe dura foro conscientiæ obtinet, si tamen aliás non sit iniusta. vt palám constat ex Abbate in capitul. inquisitioni. de sentent.excomu. & priuatim sic tenet Ripa in capitul.si quando. de rescrip. numero.27.

¶TERTIO quoqúe dicta opinio
1435 ex eo manifestam habet probationem † quia iura canonica etsi de testamentorum agant solennitate, non quidem vnquám ciuiles leges & similes de eodem tractantes negotio improbarunt: & hoc non quidem ex alio, nisi quia leges ipsæ (vt diximus) iustissimæ sunt.nec existimandum est, quód sancti patres hac in re subticerent, si iniustæ essent,& rem patienter ferrent (ad quos iniquas leges abrogare expectat. vt in dicto capitul.final.de præscript.) sed spetiatim suis decretis illas abijcerent, sancti qúe & doctores in locis quibus hanc differtunt speciem:& eo præcipuúm quód laicorum testamenta in dies prędictis iudicantur legibus.

¶NEC dicere oberit,prædictas leges in capitul.cúm esses.de testament. nominatim refelli:nam quidem ibidé leges ipsæ minimé subertuntur: sed tãtúm consuetudo illic enunciata.vt ille textus hisce insinuat verbis, *præscriptam consuetudinem improbamus*. Quin ex quo constitutio illa (iuxta magis commune doctorum assertum) in terris ecclesiæ Romanę quo ad temporalem iurisditionem subditis obtineat, & inter clericos & alios ipsi ecclesiæ subdititios,non verô inter laicos,qui de temporali ecclesiæ iurisditione non sunt, nec in consuetudine inter ipsos laicos vigente vt docentes inibi. & domin. Didacus Couarru.numero. 12.abundé edocent.satis quidem patet, ciuiles leges de testamentorum solennitate tractantes, inter ipsos laicos in dicto capitul.cúm esses.non fuisse improbatas. quin ex quo in eo expresim minimé diruuntur (etsi earum illic fiat mentio) sat videntur inibi comprobatæ.ex textu (ad hanc rem commodo) in.l. Tribunus. §. final.ff.de testament. milita. & illic scribent. quod & roborat textus in capitul.si clericus laicum.de foro compe.quo constat, † legem aliam 1436
recensentem,illam approbasse esse cé sendum: nisi expręsim eadem diruatur constitutione. quem textum inibi Abbas ad hoc notat & alij quos Roch. Curti.de consuetu.numero.237. comminiscitur.& addendus est Petrus Raue.de consuetu.numero.128.si enim Alexander tercius dicti capitul. cúm esses.conditoraliud voluisset,facilimé ex præsisset,quod cúm non fecerit,nollui sse quippe videtur.de decimis.capitul. ad audientiam. C. de cadu. tol. l. 1. §. sin autem ad defficientis. Quis enim ferat totum ciuile ius de ordinandis testamentis(tantorum sapientium & nó edormito labore,sed accurato consilio institutum) illic paucissimis & non explicitis verbis euersum. aduersus. l. si quando.in principio. C. de inoffit. testament.quod & nuncupatim glos. in eodem capitul.cúm esses.expendit. Ex quibus quippe suboritur, Vin. Brixen.Hostin.Anton.Abba. qúe sententiam (qua † textus in dicto capitulo. 1437
cúm esses.vbiqúe locorum sibi vendicare,& in foro seculari profanis qúe in legatis iuris ciuilis solennitatibus repulsis) iustè communi doctorum iuditio damnatam.

¶SED prædictis non quidem conquiescit animus,illum qúe dicti capituli.cúm esses. hæc verba contorquent, *quia vero a diuina lege & sanctorum patrum institutis, & a generali consuetudine ignoscitur,esse alienum, cum scriptum sit,quod in ore duorum vel trium extat omne verbum,præscriptam consuetudinẽ impro-*

improbamus.nam si consuetudo illa vt poteqúe ciuilibus legibus de testamentorum solennitatibus agentibus similis,& á diuina lege alienis succiditur, ex eadem causa & ibidem ipsæ leges sublatę videntur. Nihilosecius tamen ipse conseo,vllum ibidem esse verbum quo leges ciuiles excludantur. Quin (vt explicuimus) satis ibidem ipsæ leges quo ad principum laicorum qúe forum comprobantur, & ex dictis iustis causis sic factum,censendum est.

Verùm nec illic Alexand. 3. dictas leges diuino aduersari iuri (vt confestim probauimus)profitetur, nec eas esse inquas deffinit: & si suis terris non obseruari decernat.Quidmulta,nec ob idibidem ex eo illa diluitur consuetudo, quód ciuibilibus assimiletur sanctionibus: sed ob id quidem, quód in terrisqę Romanę subijciuntur ecclesiæ, prædicta inerat consuetudo,á generali ipsius ecclesiæ cõsuetudine diuinaqúe & lege & á sanctorum patrum constitutionibus aliena:cautissimé tamen inibi ipse Alexand.3.ciuiles leges non diruit: vtpotè quód legisuerum in foro rectissimæ sunt, & propter publicam vtilitatem (vt edocuimus) confectæ. Quin & quia Alexand. ipse in principum leges authoritatem minimé habet, nisi quatenus diuino refragantur iuri.vt disponitur in capitul. duo sunt. & in capitul. cúm ad verum. 96. distinctio.

¶QVARTO superior cõfirmatur
1438 sententia,quia non tantúm (vt proximé afferuimus) † á summis pontificibus ciuiles leges de testamentorum solennitatibus tractantes minimé depellimur,quin nec leges ipsæ diuino aduersantur iuri,nec naturali:quia etsi diuina lege sit cautum,in oreduorum vel trium extare omne verbum(vt dictum est) sit qúe morale.vt abb.in capitul.licet vniuersis.de testi. & Rochus Curt. de cõsue.numero.182.testantur. & vbi homines naturali viuerent sinceritate ille testium numerus sufficeret:negari tamen non potest, quód vbi humanæ fraudulentiæ rem publicam inserperent,fides qúe testamentorum non esset tuta, legibus testium numerum augere esse expeditissimũ:nec ius diuinũ prędictum est prohibituum:ne plures pro rei publicæ comodo & necessitate exigantur testes † si enim diuina lex 1439
duorum approbet testimonium, quasi velit iniquum esse regulariter, quem vnius testimonio damnari,non quidem ex eo vetat,plures testes requiri, quum causæ pondus aliud petierit. quam ob rem plerisqúe in causis ecclesia cõplures,quám tres testes esse necessarios stabiliuit.vt constat in capitul. prędicul. 2. qúestione.5.& alijs iuribus quorum meminit Forto.Garsi. de vltimo fine vtriusqúe iuris.numer.241. & sequentib9. & alibi sæpe traditur.itaqúe cõstat prædictam diuinam regulam iustis ex causis temperari solitam. Quo fit, sanctionem nostram simules qúe leges de testamentorum forma loquentes,iustissimis ex causis editas,diuino non obsistere iuri:quæ vtiqúe ciusdẽ legis diuinæ prædicta manifestant verba vt Fortu. Garsi.dicto eius tracta.numero. 247. adtuertit,si quidem eadem lex ob id alter natiuè in ore duorum veltrium extare omne verbum,subiungat: duos testes tantúm aut tres solum non terminans vndè ex humana necessitate, vtilitate vé, vel rei indigẽtia subducitur aliquis casus,in quo complures exigãtur testes. Proindè & superiora ex eo instruuntur, quia prædicta lex diuina nostra qúe sãctio & consimiles humanę leges ad eundem finem tendunt: nanqúe commune respiciunt bonum,rei qúe veritatem: ob id qúe contrariæ non sunt censendæ.de prescriptio.capitul.veniens. & illic doctores.Quę & comperiuntur

quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia tanto lex accomodatior naturæ erit, quanto magis commune bonum conſpexerit: & ſicut .d. regula de duorum vel trium teſtimõio bonum intuetur commune, ita teſtamentorum in negotio, propter commune bonum (vt humana prauitas diruatur) ciuiles ſanctiones teſtium maiorem ſolennitatem expoſcunt. Quo fit, dictæ regulæ diuinæ limitationem hac in re ab ipſis humanis legibus decretam ipſi diuinæ regulæ minimé repugnare. Cæterũm quoniam ad rectè condecenter què viuendum inter alia moralia neceſſe eſt, defunctorum voluntates ſeruari. 13. q. 2. dicto capitul. vltima voluntas. & ad teſtamentorum veram obſeruantiam teſtamentorum fides neceſſaria erat. & ex duobus teſtibus facilimè falli ſuppoſi què poterat: ad hominum enim oportuit commodum, teſtamentorum ſolennitatem (vt indubitata conſtaret fide) augeri, ex quo conſluit, leges humanas prædictas á lege diuina non eſſe ita alienas, quód ab aliqua morali decẽtia nõ deriuentur: vndè & confeſtim deducitur, quód etſi textus in dicto capitulo. cúm eſſes. teſtamentorum leges à prædicta regula diuina eſſe alienas edixerit † quód non ex hoc ſubſequitur, ab 1440
omni lege diuina eſſe alienas: quin nec dictæ regulæ in ore duorum vel trium aduerſari. & ſat omnia prædicta ex eodem capitul. cúm eſſes. eluſcent, ſiquidem in eo ſit ſancitum, non ſatis eſſe, teſtamentis duos aut tres teſtes inſcribere, niſi & parrochialis præſbiter adſit: ſeu (vt docentes communius interprętantur) dicti præſbiteri loco quatuor teſtibus teſtamentum ſit cõpoſitũ. & itain dicto capitul. cúm eſſes. plures exiguntur teſtes, quám ex dicta lege diuina videntur neceſſarij. non tamen ex hoc Alexand. 3. dictam eius ſanctionem iuri diuino contrariam, ab eo qúe alienam cenſet. Quid plura, ſi dictæ ciuiles leges diuinæ aduerſarentur in dicto capitul. cúm eſſes. ipſe Alexan. 3. eas prorſus diruiſſet: cúm accuratè ad animam & ſanguinem vſqúe ſtudere erat obnoxius, quód diuinæ ſeruarentur leges. vt in dicto capitul. ſunt quidam. 25. quęſtione. 1. & in capitul. ſi dominus. & capitulo. Iulianus. 11. q. 3. ſupra qúe iterum explicuimus.

¶EX his quidem intelliges, quarè in dicto capitul. cúm eſſes. ſub anathema præcipitur, conſuetudinem ibidẽ abrogatam non obſeruari † nam quidem 1441
illud ex eo non fuit, quód ciuilium legum obſeruantia peccatum inducat: ſed ob id, quia Alexand. 3. ſuis terris prę dictam edidit conſtitutionem: & cõſuetudo ibidem ſublata generali eccleſiæ conſuetudini obſiſtebat: & quia omnes eccleſiæ ciuitates & Romanę eccleſię ſubditos ſimilia decreta exatiſsimé cuſtodire decet. de ſpon. duo. capitulo. final. 11. diſtinc. in capitul. nolite. & addevidendum Mich. vleu. in eius tracta. de regimi. mund. 3. quæſtione, princi. numero. 18.

¶QVINTO prædicta fulcitur ſententia † quia omnis actus non tantùm 1442
voluntate, ſed poteſtate conſiſtit: quod in omni foro perpendendum videtur. C. ſi quis alte. vel ſibi. l. multum intereſt. de officio. delega. capitulo. cúm ſuper. ſed hac lege ſimilibus qúe ſatis cõſtat, ſine earum ſolennitate teſtantibꝰ teſtandi poteſtatem ablatam. & cõſtat in. l. nemo. ff. de legat. primo. igitur conſequens eſt, interiori in foro teſtatoris voluntatem citra huius legis ſeu aliarũ ſolennitatem nuncupatam non expendendam: ſiquidem deſit poteſtas, etſi voluntas adſit: ſtabiliant qúe humanæ ſanctiones nequaquám alio exteriori teſtamento, quám ab ipſis iuribus comprobato, ipſam voluntatem poſſe probari. quod ipſæ leges ex cauſis deſuper præmeditatis efficere valuerũt. licet enim humanę

humanæ ſanctiones teſtantis voluntatem prorſus dimouere non poſsint, eiuſdem tamen voluntatis effectum ſic. vt patet in capitul. qui contra iura. de regul. iuris. in. 6. & in capitulo. non præſtat. eodem titulo. & alibi ſæpe. potuerũt enim iura legitima ex cauſa ea quæ verè confecta fuerunt, quód iuris effectu careant, ſtabilire. ff. de regul. iuris. l. factum legitimè.

¶SEXTO clarior dicta ſententia (vt dominus Dom. Soto quęſtione. 5. libro. 4. articulo. 3. de iuſtit. & iur. arguit) 1443
fieri ex eo videtur † quia ex contraria ſententia vſu venire poſſet, vt quiſpiam citra eius culpam, nulla qúe illata vi, ſed tantùm legis obtenorem, euitare poſſet cẽtũ mortale aliter non valeret, quam grauiſsimam ſuorum bonorum patiens jacturam: vt ſi pupillus ab inteſtato defũcti ſit hæres, & defunctus Titium extraneum teſtamento illegitimo hæredem nuncupauit: nam tunc ipſius pupilli tutor, ſi hęreditatem pro ſuo pupillo non petat, reus ipſe fiet in iuditio, & ob eius condemnabitur negligentiam, vt pupillo refundat, quę ſua perdidit cauſa. C. arbi. tute. l. 2. cum alijs. verum ſi petat ſecundum aduerſam ſententiã peccat, ſiquidem ſciens & prudens cõtendit, expoſtulat qúe quod pupilli nõ eſt (ſupponimus enim, ei nullam interfuiſſe fraudem) hoc autem non eſt concedendum.

¶DEINDE & ſeptima additur ratio, quia vt commune doctorum votum 1444
concinit † teſtamentorum ſolennitas ciuili iure requiſita, non probatoria, ſed ſubſtantialis quidem eſt. vt textus in. l. ſi vnus. & in dicta. l. hac conſultiſsima. C. de teſtament. in principio. eodẽ, & ita tenent doctores in dicta. l. nemo poteſt. ff. de lega. 1. poſt glo. alijs qúe in locis quorum recentiores in dicta. l. nemo poteſt. & in dicta. l. cum quis. C. de iur. & fact. igno. & in dicta. l. 1. ff. de condi. indebi. meminere. & domi. Didac. Couarru. in dicto capitulo. cúm eſſes. numero. 8. igitur neceſſe eſt, teſtantis voluntatem legis ſolennitate cõſtare. Nec ſatis videtur eſſe, quo ad forum interiorem nec exteriorem aliter conſtare. eſt enim hic caſus in quo ad rei acquiſitionem, non tantùm veritas, ſed ſolennitas exigitur. Quo fit, non ſufficere, de veritate conſtare, niſi & de ſolẽnitate appareat. C. de fideicomiſ. l. veritas. Bald. in. l. alia. C. de his qui. vt indign. cum ſimilibus quæ ſupra congeſſimus. ob id mihi cenſentes, non ſufficere hæredem ab inteſtato confiteri teſtantem teſtamentum edidiſſe, collata qúe in ipſo teſtamento ſpontis ſuæ eſſe compoſita, niſi teſtamentum eſſe ſolenne pateat. Quæ & confouentur, quia vt ait text. in. l. 1. ff. de teſtamen. in teſtamentis ordinandis non ſufficit voluntas, ſed iuſta eſſe debet, ideſt, ſolennis. quin & iuris authoritas in eadem volũtatę comprobanda neceſſaria eſt: alias enim effectu caret. ff. de hære. inſtitu. l. pater. Bald. tradit in dicto conſilio. 285. libro. 3.

¶OCTAVO ſuadetur hæc ſententia † quia iura quæ certis caſibus cõ 1445
plures quàm duos aut tres exigunt teſtes, rationabilia ſunt, ratione qúe conſiſtunt. vt text. annotatu dignus inſinuat in capitul. licet uniuerſis. de teſtib. quem ibidem Abb. ad hoc expendit. ſi rationabilia, ergo conſequens eſt, & prętorio conſcientiæ ſeruanda. vt apparet in dicto capitulo. erit autem lex. cum ſimilibus. quod hoc in caſu præcipuùm eſt, cùm compluribus ex cauſis (ſupra commemoratis) huius & ſimilium legũ ratiõabilitas luculẽtiſsimè cõſtet.

¶FAVET & huic ſententiæ hæc nona ratio, iuſtè enim poſſidet, qui authore prætore poſsidet. ff. de acquiren. poſſe. l. iuſtè poſsidet. cũ alijs. itaqúe quum hæres ab inteſtato defuncti bona eius

nõ

Universidad de Deusto
Biblioteca

non ſolenni teſtamento relicta legum & principum authoritate habeat, iuſtè id fit: & ob id conſcientiæ in foro (in quo vt aſſeruimus, iuſta conſpiciuntur) tutus cenſendus videtur.

1446 ¶DECIMO & hæc panditur veritas † quia ſicut obligatio quæ æquitatis tantùm vinculo ſubſtinetur, contraria diſſoluitur voluntate. ff. de ſolutioni. dicta. l. Stichum. §. naturalis. ita eius origo alia ęquitate illi aduerſa impediri debet. Quo fit, quòd etſi ex teſtamento informi teſtantis eluceat voluntas, ob id qúe videatur æquitate ſeruanda: tamen ex quo contra iura humana ipſum teſtamentum compoſitum eſt, ęquitas & aduerſior ineſſe videtur, quòd ex eo nulla ſuboriatur obligatio.

1447 ¶NEMPE & vndecimo eadem ſententia ab authore nobis cõſtat † nam præter hoc, quòd ſereniſsimus rex catholicus eius filię Ioannę reginæ noſtræ nomine & non ab re compluribus probis & iuriſperitiſsimis ſanæ qúe conſcienti ę iuriſconſultis hanc ediderit legem, prætorium quoqúe ius teſtamentorum auxit ſolennitatem, quod prętor ex iuſtis cauſis negotiorum qúe factis praxi qúe aſsidua feciſſe ſat inſinuat textus in. l. ius ciuile. ff. de iuſtit. & iure. & ipſe prætor ſe mper equitatis fuit prę ceptor ac magiſter. ff. de eo quod certo loco. l. quod ſi epheſi. & ita euidenter fit, hanc legem ſimiles qúe ſanctiones teſtamentorum ſolennitates ſtabilientes non tantùm iuſtis ex cauſis editas, ſed æquitate confoueri: ex quo & confeſtim ſubtexitur, foro in conſcientię non contemnendas, ſed omninó obſeruandas: conſcientię enim forum naturali regitur æquitate. vt doctores tenẽt in dicto capitul. primo. de reſtitutio. in integ. & Decius in dicto capitul. quæin eccleſiarum. de conſtitutio. colum. 4.

¶PROPELLITVR & decima ſecunda cõtraria opinio † quia ex quo 1448
teſtator non ſolenne conficit teſtamentum, ſat nolluiſſe videtur, teſtamẽtum nõ valere. l. quia ratio. ff. de cõditio. inſti. quam ad hoc citat Bal. in dicta. l. cùm quis. C. de iuris & fact. igno. columna. 3. quin & voluiſſe cenſetur, eius bona ad hæredes ab inteſtato deuenire. ff. de iure codicil. l. conficiuntur. Quod & ſuadetur, quia iure optimo exiſtimandum eſt, quód teſtator voluit ſuam voluntatem ciuilibus legibus explicari. vt traditur in. l. ſi duo. ff. de acquirẽ. hære. & in. l. præcibus. C. de impub. & al. & in. l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebellia. & ita non tantúm ſolennitas ſed & teſtantis voluntas hac in ſpecie, deeſſe videntur: quarẽ conſcientiæ in foro teſtamentum non ſolenne firmũ non videtur.

¶VERVM potior & decimo tertio hæc videtur ſententia, quia omni iure publica vtilitas priuatę præponenda eſt. C. commu. de leg. authẽ. res quæ. dicto capitul. erit autem lex. cum ſimilibus. igitur & conſcientię foro potiuscõmune bonum (quod ex legum obſeruãtia, quibus teſtamentis ſolennitas conſtituitur) ſubſequitur, proſpiciendum eſt quàm priuata vtilitas, quæ hęredibus legatarijs vẽ teſtamento illegitimo ſcriptis euenire poteſt.

¶PROBABILIOR & 14. hæc opinio ex eo eſt, quia ſat videtur, vt quis cõſciẽtię in foro ſit tutus, quód etſi nõ hominis, legis tamẽ habeat cõſcientiã. authore Inno. in. c. paſtoralis. de cauſa poſ. & proprie. & Bal. in ſingu. ver. aduocatis. ex quo idẽ Bal. in. c. clerici. in. 2. de uita & honeſta. cle. (cuius meminit Mat. Afflict. deciſ. Neap. 321. in regia. co. 2.) ait, legũ cõſcientiã hominũ ſuperare conſciẽtiã: vndè ſatis videtur, vt interiori in foro quis vtiqúe ſecurus maneat, quód ſuã cõſcientiã lege informatã habeat: & ita quód teſtamẽtũ legũ ſolennitate careat

¶RVRSVS & hæc pars & decimo quinto non modicum ſubſten-
1449 tari videtur † quia cùm quis legis habet authoritatem, non peccat. capitul. qui peccat. 23. quæſtion. 4. l. Grachus. C. de adulte. docentes in dicto capitul. in omni negotio. de teſtibus. cum ſimilibus. Quarẽ videtur, quod etſi hæres ab inteſtato certó ſciat, teſtatorem contenta in teſtamento cuſtodire prænunciaſſe, quód cùm legum authoritas aduerſus teſtamentum ſit, quód etſi dictus hæres illud minimè adimpleat, peccati erit immunis.

¶SANE & huic ſententiæ ex alio &
1450 decimo ſexto patrocinamur † quia optimo & legitimo iure principi licet, ex cauſa ſubditorum res auferre dominiũ qúe quæſitum. ff. de euic. l. Lutius. ff. cõmu. prædio. l. vẽditor. §. ſi cõſtat. de in iu. c. in noſtris. igitur à fortiori ex dictis iuſtiſsimis cauſis (quibus leges de teſtamentorũ ſolẽnitate agẽtes editas fuiſſe aſſeruimus) rerũ teſtatores acquiſitionẽ earũ qúe dominium (ex eo quód teſtamẽtũ ſolẽnitate legali nõ eſt cõfectũ) principsin cõſciẽtia impedire valet: nec hoc
1452 in caſu † bonũ cãbiũ princeps ipſe dare cõſtringitur, quia generali lege ipſa ſolẽnitas cõſtituta eſt. Alex. authore in cõſ. 109. viſis his. col. antepe. verſ. ad terciũ. lib. 3. & cõſ. 190. maturè. lib. 2. col. 3 & Dec. in. d. c. quæ in eccleſiarũ. de cõſtitutio. co. 9. laſ. in. l. Barbarius. ff. de offi. præſid. nume. 44.

1451 ¶QVE & 17. firmãtur † quia & ex cauſa princeps ius diuinũ limitare poteſt, id qúe notiſsimo conſtat iure. & paſsim quidẽ traditur, & præcipuùm docto. in l. ſi. C. ſi cõtra ius vel vti. pub. & in. d. c. quæ in eccleſiarũ. & in. c. ſi. de cõſuetu. & alibi ſæpe. quib⁹ accedat tex. in. l. ius ciuile. ff. de iuſti. & iur. & complures caſus quibus ius diuinum iure humano eſt limitatũ Ancha. abũdè recẽſet in dicta regul. poſſeſſor. columna. 4. & 5. quod & conſcientiæ foro obtinet. vt dictis hãbetur locis. igitur ex prædictis iuſtiſsimis cauſis potuit mageſtas reginæ noſtræ hanc edere ſanctionem & alij principes conſimiles leges, quibus dictum diuinum ius (quo habetur, in ore duorũ vel trium extare omne verbum) limitatur. quod quidem ipſi principes legiferi qûe facere potuerunt ex poteſtate illis à Deo conceſſa. de quo ſupra fuſius ſumus loquuti. & licet ex hoc & ſimilibus iuribus prædicti diuini iuris verba offendi videantur, non tamen mens, ideſt, ratio ſeu cauſa. vt prædicta comperiunt. & priuatim aduertit Bald. in dicto conſilio. 285. lib. 3. columna. 2.

¶PRÆTER hæc & decimo octauo prædicta elucet ſententia † quia quùm 1453
teſtamentum illegitimum eſt, hæres & legatarius in eo conſcripti, in mala fide extare cẽſentur. ex text. in capitul. qui contra. de regul. iur. in. 6. cum alijs. & ita in conſcientia teſtantis bona eos nõ habituros adſerendum videtur. ex. d. c. final. de præſcript. Proindè & hæc conualeſcit ratio, quia ex quo hęres legatarius qúe ius ex tali teſtamento minimè habent; res quidem alienas occupare vidẽtur: quo fit, illas interiori in foro hãbere non poſſe. de reſtitu. ſpoliato. c. literas. §. nos autem. cum ſimilibus. qui bus & cõducit tex. in. d. l. ſi. C. de vnde vi. Quin & ex his fieri etiam videtur, hæredem ab inteſtato defuncti bona tenentem vtpote quód optimo iure quæſita conſcientiæ in prutorio non eſſe adeorum reſtitutionem aſtrictum.

¶DECIMNONO hæc compe-
ritur ſententia † (vt dominus Domini 1454
eus Soto dicta quæſtion. 5. libro. 4. articul. 3. de iuſti. & iur. æſtimat) quia qui teſtamentum illegitimum reliquit, perindè eſt, ac ſi abſqúe vllo moreretur teſtamento: ſiquidem illud iure optimo nullum ſit: igitur de tali facto cenſendum eſt, ac ſi decede-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ret ab inteſtato : ſin autem quis abſque teſtamento legata feciſſet, aut aliquem inſtituiſſet hæredem, hæres ab inteſtato illa in conſcientia implere nequaquàm aſtringitur: etiam ſi nulla fraus in eſſet : ergo nec vbi teſtamentum iuridicum non eſt, exempli gratia (ſecundum eum) veluti ſi quis ſine liberis moriens præſente fratre diceret, talem conſtituo hæredem extraneum, ſiue tale legatum (quod donatio minimè eſſet) facio, frater tamen id ratum habere non pollicetur immó renueret, & tabellionis teſtium quę copia haberi non poſſet, vt ſecundum leges teſtamentum ederetur: profectó ait dominus Dominic. Soto ille frater legitimus hęres etſi optimè teſtantis nouiſſet voluntatem, nec vllam iniectam eſſe fraudem, non teneretur in conſcientia, aut alteri hęredi cedere, aut legata exoluere, non obſtante iure naturę: nempe quia lex (& non ab re, ſed rectiſsimè) adquitandas fraudes nolluit, ne defuncti uoluntas vlla eſſet, niſi ſolenni conſtaret teſtamento: & quód id iuſtè facere potuit in pœnam negligentis teſtatoris. ergo vbi teſtamentum non fuerit iuridicum, idem erit iudicium.

¶VIGESSIMO hæc opinio receptior ex eo cenſetur † quia 1455
ſi huiuſmodi leges in conſcientia non ligarent, non ſanè fini conſuleretur, ob quem inſtitutæ ſunt, conſtitutę enim fuerunt: ſtabiliunt qúe, vt teſtamentum non habens ſolennitatem ſubuertatur: etſi nulla fraus ineat, nulla qúe falſitas: & hoc propter fraudem ſeu falſitatem, quæ quandoqúe accidere poſſet: etſi omni in caſu nõ cõtingat. quare etſi fraus & falſitas minimè eueniant, teſtamentum ipſum informe ſubſtinendum non eſt, neq; legiſlatorum finis fruſtetur. Quid multa, & totus legiferum labor qui in hac & ſimilibus legibus edendis aſsiduit, ſi interiori non obtineret in prætorio, fruſtaneus caſſus qúe eſſet. aduerſus Grego. procœmium. &. C. de emendatione codicis. in principio. & in. l. ſi quando. C. de inofficioſſo teſtamento. & cõtra alia iura notiſsima, quæ paſsim reperies.

¶DENIQVE efficacior & hæc ſententia & vigeſsimo primo videtur † 1456
quia iuditialis deffinitio lata veritate comperta, nec falſa ſubſcriptione iudice decepto vt exteriori in foro valet, ita interiori foro locum habet: quia iudex ipſe diuina iudicat authoritate. prouerb. dicto capitul. 8. Apoſtolus ad Romanos decimotertio. c. traditur in capitul. omnis anima de cenſibus. & in capitulo. ſecundo. de maio. & obedien. cum alijs quæ dominus Didac. Couarru. in dicto capitul. cùm eſſes. numero. 7. comminiſcitur. & alibi ſæpe traditur per modernos. idem enim eſt iudicium in foro conſcientiæ, quod in foro exteriori, vbicunqúe res geſta conſtat, & iudicium exterius ex falſa non procedit præſumptione. Sed iudex comperta veritate, certo qúe ſciens, teſtantem Titium in minus ſolenni inſtituiſſe volũtate, nullam qúe fraudem comiſſam ab eo hæreditatem aufert, & hæredibus ab inteſtato illam confert: ex eo quód teſtamentum nullum eſt. C. de teſtamentis. dicta. l. ſi vnus. & dicta. l. hac cõſultiſsima. §. ex imperfecto. doctores in dicta. l. 2. C. de bono. poſſe. ſecũ. tabul. igitur & in foro animæ hoc iuditium authoritatem habet: neq; dicere ferẽdum videtur, iudicem rectiſsimè defuncti hæreditatem hac in ſpecie hæredibus ab inteſtato tradere poſſe, & ipſum hæredẽ ab inteſtato illam recipientem quo ad diuinum iudicium minimè tutum.

¶Hinc

¶HINC indé rationibus ſic præmeditatis, ſupereſt nunc propoſitum dirimere dubium, docentium qúe huius rei opiniones recenſere. & vt luculentius horum conſtet veritas, hæc inquã tripartior, nam quidem hoc in negotio tria ſunt deffinienda.

¶PRIMVM, NVM hæres ab inteſtato legata alia quæ in teſtamento & diſpoſitione non ſolenni relicta animę in foro præſtare ſit obnoxius.

¶SECVNDVM an hæres tali teſtamento illegitimo ſcriptus, legatarius qúe hæreditaria bona, & legata retinere in conſcientia poſsint.

¶TERTIVM & nouè, nunquid hęres ſcriptus in teſtamento non ſolenni legata eodem teſtamento facta legatario ipſo in teſtamento nuncupato exoluere in conſcientia ſit obnoxius.

¶ET QVO ad primum id noſſe neceſſe eſt, quód plerique affirmatiuam 1457
profitentur partem † & hæredem ab inteſtato bona hæreditaria & legata teſtamento non ſolenni collocata, in cõſcientia hæredibus ſcriptis & legatarijs ſoluturum, ea qúe illis ſi ea teneat reſtituturũ. cuius opinionis authores ſunt Adria. quodlib. 6. Angel. Claua. in ſumma verb. hæres. §. 5. (ſi de teſtantis voluntate illi conſtiterit) & in verb. legatum. numero. 8. Silueſt. in ſumma verb. teſtamentum. in. 1. §. 5. & verb. legatum. 4. §. 10. & verb. hæreditas. 3. §. 7. Ioan. Tabi. in ſumma. verb. hæres. numero. 4. Barto. Fume. eius ſumma. verb. hæreditas. numero. 14 & palàm verb. legatum. numero. 16. (ſi hæredi teſtatoris pateat voluntas) Medina eius codice de rebus reſtituẽd. quæſt. 23. columna. final. (ſi nullam fraudem ineſſe & illam teſtantis voluntatem eſſe ſciuerit.) & palàm idem tenent Ala. Goffre. & alij antiquiores quos recenſet Fortu. Garſia de vltimo fine vtriuſqúe iuris. numero. 235. & expræſsim Anto. in dicto capitul. nouit. de iudi. numer. 66. Abb. in dicto capitul. quia pleriqúe. de immunita. eccle. quod Anto. dicto capitul. nouit. extendit, etiam ſi teſtamentum vnum tantúm teſtem habeat.

¶CETERVM & hanc ſententiam palàm Barto. minorica. tracta. capitul. 3. libro. 1. admittit. & Alberi. in dicta. l. cùm quis. C. de iur. & fact. igno. Martin. Laud. lucidè in tracta. de conſcientia. quæſtio. incipienti, quæro an in foro conſcientiæ. Floria. in. l. cùm de in rem verſo. columna. 3. ff. de vſur. Guid. pap. lucidè quæſtio. 543. vltimarum. Iaſon in dicta. l. nemo poteſt. 1. lectio. numero. 71. & ſequentibus. (quem & videre licet in. l. ſi non ſortem. numero. 7. ff. de conditione indebi. (& Brunus prædictæ adſtipulatur ſententiæ in tracta. de poten. & effectu formæ. chart. 57. columna. 3. & chart. 60. columna. 1. Alcia. de quinqúe pedi. præſcript. chart. 4. & prius Corneus conſilio. 307. libro. 3. videtur prima facie. (etſi in legato ad pias cauſas loquitur) & hoc eſſe magis communẽ doctorum votum teſtatur dominus Didac. Couarru. in dicto capitul. cùm eſſes. numero. 5. etſi (vt ipſe exiſtimo) contraria opinio magis communis ſit, vt confeſtim dicta cõperient.

¶VERVM CONTRARIAM ſententiam † (& hæredem ab inteſ- 1458
tato interiori in foro hæreditatem & legata teſtamento non ſolenni relicta ſana fide retinere poſſe, ea qúe & tutè poſſe petere: & teſtamenti nullitate ſe defendere) complures ſectantur Raimundus (ſcilicet) luculenter in relectione. l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur. nu. 25. (quę relectio Alberi. in cõmẽtarijs reperitur.) Ioa. Cald. in diſpu. incipi. Bononienſi ſtatuto. Bald. in diſputatione

Universidad de Deusto
Biblioteca

exordiente, statuto ciuitatis. & in authē ti. ingressi. co. 7. C. de sa. sanct. eccle. & in dicta. l. cùm quis. columna. 4. C. de iur. & fact. igno. & in dicto consilio. 285. lib. 3. columna. 2. & palàm in. c. si quis per triginta. si de feud. fue. controuersi. inter. do. & agna. Angel. in disputatione quæ exorditur, Attensis milles. colũna. 10. Ancha. in dicta regul. possessor. columna. 12. Areti. in dicto capitul. nouit. de iudi. penul. columna. post Fulgo. in. l. si post diuisionem. C. de iur. & fac. igno. Alexan. in dicta. l. nemo potest ff. de lega. 1. & illic Iaso. 2. lectio. numero. 96. & sequentib. qui ibidem nume. 104. ait, sic tenere vtrunsque iuris doctores. item & recentiores ita tenuisse Ripa etiam in dicta. l. nemo potest. numero. 100. recèset. cui & sententiæ cõsentit Alexan. in consilio. 65 quoniàm omne datum. columna. 1. lib. 6. numero. 15. & in consi. 119 quoniàm omne. eo. lib. 6. numero. 22. & in consi. 209. statutis. libro 2. columna. 2. Iaso etiam in dicta. l. si post diuisionem. columna. 3. & in dicto consilio. 67. viso. columna. penulti. lib. 3 domi. Domini Soto. q. 5. libro. 4. de iusti. & iur. articulo. 3. Fortu. Garsia de vltimo fine vtriusque iuris. numer. 237. & sequentibus. Tiraquel. de legib. Connubialì. Nepeul. numero. 23. domi. Dida. Couarru. in dicto capitul. cùm esses. numero. 6. & .7. & sequentibus. Anto. Gome. hic numero. 123. Ripa in dicta. l. nemo potest. (si fraudem testamento adhibitam hæres ab intestato cẽseat) & adde videndum Bald. consilio. 308. ista scriptura. libro. 3.

¶QVAM & sententiam vltimam
1459 (qua habetur † hæredem ab intestato in testamento illegitimo contenta interiori foro retinere, petere que & posse) Adria. dicto quodlib. 6. tunc & recipit, quando hæredi ab intestato constiterit, testatorem rectè testari noluisse. quod & palàm Ang. Claua. eius summa verb. hęres. §. 5. admittit. inibi que ex hoc dicens, quòd si de testantis constaret verbis, non tamen de eius voluntate, veluti si de volũtate verbis aduersa præsumptio probabilis esset, nempè vt si testator doctus esset, & hæres inmodicè importunus, parum que dilectus, & testator facilè testamentorum solennitate legitima vti voluisset, quòd tunc hæres ab intestato ad testamenti implementum in conscientia non erit astrictus. & huic sententiæ adstipulatur Ioa. Tabe. verb. hæreditas. numero. 4. at secus ait Ange. Claua. si ignorans testator fuit: vel testator solennitatem testamentorum obseruare non potuerit. iuxta quod videndus est Siluest. verb. hæreditas. 3. §. 7.

¶CETERVM & Angel. Claua. dicta eius summa verb. testamentum. 5. §.
1460 5. ait † animę in foro cùm fraudis suspitio inest, testamentum sine iuris solennitate editum non valere.

¶PROFECTO tamen ipse vltimę sententiæ (qua habetur, ab intestato hæredem testantis bona informi testamento alijs relicta, posse animę in foro petere, & retinere) adhæreo. ex rationibus supra secundo loco congestis. alio qui quidem, si contraria sententia obtineret, pleriq́ue damnati essent, qui vt hæredes ab intestato aduersum informe testamentum defuncti bona possiderunt. Quin vt ait Fortu. Garsia in dicto tracta. de vltimo fine vtriusque iuris. numero. 236. hoc in negotio potiùs legum authoritati standum est, quàm interpretum assertionibus, eas interiori foro non ligare explicantibus.

¶NEC RATIONES contrariæ (quas primo subijcimus loco) quibus probari videtur, hæredem ab intestato hæreditatem testamento illegitimo cõcessãnõposse retinere, autaut petere

prædictæ nostræ offitiunt sententiæ.

¶ET PRIMO PRIOR tol-
1461 litur ratio † quia etsi testamenti substantia & solennitas ad hoc tendant, vt testantis seruetur voluntas: tamen cùm ipsa voluntas legitima non fuerit (idest, solennis) ius humanum & non ab re ipsius voluntatis effectum dirimit. vt prædicta. l. 1. ff. de testamen. & similes edocent. Quo fit, ad hæredis ab intestato tutamen sat esse, legum sanctiones pro se habere: quæin conscientia (vt explicuimus) obtinent: & licet causa immediata potiùs quàm remota consideranda sit, non quidem solennitas ita remota dici potest, quòd illa minimè sit expendenda. vt dicta. l. hac consultissima. & dicta. l. si vnus. & multæ aliæ comperiunt. quibus & patet, solennitatem quo ad hanc rem (sicut & voluntatem) esse perpendendam.

¶SECVNDA QVOQVE ratio diruitur, quia etsi impium videatur, testantis voluntatem informen nõ adimplere, non quidem illud dicendum est, cùm testamentum prorsus iure succiditur. Quin textus in. l. penultima. ff. ad. l. Iuliam de vi priua. sic ait, *non puto autem nec verecundiæ nec dignitati conuenire, quicquam non iure facere*. nec text. in dicta. l. in testamento. impium esse ait, relicta in testamento nullo non adimplere.

¶VERVM NEC refragatur
1462 † textus in dicta. l. quidam. §. illo. C. de necessa. ser. hære. institu. quo stabilitur, quòd etsi legatum seruo proprio sine libertate factum iuris non valeat rigore, quòd impius tamen ingratus que erit hæres, illud seruo non soluens. id enim vt ibidem Paul. Castrensis & Alexand, post Bald. adserunt quo ad mundum est: at in foro conscientiæ dicunt, ad dicti legati solutionem hæredem ab intestato minimè astringi. quibus & palàm inibi Coneus consentit. etsi Angel. illic lucidè contrarium teneat.

¶TERTIA insuper ratio con
1463 traria euertitur † quia etsi hoc in casu legum cessaret ratio nõ ob id dicendum esset, ipsarum legum sanctiones obtinere non posse: siquidem & ad casum quo ipsa legum ratio non habeat locum editæ sint, vt euersionis testamenti metu testator solenne efficiat testamentum, & ex eo fraudes malitiæ que diluantur. & ita luculentissimè sanctio nostra consimiles que leges edocent. obid quidem generatim loquentes. alioqui enim, complures enascerentur lites, num tanta esset fraus, falsitas vè probata, quæ nos ad huius & similium legum sanctionibus parendum astringeret. quas lites leges ipsæ fugare studuerunt.

¶RVRSVS & hæc robantur, prædicta que dissoluitur ratio, quia legum sanctiones non vtique accidentaneos respiciunt casus, sed eos qui frequenter contingũt. ff. de legib. l. nam ad ea. igitur consequens est, quòd etsi huius & simulium legum causa fuerit, fraudibus & dolis ire obuiam: nihilosecius etsi aliquo in casu hæc cesset ratio, seu legũ finis, vt pote que nulla fraus falsitas que in sint, sanctio nostra consimiles que leges suum obtinebunt vigorem: prout & in ecclesiarum & minorũ alienationibus accidit: quæ etsi ob ecclesiarum & minorum damnum abigendum citra iuris solennitatem fieri inhibeantur, non tamen ideò cõtractus ecclesię seu minori vtilis iuris solennitate carens firmus erit. vt cõstat in capitul. 2. de reb. eccle. non alienan. in. 6. &

Universidad de Deusto
Biblioteca

& in capitul. sine exceptione. 12. q. 2. & expræsim ita tenet Albe. Bar. Bal. Ange. Fulgo. Paul. Castrens. in. l. cùm hij. §. eam transactionem. ff. de transactio. & alij complures quos inibi Iason colũna. 1. comminiscitur. & palàm glo. in. l. si fund⁹ sterilis. ff. de reb. eo. & tradit Felin. in capitul. causam. de iudi. numero. 6. quod constat, quia nocturna arma ex eo prohibentur, ne tunc rixæ suborian. tur: non tamẽ illa pacificius deferre sine pœna tũc poterit. quod & aliis exemplis comperiri potest, consulto tamen prætermissis. Deniq́ue dominus Dida. Couarru. in dicto capitul. cùm esses. post Fortu. Garliam ibidem ab eo citatum ex alio quoq́ue dictam terciam refellit rationem, quia non satis est, legis rationem non particulari actu cessare, nisi & ipsa ratio in cõmuni vniuersaliter q́ue cesset. & probatur in capitul. etsi Christus. de iur. iuran.

¶CETERVM & quarta abijci-
1464 tur ratio † quia (vt & supra adseruim⁹) iuri diuino hac in specie leges humanæ non aduersantur, nec ex earum obseruantia peccatum aliquod suboritur: nec conscientia in aliquo læditur.

¶PROINDE cũ ex dictis iustissimis causis ipsæ humanæ leges sunt constitutæ, nequaquàm iure diuino obsistere æstimandum est. de voto. in capitul. non est. cuius sunt verba, *non est voti dicendus transgressor, qui quod nouit authoritate sedis apostolicæ distulit adimplere.* idem & patet in capitul. 1. eodem titul. & in capitu. licet. de ferijs. & fusius probatur ex his quæ Anto. & Abb. in dicto capitul. final. de consue. scribunt. & Roch. de consuetudi. numero. 120. & numero. 184. moder. in dicto capitul. quæ in ecclesiarum. de constitu. & ibidem Felin. columna. 7. docentes quoq́ue in. l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. & quod habetur in dicto capitul. fi. de præscriptionib.

¶VERVM NEC quinta ratio contraria nostræ nocet sententiæ, quia hoc in casu non quidem hæres ab intestato aliena ditatur iactura: vtpotè quod legum authoritate ex rectissimis q́ue causis publicam vtilitatem conspicientibus defuncti bona habeat. quin & naturali iuri consentaneum satis videtur. vt hæc lex suæ q́ue consimiles obseruẽtur. fulciũtur q́ue & hæc, quia dicta l. iurænaturæ. in dicta. §. ratione citata ex publicæ vtilitatis causa temperari consueuit. ex textu in dicta. l. venditor. §. si constat. ff. commu. prædio. & ita priuatim tenent glo. & docto. in dicta. l. iure naturæ.

¶PRETEREA ET sexta ratio non quidem conuincit † quia etsi 1465
Deus in foro conscientiæ iudex sit, non ex eo sequitur, in eodem foro conscientiæ leges humanas de hoc agentes negotio non obseruandas: siquidem (vt supra abundè diximus) leges ipsæ diuino prætorio, foro q́ue ipso conscientiæ obtineant: & eo præcipuùm, quòd iustissimæ sint, ex iustis q́ue causis editæ: etsi de testantis illæsa constet voluntate: immò & sat quo ad hanc sententiam dici potest, ipsam non constare voluntatem: nec rei veritatem, ex quo illegitima est, iuris q́ue solennitate non munita. & licet de iuris apicibus (vbi de conscientia tractatur) agẽdum non sit, id vbi iuris apices fuerint (& non legum sanctiones tantis ex causis compositæ) intelligendum est.

¶EX QVO & facilè septima ratio cõtraria soluitur, siquidẽ (vt explicuim⁹) quo ad hoc negotium testantis voluntas patens minimè ex eo videatur, nec rei

rei veritas quòd illigitima sit, & humanis sanctionibus aduersa quæ in foro cõscientiæ (vt sæpe deduximus) obtineant.

¶INEFFICAX q́ue est & octaua ra-
1466 tio † quia præter hoc, quòd commune doctorum votum sit, hæreditatem testamento non solenni relictam iure naturali non deberi. vt constat ex doctoribus in dicta. l. cùm quis. C. de iuris & facti igno. & in. l. 1. ff. de condi. indebi. & esse commune Iason testatur in dicta l. nemo potest. 1. lectione. numero. 70. & 2. lectione. nume. 4. & iuri naturali assertum nostrum hæredi ab intestato faciens, non quidem refragatur: immò potius eidem iuri concordis videtur, & quàm maximè eidem naturæ consentaneum, nempè vt fraudes falsitas q́ue vineum, nempè vt fraudes falsitas q́ue vitentur, ex quibus naturali iure munitũ videtur testamentum illegitimum, ab hærede ab intestato necesse non seruandum. & sat constat ex tex. iuncta glo. in d. l. qua ratione. ff. de acqui. rerum domi. in verb. voluntatem.

¶PROINDE & nona ratio cessat, quia doctorum commune placitum est (vt supra plerunq́ue insinuauimus) † 1467
testamentorum solennitatem legibus institutam non probatoriam, sed substantialem esse: & ob id, non satis erit, de probatione siue veritatę citra solennitatem constare. vt habetur in. d. l. si veritas. C. de fideicomis. cum alijs. & ob id Baldi sententia in dicta authen. sed nouo iure. C. si certum peta. hac in re minimè locum habet.

¶NEC nos contorquet decima ratio contraria, quia etsi verum sit, posse sine scriptura nuncupatum testamentum confici, tamen vtrobiq́ue legum solennitas necessaria est, & in testamento absq́ue scriptura confecto testamentorum solennitas inesse necesse est. vt constat ex dicto. §. per nuncupationẽ. d. l. hac consultissima. cum suis notissimis concordantijs.

¶NEC vndecima ratio contrariæ suffragatur sententiæ, quia (vt dictum est) cùm voluntas non est legitima (id est, solennis) nec probatione legitima munita sat dici potest, de ea non constare, ita quòd hæredes ab intestato ad earum obseruantiam minimè sint obnoxij. & sic tex. in. d. l. final. ff. de reb. eo. & similes explicare oportet, & ita quòd voluntas ipsa non solennis ad obligandũ in conscientia sufficiens minimè sit. & tex. qui dem in. d. c. vltima voluntas (in eadem vndecima ratione citatus) de iusta & solenni voluntate interprætãdus est. Nec his dicere oberit, probationem legitimam esse, quæ ex duorum vel trium testium ore procedit: quum vt supra numero. 1411. & numero. 1439. conscripsim⁹, lex diuina (quæ in ore duorũ vel trium extare omne verbum edixit) non leges humanas hac in materia loquentes tollit. vt lucidè tex. in dicto capitul. cùm esses. de testamẽ. insinuare edocuimus. quod & sat constat ex tex. in. dicto capitul. licet vniuersis. de testib. Verùm & dici potest, solennitatem ad testamentorum probationem inductam non testantis obsistere voluntati, sed potiùs eam tutari: siquidem ob id constituta est, vt quod voluerit testator agnoscamus. ff. de testamen. milit. l. diuus Traianus. Rursus nullus est, qui citra iuris solennitatem testari velit: etsi quandoq́ue ex tabellionis imperitia seu simili ex causa contrarium contingat. Deniq́ue etsi testantis voluntatem, illigitimam voluntatem esse fateamur, potuit humana lex ex iustis causis eius effectũ infringere. prout lucidè sanctio nostra & consimiles edocuerunt. apparet q́ue ex dicto. c. qui contra iura. de regu. iuris in. 6. cum similibus.

¶DEFICIET & duodecima ratio, quia etsi partis consensus sine solennitate ad retinendum possidendum ve

Universidad de Deusto
Biblioteca

sufficiat (vt Innoc. & docto. hac in ratione commemorati voluerunt) hoc minimè efficit † quód hæres ab intestato testantis bona iustè petere, aut retinere nõ possit. vt prædictæ rationes ad hanc partem pertinentes insinuant. quibus & cõstat, nec ius naturale ipsi hæredi ab intestato esse contrarium. Proindè & vt dominus Domini. Soto dicto in loco (& optimè) animaduertit, immó non loquitur, quando electio humano iure nulla est, sed in firmanda. vt tex. in. d. c. quod si cut. de electio. palàm enunciat. subdit enim exẽplum, si electorum aliquis ex contemptu non fuit vocatus, vt tunc cõtemptus ipse ad electionem diruendã agere valeat: & hoc in casu Innoc. ait, electum quousque cassetur electio cõscientiæ in foro tutum. Quo fit, hanc Inno. sententiam hæredi ab intestato minimè obesse: nam etsi Innocen. fateatur electionem iure naturæ valere, opinatur tamen eam iure humano posse bona conscientia infringi. & ita Inno. agentẽ contra electionem minimè damnat: siquidem nec ille contra ius naturale agat.

1468

¶NEC decimatertia ratio tanti momenti est, quód nos á priori dimoueat sententia, cùm compertissimum sit, legum sanctiones ita illegitimas testantium voluntates diruere, quód hæredi ab intestato defuncti bona petendi seu possidẽdi facultatem præstant. Verùm etsi hæc decimatertia ratio hæredis seu legatarij testamento nõ solenni inscripti causam quo ad testantis bona retinenda foueat, hæredis tamẽ ab intestato negotium nequaquám pellit.

¶SED nec decima quarta ratio ad contrariam opinionem nos impellit,

1469 quia inficiamur quidem † hanc legem consimiles qúe sanctiones iuris in præsumptione fundari: nam non ob id, hæc leges testamentum nõ solenne diliunt quód falsum aut dolo fraude ve confectum præsumant: etsi ob succidendas falsitates & fraudes (quæ euenire posset) sunt institutæ. quod quidem absimile est. (etsi tabellio dictarum legum falsitatem omittens falsi pœna plectendus videatur, ex tex. in. l. iubemus. C. de testamen. quo in loco huius rei veritatem fusius docentes differunt, præcipuúm Iaſ. alij qúe & docto. & in. l. si librarius. ff. de regu. iur. & in dicta. l. si post diuisionem. C. de iur. & fact. igno.) & quód prædictæ leges dicta non muniãtur præsumptione, sat tex. in dicta. l. final. C. de fideicomiſ. hisce in verbis prodit, *lex enim ne quid falsitatis incurrat, per duos forte testes compositum testamẽtum maiorem numerum testium exposulat, vt per ampliores perfectißima veritas reueletur*, ita qúe ex hac elucet lege, non ideó testamentum falsum præsumi, quód non sit solenne: sed ob id, solennitatem testamentis constitutam, ne falsitas dolus ve ineat: quæ falsitas seu dolus nũquám quidem præsumendus est. ff. prosocio. l. merito. ff. de his quib. vt indig. l. final. notant doctores in dicta. l. Gallus. §. quid si is. ff. de liber. & posthu. cum alijs. Nec dicere oberit, timorem pro falsitate haberi. C. de transactio. l. cùm te. siquidem text. ille hoc minimè probet. nec talis assertio iure sit vera. vt patet. C. quod met. cau. l. metum. & in. l. accusationis. C. eod. titul. ¶Cæterúm & aliter domi. Dida. Couar. in. d. c. cùm esses. numer. 9. dictam quatuordecimam abijcit rationem, inquit enim † quód 1470 lex præsumptione fundata, tũc interiori foro non obtinet, quando propter probationis legitimæ defectum, lex ipsa vtitur præsumptione. sicut & idem domi. Didac. Coua. tradit in dicto capitu. is qui fidem. 1. epito. parte. c. 4. §. 1. numero. 15. sed ipse domi. Didac. Couar. æstimat, leges humanas testamentum non solenne subuertentes, fraude ex probationis defectu non præsumere: sed

ex

ex eo, quód solennitas deest. Quo fieri (vt ille dijudicat) videtur, parum obesse assertionem communem, qua habetur, legem ex præsumptione constitutam prætorio conscientiæ non obtinere: sed quidem hæc huius domini excogitatio inefficax videtur, quia (vt explicuimus) sanctiones prædictæ illegitimum testamentum, non quidem falsum aut fraudulentum præsumunt: etsi verum sit, propter falsitatem & fraudes (quæ contingere possent) dissoluendas, ipsas leges fuisse editas, quibus testamenti fides infringitur. nanqúe & id quod euenire potest, etsi non acciderit, attendi cõsueuit. ff. de acquiren. re. domi. l. naturalem. §. itaqúe. cum alijs. Quid multa, & domi. Dida. Coua. in dicto capitu. cùm esses. numero. 9. aliter dictam decimam quartam rationem contumulat. nempe quia dictarum legum conditores falsitatis & fraudis omnibus in testamentis habuerunt præsumptionem: & ea ratione impellente, præmissam constituerunt solennitatem, vt hic testandi actus vsu frequentissimus tutius conficeretur ac effectá dolis & falsitatibus immunis. Quo fit, (vt illi videtur) priorem rationẽ impulsiuam fuisse: & ob id, ea cessante leges ipsas minimè dirui. ff. de postul. l. 1. §. sexum. at verò vltima ratio præcipua & principalis nõ cessat: ex eo quód quandoqúe testamentum duobus testibus compositum citra dolum & falsitatem fieri contingat: nos tamen (vt prænotauimus) non quidem admittimus testamenta illegitima, ex eo quód non solennia, falsa esse præsumenda, quando quidem citra falsitatem & dolum fieri contingat. ¶Sanè & Anto. Gome. in præsentia numero. 123. hac in materia

1471 censet † quód etsi quando lex in præsumptione fundatur, conscientiæ in foro minimè astringat, quód id verum est, quando in casu dubio & incerto lex in præsumptione seu suspictione fundatur & ob id, quód ea cessante, in conscientia quis non tenebitur: sed (vt ipse æstimat) humanæ leges testamentum, non solenne subertentes, in casu certo non qúe dubio seu ancipiti fundantur: quia testium legitimum exigunt numerum, vt falsitas diruatur, melius qúe defuncti constet voluntas: quarè (vt illi videtur) confestim suboritur, quód etsi falsitas comilla non sit, ipsa exigatur solennitas: sed quidem docentium assertum (quo habetur, humanas leges ex præsumptione munitas, interiori in foro nõ obtinere) & quando legum sanctiones certa decernunt, loquitur. Proindè & vt nos ediximus, leges de hoc agentes negotio falsitatis præsumptionem minime habent. quod sufficit ne super dictæ decimæ quartæ rationis solutione amplius desudemus. Denique & in materia Felin. in capitul. sicut dignum. de homici. columna. final. videre licet. qui prædictum doctorũ placitum (quo habetur, legem præsumptione fundatã conscientiæ in foro non subsistere) tẽperat, nisi præsumptio adeó vehemens sit, & in dubitata, quód veritati æquiua leat. quod & nostrum non tangere propositum haud dubiè est.

¶DECIMAQVINTA ratio ex dictis Plini) verbis suborta, attendenda minimè est. vt ex eis constat, eius qúe authoritas ad nostrum non pertinet negocium.

¶DECIMASEXTA suppri mitur ratio, quia imputandum testatori est, quód testamentum ita morti proximus ediderit, siquidem ante legitimè testamentum conficere valuerit. Rursus nec inconueniens est, quód ob fortuitum euentum subditi de suis bonis oportuno tempore disponere cohibeantur, valeat qúe res publica ob id ciuium voluntatem in suis dispensandis rebus frenare: & adeó modum illis constituere, vt pax in ipsa republica sit tuta, fraus

Universidad de Deusto
Biblioteca

qúe & dolus ceſſent. Nec tex. in. d. l. qua ratione. §. literæ. ff. de acquirẽ. rer. domi. obeſt, quando quidem intelligendus ſit, cúm voluntas legitima fuerit. vt glo. ibidem expræſsim explicuit.

¶POSTREMA verò ratio parum 1472 vrget † quia cúm ex ſolennitatis defectu actus diruitur, nõ quidem pœna eſt. authore Ioan. And. in capitul. final. de electio. in. 6. columna. penul. & plerique alij in dicto capitul. 2. de cõſtitu. & ibidem Dec. columna. 4. Alexand. in dicta. l. turpia. ff. de lega. 1. colum. 1. poſt Bald. in. l. nemo martyres. C. de ſacro ſanct. eccle.

¶NOSTRA igitur ſententia tutiſsima manet, & compertiſsimum ideó videtur, hæredum ab inteſtato interiori foro bona illegitimè teſtantis retinere & petere poſſe.

¶QVAM tamen ſententiam aliqui intelligendam cenſent, (quibus & ipſe 1473 anceps, conſentio) etſi hæres † certo ſciat, teſtantis fuiſſe veram voluntatem, quód ea quæ ſuo illegitimo continentur teſtamento exoluantur. ad quod rationes vltimæ ſupra congeſtæ tendunt: ſat enim tunc ad hæredis ab inteſtato tutamen legis authoritas erit, quæ pro cõmuni ſanxit vtilitate, vniuerſi qúe & cõmodo, ſimiles voluntates quantuncunqúe patẽtiſsimas & citra dolum & fraudem editas hæredem ab inteſtato adimplere non eſſe aſtrictum: poſsit qúe & hoc lex ex publica vtilitate facere, priuato commodo prætermiſſo, nullo qúe bono cambio prẽſtito: nec ob id adſeri poteſt, hæredem ipſum res alienas detinere. Quæ ſententia ſuadetur, quia (vt ſupra deduximus) conſueuerunt iura, ea quæ in veritate ſunt geſta, & certiſsimè ſunt confecta, ex cauſa diruere, eorum qúe effectum impedire. vt conſtat in. d. regul. factum legitimè. alijs qúe & ſimilib⁹. nõ qúe ſatis ſit (vt & ſupra edocuimus) de veritate ſine dolo & fraude compoſita conſtare, niſi & ſolennis fuerit, cẽſeatur qúe teſtator nõ ſoléne edens teſtamentum, eius bona voluiſſe ad ſuos hæredes ab inteſtato deuenire. ex d. l. conficiuntur. ff. de iur. codicil. & nũcupatim quód hęres ab inteſtato tutiſsima conſcientia retinere, & petere teſtãtis bona poſsit, etſi haud dubiè ſciat, teſtatorem citra fraudem & dolum teſtatum, & eius non ſolenni teſtamento impleri voluiſſe. Calde. tenet in. d. eius diſputatio. vt Ancha. in dicta regu. poſſeſſor. columna. 10. recẽſet. quia etſi hæres ab inteſtato veritatem ſciat, ſcit tamen teſtamentum iure inefficax eſſe, & quód teſtator inteſtatus ex eo deceſſerit. ff. de iniuſt. rup. l. 1. quam & ſententiam conſtanter ſectatur domi. Domini. Soto in. d. 5. q. lib. 4. articul. 3. & eidem adhæret ſententiædominus Dida. Couarru. in dicto capitul. cúm eſſes. numero. 10. Anto Gomez hic numero. 123. Etſi Silueſter dicto verb. legatum. 4. §. 10. & verb. hæreditas. 3. §. 7. Medin. d. q. 23. columna. final. prædicto eius codice. & Bartho. Fume. verb. hæreditas. numero. 14. Ripa in dicta. l. nemo poteſt. numero. 101. contrarium æſtimauere. quod ipſe Ripa ex eo ſuadet. quia teſtantis volũtati cõtraueniens mortaliter peccat. Panor. authore quem ibidem refert. & quia qui aduerſus conſcientiam etiam lege permittente actum facit, ad gehẽnam ædificat. & quod ita debent temperari tex. in dicto capitul. qui peccat. 23. q. 4. & in dicta. l. Grachus. C. de adulte. ad quod citat Felin. in dicto. c. quæ in eccleſiarum. ſed quidem inficiari poterimus, ex voluntatis teſtatoris ſcientia aduerſus conſcientiam hæredem hoc in caſu facere: cúm iuris legitimi authoritate conſcientiam ad contrarium informatam habeat: at quando hæres ab inteſtato in conſcientia ſe ligatum cenſeret, ſecus eſſet. ex his quæ infra citabimus nume. 1480. & ſequentibus. Verũm

etſi dicta ſententia contra Silueſt. & eius aſſeclas probabilior videatur, nõ nihil tamen, quin & plurium ambiguitatis habet, quâ ob rem accuratiùs ſuper dicta communis ſententiæ extenſione excogitare oportet: & præcipuúm ſi caſus accidiſſet, quo hæres ab inteſtato teſtantem eius teſtamentum non ſolenne edere viderit, & in eo contenta citra dolum & fraudem explicare: cúm occularis probatio omni generi probationis præponatur. inſti. de gradibus. §. hactenus. ff. finium regundo. l. ſi irruptione.

¶EX quibus fontibus & illud quidem 1474 confluit, † hæredem legatarium ve teſtamento illegitimo ſcriptum ad iudicẽ eccleſiaſticũ recurrere aduerſus hæredẽ ab inteſtato nequaquám poſſe, vt denuntiatione euangelica ad teſtamenti obſeruantiam conſtringatur. authore Bald. in dicta. l. cúm quis. C. de iur. & fact. ignoran. columna. 4. Ange. in dicta quæſtione Aſtenſis mille. Aretin. in. d. c. nouit. de iudi. penul. columna. palám Calde. in dicta eius diſputatione. Alex. in. d. conſ. 209. lib. 2. domi. Dida. Coua. in dicto. c. cúm eſſes. numero. 10. Etſi Anto. in dicto. c. nouit. num. 66. & Abb. in. d. c. cúm eſſes. in relectione. columna. 4. & Ripa in. d. l. nemo poteſt. numero. 93. & Laſo. in. d. l. cúm quis. numero. 14. & lucidè Alcia. in prædicto. c. nouit. numero. 47. contrariæ conſentiant ſententiæ. quorũ opinio (ipſorũ pace vt reor) 1475 iuri & rationi aduerſatur † quandoquidem denuntiatio euangelica aduerſus illum qui iniuſtè agit, ſeu rem cum peccato tenet, locum habet. vt in dicto. c. nouit. & ex illic traditis conſtat, ſimilibus qúe in locis traditur. à quo peccato hæres ab inteſtato ex legum iuſtis inſtitutis (vt aſſeruimus) ſecurus eſt. quod etiam euidentiſsimè elucet, quia ſi contra hæredem ab inteſtato ad iudicẽ eccleſiaſticum hæres teſtamento informi ſcriptus ſeu legatarius venire poſſet & ab ipſo iudice ipſe hæres ab inteſtato ad teſtamenti implementum vrgeri ſanctio hęc ſimiles qúe leges teſtamentum diruẽtes fruſtaneæ eſſent, legiferum qúe labor caſſus: cúm ſemper hac via hæredes ſcripti legatarij ve hæredem ab inteſtato ad teſtamenti obſeruantiam cõpellerent: & teſtamentorum cauſę ſæpiſsimè inter laicos coram iudicibus eccleſiaſticis penderent. Quo fit, ab re Dida. Caſt. hic in glo. fi. hanc rem alienis comiſiſſe iudicijs.

¶EX QVO confeſtim & illud proficiſcitur, nõ recte Abb. in dicto. c. cúm eſſes. relectio. opinatum, † hæredem 1476 ab inteſtato contra teſtamentum non ſolenne agentem peccare, cúm vt prædictæ rationes & doctrinæ inſinuant, id verũ non ſit. & nuncupatim ita tenet (per territus) Fortu. Garſi. de vltimo fine vtri uſqúe iuris. numero. 248. & domi. Dida. Couar. in. d. c. cúm eſſes. de teſtamen. nume. 10. & lucidè Iaſon. in. d. l. nemo poteſt. 2. lectione. numero. 102. ſubijcit qúe dominus Dida. Couarru. prædicto in loco, illum nec venialiter peccare. quod & cõſtat, quia (vt ſæpe dixim⁹) leges de teſtamẽtorũ agẽtes ſolẽnitate iuſtiſsimæ ſũt, exiuſtiſsimis qúe cauſis editæ: & ex iuſtis inſtitutis peccatũ ſuboriri nõ poteſt. etſi aliud eſſet, laxè quidem ſummi pontifices ſe habuiſſent, ex quo leges ipſę (vt potè peccatum nutrientes) non improbauerint, & ob id non ſeruandas expræſsim ſtabilierint. vt in. d. c. nouit, & in ſexti procœmio. in ſimili cauetur.

¶EX his & enaſcitur † hæredem ab 1477 inteſtato ad eorum reſtitutionem quæ ex ſententia contra hæredes vel legatarios in teſtamento non ſolẽni cõſcriptos fuerit cõſequutus, in conſcientia nõ teneri. & ſatis conſtat ex docto. dictis in locis. & ex Laſo. in. d. l. nemo poteſt. in relectio. numero. 102. & in dicto conſil. 67. lib. 3. penul. col. aduerſus dominum Dida. Couar. in dicto. c. cúm eſſes. nu. 10.

¶ Supra

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶SVPRADICTAM tamen nostrã
sententiam (qua asseruimus, hæredem
ab intestato iana conscientia posse reti
nere, & petere bona in testamento ille
gitimo alijs relicta) tẽperanda videtur
1478 † nisi in legatis ad pias causas in eodẽ
testamento contentis. vt palàm tenere
videtur domi. Domini. Soto in dicta. q.
5. lib. 4. artic. 3. ibi, *pia modo omissa facia-
mus*. & nuncupatim ita Corne. cõsuluit
in dicto consilio. 307. videtur prima. li-
bro. 3. columna. 3. censens, hæredem ab
intestato peccare, si relicta ad pias cau
sas testamento non solẽni minimè exol
uerit. Sed prædictus dominus Domini.
Soto in dicta. q. 5. prope eius finem. con-
trarium hisce verbis tenere videtur, *pro
fecto nec in pijs causis vbique admittitur
iure legatum ille gitimi testamenti tametsi
hæredes de honestate, illa doceat implere*,
hactenꝰ ipse. ¶Sed animaduertẽdũ est,
quód si testamentum ipsum etiam quo
ad legata ad pias causas iure non fuerit
solenne (nempe quia duos non ha-
beat testes, sed vnum) quo in casu & iu
re canonico etiam quo ad legata pia ip
sum diruitur testamentum. vt in capit.
relatũ. in. 1. de testamen. quód & tunc hę
res ab intestato interiori in foro ipsa le-
gata pia & soluere non erit astrictus:
cùm testamentum etiam quo ad illa le
gata sit illegitimum: at secus erit, si tes-
tamentum duobus tantùm testibus sit
compositum, quia tunc etsi quo ad alia
subertatur, tamẽ quo ad legata ad pias
causas, firmum quidem est.

¶DENIQVE dicta sententia etiam
1479 temperanda est † nisi hæres ab intesta
to in non adimplendo testamento læ-
sam censeat habere conscientiam. ex
tex. in capitul. final. de præscriptio. cum
alijs. & ita Alex. nuncupatim tenet in
dicta. l. nemo potest. columna. penul. est
tex. in capitul. per tuas. in. 2. de simonia.
idẽ etiã tenet domi. Domi, Soto in dicta
quæstione. 5. libro. 4. articul. 3. de iusti-
& iure.

¶QVO ad secundam verò quæstio-
nem propositam † num hæres testamẽ 1480
to informi scriptus siue legatarius ibi-
dem nuncupatus, hæreditatem aut rem
legatã animæ in foro possidere possint.
prænotandum est, & hac in re doctores
fuisse varios, nam complures tenent, id
hæredem & legatarium posse, dummo-
do dolus fraus qúe absint. & ita constat
ex Imol. in dicto capitul. quod sicut. de
electione. & in dicto capitu. si celebrat.
de cleri. excomuni. ministran. & tenet
hoc Bald. in dicta. l. 1. C. de testamen.
column. 2. Imol. in dicta. l. nemo potest.
columna. 3. & illic Alexand. columna.
6. & Iason. 1. lectione numero. 76. & se-
quentibus. & in relectione numero.
107. & in dicto. §. sed istæ. institu. de ac-
tionib. columna. 23. & in dicta. l. si post
diuisionem. columna. 3. & in dicto cõsi.
67. viso. lib. 3. col. fin. post Ancharra. in
dicta regu. beneficium. col. 5. & in dicta
regul. possessor. col. 10. & sequentibus.
Paulus Castren. in. l. ad testium. §. cõdi
tionem. ff. de testamen. col. 2. palàm Ab
bas in. d. c. 1. dein integ. restitutio. prope
finem. Corne. in dicto. consil. 119. circa
primum. lib. 2. col. 9. Segura. in dicto. §.
si vir vxori. chart. 12. Adria. clarè in di-
cto quolib. 6. cui sententiæ & adstipula-
tur Siluest. in summa. verb. testamentũ.
1. §. 4. Ang. Claua. verb. testamentum.
§. 5. Medina. eius codice de rebus restí-
tuen. q. 23. col. fin. Thad. de Vrb. (insig
nis theologus) cuius meminit Ancha.
in dicta regul. possessor. col. 14. Chasse.
Burgun. consuetu. des droitz. §. 7. nu. 18.
dominus Domini. Soto dicta. q. 5. lib. 4.
arti. 3. de iusti. & iur. Tiraq. de legib. Cõ
nubiali. Nepeul. glos. 2. num. 21. & seq.
& est commune doctorum assertum, vt
dominus Domini. Soto in dicta quæstio.
5. & Ripa in dicta. l. nemo potest. nume
ro. 99. testantur.

¶Ex

¶EX QVO & dominus Dominicus
Soto dicto in loco ait, quód ex quo hæ-
res & legatarius testamento non solen-
ni scripti hæreditatẽ legata qúe sibi te
stamẽto nõ solẽni relicta restituere nõ
tenentur, quód etsi ille cui competit re
stitutio, ob ignorantiam non petat, nem
pe quia nescit testamentum non esse le
gitimum, quód quánuis possessores sciãt
reuelare non sunt obnoxij.

1481 ¶VERVM contrariam sententiam
† & quód hæres legatarius vę retinere
hæreditaria bona nec res in testamen-
to non solenni legatas possint. palàm In
nocẽ. tenet in. d. c. quia plerique. & Bar
to. in dicto minori. tracta. lib. 1. c. 3. (qué
ad hoc Ancharra. in. d. regul. possessor.
columna. 13. citat) & idem censet Ray-
mund. in. d. l. omnes populi. col. 14. do-
minus Dida. Couarru. in dicto cap. cùm
esses. numero. 10. Anto. Gome. hic nu-
me. 123. etiã si hæres & legatarius haud
dubiè sciant, eos testantem testamento
suo informi scripsisse, illis qúe bona re-
liquisse.

1482 ¶IPSE tamen † affirmatiuã sector
sententiam, vtpote probabiliorem & ma-
gis communem. sat qúe probatur in. d.
c. 1. de sponsa. in. 6. illa qúe & constat.
Tum, ex rationibus ad hanc rem perti-
nentibus, supra congestis. Tũ quia, hoc
in casu hæres & legatarius testamẽto in
scripti defuncti voluntatem habẽt, eos
eius bonis potituros volentis, in qua nu-
llus dolus nulla qúe fraus inierunt, ve-
ritas qúe fuit illęsa. Tũ quia, causa prop
ter quã leges solẽnitatẽ testamẽtis insti
tuerunt, hac in specie non quidẽ (saltẽ
ad retinendũ) subsistit. Tũ quia, sanctio
nostra similes qúe leges nihil aliud vo-
lunt, quàm quód in iuditio testamẽta il-
legitima habeantur nulla: non autem
quód ipso facto, cõfestim legatarij hære
des qúe res possessas restituant. Tũ quia
(vt supra deduximus) naturalis obliga
tio deperse ad retinendum potens est.
Tũ quia, etsi dubiũ æquilibie fuisset, an
legatum legatario hæreditas ve hæredi
scripto debeatur, nec ne: melior est cõ-
ditio possidẽtis. Verum etsi hæres proba
biliter de testantis animo dubitet, non
est per cõfessoré ad restitutionẽ cõstrin
gendus. vt constat ex Medina dicto eius
codice de reb. restituen. d. q. 23.

¶NEC dicere oberit dictæ nostræ sen
tentiæ † non esse posibile eundem ani 1483
mæforum pati, hæredem ab intestato
eandem hæreditatem posse iustè petere
& retinere: si militer qúe & hæredem le
gatarium qúe testamento non solenni
scriptos eandem hereditatem res qúe le
gatas possidere iusta conscientia posse:
cùm hic duo contraria eadem in re esse
possint. aduersus tex. in. l. si vt certo. §.
duobus. ff. commoda. item cùm vnum
est bonum, cõtrarium videtur malum.
32. distinctio. c. hospitiolum. nam quidẽ
hæc ad contrariam sententiam nos mi-
nimè subiñuitãt: quandoquidem † duo 1484
contraria diuersis respectibus procede
re possunt. de cõsanguini. & affini. c. nõ
debet. cum alijs de quibus meminit Ro
ch. Cur. de consuetud. nume. 238. Proin
dè & Abb. in. d. c. final. de consue. ait,
diuersis ex causis vnum esse rationabile,
& æquabiliter sibi contrarium. & fusè
Roch. tradit dicto in tracta. de cõsuetu.
numero. 337. & sequentibus. & quód in
eodem prætorio conscientiæ vtrunqúe
varijs ex causis substentetur. sat text. in
l. militis codicillis. §. veteranꝰ. ff. de te
stament. milit. (ad hanc rem commo-
dus) comperit. & denique constat ex la
so. in. d. l. nemo potest. in relectione nu
mero. 107.

¶CETERVM nec aliæ ratio-
nes contrariæ secundo loco traditæ di- 1485
ctam nostram sententiam diruunt, †
Et prior ex eo quidem, quia etsi huma-
næ leges foro in conscientiæ obligent:
vtpote iustæ rectissimis qúe ex causis
editę, id enim minimè vetat, quód inte

riori

Universidad de Deusto
Biblioteca

fiori in foro teſtantis bona etiam ex illegitimo teſtamento vera qúe domini voluntate citra dolum & fraudem expoſita retineantur. quod rationes primo loco congeſtæ inſtruunt. Rurſus & ſicut hæres ab inteſtato pro ſe humanarum legum ſanctiones habet, ita quoqúe hæres ſcriptus legatarius qúe in teſtamento illegitimo nuncupati pro ſe teſtantis voluntatem citra dolum & fraudem explicitam habent. Quin & videtur, iuris naturalis ſeu gentium fomentum habere, quod ad retinendum hoc in negotio efficax eſt, vt ſæpius adſeruimus.

¶SECVNDA ratio minimè noſtræ obſiſtit opinioni, quia etſi leges humanę iuſtis ex cauſis ſunt confectæ: tamen & iuſtum eſt, non qúe à ratione alienum, vt hæres & legatarius teſtamento informi ſcripti defuncti bona retinere poſſint, & non aliter quàm condemnati reſtituant. vt plures ex rationibus ſupra excogitatis comperiunt.

¶PROFECTO & tertiæ rationi perfacilis eſt ſolutio † quia etſi iura ca- 1486
nonica nec ſancti humanas leges de teſtamentorum ſolennitate agentes minimè damnent, non ob id conſequens erit, hæredem legatarium ve teſtamento nõ ſolenni ſcriptos teſtantis bona in conſcientia non poſſe retinere, cúm illis defuncti voluntas (etſi informis) faueat. Præterea & (vt adſeruimus) dicta humana iura nihil aliud volũt, quàm quód teſtamentum illegitimum habeatur nullum: non autem hæredis ſeu legatarij retentioni reſiſtunt: itaqúe hæredis ab inteſtato petitio in iuditio facta neceſſaria eſt. prout in ſimili alijs pleriſqúe in caſibus videmus. quos Iaſon in l. vniuerſa. C. de præci. imper. offeren. recenſet, & alibi ſæpe traditur.

¶EX QVIBVS & quarta refellitur ratio, qua diximus, prædictas humanas leges diuino iuri minimè refragari, cui nec hæredis legatarij qúe bonorum retentio (vt etiam edocuimus) contraria eſt.

¶QVINTA ratio euertitur, quia etſi actus ex voluntate & poteſtate conſiſtat, tamen hac in ſpecie, non tantúm teſtantis voluntas adeſt, ſed & poteſtas, ſaltem quæ retentionis cauſam præſtet. vt huius rei rationes ſupra conſcriptæ palàm fúlciunt.

¶DIMOVETVR & ſexta ratio † 1487
quia non quidem neceſſe concludit, verúm nec tutor hac in ſpecie ob negligẽtiam condemnari poſſet, ſi peccatum mortale petendo committeret, ſiquidem lex quæ actum eum ad petendum hac in ſpecie aſtringeret, iniuſta eſſet, tanquàm peccatum nutriens. & ob id non ſeruanda. vt conſtat Eſay. 10. & notiſsimè ſtabilitur iuribus, quæ recentiores in. d. c. 1. de conſtitu. commemorãt, præcipuúm Deci. lectio. 1. colu. 7. & tradit dominus Dominic. Soto de iuſti. & iure. lib. penul. q. 6. articul. 4. eſſet qúe iniquum illum tunc condemnare: & ideó firmari non poteſt, quód tutor aut grauem eius in bonis pateretur iacturam, aut petendo mortaliter peccaret: quin vt ſuperiora inſinuant, tutor petens à peccato eſſet immunis: prout & hæres legatarius qúe ſcriptus retinendo.

¶DILVITVR & ſeptima ratio, quia etſi teſtamentorũ ſolẽnitas ſubſtãtialis ſit, id verũ quo ad iudicium exterius eſt: at quo ad interius quántũ ad bona ex teſtaméto nõ ſolẽni retinenda ſecus: & ad hũc effectũ illegitima (ideſt nõ ſolẽnis) veritas ratione naturali munita ſufficit. vt abũdè ſupra diximꝰ, præter hoc, quód vt quoqúe ſupra nu. 1444. edocuimꝰ, cõplures doctores nõ ſubſtãtialẽ ſed probatoriã eſſe ſolẽnitatem æſtimauere.

¶CETERVM & octaua ratio cõtraria nihil impellit, ſiquidẽ etſi iura cõplures

res quàm duos teſtes exigentia rationabilia ſint, rationi & conſonũ quoqúe eſt, vt ex teſtantis voluntate (etſi informi) hæres legatarius vè teſtantis bona retinere poſſint.

¶NEMPE & nona ratio noſtrę ſententiæ preiuditiũ minimè generat, quia etſi verũ ſit, iuſtè poſſidere authore prætore poſſidẽtẽidẽ cẽſendũ eſt, & de teſtantis voluntate (etſi non ſolẽni) poſſidẽte, nam qúe teſtãtis authoritas iuris qúe naturalis ratio iuſtam retinendi cauſam concedunt.

¶VERVM & decima ratio minimè officit, quum nulla ineſt æquitas qua hæres ſeu legatarius ſcriptus bona ſibi (etſi in teſtamẽto nõ ſolẽni relicta) retinere nõ poſſint. quin naturalis ratio æquitas qúe cõpertiſsima ipſam retentionem ex teſtantis voluntate citra dolum & falſitatem compoſita ſuggerunt.

¶VNDECIMA qúe & ratio debilis ex eo eſt, quia etſi leges humanæ iuſtæ ſunt, & earum rectitudo ex authoribus præter alia conſtet, etiã (ex ſupra cõgeſtis) arbitrari licet, iuſtam eſſe hęredis & legatarij bonorũ retentionem, quę nec à dictis authoribus niſi legitimo dãnatur iuditio.

¶PROPELLITVR & duodecima ratio, ſiquidẽ inficiari liceat, teſtãtẽ voluiſſe eius teſtamẽtũ ſeu volũtatẽ ex eo infringi, quód iuris ſolẽnia nõ ſeruauerit: id qúe videatur aduerſari textui in. l. 3. ff. de teſtam. mili. & ſimilibus. Vel dicẽdum, quód etſi tunc teſtator ab inteſtato ſuccedentes bona percipere voluiſſe cenſeatur, id iuditio exteriori exiſtimãdum eſt: at ſecus interiori in foro, cúm teſtãtis voluntas hæredi & legatario ſcriptis patrocinetur. Denique & Anto. in d. c. quia plerique. cenſet, ſat hac in re eſſe teſtantem ſcire, quòd teſtamẽtum iure naturali valeat.

¶NEC etiam decimatercia ratio contraria obeſt, quia etſi publica vtilitas priuatæ præponderet, non ob id ſequitur, teſtantis voluntatem (etſi informẽ) ſaltem quo ad retentionem non ſeruãdam, cúm huic rei tot rationes & ſolidæ faueant, nec rei publicæ commodo hæredis legatarij qúe ſcripti prætenſio aduerſa eſt.

¶EX quibus & ſuboritur patens ad decimã quartã rationẽ reſponſio, quia etſi Innoc. cẽſeat, ſat eſſe, legis habere cõſciẽtiã, tamẽ & hominis cõſciẽtiã habẽdã nos in procœmio nu. 260. cũ ſeq. edocuimꝰ. Verúm & naturalis lex ſeu ratio hæredi legatario hoc in negotio ſuffragãs aduertenda quoqúe eſt pleriqúe ex rationibus.

¶DECIMEQVINTE rationi in prõptu quoqúe ſolutio eſt, quia ratio hæc potiùs hæredis abinteſtato partẽ defendit quàm hæredis ſeu legatarij iuſtitiã offẽdat. Præterea & ſiquis legis authoritate non peccet, nõ quidẽ & peccauit hæres & legatarius teſtamento illegitimo nũcupati bona retinentes, ex quo ius gentiũ teſtantis qúe volũtatẽ dolo ſeu fraudibus mũdã pro ſe habeãt. ¶Quid multa, etſi tex. in. d. c. qui peccat. 23. q. 4. ad hoc citari cõſueuerit, quód † qui legis 1488
authoritate peccat, nõ peccat. nõ quidẽ fidẽter citatur, quãdoquidẽ tex. ille minimè id dicat, ſed tantúm quód qui peccat, legis nõ peccat authoritate, ſed cõtra legis authoritatẽ. quod diſsimile eſt. & ita ibidẽ dominus meus Cardi. de Tur. Cre. textũ illũ exponit. & hoc ex eo, quia qui peccat, in charitate nõ mãet Ioã. 4. & ita peccatũ legi aduerſatur: qui ergo peccat, legis nõ peccat authoritate: nẽpè quia lex illi peccãdi authoritatẽ nõ præſtat, ſed peccatis eius praua voluntate peccat. Cæterùm dicere quód qui legis authoritati peccat, nõ peccat, hoc videtur ſibi pugnans. vt Fortu. Garſi. de vltimo fine vtriuſqúe iuris. nu. 182. aduertit. nã ſi peccat, falſũ eſt nõ peccare. Rurſus ſi nõ peccat, nõ eſt verũ peccare.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rētitē si peccat, lex ipsa non potest sibi peccādi authoritatē cōcedere: quia contra legē diuinā esset. c. qui resistit. 11. q. 3. & lex nulla est, si illa peccatū inducitur neminē quę (vt supra asseruim⁹) ad dei⁹ ob seruātiā obligat. Verūm & de intellectu dicti. c. qui peccat. adde vidēdū domi nū Domini. Soto de iusti. & iur. lib. 6. q. 5. arti. 1. & Medina. de restitutione. q. 32.

¶DECIMASEXTA ratio nec nos
1489 ad contrariam inuitat sententiam † quia lex inquam (vt iā firmauimus) minimē hæredibus & legatarijs scriptis rerū defūcti dominij acquisitionē hac in re tollit, nec ipsa acquisitioni resistit. Proindē nō tanti momenti est legiferi sanctio, quód extante defuncti volūtate (etsi illegitima) iure naturali & gentiū prætermisso ad bona restituenda interiori in foro impellat. Verūm nec princeps alterius rem nisi bono cābio præstito auferre potest. C. quib. ex cau. ser. pro præ. lib. me. &. 3. par. l. 31. tit. 18. &. 2. par. tit. 1. l. 2. cum alijs. Etsi dixeris legē generalē cōdēdo ad hoc principē nō astringi. ex Alex. & Decij sententia prædicta in. 6. ratione cōmemorata, excogitā dū erit, num conscientiæ in prætorio eorum obtineat sententia.

¶DECIMASEPTIMA ratio ex eo etiā tolli potest, quia etsi hæc ratio hæredis ab intestato legū quę testamēta illegitima subertētiū tauorē conspiciāt, nō tamē hæredis & legatarij testantis volūtatē habentium, causam superioribꝰ rationibus fulcitam dissuadet.

¶SANE &. 18. ratio ex eo proijcitur, quia hæres & legatarius informi testamento in scripti, quum illis testantis voluntas ratio quę naturalis faueat, in mala fide constituti non sunt. Rursus interiori in foro veritas est quæ conspicitur, humana sanctione prætermissa. de spō. d. c. tūa nos & similibus supra citatis. & ob id minimē mirum est, si veritas ipsa (quæ ex testantis voluntatę suboritur)

iuditio conscientiæ hæredis & legatarij intentationem suadeat.

¶DEINDE &. 19. ratio cotraria etsi hæredis ab intestato ius manifestē defēdat, hæredis tamen scripti seu legatarij causam minimē lædit: siquidem quo ad bonorum retentionē non ęquabiliter procedit, defunctum nullo testamento edito decedere, aut testamento non solenni cōfecto: nā priori in casu nulla est causa quæ ipsam retentionem fulciat: verūm. 2. sic, vt rationes priori in loco adductæ comperiunt.

¶PVTARIM & quoque. 20. rationem postremó recensitam, ad hoc negotium minimē expectare, quia leges superuacaneæ quidem non sunt, nec legiferum finis frustabitur, etsi hæredem & legatarium scriptos bona ex testamento illegitimo retinere posse concedamus: quandoquidē si exteriori in foro hæres ab intestato ab hęrede & legatario testamēto non solenni scriptis, testantis bona ex postulet, ad eorum restitutionem ex ipsarum legum decretis condemnabuntur.

¶VIGESSIMAPRIMA & finalis cessat ratio † quia etsi secundum re 1490
ctum iudicium exterius iudex etiā veritate comperta, & certó sciens testātē citra fraudē & dolum hæredem instituisse & legatarijs bona reliquisse, illis hæreditatem auferat, vtpote quód testamento illegitimo scriptis, id ad nostram nō pertinet speciem, in qua non de exteriori, sed interiori agimus iuditio, non qúde re à iudice legibus humanis dirimenda, sed de bonorum retentione in conscientia munienda. inter quu discrimen quidem est. Tum quia, quęlibet huius reis pars suas (vt edocuimus) habet vrgentes rationes. Tum item, quia iudici non licet humanis sanctionibus prætermissis iudicare: at verō hæres & legatarius etsi non solenni testamēto scripti ipsarum legum constitutiones præte-

reuntes

reuntes ex informi testantis voluntate bona retinere possunt.

¶EX quibus illæsa nostra sentētia manet, & constanter existimandū est, hæredē & legatarios defuncti bona ex testamento non solenni cōscientiæ in foro retinere posse.

¶NEC in hac re discrimen faciendū
1492 erit † inter legatariū & hæredem (etsi doctorum commune placitū sit, legatariū rem sibi testamento illegitimo relictā retinere posse, at non hæredē) cùm legatario naturaliter deberi concedatur, non tamen hæredi. vt supra adseruimus. doctores qúe scribunt in. d. l. cùm quis. C. de iur. & fac. igno. & in. d. l. nemo potest. ff. de leg. 1. & in. d. l. 1. ff. decō di. inde. cùm vtroque in casu cōplures ex dictis rationibus hanc nostrā fulciāt sententiā. Præter hoc, quód glo. in. d. l. si post diuisionem. C. de iu. & fac. igno. & Las. in. d. l. nemo potest. 1. lectione. nume. 75. hanc non admittāt differentiam Vel dici potest (vt Ripa in. d. l. nemo potest. nu. 102. censet) quód ad hanc speciē duplex expendi potest naturalis obligatio, personarū nempē respectu, alia respectu rerū: si personarū (ideſt verentiū ab intestato) personas conspiciamus, cōmune prædictum doctorum assertum (quo habetur, hæredes ab intestato hæredibus testamento illegitimo scriptis naturaliter non obligari) vtique sustinet at si ad res respectum habeamus, hęres dicto testamēto scriptus naturaliter defuncti bona retinere & possidere posse censendum est, vt superioria comperiunt.

¶VERVM & adeó nostram sen
1493 tentiam procedere censeo † (& quód hæres legatarius qúe testamento non solenni nuncupati testantis bona sana conscientia retinere possunt, quód & ipse censeretur hæredem ipsum & legatarium interiori foro seclusis tamen dolo & fraude ipsa bona possidere posse) etsi hæres ab intestato ea in iuditio ab eis petat, quousqúe sint condemnati, & sententia in rem iudicatam fuerit translata. & ita palám domi. Domini. Sot. dicta quæstione. 5. articulo. 3. libr. 4. de iusti. & iu. hisce verbis insiuuat. *credi derim ergo, quod qui possidet rem aliquam per contractum minus solennem sibi acquisitam, dummodo fraus omnis vis & dolus abfuerint, non tenetur restituere, nisi vocatus in iudicium, & condemnatus.*

¶EX prædictis confestim & infertur
† hæredem legatarium qúe testamen 1494
to informi scriptos denunciatione euā gelica ab hęrede ab intestato ad bona hæreditaria & legata restituenda non compellēdos. quicquid Ripa. in dicta. l. nemo potest. numero. 100. Cald. citans edixerit. non in peccato hęredes & legatarij manent: etsi res hereditarias legatas qúe possideant: & ob id aduersus eos denunciatione euangelica non est agendum. iuxta tradita in capitulo. nouit. de iudi. & alibi sępe.

¶EX EADEM officina subduci quoqúe videtur † hęredem legata 1495
rium qúe illegitimo testamento scriptos hæreditarias res consequi non valentes, iustè eas posse suffurari. authore Bal. in. l. 1. C. de testament. cui adstipulantur alij quorum Iaso. in dicta. l. 1. columna. 5. C. de testamen. commemorat. & idem Iason in dicta. l. cùm quis. C. de iuris & fac. ignor. columna. 5. Silueſt. in summa. verb. hæreditas. 3. §. 7. Ripa in dicto capitulo. primo. de iudi. numero. 89. Ferd. Talab. hic numero. 81. Quod & roboratur ex glos. in capitul. ius gentium. 1. distinct. & Innoc. in capitul. olim. 1. de resti. spol. docenti bꝰ qúe in. d. c. quia plerique. quo dicūt loco † quód si rē meā assequi nō possū 1496
iustitia deficiēte eā recta sanaq cōsciētia

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſurripere potero. quod & docto.(quos Ripa.in dicto.c.i.de iud.n.89.recēſet) ſectantur.Sed animaduertendum quidem eſt,quód Bal.in dicta.l.i. C.de teſta.tunc loquitur,quando teſtamētum ab hærede ab inteſtato,nō tantúm quoad ſolennitatem,ſed quoad veritatem negatur:& ita quód ſit neceſſe,teſtes recipi,& eorū vnus vtpotequi ſeruus examinari iure non poteſt:quare dicit Bal. quód etſi deſit probatio,non tamen iusquo fit, vt idem Bald. inibi dijudicat, quôd hæres hoc in caſu quocunqúe ingenio hæreditarias res cōſequi, ſurripere qúe ſine peccato poterit,qua& inſpecie.in dicta.l.i.Iaſon loquitur. & Ripa in dicto capitul.i.de iudi.numer.89. at veró Iaſ.in dicta.l.cúm quis.numer.14. & Silueſt.dicto in loco. Fer.qúe de Talab.hic numer.81.in legato inteſtamento nō ſolenni ſcripto loquuntur.

¶VERVM dominus Did.Coua.in dicto.c.cúm eſſes.numero.10. prædic-
1497 tam illationem impetit † & illi videtur,hæredem legatarium qúe teſtamēto illegitimo ſcriptos dicto in caſu hæreditarias res furto ſubtrahere minimé poſſe.& idem & nihi quidam non modicé peritus theologus reſpondit, ipſe qúe (anceps tamen) eidem conſentio ſententiæ:liquidem res ipſæ titulo legitimo ad hæredem nec legatarium pertineant:nec eorum cauſa legum authoritate muniatur:nempé quia teſtamentum iure dirumpitur.

¶CETERVM ſi opinio Baldi &
1498 ſequatium obtinere poſſet † complura quidem neceſſaria eſſent, vt ſana conſcientia defuncti res hæres & legatarius authoritate propria furari poſſēt nam rem meam ſeu mihi debitam,tūc priuata authoritate mihi interiori foro caperelicet,cúm iudiciali via eam conſequi non poſſum,nempé quia ſum pauper , vel propter detinentis potentiam iudicis vé defectum : aut quia res modica eſt, expenſæ veró iudiciales multæ,ſeu propter probationis defectum,quid ué ſimile. Verúm & neceſſe eſt,quód rem ad me pertinere minimé ambigam,mihi qúe id licere crediderim : item & quód citra ſcandalū res auferatur : & ita quód ex tali facto contra me alium vé ſuſpitio aliqua ſeu famę periculum nequaquàm ſuborietur. Proindé & neceſſum eſt, quód iniuſtè detinens ſe iam ad reſtitutionē non aſtrictum(ne iterum reſtituat) cautè moneatur. Cæterúm & quód ſurripiens periurium ſeu aliud peccatum ſuper cauſa facere minimé intendat:& qui alioquin fecerit,prædictis qúe præter miſsis,rem ſuam ſiue ſibi debitam furatur,peccat : & ſi quando ſit ſua,ſiue ſibi debita,ad eius reſtitutionem minimé teneatur : niſi plus debito accipiat, ſeu niſi non reſtituendo de prædictis malis áliquod immineat,quibus reſtituendo obuiaretur.quæ omnia conſtāt ex ſancto Thoma.2.2.q.66.articulo.5. & duo Anto.Floren.2.parte.ſum.titulo.1.c.15.§.1.Caye.in ſumma.ver.furtū. Silueſt.eo.ver.§.12.&.13. Barth. Fume. eo.ver.nu.4.&.5.domi.Domin.Soto li. 5.de iuſti.& iu.arti.3 q.3.docto.in.d.c. olim.i.dereſt.ſpo.& in.c.i.co. 2. de his quæ vi me.ca.fi.& Alex.conſi.135.circa primū.li.i.cúm re tamen mea ab alio iuſtè detinetur,veluti depoſito,aut cōmodato,pignore ve,an eā furto accipere poſsim.ſanctū doct.q.66.ar.5.co.2.& 3.2.2.& Ricar.in.4.15.diſt.videre licet.& Silueſ.ver.furtū.doct.dictis qúe in locis Demū & in materia illud prænotandū eſt,quód cúm quis rē ſuam aut ſibi debitā furto ſubtrahit,exteriori in foro furti pœna plecti nō poteſt,cū lucrificādi cauſa id non fecerit ex textu in. §.i. vi.bo.rap.apud Iuſti.& nuncupatim Alexand.prædicto in conſi.aduertit.

¶PROINDE nec illud prętereūdū eſt 1499
† quód prædicta noſtra ſētētia:qua ad ſerui

ſeruimus,hæredem ſeu legatarium teſtamento non ſolenni ſcriptum ſana conſcientia teſtantis bona poſſe retinere)vera eſt,niſi hæres ſcriptus legatarius vé in contraria fuerit opinione,læſam qúe habuerit conſcientiam.ex textu in dicto capitul.final.de præſcript. & Alexand.in dicta.l.nemo pot eſt. pe nul.colum.& domi.Domini. Soto dicta.q.5.articulo.3.lib.4.inquiens,quód aut illam reſpuat,vel ſequatur:quin & ait ipſe domi.Dominicꝰ Soto.prędicto in loco, quód ſi defunctus teſtamento inualido extraneum nuncupauerit hæredem,& nec ille nec ab inteſtato ſuccedens poſſeſsionem adiuerit,ſed vterqúe ea ſit probitate,vt nollit poſſeſsionem capere , niſi ſibi ius faueat , quód tunc haud dubiè erit,nuncupatum hęredem debere cedere , & ab inteſtato ſuccedentem hæreditate potiri.

¶RVRSVS & prædictam noſtrā ſentētiam Tha.de Vrb.(inter theologos inſignis,cuius vt adſeruimus Ancha. in. d.
1500 reg.poſſeſſor.co.14.meminit) † temperat,niſi teſtator extraneū hęredem cōſanguineis indigentibus præpoſuiſſet: ſiquidē hoc in caſu charitatis ordinem minimé fuerit ſequutus:& ob id cenſet talem extraneū hæredē teſtamēto non ſolenni ſcriptū teſtantis bona quę in cōſanguineos pro ſua neceſsitate teſtator cōferre erat obnoxius,retinere conſciētiæ in foro minimé poſſe:at ſecus ait,ſi cōſanguinei & domeſtici diuites erant & inſtitutꝰ forte indigens,vel multū teſtatoris amicus,& plus dilectus , quàm cōſanguinei,quia tunc in cōſcientia hęreditaria bona (vt eidē videtur) tenere poterit. & Ancharra.in.d.regu.poſſeſſor.co.14.hāc Thadei doctrinā æquā eſſe cenſet.& Feli.in.d. c. eccleſia ſāctæ Marię.n.91.& Ripa in.d.l.nemo poteſt. nu.99.Sed hanc Thadei ſententiā Di. Caſt.in præſentia in glo.fi.col.pen. po

tiūs boni viri reſponſum eſſe,quàm iuridicum cenſet:quia ſi hæredi inſtituto bona debentur,ea quæ retinere poteſt, aduertendum non videtur,ſit pauper, vel diues:cúm vnicuiqúe quod ſuū eſt reddi debat.Sed expendendum profecto eſt,quód Thadei prædicta ſententia (vt eius inſinuant verba) tunc loquitur cúm conſanguinei indigebant,teſtatorqúe illis neceſſaria conferre (vt eorum neceſsitati mederetur) erat obnoxius: & ſic cúm vt conſanguinei in extrema erant neceſsitate,quæ nempé non tantúm eſt † cúm illico ſi non ſubuenire 1501
tur animam exhalarent,ſed quando in eis euidentia & nota ſigna inerant , quibus compertum erat,quód ſi illis nō ſubueniretur,breui deficerent.vt doctores(quū de elemoſinę erogatione tractant)inquiunt,& inſigné doctor Medina.eius in codice titulo de neceſsitate dandi elemoſinam. ¶Vel cúm teſtantis conſanguinei in arcta erant neceſsitate:nēpèquia vero ſimile erat,quód niſi illis ad eorum neceſsitatem conſulē dā aliquid præſtaretur,eorum vitę notabilis contingeret imminutio, aut in magnā inciderent egritudinem: quibꝰ in caſibus teſtator ſuis cōſanguineis † 1502
quin & extraneis eandem patientibus neceſsitatem, prouidere erat aſtrictus aliás qúe mortaliter peccaret. vt cōſtat Ioa.in canoni.i.c.3.&Luc.10.& Mathe. 25.capitul. Deute. 15.c.doct.qúe ſancti paſsim docent.& Medina prędicto eiꝰ in codice.ti.de neceſſi. dandi elem.ita qúe ſi Thadei prædicta ſentētia(vt eius verba inſinuare vidētur)eo loquitur in caſu † quo teſtator neceſſe habuit in 1503
conſcientia eius conſanguineis (vtpote quód indigentibus)ſubuenire,illiusſententia vera eſt:& eodem in caſu adſerēdum erit,hæredes & legatarios teſtamēto nō ſolēni ſcriptos defuncti bona extaſtamēto illegitimo ſana cōſciētia retinere minimé poſſe:ſiquidē tūc ſat cōſtet,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsos hæredes legatarios qúe cõsanguineorum bona seu saltem illis debita aduersus ius diuinũ & naturale posidere testatorem qúe aduersus ipsum ius diuinum & naturale prætermissis cosanguineis indigis extraneis sua bona reliquisse, cæteris enim paribus charitatis or-
1504 do ita seruandus est † quód primó cõsanguineis & curæ suæ comissis egẽtibus quã extraneis bona sint distribuẽda. vt traditur in capitul. non satis. 86. distin. & in cap. quiescamus. 42. dist. & in. c. fi. 17. q. fi. quod est beati Augustini in sermo. de vita clerico. & in libr. 1. de doctrina Christiana. tradit quoqúe diuus Ambr. in. 1. offi. lib. 6. doctor qúe sãctus. 2. 2. q. 32. articul. 6. Ricar. & Durã. in. 4. dictin. 15. q. 5. arti. 2. Grabi. quoqúe in. 4. distin. 16. q. 4. beatus Anto. in eius summa titulo. 2. capitu. 25. §. 4. Summiste. verb. elemosina. præcipuúm Silvest §. 3. & domi. Ioa. Turre Crema. in capitul. in singulis. 86. distinct. & in capitulo. 1. 30. distinct. columna penultima. & in dicto capitul. non satis. Medina dicto eius in codice titulo. de his quib. est dan. elemo. & satis constat ex. l. præses prouinciæ. C. de serui. & aqua. & in. l. cùm accutissimi. vbi Bald. C. de fid. comis. & adde videndam optimam. l. partit. titul. 23. l. 7. partit. 1. & l. 8. eodem titulo. nempé naturæ est, vt vnum quód que agens naturale suam actionem prius ad ea quæ sibi propinca sunt diffundat: ob id enim ignis rem sibi propinquiorem magis calefacit. quin Aposto. verba. 1. ad Timo. 5. audias, *si quis autem suorum maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit, & infideli deterior*. Itaqúe patet, Thadei dictam sentẽtiam non tantúm boni viri responsum fuisse, sed diuino & naturali iure munitam.

1505 ¶EX quibus & confluit † in domesticis indigentibus idem esse dicendum quód in consanguineis. & patet etiam ex Thadei predicta sẽtẽtia ei⁹ q verbis.

1506 ¶EX his & suboritur † dictam Thadei sentẽtiã tãtúm quidẽ quoad bona quæ ad consanguineorum indigentiam subueniendam sunt necessaria obtinere, & ita quidem ipse Thade⁹ loquitur. & de illis bonis quæ testator pro cõsanguineorum necessitudine concedere erat astrictus. ita qúe eius sententia nó habebit locum in bonis quæconsanguineorum necessitatem excedunt: siquidem testator ea illis tribuere in conscientia non tenetur. quam rem & sat textus in capitul. relatum. in. 2. de testament. & in capitul. ad quæstiones. derum permuta. similia qúe iura suadẽt. quibus & accedat, quia cùm aliquid ob necessitudinem stabilitur, id quatenus necessitas ipsa expostulat, & non plus obtinet. vt probatur. in. l. senatus. ff. de offi. presi. adnotat Bart. in. l. 1. §. nũcia tio. ff. de noui oper. nuncia. columna. 3.

1507 ¶EX quibus & confestim deducitur, † quód si consanguinei sunt diuites aut domestici, quód hæres legatari⁹ qúe testamento illegitimo nuncupati, defuncti bona tuta conscientia retinere possunt: etsi ipse hęres & legatarius nõ indigeant, nec testantis valde sint amici: etsi Thadei verba palàm huic rei aduersentur.

1508 ¶QVE quidem & edocent, dictam Thadei sentẽtiã esse temperandã † ni si hęres legatarius vẽ extraneus in extrema seu arcta fuerit necessitate, at consanguinei non in tanta: & sic cùm nec in extrema, nec in arcta sunt indigentia. & constat ex his quæ habentur in capitul. pasce. 86. distinctio. ex ipsisqúe Thadei verbis. quæ Ancha. in dicta. reg. poseſſor. commemorat. & ex diuo Tho. in. 4. distinctio. 15. &. 2. 2. quæstione 32. articulo. 9. Grab. in. 4. distinctio. 16. & idẽ Gra. in. 3. disti. 29. q. vnica. domi. Io. Tur. Crema. in. d. c. 1. 30. disti. col. fi. & priuatim

elemosina. & eodem verb. Silvest. post sanctum Ambro. dicto. 1. offi. lib. & do. Ioan. Tu. Cre. in. d. c. in singulis. Medi. d. eius codice. titu. de his quib. est dan. ele. sic deffiniunt. & adde vidẽdos Prepo. & alios in dicto. c. non satis.

1509 ¶QVID multa, & diuus Thomas. d. q 32. articu. 6. 2. 2. dijudicat † quód etiam data extranei & consanguinei necessitudine, potius extraneo prouidendum est, si ex eius morte rei publicæ notabile emineret damnum. quod & tenent Summistæ in. ver. elemosina. & do. Ioa. Tur. Crem. in dicto. c. in singulis. docto res qúe dictis in locis. Intelligit tamen hoc Grab. in. 4, dist. 16. q. 4. quando sine ipso extraneo res publica cõseruari nõ posset: quo in casu Tadei prædicta sententia temperari etiam posset.

1510 ¶DENIQVE in materia † quando indigentibus subeniendum sit, & quibus prius: & an primó extraneo (si melior agat uita) quàm coniuncto: vel si ab extraneo subueniens potiora receperit munera, & an primò notis, quam ignotis: & an quo ad dilectionem idem sit, magis qhe coniunctus, quàm extraneus sit diligendus. videre expedit beatum Tho. in. 4. dist. 15. Grab. in. 3. distin. 29. q. vni. doctores in dicto. c. non satis. præcipuúm Prepo. col. fina. & Ioa. Tur. Crem. in dicto. c. in singulis. & in dicto. c. 1. dist. 30. col. pen. qui & diuum Ambro. super. cantcitat. cuius meminit magist. senten. in. 3. distin. 29.

1511 ¶SED his quidem prætermissis, vt adrem inceptam regrediamur, illud non est prætereundum † quód dictam nostram sententiam (qua diximus, hæredẽ legatarium qúe testamento non solemni nũcupatos iusta cõsciẽtia testis bona retinere posse) temperat Ange. Claua. in verb. testamentum. 1. §. 5. nisi aliqua fraudis suspitio aduersus contenta in testamento non solenni fuerit: quo in casu censet, scriptum hæredem seu legatarium ex testamento non solenni minimé posse in conscientia testãtis bona posidere. & adde videndũ Silvest. ver. hęreditas. §. 7. Sed quidem ipse censerem, quód non quælibet ad hoc sufficeret suspitio, sed illa quidem res, qua de ipsa fraude aut dolo hęredi legatario qúe constet, seu qua hæres legatari⁹ vẽ læsam conscientiã habere æstimauerit.

1512 ¶VERVM oportet quidem, quód iã rem inceptam opleamus, & ad eam veluti ex postliminio reddeamus, & tercij dubij supra commemorati explicationem diutiús non prolatemus: quod quidem dubium nouum est † num hæres testamento non solenni scriptus foro in conscientiæ legatarijs eodem testamento nunc upatis rem legatam tradere cõstringatur: vel an ipse hæres res legatas detinere posit, vteas hæredi ab intesta to cùm illas ab eo petierit tradat. Et illud (etsi expetisimum) primò nosse oportet, quód hæres scriptus interiori in foro sibi res legatas ex eo retinere nõ potest, quód huic retentioni non tantúm sanctiones humanæ, sed & testantis voluntas ei res legatas relinquere nollentis, sed legatario aduersantur.

¶QVO sic prænotato, in prædicta quæstione responsio legatariorum cauiam fulciens, in promptu videtur. Primúm quippe ex eo quód rectè hæres scriptus dictam legatarum rerum traditionem repudiare videtur, quandoquidem testamentum humano iure nullũ sit. Quod ius (vt sepius adseruimus) sufficiens interiori in foro est. Proindè sicut hæres ab intestato in eodem foro ad testamẽtum non solenne ad implendum non cogitur, æquabiliter eadem qúe ratione scriptus hæres quum testamentum illegitimum est, ad legatarijs bona legata redenda impellendus nõ videtur. Rursus hoc & elucet, quia hæres testamẽto prædicto nominatus, non abre legatarũ rerũ traditionem abijcere videtur cùm

Universidad de Deusto
Biblioteca

facile sibi officere posit, siquidem ab hærede ab intestato super ipsis rebus litibus perturbari valeat, quas lites execrari illi licere videtur. ff. de alie. iu. mu. ca. fa. l. item si res. Cęterum nec hęredis scripti iniustitia constare potest, etsi ad dictas lites succidędas legatarij idoneos fideiussores de indemnitate hæredi obtulerint: siquidę ex ipsis fideiussoribus non quidę prorsus lites subuertătur, nec ingens labor qui in tuendis causis inesse cōsueuerit. Quid multa, & priuato iure stabilitū videtur, quód litis mouędæ seu impugnandi testamēti timor iusta sit causa † quód scriptus hęres etiā cum dicta cautione á legatarijs prędicta legatum soluere nō sit astrictus vt traditur in l. si testamētū. ff. de petitionibus. fusius qúe doct. in l. si quis libertatę ff. eo. ti. & sat hoc tex. probat in l. qui cū hærede. ff. de actio. & obl. & in l. ita tamē §. quotiens. ff. ad Trebel. & in l. 2. ff. de excep. rei iu. & in l. postlitē. ff. de exceptio. Sanè nec hęredē testamēto non solēni nuncupatū ex eo á legatarijs posse coargui, cēsendū videtur, quód iniustū cēseant, hæredē ipsū hæreditaria bona ex testamento illegitimo (in quo legata cōscripta sunt) interiori in foro possidere: at verò eos nollit ex eodē testamēto bona legata tenere, quādoquidē hæres ipse ad hoc defendi posse, existimādū videatur, quód lites abigat, velit qúe cū hærede ab intestato super legatis rebus nō contędere. Verūm & heredis possidētis in his melior videtur cōditio. vt in casu fortiori tex. in l. si ob turpē. §. fi. ff. de cond. ob tur. ca. ait, cōsimilesqúe fāctiones.

¶PROFECTO tamen in cōtraria sū sententia (theologis tamē rē hāc vt abeis collimetur deferens) & pro meo cap
1514 tu censerem † hæredē scriptum legatarijs bona legata ex testamento illegitimo petentibus ex quo & ipse hæres bona hæreditaria possideat, coscientiæ in foro traditurum: si legatarij idoneos fideiussores prędicti, illum ab hærede ab intestato ab omni qúe & damno de inceps contingente immunē & liberū facturos (& sic publico caueāt instrumēto) siquidē tunc etsi ea quæ legatarij expoſcunt, hæres adimpleat, illis qúe legatas res tradat, nullū eidē hæredi inco modū sequi poterit: nēpe quia si hæres ab intestato legatas res legatarijs traditas demdē petens obtineat, eas hæredi abintestato ipsi legatarij restituēt. Rursus his & accedat, quia dicta fideiussorū 1515
cautione cōcessa, sat cōstat † hæredē scriptū legatarijs legata non exoluentē ea quæ sibi non nocēt, alijs verò damnū afferunt respuere. aduersus text. in l. 2. §. item Barus. ff. de aqua plu. arcen. cū alijs quæ Iason in l. quominus. num. 22. ff. de flumini. commemorat. Prætereà hæc suadetur pars, quia posset esse, quód vllo vnquàm tempore hæres ab intestato res legatas petat, quas (vt explicuimus) hæres testamento illegitimo enunciatus sibi tenere non potest: at verò legatari sic. Verūm & quoqúe legatariorū causa naturali suadetur iure, quā doquidem illo cautum sit, neminem alij facturum, quod sibi non facit. Si ergo hęres testamento non solenni nuncupatus, ex eodem testamento res possidet hęreditarias, conscientiæ in prætorio se tutum ob id censens, quód testātis habet voluntatē, legatarum rerum possessionem ex postulantibus hæres scriptus illam non est traditurus. Sanè & etiam heredi hac in specie totus titulus ff. quod quisqúe iuris. ex diametro obsistit. Quin ex quo hæres ipse legatariorum petitionem minimè admittit, sibi quidem aduersus est: & ob id non ferendus. C. de furtis. l. 1. Quæ & instruuntur, quia (vt sepius asserimus) interiori in foro testantis voluntas (etsi non solennis) non ab re expēditur: vndè & quo ad hoc negotiū cōsiderāda videtur

detur: itaqúe legatariorū placitū, vtpote quód iustā & testantis volūtate munitū abijciēdū nō est. Cōfirmatur & hæc
1516 pars † quia & humanis sanctionib⁹ cōstitutū est, hæredē testamēto scriptū rerū legatarū traditionē minimè ex eo posse propellere, quód litē super testamēti viribus sibi mouendā ipse hæres expectet: idoneis tamē cautionibus sibi primó præstitis. vt sancit tex. in signis & ad hanc rē cōmodus in l. fi. C. de petitio. hære. qui tex. explicādus est, quū testamentū nullum seu non solenne dicitur vel dici speratur. vt ex eod. tex. constat & ex Paul. Cast. & docentibus ibidē. & optimè ex Albe. ind. l. si quis libertatē. ff. de petitio. hære. quæ & clarè probat tex. in l. ille à quo. §. si de testamēto. ff. ad Trebel. quē tex. inibi Imola interprætatur, quando testamentum ex filij preteritione solennitatis vę defectu nullū dicitur. & inibi quoqúe palàm Paul. Cast. post Bart. cuius textus ratio (vt in eo. §. si de testamēto. traditur) ea præcipuùm est, quia hæredis non interest, legatariorum seu fideicomissariorum petitionem aspernari: siquidem etsi ex testamento non solenni hæreditatē adierit, non ob id oneribus hæreditarijs erit astrictus. & doct. ibidē hæc fusius perpēdunt. quibus & accedāt Baldi in d. l. si quis libertatem. col. 1. hęc verba, *nota quod donec speratur rescisio testamenti, vel declaratio nullitatis, legata non possunt peti, quod hodie est immutatum. vt in l. fi. C. de petitio. hære.* Hactenus. Bal. Proindè & hæc fulcitur sententia, quia & euenire posset, quód etsi hæres abintestato legata petierit, iure non obtineat: nempè quia etsi in testamento solennitas non reperiatur scripta, testibus alioue modo ipsa constet solennitas, vel quód de facto hæres ab intestato succumbat: vnde æquum est, quód legatarijs hæres testamēto illegitimo scriptus res legatas præstita dicta cautione tradat. (quiquidem recta conscientia eas possidere poterunt) vt ex Paul. Casten. in dicta. l. ita tamen. §. quotiens. palàm percipitur. Quid multa, & denique, hæc comperitur sententia, quia nec hæres testamento informi nominatus aduersus testamenti vires (nullo alio opponēte) quicquàm opponere valet. vt text. in dicto. §. si de testamento. dictę. l. ille á quo lucidè edocet, alia qúe iura quorum Bar. in d. §. quotiens. meminit.

¶EX quibus rationes supra in contrarium congestę diluuntur † priorqúe 1517
ratio contraria ex eo quidem contumulatur, quód etsi testamentum iure humano nullum sit, legatariorum tamen petitio plerisqúe ex causis (supra recensitis) suadetur, iure qúe & naturali, quin & humano fulcitur.

¶SECVNDA quoqúe ratio ex eo excluditur, quia hæredis scripti & hæredis ab intestato hac in specie nō parratio est, sed dissimilis: ex eo quòd hæres ab intestato non quidē ex testamento illegitimo testantis bona repetit, sed potius cōtra ipsū agit testamētū: at secus hæres eodē testamēto scriptus cui & alia supra excogitata quoqúe aduersantur.

¶PROINDE &. 3. ratio ex eo facilis est, quòd fideiussorū prædicta cautione hæres scriptus ab omni damno immunis fit.

¶IIII. & cessat ratio, quia iura in ea citata nouissimo iure sunt extincta. vt tex. in d. l. fi. C. de peti. hæred. insinuat doctores qúe ibidem, & locis supra cōmemoratis.

¶EX quibus & quinta subtertitur ratio, fideiussorū enim obligatio hæredis scripti incōmodū luculēter aufert. & ita iure nouiori stabilitum est.

POSTREMA enim euellitur ratio, cū hæres sibi legatas res possidere minimè possit, obsistunt qúe illi naturalis ratio testantis qúe voluntas: item & rationes desuper congestæ.

¶ITAQVE sententia nostra á ra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nombus contrarijs est immunis, & constat, conscientiæ in foro hæredem testamento illegitimo nuncupatum legatarijs bona legata petẽtibus cautione idonea præstita traditurum.

1518 ¶CENSEREM tamen † quód si hæres testamento illegitimo scripto (cuius solennitas testibus seu alio quouis modo constare non potest) hæredi ab intestato legata bona tradere velit, quód sana conscientia id facere possit siquidem hęredis ab intestato causæ humana iura (quæ etiam conscientię in foro obtinent) patrocinentur. quam sententiam tutatur textus in.l. 1. §. final. & inibi glos. ff. si quis omi. cau. testa. & tex. in. l. quia. §. nõ simpliciter. ff. eo. ti.

¶NEC tunc textus in dicta. l. fin. C. de pet. hære. oberit, siquidem sanctio illa quum testamentum prorsus haud dubiè quę illegitimum sit, minimè hæredem scriptum hæredi ab intestato legatas res tradere vetat: æquabiliter nec huic rei resragatur, quód etsi hęres ab intestato in iuditio contendat, posset de facto succumbere, & obid videtur, hæredi ab intestato legatas res non tradendas. nam quidem hoc ex eo diruitur, quód hęres testamento nominatus nulla fraude contra legatarios vtitur. si ius auspiciat, non autẽ quæ de facto euenire valent spendat.

1519 ¶QVIN & crediderim † quód & recta conscientia ipsæ hæres testamento haud dubiè non solenni scriptus tẽpus oportunum quærere possit, quo legata bona hæredi ab intestato (vtpotequę illi debita, ita quód se non prodat) tradat cùm se prodere & testamentum esse illegitimum vt hæreditarias res hęres ab intestato á se etiã petat, minimè teneatur. vt & supra aduerui m⁹. & patet in. c. quis aliquãdo. de pœni. dist. 1. & quæ tradit Chrisostomus in epist. ad Hebreos.

1520 ¶QVID multa, & æstimarẽ † quód si hæres ab intestato legatarij qñe concurrant & legatas res ab hærede testamento informi nominato petant; si testamentum prorsus sit non solenne, certum qúe sit eius solennitatem nequaquám posse probari, quód tutius erit heredi ab intestato, res legatas tradere, etsi tunc licet legatarijs testantis volũtatem habentibus tradiderit (ex supra recensitis) in conscientia ad restitutionem non videatur impellendus.

1521 ¶DENIQVE & ipse putarem † quód si legatarius testamento illegitimo scriptus bona hæreditaria teneat, quód in conscientia eisdem excusatis supra enunciatis) hęredi in eodem testamento scripto ea petenti sit traditurus præstitis tamen idoneis cautionibus. vt & in ipso hærede legata bona possidente quoque explicuimus.

¶QVIBVS omnib⁹ huius relectionis profũdũ pelagus absoluitur: & vtique modicus fuisse, nisi factio hæc veluti radicibus coaluisset. agimus igitur gratias Deo optimo maximo, eius qúe sanctissimę matri virgini Marię: quia ad hunc nõ modicè optatũ portũ, iã inquã accessim⁹. Cuius relectionis finis anno Natiuitatis domini milleśimo Quingẽtesimo Quinquagesimo octauo quipe fuit: in quo septimo mẽse Christianissim⁹ & catolic⁹ Cęsar Carol⁹ hui⁹ nominis quintus Hispãiarũ rex meritissim⁹ obijt. Deindè & eius soror Maria Vngariæ reginaeiusdẽ anni mẽse Octo. decessit. Quo & anno pri⁹ Leonor amborũ soror Frãcorũ regina (vt & supra recẽsuimus) fuit mortua. Etdeniqúe eodẽanno & praclarissima Maria Anglorũ regina catolici Philipi regis nostrivxor quoqúe obiuit. Et hæ regũ finitimæ mortes gentes inadmirationẽ adduxere: nos qúehuiꝰ seculi amore edormitos á sõno surgere instãter quidẽ præmonẽt: & peruigiles assidué esse suadẽt. Quorũ regũ animæ sempiterna requie conquiescant.

LAVS DEO.

INDEX RERVM MAXIME NOTABILIVM, QVÆ IN HOC PRIMO TOmo relectionum legum Tauri continentur, ordine digestus.

¶DE LITERA.

.A.

¶ABSENS a ciuit te an dicatur, qui in ea reliquerit patrem aut amicos. in. l. 3. numero. 436. fol. 225.

¶ACRESCENDI ius an subroriatur ex tacita testantis voluntate. in. l 3. numero. 861. fol. 283.

¶ACTIO legis Aquiliæ an ex lege ordinament. competat legatario ante aditam hæreditatem, pro seruo legato vulnerato seu occisso. in. l. 3. numer. 940. fol. 295.

¶ACTVS præcedens magis prodest ad sequẽtis explicationem, quàm è contra. in. l. 3. numer. 186. fol. 196.

¶Actum aliquid non videtur, cùm aliquid super est agendum. in. l. 3. numero. 243. fol. 203.

¶Actum non facere siue illum illegitimé facere, æquabiliter num procedit in. l. 3. numero. 901. fol. 288.

¶Actus quilibet factus videtur, secũdum naturam actus, super quo interponitur. in. l. 3. numero. 1221. fol. 338.

¶Actus omnis potestate & voluntate consistit. in. l. 3. nu. 1442. fol. 375.

¶ADÆQVATIO inter duo testamẽto facta, alijs iuribus temperari potest. in. l. 3. numero. 1352. fol. 359.

¶ADMINISTRATORIS tẽpore in legib⁹ regni editis, & alijs tunc gestis, nomen proprij regis in capite est exprimendum: & non ipsius administratoris, quàntuncunqúe illę leges conditæ sint (etsi non publicatę) tempore quo talis administrator regnabat. in. proœmio. numero. 2. fol. 5.

¶Administrare cui non licet per se an per alios hoc facere possit. in. proœmio. numero. 62. fol. 12.

¶Administrator regni an sit vt proprius rex honorãdus. in. proœmio. numero. 1. fol. 5.

¶ADVERSATIVA verò plerunqúe præcedentibus nõ aduersatur. in. l. 3. numero. 579. fol. 244.

¶Aduersatiua his quæ sunt eiusdem speciei & qualitatis, non diuersi generis obsistit. in. l. 3. nume. 580. fol. 245.

¶Aduersatiua dictio cuius sit naturę in. l. 3. numero. 1100. fol. 318.

¶ADITIO vide in verb. donatio. & in verb. electio. & in verb. hęres. per totum. & in verb. legata. per totum.

¶ADVOCATVS an clięti eius ignorãtia incuria lęsso, teneatur soluere damna & expensas: etsi non edormita cura causam exorauerit. in proœmio numero. 169. fol. 27.

¶Aduocatus clientibus interesse & damna eorum imperitia, aut dolo, desidia vè obeniętia soluere est obnoxius. in proœmio. nu. 213. fol. 32. & sequẽ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Aduocatus an teneatur de leui vel leuiſsima culpa. in proœmio. numero. 214. fol.cod.

¶Aduocatus iniuſtam cauſam ignorantia exorans,an à peccato & damnorũ reſtitutione excuſetur.in proœmio. numero.215. fol.eodẽ.

¶Aduocati quam curam negotijs in conſcientia adhibere teneãtur.in proœmio.numero.216. fol.eodem.

¶Aduocati valdè cauere debent, neſuę conſcientię aduerſam & deſperatã foueant cauſam.in proœmio. numero. 254. fo.38.

¶Aduocatus ſi cauſam iniuſtam eſſe percipiat,an eius clienti ad concordiam conſulere poſsit.Et de intellectu regię ſanctionis in hoc caſu loquẽtis.in proœmio.numero.255. & nume. 256. fol.38. Et qualiter in hoc caſu fiet compoſitio. ibidem numero.257.

¶Aduocacus an nõ hominis,ſed legis conſcientiam habere debeat.in proœmio.nu. 258. fol.39.

¶Aduocatus an lęſam habeat conſcięntiam,pro ſpoliato patrocinium pręſtans:etſi ſpoliatus rem ab eo detractam ſuam eſſe non probet.in proœmio.numero.259. fol.eodem.

¶Aduocatus ſi conſcientiam habeat, quód Titius hominem interfecit: ſi ex proceſſu conſter,hominem non occidiſſe,an pro eo patrocinium ſuſcipere poſſit.in proœmio.numero.261.folio.eod. & numero.270. fol.40.

¶Aduocatus ſi ſuo clienti cauſam eſſe iniuſtam retegerit, & hoc prętermiſſo cliente inſtante cauſam ipſam nõ deſerat,quia cliens ei dixit.ſe reportaturũ ſententiam putare,quam exinde obtinuit,an mortaliter peccauit,quia in eadem cauſa patrocinium preſtiterit. in proœmio.nu.272.& ſequen. fol.40.

¶Aduocati faciunt,quôd vtriqúe parti non defficiant opiniones varię& contrarię.in proœmio.nu.276. fol.40.

¶Aduocatum ſui clientis cauſam pluribus rationibus fouere,congruum eſt: & epulas plures pręparare, vt iudices aduocatũ & ad ſui iuditij indigentiam edere valeãt.in proœmio.nu.285.fo.42.

¶Aduocatis cauſę dubia à iudice ſunt detegẽda. in proœmio.nu.289. fol.42.

¶Aduocatos an iudices in cauſis audire oporteat. in proœmio. numero. 286.& ſequen. fol.42.

¶Aduocati nimium ſolerti,omniamala cogitãt.in proœmio.nu.376 fol.56.

¶Aduocati plurimũ ſoliciti,pręſumũtur eſſe modicę cõſcientię.in proœmio numero.377. fol.eodem.

¶Aduocationis offitiũ nõ eſt improbandum.in proœmio.nume.379.cum ſequentib. fo.eodem.

¶Aduocatorum offitium iure diuino & canonico,& ciuili permiſſum eſt.in proœmio.numero.380. fol.57.

¶Aduocati fuerunt pleriqúe viri ſapientia,& cõſcientia pollẽtes:immò & aliqui viri ſancti.in proœmio. numer. 381. fol.eodem.vbi & alia enarrantur circa hoc videnda.

¶Aduocati recte eorum offitia exercentes,an magis fructiferam vitã agant vel melioré,vel pl'meritoriã quàm religioſi.in proœmio.numero.382.& ſequentib. fol.eodẽ.

¶Aduocatis quę aduerſantur. & alia contra improbos cauſarum patronos. in proœmio.numero. 384. & ſequentib. fol.58.

¶Aduocati impij abſque lingua a ſeculo recedere ſolent.in proœmio.numer. 385.&.389. fol.58.

¶Aduocationis offitium virum mori proximum exercere non oportet. in proœmio.numero.386. fol. eod.

¶Aduocatus quo iure aduocationis offitium exercere debeat.in proœmio. numero.392. folio.59.

¶Aduocato an liceat in cauſa dubia patrociniũ pręſtare.in proœmio.n.397. 398.& ſe.vſque ad nu.423.fo.59.&.60.

¶Aduocati quare plerunque errent. in.l.1.nume.24. fo.78.& infra.error.

¶Aduocatus cõtra aliquem de iure reſpondens,an rectê valeat aduerſarium patrocinio fouere.in.l.1.nu.644. fol.144.

¶Aduocatum an hodie decennio iuri canonico,aut ciuili ſtuduiſſe ex pragmatica Barchino.edita,neceſſum ſit, extante lege.2.Tauri.in eadem.l.2.numero.12. fol.147.

¶Aduocatum creandum an regias leges ordinario ſtudio vidiſſe, hodie ſit neceſſe.in.l.2.nu.13.14.&.15. fol.eodẽ.

¶Aduocati an iuris periti eſſe debeãt. in.l.2.numero.14.&.15. fol.eod.

¶Aduocatus prout & iudex experiẽtiam habere oportet.in.l.2.numero.71. &.72. fol.154.Vbi etiam traditur,aduocatum antiquum an iuniorem extimeſcere debeat.

¶Aduocatus qui ad locum ad cauſas perorandas acceſsit:non tamen animo ibidem perpetuo habitandi,an loci il liº ſit ciuis,ita vt teſtamenti nuncupatiui hiſce regnis teſtis eſſe queat.in.l.3. numero.425. fol.224.& vide ibidẽ numero.421.

¶Aduocatus vide in verb.iudex.

¶AGNATIONES cognominibus conſeruãtur.in proœmio. numero.22. fol.7.

¶Agnationes inſignijs & armis tuẽtur.in proœmio.numer.23. fol.eod.

¶ALIENARI res ex cauſa prohita,an pro re vtiliori permutari,ſeu alienari valeat.in proœmio.nu.351. fol.51.

¶ALIENATIONE bonorũ perpetuo inhibita,vt prohibentis conſeruetur familia,& in eadem bona ipſa permaneant:talia bona ex cauſa etiam neceſſaria,& alias lege conceſſa,alienari non poterũt:in eis que extraneus de familia etiam ab inteſtato ſucceſſurus, inſtitui nõ poterit.in proœmio.numero.352. fol.eod.

¶Alienatio.vide in ver.princeps. per totum.

¶ALLEGANDA an ſint notoria.vide in verb.notorium. et in verb. forus. et in verb.conſuetudo.

¶Allegari an ea quę iuris,vel conſuetudinis ſunt,neceſſum ſit: vel ea iudex ſupplere poſsit.in.l.1.numero. 139. &. 140. fol.91.

¶Allegare cauſam ſuper articulo iure contento,ſat eſt:etſi lex non allegetur,quia cauſę ipſo iure lex ineſt.in. l. 1.numero.144. fol.eodem.

¶AMICIS an potius quã alijs ſit ſubueun

Universidad de Deusto
Biblioteca

uenien dum.in.l.3.nu.1504. fol.387.
¶APPELLARI an posit ab statuto à populis iuxta res suas edito, si iniquum sit.in.l.1.nu.351. fol.116.
¶Statuto vsu munito, si singulis de populo certo anni tempore cõceditur quòd eorũ animalia cuiuscunqúe sint generis, pascua publica depascantur: si deinde ipsi populi maior pars statuat nulli licere pascua publica, aut corũptẽ eorũ animalib⁹ pasci, nisi illis tantũ quibus agri terra què arantur, sub certis pęnis: an ab hoc vltimo statuto apellari posit, sit qúe hoc posterius statutum cassandum.in.l.1.nu.352 fol.cod.
¶Appellare an liceat, si iudex iniquè arbitratur, occurrentem casum decidi non posse ordinamen. & pragmaticarum sanctionibus: & ideo ad partitarum leges esse recurrendum.in.l.1.numero.359, fol.117.
¶Appellari an liceat de officiali episcopi ad episcopũ.in.l.3.nu.439.fol.225.
¶Appellari an posit á vicario domini ad dominum.in.l.3. numero. 441. fol.eodem.
¶Appellatio.vide in verb. iudex. & in verb.pascua.& in verb.statutum.
¶ARAGONIÆ regno an horum regnorum legibus sit iudicandũ. in.l.1.nu.450. fol.124.
¶Aragoniæ regnum nõ quidem submissim his regnis adiuntum est.in.l.1. numero.451. fol.124.Et ibidem an proprijs regatur constitutionibus, etiã regnum alteri adiuntum.
¶ARBITRIVM de foro arbitrij.vide verb.forus.
¶Arbitri an iure communi omisso statutis legibus qûe municipalibus iudicare teneantur: si caueatur compromisso, quòd arbitri iuribus seu legibus causam decidant.in.l.1.numer.486. & sequentib fol.129.
¶ARGVMENTVM à simili an procedat.vide in verb.simile.
¶Argumentũ à contrario sensu non procedit, cùm ex eo aliquid iuri cõtrarium subsequitur.in.l.1.nu.103.fo.87.
¶Argumentum à contrario sensu iure validum est etiam si ex hoc aliquod ius corrigatur, quãdo legis verba aliàs nihil operarentur.in.l.1.nu.132. fol.90.
¶Argumentis causæ decidunturin. l.1.nu.525. fo.133.
¶Argumentum a simili fallax est.in l.3.numero.77. fol.182.
¶Argumentum á simili in correctorijs locum minime habet.in.l.3. numero.78. fol.eodem.
¶ARMA ex eo quôd testator eius arma, insignia qûe, & nomen deferri constituerit, conditionem induci est iudicandum.in proœmio.nu.27. fol.7.
¶Arma generis materni, an fœminarum descendentes deferre valeant. in proœmio.nu.112. & sequent. fol.18.
¶Armis siue disponentium insignijs agnationes & domus memoria conseruantur.in proœmio.nu.23. fol.7.
¶Arma seu insignia & nomen conditio deferendi, constitui potest.in proœmio.nu.24. fo.eodem.
¶Arma & insignia non deferens cõtra disponentis præceptum, an statim portione ei relicta priuetur: vel sit necesse, fol.339.
1227.
¶BARONIBVS & cõitibus regni in territorijs oppidorum an loca sint constituẽda, quibus eorum pecudes depascantur.in.l.3.nu.442. fol.226.
¶Barones an verbo principes comprehendantur.in.l.3.nu.473. fol.228.
¶BART.frequẽter in casibus in quib⁹ ab eo petebatur consilium, etiam cum mercatoribus conferebat.in proœmio. numero.287. fol.42.
¶Bart.authoritas quanta sit.in.l.1.numero.611.&.612. fol.141.
¶Bart.& Bald.Ioan. Andr.nec Abb. sententijs hodiè iudicare necessum non est.in.l.1.numero.613. fol.eodem.
¶Bart.Bald.Ioan. Andr.& Abb. opiniones an extante.l.1.Tauri prętorijs regijs alijs qùe horum regnorum an allegari possint.in.l.1.numero.614.& sequentib. fol.eodem.
¶Bald.sententia in authenti. sed nouo iure.C.si cert.peta.explicatio. in.l.3.numero.1396. fol.368.
¶BASTARDVS. vide ver.filius.& verb. naturalis.
¶Bastardi vt sordes, rudes, & indocti mala facere consueuerunt.in.l.3.numero.298. fol.210.
¶BELLAMERA ab eo dãnatoquãdo causa erat ambigua, appellare ab eius sẽtentia, consulebat.in.l.2.numero.36. fol.150.
¶BENEFITIVM vide in verb. naturalis.& in verb.Nauarrę.
¶BONA vitę ęquiparãtur.in.l.1.numero.27. fol.78.
¶BVRGVNDIÆ cõsuetudinibus casum occu

sse, annum esse elapsum post iudicis monitionem.in proœmio.nu.25. fol.eodem.& ibidem numero.26.
¶Arma siue insignia conditio deferendi, an maioratum inducat.in proœmio.nu.28. fol.8.
¶Arma & domus insignia apud primogenitum remanent.in proœmio. dicto numero.28. fol.cod.
¶ASSESSOR iura regia ignorans, à iudice seculari electus, recusari potest.in.l.2.nu. 4. fo.146.
¶Assessor in causa subtili, si debilis aut fuerit rudis ingenij, recusari quidé potest.in.l.2.nu.6. fol.eodem.
¶AVARI ad iudicandi munus assumendi non sunt.in.l.2.numero.39. fol.151.
¶Auari multum coarguendi sunt.in l.2.numero.40. fol.eodem.& numero.41.42.&.43.quibus locis inferno,& amphore,& igni,aranco qùe assimilantur.
¶AVTHORITAS maiorum an lex sit reputanda.in.l.1.numer.516. fol.133.Et an eorum authoritatibus iudicare liceat.in eadem.l.1.numero.562. fol.137.
¶Authoritas Bart.Bald.Ioan. Andr. & Abb.magna est.in.l.1.numero.611. fol.141.

¶DE LITERA. B.

BALDI intellectus in.l.prohęre ditarijs.C.de hęre.act.in.l.3.n.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sū occurrentē nō decidentibus, an casus ipse ex rationis identitate, potius quàm iure communi sit iudicandus. in l.1.numero.60. folio.82.

¶DE LITERA C.

CAMERÆ cęsareę prefecti periti esse solent. in proœmio. numero.445. fol.65.

¶Camerę regię literę an iustę pręsumantur. in proœmio.nu.446.fo. eodē

¶CAPTIVVS an testari possit.in. l.3. nume.715.&.716. fol.262.& infra in verb.testamentum.

¶Captiuitatis iura inter Christianos hodiè non obseruantur.in.l.3.numero. 717. fol.eodem.

¶CAROLI quinti imperatoris ac regis nostri facta memorāda. in proœmio.numero.146. fol.23 &.24.

¶Caroli imperatoris domini nostri ad Pintianum oppidum, ciusque sororum accessus: cùm idem Christianissimus imperator ad monasterium de Iuste vulgo dictum iter pergeret: & eiusdem cęsaris regnorum & potentatum in serenissimum nostrum regem Philippum admiranda cesio.in.l.3.numero. 911.&.912. fol.290.

¶CASTELLA de regno Castellę: & quarè sic nominatur.in proœmio. nu. 132. fol.22.

¶CAVSA noua á lege & qualibet dispositione recedendum est.in,l.1. nume. 640. fol.144.

¶CÆCVS qualiter ante.l.3.Taurinam testari poterat.in eadem.l.3.numero.1293. fol.349.Et an poterat testari secundum solennitatem.l.1. titul. 2.ordinament.libro.5.ibidem numero 1294.

¶Cęci testamenti solennitas an eadē sit iure communi, & septipartitarum iure.in.l.3.numero.1295. & sequētibus fol.eodem.

¶Cęci testamento tabellio an subscribi debeat. & complura alia.in.l.3.numero.1300.& sequentib. fol.350.

¶Cęci testamento an testes subscribi debeant.in.l.3.numero.1302.& sequentib. fol.eodem.

¶Cęci testamentum citra scripturam & nuncupatim coram quinquè testibus sine tabellione editum, in loco quo tabellio inueniri non potest, an sit firmū. in.l.3.numero.1304. folio eodem.

¶Cęci testamentum iuxta.l.3. Taurinam quinquè testibus editum, publicari an sit necessùm.in.l.3.nu.1305.fo.351.

¶Cęci testamentum ad pias causas cōfectum, an sit edendum solennitate dictę.l.3.Tauri.in ead.l.3.nu.1306.fol.eo.

¶Cęci clerici testamentum qua solennitate sit componendum.in.l.3. numero.1307. fol.eodem.

¶Cęci testamentum inter filios confectum, an sit necesse habere solennitē.l.3.Taurinę.in eadem.l.3. numero. 1308.& sequentibus plerisque.fo. eod.

¶Cæci testamento an testes incolę & oppidani inscribi, sit necessùm. in. l.3. numero.1315. fol.352.

¶Cęci testamēto an sat sit, duos testes inscribi, si cōsuetudo sit, qua decretum fuerit, duobus testibus testamentum effici posse.in.l.3.nu.1316. fol.353.

¶Cęcorum in codicillis an quinquè testes inesse debeant.in.l.3. numc.1317. & plerisquè sequen. fol.eodē.

¶Cæcorum in codicillis eadem exigitur solennitas, quæ in eorū testamentis.in.l.3.numero.1318. fol.eodem.

¶Cæcorum in contractibus quę solennitas sit necessaria: & an requiratur solennitas dictę.l.3.Taurinæ.in.l.3. numero.1323. fol.354.

¶Cęcorum in donatione causa mortis an exigatur solennitas dictę.l.3.Taurinę.in eadem.l.3.numero.1324. & sequentibus. fol.355.

¶Cęcus habens oculos apertos, si non videt, an debeat testari solennitate dictæ.l.3.Taurinę.in eadem.l.3. nu.1328. fol.eodem.

¶CEDI an potest maioricatus: & quando.in proœmio.numero.94.& sequentibus. fol.15.& sequentib.

¶Cedi an valeat ius retract'. in proœmio.nu.95. fol.16.

¶CENSVS vide in verb. emphitheosis

¶CHORDÆ quibus testium sigilla dependant, cúm hodiè nouissimo iure regio, in testamento in scriptis nō exigantur, an si testator testamentum in scriptis chordis cluserit, à quibus testium signa non dependent, & eas postea inciderit, ex hoc testamentum ipsum abrogare videatur, in.l.3.numer. 1122.& sequentib.plerisquè. fo.322.

¶Cordarum seu filorum inscicio, tēpore testamenti an facta pręsumatur. in.l.3.numero,1128. fol.323.

¶CITATIO an exigatur; cùm princeps verba dubia maioricatuum exponit.in proœmio.numero.354. & sequentibus. fol.52.

¶Citatio non exigitur, vbi priuilegiū conceditur.in proœmio.numero. 358. fol.eodem.& infra in verb.declaratio.

¶Citatio.vide in verb.notorium.

¶CIVIS. an ciues populi pascuis frui queant.& quando.vide pascua.

¶Ciues.de testibus ciuibus testamēto nuncupatiuo inscribendis. vide infra.testamentum.& infra.testes.

¶Ciues Romani qui dicātur.in.l.3.numero.331. fol.313.

¶Ciuem Romanum beatus Paulus se nuncupauit, quia eius pater cum Romanis ciuilitatem contraxerat. in. l.3. numero.332. fol.eodem

¶Statutū de ciue loquens, an intelligi queat, in habente simplex domicilium in.l.3.numero.336. fol.eodem

¶Ciuem an efficiat sola conuersatio. in.l.3.nu.341, fol.214.

¶Ciues faciliùs conciues agnoscunt, & eorum bona nota habent, quàm forenses.in.l.3.numero.346. fo.215.

¶Ciuis ex quibus efficitur.in.l.3. numero.366. folio.217.

¶Ciuis in materia stricta an alius sit, quám originarius.in.l3.numero.367. fol.eodem.

¶Ciuis quis iure communi esse potest & si quis in loco non commeretur. in l.3.numero.386. folio.220.

¶Ciuis loci an sit oppidi potestas, seu electus ad offitium prętorię. in.l.3.numero.394. fol.221

¶Ciui.

¶Ciuis quis in loco esse non potest: & si quis in oppido mille sit annis, animo tamen in alio loco domicilium retinẽdi. in.l.3.nu.395. fo.codẽ.
¶Ciuis loci an sit prẽlatus, seu eccleſiç rector. in.l.3.numero.398. & sequenti. fol.222.
¶Ciuiũ appellatione an clerici veniant. in.l.3.nu.400. fol.eodem.
¶Ciuis loci an sit doctor ad legẽdum conductus. in.l.3.nu.410. fol.223.
¶Ciuis oppidi an sit famullus. in.l.3. numero.411. & plerisquè sequentibus. fol.eodem.
¶Ciues an sint oppidorum domini oppidorum: etsi in illis minimè habitent in.l.3.numero.430. & multis sequenti. folio.225.
¶Ciuis loci an sit aduocatus, qui ad locum accesſit ad causas perorandas, non tamen animo in eo perpetuò habitandi. in.l.3.nu.425. fo.224.
¶Ciuis ex priuilegio effectus, an sit iure ciuis. in.l.3.nu.447. fol.226.
¶Statuta de ciuibus loquẽtia nunquid & in his qui pro ciuibus habentur, locũ habeant. in.l.3.nu.448. fol.eodẽ.
¶Ciuem esse, actus ciuilis est. in.l.3. numero.449. fol.eodem.
¶Ciuis quis est, etsi à tributorum solutione ex eius nobilitate sit immunis. in.l 3.nu.455. fol.eodẽ.
¶Ciuis loci non ideò quis censendus est, quòd bona in eo possideat, vt pascuis publicis frui valeat. in.l.3.numero. 468.&.469. fo.228.
¶Ciuem esse an aliud sit, quàm haberi pro ciue. in.l.3.nu.481. fo.229.
¶Statutũ de ciue loquens, an de vero ciue explicandum sit. in.l.3.numer. 482. &.483. fol.cod.
¶Ciuis alius est, quàm habitator. in. l.3.numero.489.& sequen. fol.230.
¶Ciuis seu vicinus vt quis sit, an à populo ad hoc sit receptus, neceſsium sit. in.l.3.numero.512.& sequen. fo.234.
¶Ciuem oppidum recipere, an constringi possit. in.l.3.numero. 513. & sequentib. fol.eodem.
¶Ciuis loci si quis effectus, receptus què sit, si post in oppido non habitet, onera tamen ciuium subeat, an illic vt ciuis testamenti nuncupatiui testis esse poterit. in.l.3.nu.516. fol.235.
¶Ciuis si quis ex priuilegio efficiatur an illic vt ciuis testamenti nuncupatiui testis esse possit. in.l.3.nu.517. fol.cod.
¶Ciuis vicinus què, an duobus locis quis esse possit. in.l.3.nu.518. fo.cod.
¶Ciuis aut ciuitatis vicinus an sit, qui in comitatu inhabitat: vt testamento nuncupatiuo in ciuitate edito, testis adiungi possit. in.l.3.numero.519. fol.eodem.
¶Ciuem seu vicinum testem testamẽti fuisse, quis teneatur probare. in. l.3. numero.520.& sequen. fol.236.
¶Ciuis an quis esse prẽsumatur ciuitatis illi⁹, in qua esse reperitur. in.l.3.nu mero.523.& sequen. fol. eodem.
¶Ciuem testamenti testem fuisse, an tabellionis assertione constet. in.l.3.nu mero.527. fol.237.
¶Ciuis seu vicinus si quis in vna causa pronunciatur, an in alia prosit. ibidem. in dicto numero.527.
¶Ciues

¶Ciues plures aliç vè personæ tempore actus ab vniuersitate, seu collegio gesti, quàm in scriptura descripti, in oppido seu collegio nõ fuisse repertos, quis probare astringatur. in.l.3. numer.823. fol.277.
¶Ciuis. vide in verb. naturalis. & in verb.pascua. & in verb.scholaris. & in verb.testamentum. & in verb.testes. & in verb.vniuersitas.
¶CIVITAS. de ciuitatis pascuis. vide.pascua. & vniuersitas.
¶CLAVSVLA legis in medio collocata, an ad anteriora & posteriora referatur. in.l.3.nu.67. fol.180.
¶Clausula præcedens nõ est trahẽnda ad omnia sequentia, cùm ad omnia commodè referri non valet. in.l.3.nume.81. fol.183.
¶Clausula in quodam loco imposita ad clausulam separatam referenda non est. in.l.3.nu.82. fol.183.
¶Clausula ad ea trahi nõ licet, in quibus eadem non ineſt ratio: vel cùm casus dissimilis est. in.l.3.nu.93. fol.cod.
¶Clausula. vide in verb. princeps.
¶Clausula derogatoria testamento paterno, an hodiè extante. l.3. Taurina, adiecta cẽseatur: & eius in secundo testamento mentio fieri sit opus. in ead. l.3. nu.187. fol.197.
¶Clausula regis Enrrici. 2. vide in verb. lex an sit censenda.
¶CLERICVS an sit loci ciuis, vi de supra. ciuis.
¶Clerici an ad causas laicorum derimendas, iudices creari possint. in.l.2. nume.77. fol.155.
¶Clericus parrochiç an pascuis, & ne moribus publicis frui queat. in.l.3.nu. 401.& sequentib. fol.222.
¶Clerici an comprẽhendãtur, appellatione habitantium in loco. in.l.3.num. 402. fol.cod.
¶Clerici (an si alij oppidi conciues alĩ quid persoluunt pro vniuersitatis pascuis) an idem soluere sint obnoxij. in.l. 3.nu.403. fol. eod.
¶Clerici an sint de populo. in.l. 3. nume.404. fol. cod.
¶Clericus an possit cõficere scripturas inter laicos. in.l.3.nu.766. per totũ. fol. 267. vbi latè de materia legum regni.
¶Clericus à laico eius testamento hæres scriptus, an ante iudicem laicum cõueniri possit, ad præstanda ea ad quç testator obnoxius erat. in.l.3. nu. 786: & multis sequentibus. fol.270.
¶Clericus an testetur absquè solennitate legum regiarum. in.l.3.num. 801. fol.273. Et quid in clerico primç tonsure non coniugato. ibidem nu. 802. Et quid in coniugatis. nu.803.
¶Clericus. vide in verb. parrochia. & in verb.pascua.
¶CODICILLARIS clausula an extãte. l.3. Taurina, in testamento paterno hodiè adiecta censeatur. in ead. l. 3.nu.177. fol.195.
¶Codicillaris clausula iure ciuili in testamento paterno immixta videtur. in.l.3.nu.178. fol.eod.
¶Codicillaris clausula amicorum fauore in testamento posita censetur. in l.3.nu.179. fol.eod.
¶Codicillars clausula quôd testamẽ

to paterno collocata sit, an hodié. l. 3. Taurina extante, alicuius sit effectus. in ead l. 3. nu. 180. &. 181. fol. cod.

¶ Codicillo paterno in scriptis edito, an iure ciuili eadem necessaria erat solẽnitas, quæ in testamẽto patris in scriptis confecto. in. l. 3. nu. 182. fol. 196.

¶ Codicillaris clausula hodiè ad legatorum vim nullo hęrede in testamẽto nũcupato, an necessãria sit. in. l. 3. num. 866. fol. 284.

¶ Codicillarem clausulam cùm testamentum firmum est, testamento collocare necessum minimè est. in. l. 3. numero. 867. fol. cod.

¶ Codicilli an hodié ex testamento pendant: & an regio iure semper codicillus sit firmus, etsi testamentum subertatur. in. l. 3. nu. 931. fol. 294. Et quid erat iure communi. nu. 932.

¶ Codicillus an sit vltima voluntas. in. l. 3. nu. 1319. &. 1329. fol. 355.

¶ Codicillis ante. l. 3. Taurinam quæ solennitas erat necessãria: & an eadem quę in testamentis extante. l. ordinam. in. l. 3. numero. 1329. & sequentibus fol. cod.

¶ Codicillis quód eadem solennitas quę in testamentis sit necessaria, an de iure communi sit aliquis casus. in. l. 3. nume. 1333. fol. cod.

¶ Codicilli an minori testium numero edi possint, si statuto testamentorum minuatur solennitas. in. l. 3. nume. 1334. fol. cod.

¶ Codicillaris clausula an extante. l. 3. Taurina hodiè sit necessãria. in eadem. l. 3. numero. 1335. fol. cod.

¶ Codicillis an fundum habens ab ecclesia in emphiteo. cum pacto quód cui maluerit ipsum fundum in ciùs testamento relinquere possit, illud legare valeat: etsi testamento ipsum non relinquerit. in. l. 3. numero. 1336. fol. 357.

¶ Codicillare potest, qui ex priuilegio testari valet. in. l. 3. nu. 1337. fol. eodem.

¶ Codicillis an hodiè hæreditas directó dari possit. in. l. 3. numero. 1338. fol. eodem.

¶ Codicillis hodiè hæreditas testamento data, adimi an valeat. in. l. 3. nume. 1339. fol. cod.

¶ Codicillis an hodiè filiorum exhędredatio fieri possit. in. l. 3. numero. 1340. fol. cod.

¶ Codicillis an possit hęredis institutioni testamento puré confectæ conditio adiungi. in. l. 3. numero. 1341. fol. cod.

¶ Codicillis an hodiè hæredi scripto substituțio directa conscribi possit. in. l. 3. nu. 1342. fol. cod.

¶ Codicillo ordinamen. solennitate postremò edito, etsi priori non aduerso, nun quid primus codicillus tollatur eadem compositus solẽnitate: etsi á disponẽte non sit expræssum. in. l. 3. numero. 1343. fol. 358.

